

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + Keep it legal Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/





Migne, Jacques Paul PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNHUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1916) PRO LATINIS BT CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESLÆ SÆCULA,

JUITA EDITIONES ACGURATISSINAS, INTER SE GUNQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGEN-TER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMMIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUGTA; INDICIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUGTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUGTORES ALICUJUS MOMENTISUBSEQUENTI-BUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINA-RUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTANQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNA-TA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRTPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIPICATA;

BUCENTIS ET AMPLIUS LOGUPLETATA INDICIBUS AUGTORUM SIGUT ET OPERUM, ALPHASETICIS, CHRONOLOGICIS, STATE-STICIS, STNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITUR-GICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALLA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PARSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUIMAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GRESEOS USQUE AD NOVISSIRUM APCALYPSIS, COMMENTATI SINT;

1

EDITIO ACCURATISSINA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM MITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMBRUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTINQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTUM IM NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD ONNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTISUS, COADUNATORUM.

SERIES LATINA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE LATINE A TERTULLIANO AD INNOCENTIUM III.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothece Cleri universe,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTLE ECCLESIASTICE RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ TOMUS CXXIII.

ADO, USUARDUS, 10 USUARDI TOMUS PRIMUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES, IN VIA DICTA: AVENUE DU MAINE, 189, OLIM CHAUSSÉE DU MAINE, 127.

BR 60 .M4 t.123

• • •

١.

CLICHY - EX TYPIS PAULI DUPONT. 12, VIA DICTA BAC D'ASNIÈRES. (1840.12.79.

· · · · · · · · · · · ·

:: ::

SÆCULUM IX

USUARDI MARTYROLOGIUM

EX RECENSIONE R. P. SOLLERII, ET AD EDITIONEM BENEDICTINAM COLLATUM

PRÆMITTUNTUR

SANCTI ADONIS

OPERA,

AD FIDEM EDITIONUM ROSWEIDI, MABILLONII, ETC., RECOGNITA ET EXPRESSA,

ACCURANTE J.-P. MIGNE, BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVB

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES IN VIA DICTA: A VENUE DU MAINE, 189, OLIM CHAUSSÉE_DU MAINE, 187

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUN QUÆ IN HOC TOMO CXXIII CONTINENTUR

S. ADO ARCHIEPISCOPUS VIENNENSIS IN GALLIA.

Sancti Adonis Elogium historicum.	Col.	ý
- Chronicon.		2 3
Vetus Romanum Martyrologium.		143
Libellus de Festivitatibus apostolorum.		181
Sancti Adonis Martyrologium.		201
Appendix ad S. Adonis Martyrologium.		419
Passio sancti Desiderii.		435
Adonis privilegium pro ecclesia Velnensi.		443
Vita sancti Theuderii		Ibid.
Appendix. — Translatio S. Barnardi.		449
Miracula ejusdem.		451
USUARDUS MONACHUS SANGERMANENSIS.		
Usuardi Martyrologium.		453

)

おおおまで、「国内部の人工な」

ANNO DOMINI MCCCLXXV



ARCHIEPISCOPUS VIENNENSIS IN GALLIA.

SANCTI ADONIS ELOGIUM HISTORICUM.

(Apud Mabill., Acta SS. ord. S. Bened., tom. VI.)

1. Adonew, Viennensem archiepiscopum, non ma- A que'utile judicasset. Exhinc non parvum tempus gis dignitate quam scriptis clarum satis norunt cruditiomnes. At quis qualisve ante pontificatum fuerit, nemo, quod sciam, hactenus explicavit. Mirabuntur lorsan nonnulli quod Benedictinæ familiæ cum annu-merem, cum Trithemius, Wion, Menardus, Bucelinus et alii, eum Fastis nostris non inscripserint; sed mirari desinent cum facti mei rationem exposuero.

2. Adonis Vitæ compendium inveni in Breviario collegiatæ Ecclesiæ Romanensis apud Allobroges, in qua celebris est Adonis memoria : quo in Breviario, typis vulgato anno 1612, sanctorum acta, non recentiorum, sed veterum auctorum qui ca scripsere, totidem verbis referuntur : id quod factum etiam in Adone, cujus festus dies ita notatur in dicto Breviario xvii Kalendas Januarii : Sancti Adonis episcopi el confessoris. Omnia dices de communi præler Legendam; et infra : Incipit Vita sancti Adonis archiepiscopi Viennensis. Quæ verba satis innuunt ejus Vitæ a vetusto auctore qui sancti Adonis res gestas litteris antiquitus mandavit, de verbo excerptum fuisse.

3. Accedit quod Ecclesia Viennensis in suo Breviario, quod ante centum viginti annos typis editum est, iisdem fere verbis utitur ac Romanensis, usque ad electionem Adonis in archiepiscopum. Aliam enim ab eo loco narrationem de rebus ab Adone jam pontifice gestis exhibet Viennense Breviarium, cujus copiam nobis submisit humanissimus vir Petrus Louvetus doctor medicus et historiographusDombensis.Utriusque Breviarii lectiones novem juvat hic vicissim repræsentare.

Bx Breviario Viennensi.

1. Tempore Caroli regis, post patrem Ludovicum imperatorem in Francia regnantis, hic sanctus vir nobili prosapia exortus, dum adhuc infantulus esset, in monasterium quod Ferrarias ex antiquo vocant, a parentibus traditus est.

11. Dehine famossissiman beati Petriapostolorum C principis domum cæteraque sanctorum loca in Romana urbe constituta, orationis gratia Deo comite visitavit, ibique quinquennio fere sedit. Et regressionis iter arripiens, Ravennam devenit : ubi aliquandiu remoratus quemdam etiam libellum a quodam fratre religioso præstitum transscripsit, quo ad describendas sanctorum martyrum passiones sese non modice adjutum fuisse testatur.

ur. Inde pedem movens, Lugdunum famossissimam pervenit ad urbem. Ibi tunc præerat Remigius præ-sul eximius, regibus admodum charus. Ilic Dei famulum Adonem in habitu pauperis pie suscipiens, quæque illi necessaria exhibuit. At ubi collocutione mutua, ut erat prudentis ingenii, quæ in illo latebant scientiæ et probitatis insignia pernoscere potuit, secum retinere toto annisu conatus est.

iv. Et ad abbatem ipsius deprecatoria legatione acta, litteras permissorias impetravit ad se retinendum in suum suæque Ecclesiæ obsequium : quous- D omnes sibicoævos in studiis litterarum præire cæpit.

PATROL. CXXIII.



effluxerat, cum ecce episcopus obitu Viennensis præsulis certissime comperto, agere disposuit iutentius, quatenus in Viennensi Ecclesia ordinaretur episcopus. Quocirca ex consensu tam cleri quam plebis, cum consilio et præsentia comprovincialium episcoporum idem Dei famulus Viennensem consecratur in pontificem.

v. Neque enim, ut moris est plerisque, mox suscepto honoris gradu in superbiam clatus est : sed magis in cœpta persistens humilitate, omnes quoque subditos secundum suum modum imitatores veritatis fieri assidue monebat, dicens : Discite a me quia mitis sum et humilis corde.

vi Cujus tam salubri tamque sancto studio in introitu sanctæ matris ecclesiæ, in honore Salvatoris constructæ, domunculam quaindam instar sepuleri Dominici construi fecit : ante cujus ctiam ostiolum scopi Viennensis. Quæ verba satis innuunt ejus Vitæ altare, ex lapidibus concavum, ad nomen Mariæ compendium, quale mox ex ipso Breviario exhibebo, B peccatricis, Petri quoque negatoris, latronisque confessoris solemniter consecravit. Quo dum multi adveniunt ægroti, per intercessionem eorum ad propria læti consueverunt reverti.

vii. Hospitalitatis vero, sed et misericordiæ in pauperes quanta ei cura, quantave assiduitas fuerit, stylo mandare non est necesse : cum ostium domus ipsius non alio, sed nequidem refectionis tempore clausum fuerit. Unde merito cum beato Job dicere poterat : Ostium meum viatori patuit, et pater fui · pauperum.

viii. Verum indefessus laborator, licet die tantis occuparctur honorum operum exercitiis, noctu non se totum credebat sopori, tanquam diurno labore fatigatus : sed ad satisfaciendum naturæ aliquantisper quiete sibi iudulta quod supererat noctis, orationi dedicans, temporius Fratres ad vigilias nocturnas surgere compellebat. Ubi et ipse solito præsens, lectiones et responsoria protrahendo de-eantari faciebat quousque, diei luce appropin-quante, matutinæ laudes agerentur. IX. Cumque jam tempus adesset quo Dominus Rex

regum militem suum a labore quiescere vellet, sextum decimum circiter annum in episcopatu per-agens, de præsenti ad futuram vitam félici fine demigravit. Cujus corpus a clero et universa plebe ex more deportatum, atque in Ecclesia sanctorum apostolorum, inter prædecessores suos pontifices, tumulatum est.

Ex Breviaro Romanensi.

1. Tempore Caroli regis, post patrem Ludovicum imperatorem in Francia regnantis, hic sanctus vir nobili prosapia exortus, dum adhuc infantulus esset, in monasterium quod Ferrarias ex antiquo vocant, a parentibus traditus est.

n. Cumque sub regulari censura degeret, inque illo cœnobio cæteris arctior tunc temporis habebatur [l. haberetur], divinitus inspiratus atque electus,

Lasciviam etiam huic ætati amicam cæteraque pue-A promittere dignati estis, largiti fueritis, conabimur rilia usquequaque declinans, senum perfectorumque gratias cumulare. Cæterum quod diligenter scrutagravem conversationem sectari sollicitus satagebat.

III. Verum robore jam juventutis auimatus, igne desiderii irrefragabili succensus est, ut domum beati Petri principis apostolorum cæteraque sanctorum loca in Romana urbe extraque constituta orationis gratia visitaret. Ideoque peregrini habitum assumens optatum iter aggreditur.

v. Qui domum apostolicam humilis habitu, devotus corde ingressus, in oratione continua pervigil, nocturnis excubiis pernoctare crebius usque ad lucem matutinam gaudebat. Sane cum in Romana urbe omnibus pene notus esset, quinquennio fere exacto Ravennam devenit: ubi quemdam libellum a quodam religioso præstitum transscripsit, ad describendas sanctorum martyrum passiones.

v. Inde Lugdunum pervenit. Ibi tunc forte præerat dignæ memoriæ Remigius præsul eximius, regibus admodum charus. Hic Dei famulum Adonem pie B suscipiens, benigne exhibuit. At ubi scientiæ et probitatis insignia pernoscere potuit, ecclesiam beati Romani cum sibi adjacentibus rebus in obsequium delegavit, ubi secretius orationi vacaret.

vi Exin obitu Viennensi præsulis comperto, ejusdem Ecclesiæ filii divina inspiratione super hoc tracti, omnes in commune uno consilio pari voluntate dominum Adonem petiverunt sibi præficiendum episcopum. Quocirca ex consensu tam eleri quam plebis cum consilio comprovincialium episcoporum idem Dei famulus Viennensem conse cratur in pontificem.

vII. Religionem vero cernens a sui observantia partim defecisse adversarum causarum occasione, institit omnimodis, ut ad pristinam rectitudinis normam paulatim ipsius studio reformaretur. Hinc constant institutionis ejus perplura documenta. Siquidem et de nocturnis et de diurnis officiis psallendi regulam pulchre constituit.

vin. Præterea quanto studio ducebatur in ædificiisecclesiarum instaurandis vel exornandis, etsi forte hominis desit testimonium, non desunt tamen eadem ædificia. Hospitalitatis in pauperes quanta ei cura quantave assiduitas fuerit, stylo mandare non

e st necesse : præsertim cum ostium domus ipsius non dicam alio, sed nec quidem refectionis tempore clausum fuerit.

rx. Cumque jam tempns adcsset, quo Dominus militem suum beata mercede vellet donare, sextum decimum circiter annum in episcopatu agens, de præsenti ad futuram vitam felici fine demigravit. Cujus corpus in ecclesia sanctorum apostolorum officiosissime tumulatum est. Qui vixit annos plus minusve septuaginta sex.

4. Ubi primum hæc legi in Breviario Romanensi, nam longe post Viennensis exemplum eccepi), magno gaudio aftectus sum quod illustrandi tanti viri aliquam haberem materiam. Sed illud voluptatem D meam temperabat, quod vetusta et idonea mihi deessent monumenta, quibus ista probarem. Hæc mihi cogitanti, et Lupi abbatis Ferrariensis epistolas relegenti, occurrit epistola ejus centesima vigesima secunda, quæ votis meis faciat satis. In hac enim epistola, quæ Gerardo, provinciæ duci seu comiti, et Bertæ ipsius conjugi, inscripta est, certissima deprehendi momenta, quæ in Adonem ejusque res gestas ita, ut superius expositæsunt, omnimo conveniunt. Et quia hæc res non parvi momenti est, operæ pretium fuerit hoc loco integram adducere epistolam, ut nemo suspectam habeat fidem meam.

« Præcellentissimo duci G. et clarissimæ conjugi ejus B. Lupus præsentem et futuram salutem.

« Semper insignis fama de probitate vestra bonos quosque lætificavit : sed nunc in omnium notitia ubcrius effloruit, cum eamdem probitatem vestram successu profuturo Christianus omnibus Divinitas comprobavit. Cum vero quæ primo polliceri, postea

- ----

gratias cumulare. Cæterum quod diligenter scrutamini, noveritis monachum et discipulum meum Ad. nunquam a nostro monasterio aulugisse : sed ad petitionem beatæ memoriæ Marcwardi abbatis ex Prumia aut Proneam (l. ad Proneam) a nobis cum honeste directum, et cum illo aliquandiu conversatum, quorumdam invidiosorum vitasse insidias : et inde discendi studio et quietis amorc in urbe Lugdunensium constitisse. Reverentissimis autem viris Remigio et H. Gratianopolitano instanter postulantibus, et conversationem memorati fratris laudantibus, quanquam olim meam verbis habuisset licentiam, ctiam regulares litteras accepisse; quæ prolatæ, quid de co sentiam, fideli relatione fatebuntur. Litteras etiam eum ecclesiasticas habere a venerabili episcopo nostro Guenilone certissime scio : nec impedire eum aliquid, si Deus eum vocat, quo juste ejus infirmari possit électio. Bene apud nos conversatus est : que plurimum indiget Ecclesia, idoneus est ad docendum; regularibus et pontificalibus fultus est epistolis; progenitorum nobilitate ornatur; in sancto proposito, judicio prædictorum antisti-tum, inter quos degit, devote perdurat. Quid restat, nisi ut quod sanctis præsulibus Deus inspiraverit fort? Oud puter minum ei oligunade fiat? Quid putem mirum, si aliquando asperius aliquid super eo locutus súm? Illud culpa fuit inimicorum cjus impudenter falsa vulgantium : istud quod nunc litteris alligo (f. allego), meum est judicium constanter prius visa, et postea comperta narran-tis. Cupio vos valero feliciter. »

5. Ex hac Lupi epistola discimus monachum quemdam Ferrariensem, nobilem, doctum, cujus nomen incipiebat a litteris Ad., degisse in provincia Lugudnensi, Remigio et Heboni episcopis probatum, et ad episcopalem dignitatem electum: quæ omnia cum Breviariis Viennensi et Romanensi conveniunt, nec alii quam Adoni legitime aptari possunt. Hæc distinctius explicanda per partes. Sed antequam id præstem, Lectorem admonere decet, quantum deb at publica res litteraria diligentiæ eruditissimi viri Stephani Baluzii, qui in nova editione Lupi abbatis operum id egit unius voculæ; imo duplicis tantum litteræ correctione, ut illustrandæ Adonis nostri memoriæ præferret lucem. Nam cum in editione Massoniana prius legeretur, monachum meum nonnunquam, ipse collatione veterum codicum reposuit : monachum meum Ad. nunquam, tametsi, uti modeste fatetur, quis fuerit hic homo, quem duabus his litteris Ad. expressum videmus, divinare non potuit. Nunc ad ordinem rerum ab Adone gestarum accedo.

6. Cum Ado tempore Caroli regis, cognomento Calvi, ortus dicitur, id eo modo interpretare, quo similes jam locos frequenter exposui, uteo tempore inclaruerit : nam cum regnante Carolo Maguo, circiter annum octingentesimum, in lucem prodiisse constat. Quippe annos natus septuaginta sex, decessit anno Christi octingentesimo septuagesimo quinto, ut postea videbimus. In utroque Breviario nobili prosapia exortus dicitur, apud Lupum progenitorum nobilitate ornatus. Patriam ei fuisse Wastinensem aut Senonicum pagum conjicio.

7. Dum adhue infantulus esset, in monasterium, quod Ferrarias ex antiquo vocant, a parentibus traditus est, more scilicet in regula sancti Benedicti præscripto de oblatione et susceptione puerorum cap. 50. Hinc conjecturam sumo, Adonem natum fuisse in loco vicino Ferrariensi monasterio, de quo superius actum ad Vitam sancti Aldrici archiepiscopi Senonensis. Istic a Sigulfo abbate puer susceptus fuisse videtur: ubi bene conversatus, teste Lupo, omnes sibi coævos in studiis litterarum præivit, ex Brevario Romanensi. De ejus doctrina testimonium suppeditat Lupus, cum eum scribit esse idoneum ad docendum quæ plurimum indiget Ecclesia.

8. Post aliquantam moram in comobio Ferrariensi,

<u>____</u>

ad petitionem Marcwardi abbatis ex Prumia, seu A babuisset licentiam, etiam regulares literas (obe-Prumiensis, qui ab anno 829 ad 853 loco præfuit, honeste directus ad Proneam est : quo nomine Ausonius in sua Mosella laudat rivulum quemdam, qui locum istum prætersluit ; unde monasterium aliquando Pronea, passim Prumia dictum, voce non-nihil inflexa. Attamen legere malim ad petitionem Marcwardi abbatis Prumiam ad Proneam directum Adonem : ut designetur Prumiæ situs ad Proneam amnem. Inter utrumque monasterium, Ferrariense scilicet et Prumiense, ultro citroque facilis monachorum commeatus erat : tum quia ex Ferrariensi comobio assumptus fuerat Marcwardus, tum quia cum Lupo magna necessitudine conjunctus erat. Et quidem Ferrarienses Prumiam transmittebantur ad discendam maxime Germanicam linguam, cujus usum eo tempore pernecessarium fuisse testatur Lupus in epistolis 70 et 91. Quin etiam temporibus illis monasteria, etsi nullo communis regiminis vinculo connexa erant, facile tamen monachis ultro B tibus Melitensis ordinis commendata. citroque commeantibus patebant propter ejusdem 11. Exin obitu Viennensis præsulis comperto, religionis unitatem, ut loquitur Marcwardus in Lupina epistola 72 ad Didonum Senonici monasterii sancti Petri abbatem, in arte medica peritissimum, ad quem monacho suos sanandos dirigebat. Hinć Lupus in epitola 116 ad monachos cœnobii sancti Germani apud Antisiodorum : Semper guidem in cœnobiorum nostrorum habitatoribus vera charitas viguit; sed nunquam tam certis indiciis, ut nostro tempore, sui magnitudinem declaravit.

9. Prumiæ aliquandiu commoratus Ado, ut habet Lupus, postea quorumdam invidiosorum indiciis impetitus est : quas ut vitaret, Romam se contulit, ut domum beati Petri principis apostolorum orationis gratia visitaret. Hujus itineris non meminit Lupus, qui Adonis æmulis, uti ipse fatetur, nimis credulam adhibuit aurem, quique alias monachorum suorum Romanas peregrinationes commemorat in epistolis 101, 102 et 103 pro Aldulfo et Acarico; tum 106et 107 pro Dolivaldo scriptis, tum sui ipsius, tum Guenilonis Senonensis archiepiscopi nominé, in ipsorum peregrinorum commendationem. Romæ exacto fere quinquennio, vir sanctus Ravennam devenit: ubi quemdam libellum a quodam fratre religioso præstitum transcripsit ad describendas sanctorum martyrum passiones, id est Martyrologium, de quo postea recurret oratio. Libellus iste est vetus Martyrologium, quo usus est Ado in suo condendo, a Rosweido editum. Huic præfixa est Adonis epistola, contestantis, quantum ex veteri illo Martyrologio profecerit. Huic operi, inquit, id est Adoniano Martyrologio, ut dies martyrum verissime notarentur. qui confusi in kalendis satis inveniri solent, adjuvit venerabile et perantiquum Martyrologium, ab urbe Roma Aquileiam cuidam sancto episcopo a pontifice Romano directum, et mihi postmodum a quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum: quod ego diligenti cura transcriptum, positus apud Ravennem, in capite hujus operis ponendum putavi. Ilæc- D Ado in præfatione Martyrologii sui: ex quibus superiora Viennensis Breviarii verba derivata sumt.

10. Ravenna digressus Ado, inde Lugdunum pervenit, ubi tunc præerat dignæ memoriæ Remigius præsul eximius : qui Dei famulum Adonem pie suscepit, et quæque necessaria illi benigne exhibuit. At ubi collocutione mutua, quæ in illo latebant scientiæ et probitatis insignia pernoscere potuit, secum retinere toto adnisu conatus est. Et ad abbatem ipsius deprecatoria legatione acta, litteras per-missorias impetravit ad eum retinendum in suum suæque Ecclesiæ obsequium, quous que utile judicasset. Viennensi Breviario hac'in re concordat Lupus, testatus Adonem discendi studio et quietis amore in urbe Lugdunensium constitisse. Reverentissimis autem viris Remigio et Hebone Gratianopolitano instanter postulantibus, et conversationem memorati fratris laudantibus, quanquam olim meam, inquit,

dientiales vocant, accepisse, et litteras etiam ecclesiasticas seu dimíssorias a venerabili Guenilone episcopo Senonensi. Sane litterarum studia tunc temporis, si alias unquam, Lugduni viguisse probant viri docti Leidradus, Agobardus, Amulo, Remigius istius Ecclesiæ pontifices, et Florus diaconus. Addit Romanense Breviarium, Remigium ecclesiam bcati Romani cum sibi adjacentibus rebus in obsequium delegasse Adoni, ubi secretius orationi vacaret. Quænam fuerit illa ecclesia, certo pronuntiare non ausim : forsan ecclesia sancti Romani, quæ in Viennensis urbis parte orientali sita erat, testante ipso Adone in Martyrologio xIII kal. Decembris, ubi sanctorum Severini, Exsuperii et Felicis corpora in cam ecclesiam translata fuisse scribit, et in libello de Vita sancti Theuderii abbatis memorat basilicam sancti Romani martyris in suburbio civitatis, in vico Brenniaco : quæ basilica hactenus superest, Equi-

eiusdem Ecclesiæ filii divina inspiratione super hoc tracti, omnes in commune uno consilio, pari voluntate, dominum Adonem petiverunt sibi præficiendum episcopum. Quocirca ex consensu tam cleri quam plebis, cum consilio comprovincialium episcoporum idem Dei famulus Viennensem consecratur in pontificem. Huic tamen electioni restitisse nonnullos, in his Gerardum illarum partium comitem, ob cam scilicet causam, quod Adonem ex monasterio suo fuga elapsum crederet, docet nos Lupi epistola superior, in qua eum ab omni defectionis et infamiæ labe absolvit, contestatus nihil impedire, si Deus eum vocaret, quo juste ejus infirmari posset electio. Hæc contigit post mortem Agilmari Viennensis antistitis, successoris sancti Barnardi. Hæc, inquam, electio contigit anno sexagesimo supra octingentesimum, ut constat tum ex actis concilii Lingo-nensis circa kalendas Julii anno præcedenti celabrati, cui Agilmarus interfuit ; tum ex Tusiacensi, cui subscripsit Ado sub die x1 kalendas Novembris anni 860 : tum denique ex Synodo Viennensi, de qua infra, quam Ado habuit anno Christi 870, indictione tertia, episcopatus anno decimo. Ac proinde Agilmarus ejus decessor annis novendecim, non novem tantum, ut voluit Joannes a Bosco, sedisse dicendus est : siquidem Barnardum Agilmari antecessorem anno 842 decessisse demonstratum est. Et quidem Agilmarus pridie Nonas Julias vita demigravit, et quidem anno 860, ex tomo I Analectorum, pag. 103 : in cujus locum Remigius sanctæ Lugdunensis Ecclesiæ et Ebo Gratianopolitanus episcopus cum clero et populo elegerunt S. Adoném. Apud Joannem a Bosco in Appendice Bibliothecæ Floriacensis, ubi de Antiquitatibus Viennæ exstat epistola Nicolai papæprimi Adoni missa cum pallio initio ejns pontificatus; qua in epistola eum submonet tristari se quod in litteris professionis fidei suæ ad pontificem missis Ado probaret quatuor duntaxat synodos generales, quinta et sexta præ-termissis : explicaret hac de re mentem suam : mittere se interim pallium et capitula synodi Romanæ, quam recens tenuerat. Misit et aliam subinde eidem epistolam, qua Viennensis Ecclesiæ privilegia confirmat. An septimam synodum probaverit Ado, incertum : imo in Chronico, quod post acceptam episcopalem dignitatem condidisse videtur, hanc synodum rejicit : quæ mens tum Gallicanæ Ecclesiæ crat. In brevi Chronico Viennensium antistitum, quod anno 1139 jussu Burnonis conditum est, S. Adó pallium et confirmationem privilegiorum anno 861 a papa Nicolao recepisse cum decretis Lateranensis, id est Romani concilii perhibetur.

12. Neque vero, ut moris est plerisque, mox suscepto honoris gredu in superbiam elatus est : sed magis in copta persistens humilitate, omnes quoque subditos secundum suum modum imitatores Veritatis fleri assidue monebat, dicens : Diseits a me quia A papa pro simonia; et quia per manum laicam quimitis sum et humilis corde (Matth. XI, 29) : quæ ver-ba leguntur in Breviario Viennensi.

13. Anno, 866 ex Annalibus Bertinianis, Carolus rex cognomento Calvus, et Lotharius rex Attiniaci missaticum communiter ordinant pro negotio Teutbergæ ipsius Lotharii pellicis, et Carolus quidem per Egilonem Senensem archiepiscopum, et Lotharius per Adonem Viennensem archiepiscopum, ac per Waltarium suum a secretis domesticum, pape Nicolao quæ sibi visa sunt secretius mandant. Ado id præstitit litteris scriptis ad Nicolaum, cujus rescriptum hac de re non integrum exstat, in quo pontifex sanctissimum confratrem Adonem archiepiscopum laudat, quod pro statu sanctæ Dei Ecclesiæ ferventius invigilet, et contra delinquentium, prævaricatorum, et sanctarum legum violatorum mores et actus per zelum rectitudinis erectus sit.

14. Exstant et aliæ Nicolai epistolæ quatuor Adoni scriptæ in Appendice secunda epistolarum B tate ordinetur episcopus. Exstant hæ litteræ apud Nicolai, in tomo viii Conciliorum editionis Labbeanæ. In prima respondet pontifex Adonis consultis de Lotharii regis divortio et de Alvico clerico : in secunda, inferiores ecclesias a Romanis consuetudinibus recedere non debore : in tertia, rationem reddit dilatæ synodi, et Adonem corripit, quod Gerardi comitis prosbyterum dixisset; tum variisconsultis respondet: in quarta privilegium metropolis Viennensis confirmat. Additur et epistola quinta Anastasii bibliothecarii ad Adonem de morte Nicolai papæ: quam epistolam aliis etiam Galliarum episcopis directam luisse intellexit ex ms. codice Antisiodorensi monasterii sancti Mariani, in quo hæc epistolæ sic inscribitur : Venerando mihi et valde diligendo ill. archiepiscopo ill. plurimam salutem. Triste tibi nuntium, etc. Est et aliud fragmentum epistolæ eidem a Nicolao papa directæ, qua pontifex Adonem increpat, quod ejus auctoritate Albericus subdiaconus uxorem duxisset contra præscripta canonum. G In Labbeana Conciliorum editione typis etiam vulgatæ sunt Adriani papæ II epistolæ duæ, in quarum prima pontifex ab Adone submonitus, cur a Nicolai papæ decretis recessisset, se excusat laudato zelo Adonis : in altera, quæ mutila est, litteras Nicolao de-cessori suo ab Adone directas se recepisse testatur.

15. Anno jam dicto 866 Nicolaus papa litteris datis ad Hincmarum Rhemorum antistitem, præcipit, Remigium Lugdunensem, Adonem Viennensem, Wenilonem Rothomagensem, una cum cæteris archiepiscopis et episcopis Galliarum et Neustriæ apud Suessionem urbem pariter convenire, ad discutiendam causam Wlfadi et aliorum Rhemensium clericorum, quos ab Ebone ordinatos Hincmarus in ordinem redegerat. Coacta est synodus hæc xv Kal. Septembris; at ei non interfuit Ado; guam obcausam incertum.

16. Hincmarus ipso suo et Adonis, aliorumque Galliæ pontificum nomine scripsit ad Ludovicum D Germaniæ regem pro Bertulfo Trevirensi archiepiscopo adversus Waltonem cœnobii sancti Maximini monachum, sedis Trevirensi (uti dicit) invasorem. Idem porro Hincmarus Adoni Viennensi archiepiscopo scribit intercætera pro epistola beati Aviti ad sanctum Romigium scripta, quam quidam Rotfridus monachus ei dixerat se apud eumdem Adonem legisse. Sed et si qua præterea de sancto Remigio reperire valeret, ei super aurum et topazion pretiosa mitteret. Frodoardus auctor in Historia Rhemensis lib. III, cap. 21, qui et alibi testatur, Rotfridum hunc cœnobii Remigiani apud Rhemos monachum fuisse.

17. Addo ex Chronico Hugonis abbatis Flaviniacensis, Remigium Lugdunensem pontificem Adoni Viennensi episcopo, quem Romanæ Ecclesiæ vicarium, id est legatum, appellat, et Nicolao papæ litteras misisse pro Trevirensi et Coloniensi episcopis depositis, Teutgaudo scilicet et Guntario; denique ipsum Remigium simul et Adonem scripsisse Joanni li et indigni ad episcopatum promovebantur.

18. Anno 869 defuncto Ebone Gratianopolis episcopo, Lotharius rex a fratre suo Ludovico se-cundo imperatore obtinuit, ut quidam suo clerico, Bernario nomine, episcopatum Gratianopolitanum concederet. Ludovici hac de re litteras accepit Ado pridie Idus Julii quibus monebatur, ut quam primum eumdem Bernarium episcopum ordinaret. Huc alias etiam Kalendis Augusti accepit tum ab Lothario rege, qui ipsum certiorem facit de prospero iti-nere suo Romano, præcipitque, ut redeunti sibi obviam veniat ad sanctum Mauricium : tum a Carolo rege vi Kalendas Septembris, qui Adonem sibi charissimum vocat, significans, se cuidam clerico, diacono olim venerabilis archiepiscopi Remigii, et postmodum Lotharii nepotis sui, ita concessisse Gratianopolitanum episcopatum, ut vestro, inquit, judicio si canonice probaveritis, ibi a vestra sancti-Sirmondum in Conciliorum Galliæ tomo III.

19. Ado vero cernens religionem a sua observantia partim defecisse adversarum causarum occasione, institit omnimodis, ut ad pristinam rectitudinis norman paulatim ipsius studio reformaretur. uti legimus in Brevario Romanensi. Hinc constant institutionis ejus perplura documenta : siquidemet de nocturnis et de diurnis officiis psallendi regulam pulchre constituit.

20. Ex synodis ejus auctoritate habitis una mihi succurrit, quam eruditus vir Petrus Louvetus, supe-rius laudatus, ex Viennensi Chartario descriptam Acherio nostro transmissit, quæ sic se habet :

Anno 870 Incarnationis Domini nostri Jesu Christi congregata est synodus Viennæ metropolis Ecclesiæ domno et venerabili archiepiscopo Adone præsidente, et vigilantissima cura causas ecclesiasticas et filiorum suorum necessitates investigante ac ecclesiastico more definiente. Adveniens reverendus vir Manno præpositus cœnobii sancti Augendi, adventus sui causam manifestans protulit in medio, quamdam ecclesiam ex conobio prædicto et in-fra Viennensem diocesim sitam in villa Velnis, dotatam in honore sancti Petri, privilegio sibi concesso ab antecessoribus sanctissimi jam fati archiepiscopi, necnon ab ipso compontifice usque ad id tempus conservato, proclamante vici sancti Albani rectore desolatam esse. Protulit etiam isdem venerabilis præpositus scripturam inquisitionis temporibus piæ recordationis domni Agilmari factam, eo quod et tunc temporis altercatio haberetur inter ipsarum rectores ecclesiarum. Sed quia ea sancta synodus irrita judicavit, eo quod canonicorum..... roboratam non vidit, placuit sancto pontifici a capite per sanctissimos presbyteros omnem causam reiterari, quatenus veritate comperta altercatio diu ventilata firmaretur (l., finiretur). His igitur testantibus et dicentibus ordinem veritatis, visum est domno pontifici una cum consensu sanctissimæ synodi, quatenussicut in diebus antecessorum suorum sanctorum pontificum honorata fuit sancta congregatio cænobii beatissimi Augendi, sic et in hac petitione et in cæteris necessitatibus suis honorem et opem ferret ad vires suas sancta metropolis Viennensis Ecclesia. et ut sopita querela firmius privilegium suum super facto Viennensis (f. S. Augendi,) Ecclesia in futurum possideat, litteris etiam roboretur. In hunc itaque modum ego Ado Viennensisarchiepiscopus consentiens et pio consilio filiorum meorum annuens, manu propria subter firmavi, sanctisque filiis meis, secundum morem ecclesiasticum firmare rogavi. Actum Viennæ publice, mense Aprilis, episcopatus

domni Adonis anno decimo, indictione tertia. 21. Sunt et alia guædam instrumenta in eodem Chartarlo pontificatu Adonis facta : unum, in quo refertur litigatio Witfredi advocati ecclesiæsancti Mauricii, qui veniens publice in Viennam civitatem

in præsentia domni Adonis ejusdem ecclesiæ venera- A cujus corpus in ecclesia sanctorum Apostolorum ofbilis archiepiscopi, et Erlufi vicecomitis missi illustris Bosonis comitis, Constantii coepiscopi et aliorum, adversus Sigifredum quemdam expostulavit, quod immunitatem ecclesiæ sancti Maurícii in villis ei subjectis violasset. Aliud in eodem codice exstat instrumentum Rodstagni et conjugis ejus Bertildis, Adoni et Ecclesiæ Viennensi tradentium res suas in agro S. Ferreoli, acceptis ab ipso Adone de thesauro Viennensis ecclesiæ libris quinque, et calice cum patena de auro cocto, pensante unaquaque li-bram ad ferros Spaniscos. Rodstagnus autem res suas in ea villa exsistentes tradidit Adoni ejusque clero, accipiens ostium, et cespitem, et andelanc: et post aliquantum temporis pergameno dato scripturam exinde facere rogavit Adonem, Constantium chorepiscopum, Erlenum præpositum, Leutbertum decanum, Teutelmum abbatem et diaconum, aliosque cléricos. Actum x11 Kal. Maii, anno rv, quo successit domnus Karolus rex in regnum ne- B Viennenses pontifices tumulari mos erat. Monastepotis sui Lotharii, id est anno Christi 860. Tertium instrumentum est ejusdem Adonis, Amalgaudo et axori ejus Volfoldæ ac filio eorum Hadriano concedentis usumfructum quorumdam prædiorum, quia res suas episcopali ecclesiæ sancti Stephani donaverant. Fragmonta quædam ex ejusmodi præstaria (sic vocabant) excerpere juvat. Consuetudo et justitia ecclesiastica est, ut qui res et facultates suas Deo servisque ipsius contulerit, ei aliquid quod rationabiliter postulaverit ad invicem, de rebus suis Ecclesia conferat. Ideo ego Ado archiepiscopus Viennensis Ecclesiæ una cum sacerdotibus et clericis ejusdem sanctæmatris Ecclesiæ concedimus tibi, Amalgaude, et uxori tuæ Volfoldæ ac filio vestro Hadriano res quas de potestate ac jure vestro ad potestatem ecclesiæ nostræ per chartarum instrumenta tradidistis : et pro hac tam pia collatione concedimus etiam tibi et uxori et filio tuo supra scripto præstatione beneficii Alausium villam occlesiæno- C stræ ad serviendum, quandiu vixeritis, et colonicas quas per præstariam jam vobis una cum ecclesiis in Valle-Aurea beneficiavimus..... Pro vestitura vero annis singulis in festivitate beatissimorum Macchabæorum Kalendis Augusti pastum unum fratribus canonicis in Viennensi comobio positis faciatis, ipsaque die orationes generales pro vobis ac propinquis vestris faciat supra dicta ecclesia. Hæc absque temporis nota. In litteris Raganfridi archiepiscopi Viennensis, suggerente Berilone vicecomite, confirmantur res ad ecclesiam sancti Petri extra muros Viennæcivitatis sitam pertinentes, quæetiam olim regali præcepto Lotharii quondam regis per suggestionem sanctorum episcoporum Remigii Lugdunensis et Adonis Viennensis restitutæ fuerant.

22 Anno jam dicto 870 Ado politiori stylo exornavit Acta sancti Desiderii Viennensis pontificis et martyris in gratiam Viennensium, eaque monachis cœnobii sancti Galli in Alamania cum nonnullis D ejusdem sancti reliquiis transmisit. De hac aliisque ipsius lucubrationibus infra.

23 Cabillonensibus synodis duabus subscripsit : nimirum uni anno 873 coactæ in ecclesia sancti Laurentii, quæ canonicis ecclesiæ sancti Marcelli restituta est : alteri anno 875 in ipsa basilica sancti Marcelli, ubi subscripsit litteris pro monasterio Trenorchiensi, editis apud Petrum Franciscum Chiffle-tium in Probationibus historiæ ejusdem monasterii

24. Reliqua viri sancti facta perstringit Viennense Breviarium, religionem in ecclesiis exornandis, hospitalitem et charitatem in paupores, assiduitatem in officiis divinis : ut superius videre licet in ejusdem Breviarii lectionibus 6, 7, et 8.

25. Cumque jam tempus adesset quo Dominus militem suum beata mercede vellet donare, sextum decimum circiter annum in episcopatu agens, de præsenti ad futuram vitam felici fine demigravit :

ficiose tumulatum est. Ita Breviarium Romanense, cui Viennense concordat. Addit Romanense : Qui vixit annos plus minusve septuaginta sex. Adonis obitumanno septuagesimo quinto supra octingentesimum accidisse mihi constat, tum quia episcopatum tenuit annos sexdecim ab anno Christi 860, tum quia Ortramnus ejus successor concilio Pontigonensi subscripsit anno 876. Diem mortis sextum decimum mensis Decembris signant Breviaria et Martyrologia Romanum et Gallicanum: annum etiam designat Viennense ms. cujus copiam ab erudito viro Nicolao Chorerio accepit noster Claudius Stephanotius. En ejus verba: xvii Kal. Januarii S. Adonis Viennensis episcopi, miræ sanctitatis viri, anno ab Incarnatione Domini 875, indictione octava. Rexit autem ecclesiam suam sexdecim annos, et sepultus est in ecclesia Apostolorum Viennæ, hoc est in extramurana monașterii sancti Petri basilica, ubrium sancti Petri ab ordine sancti Benedicti ad sæt culares canonicos devolutum est, uti et alia multa, quæ Viennæ quondam exstitisse nos docet libellus de Vita sancti Clari abbatis in sæculo 11. Ex his colliges Adonem anno circa octingentesimo natum esse : siquidem obiit anno 875, postquam vixit annos plus minusve septuaginta sex. Hæc de sancti Adonis rebusgestis, quatenus eas eruere licuit ex probatis monumentis, maxime ex Lupi epistola 122, et ex Breviariis Viennensi et Romanensi, quod mihi primum illustrandi Adonis occasionem et materiam præbuit. Viennensi legerat Andreas Sausseius, qui in Martyrologio suo Gallicano scribit, Adonem primos annos transegisse in monasterio Ferrariensi sub Lupi abbatis disciplina : quod nemo ante eum (si non fallor) observarat. Sancti Adonis festus dies ritu duplici colitur in ecclesia Viennensi, solemnius in ecclesia sancti Petri, ubi ejus reliquiæ promiscue cum aliis aliorum sanctorum archiepiscoporum ossibus sub altari asservari creduntur, post sacrarum thecarum expilationem abhæreticis factam memoria patrum nostrorum.

26. In fine animadvertenda sunt aligua de Adonis scriptis, in quibus primum locum sibi vindicare videtur Martyrologium; nam cæteras lucubrationes condidit jam episcopus : hanc vero ante episcopatum aggressus est, ut colligitur ex eo, quod quinquennio Romæ exacto Ravennam devenit : ubi gnemdam libellum a quodam fratre religioso præstitum transscripsit, ad describendas sanctorum martyrum pas-siones, id est Martyrologium, quod Adoni Trevirensi pontifi**ct**a nonnullis perperam tribuitur. Typis primo vulgatum fuit a Jacobo Mosandro Carthusiano, tum ab Heriberto Rosweido, quinomen Adonis præfixum invenit in codice Everbodiensi, hoc modo: Ado Viennensis archiepiscopus quasi epilogatum compilavit, incipiens a festivitatibus apostolorum aut discipulorum aut successorum eorum, et in fin esubjicitur apud ipsum Precatio Adonis versibus composita. Uterque editor quorumdam sanctor un nomina, quæ ab aliis inserta credidere, in appendieem conjecerunt : quod an jure merito factum sit mox videbimus.

27. In pluribus, quæ vidi, istius Martyrologii exemplaribus manu exaratis non comparet Adonis nomen, hanc proculdubio ob causam, quod epistola nomen Adonis præferens, non initioipsius Martyrologii, sed veteris (ut Rosweidus censuit) Romani. quo usus est Ado in suo condendo, et quod in ple risque codicibus mss. desideratur, prælixa sit ob idque ab Adoniani Martyrologii descriptoribus pretermissa. Verum ejus auctor satis se ipse prodit in plerisque Martyrologii sui locis. Is enim agens de translatione corporis sancti Augustini Ecclesice doctoris anno 822 Ticinum facta per Liutprandum Langobardorum regem, cam nuper factam esse dicit v Kal. Septembris. Deinde ad xviii Kal. Octobris meminit translationis reliquiarum sancti Cypriani A Martyrologio ad diem x Kal. Junii, ubi rationem redtum ex Africa in Galliam regnante Carolo Magno, tum Arelate Lugdunum per Leidradum pontificem; tam quod in editis additur de translatione Compendium facta per Carolum Calvum, insertum videtur post mortem Adonis, nec comparet in nostro exemplari ante annos sexcentos manu descripto. Postea agens Auctor de instituto festo sanctorum omnium Kalendis Novembris: Sed in Gallis, inquit, monente sanctæ recordationis Gregorio pontifice piissimus Ludovicus imperator omnibus regni et imperii sui episcopis consentientibus statuit, ut solemniter festivitas omnium sanctorum in prædicta die annuatim perpetuo ageretur. Ad hæc in ms. codice nostro dedicatio ecclesiæ monasterii Cellensis anno 850 facta accurate describitur xvii Kal. Novembris eum ad modum, quo superius relata est ad annum 873, ubi de sancti Frodoberti abbatis translatione egimus. Hæc quo minus ab interpolatore addita putem, ea me causa movet, quod singulas (quas vocant) cir- B cumstantias non ita accurate nosset homo posterioris temporis : cum eos ignorasse videatur auctor anonymus, qui librum de Vita sancti Frodoberti abbatis Cellensis in sæculo II editum composuit. Ex his colligere licet martyrologum istum vixisse regnante Carolo Calvo.

28. Locum in quo frequens demoratus est, satis innuit, Burgundiam scilicet, cujus sanctos indigenas diligentius quam alios commendat : maxime vero totus esse videtur in annotandis rebus quæ pertinent ad urbem Austisiodorum et monasterium sancti Germani; ex quo aliquando conjiciebam eum illius monasterii alumnum fuisse. Nam in codice nostro singulæ ejus ecclesiæ, altarium et cryptarum dedicationes memorantur : sancti Germani ejus civitatis episcopi ubique data occasione fit mentio, nempe quarto Idus Julii, ubi agens auctor de sancto Savino : Hicfuit, inquit, ex discipulis magni Patris Germani : etNonis Augusti, ubi de sancto Cassiano, ad cujus, C ait, tumulum cum sanctus Germanus episcopus advenisset, mirabile dictu! post orationem more solito fusam, vocans eum ex sepulcro ait ei : Quid hic agis, frater Cassiane ? Denique præter alia festa sancti Germani, ejus vigilam exprimit pridie Kalendas Octobris : quæ omnia satis indicant hominem non longe ab Autisiodoro aliquando vixisse.

29, Scio Mosandrum et Rosweidum hæc et pleraque alia, aut non legisse in manuscriptis codicibus quibus usi sunt, aut rejecisse in appendicem, quasi ab aliis inserta essent. Et nonnulla certe ab recentioribus addita sunt in codice nostro, ut commemoratio sancti Maioli abbatis v Idus Maii, et xvii Kal. Septembris in Verziaco monasterio exceptio corporis sanctiRagnoberti Bajocensis episcopi, et alia pauca: at ea quæ de Autisiodoro et monasterio sancti Germani habentur, a primario auctore scripta existimo, quoniam in pluribus ejus Martyrologii, quæ legi, exemplaribus, tum integris, tum contractis, eadem D omnino referuntur. Idem judicium esto de omnibus fere nominibus, quæ Mozander et Rosweidus in secessum rejecerunt. Quod enim alia atque alia desint in diversis membrañeis codicibus, id provenit ex duplici capite: primum, quod cum istud Martyrologium in divinis officiis, per varias ecclesias legeretur, alii ipsum contrahebant, alii quosdam sanctos provinciæ aut ecclesiæ suæ ignotos resecabant ; al-terum, quod auctor ipse multis vicibus Martyrologium suum auxit, alios atque alios addendo sanctos, qui in eo primo non exstabant. Undecontigit ut, qui primarium exemplar transcripsere, non tot habeant, quam qui secundariis exemplaribus usi sunt. Certe quæ in Rosweidi Adone desideratur SS. Florentini et Hilarii commemoratio, ex Adonis Marty-rologio refertur a Petro de Natalibus in lib. viii, cap. 124. Denique Adonem hujus Martyrologii conditorem esse constat tum ex epistola, veteri, quo usus est, Martyrologio præfixa, tum ex Notkeri

dit cur Ado in suo nullam facit mentionem sancti Desiderii, archiepiscopi licet Viennensis et martyris, cujus nulla re vera exstat commemoratio in vulgato Adonis Martyrologio : quod passim sub Adonis nomine laudat Petrus de Natalibus.

30. Hinc intelligimus, Martyrologim istud ab Adone scriptum esse ante episcopatum, et ipsi opus suum postea relegenti excidisse sanctos Desiderium Viennensem episcopum, et Theuderium in. eadem urbe abbatem. Senex erat, cum huic operi subjectt precationem, quæ apud Rosweidum incipit ab his versibus :

Christe precor veniam segni des mitis alumno, Tardus sum tarde sed tibi nemo venit. Longus præteritis tenuit nos error in annis: Sufficiat meritis hæc rogo pæna meis Vita brevis superest, in mortem et pronior ælas, Jam peccare sener non queo, nolo tuus.

Qui tamen versus dubites an sint Adonis, cum Floro tribuantur in tomo I veterum Analectorum pag. 407. At cum in ms. codice Petaviano vacuum sit tituli spatium, Adoni his versus detrahere non licet. Hæc sunt quæ de prædicto Martyrologio mihi venerunt in mentem : in quo restituenda est commemoratio sancti Mauri abbatis, sanctæ Scholasticæ, et aliorum fere omnium sanctorum, quos Mozander et Rosweidus eliminavorunt. Cæterum an vetus illud, quo usus est Ado, Martyrologium, fuerit Romanum, in hujusce tomi præfatione expendi.

31. Ado etiam retroactorum temporum summam ab exordio mundi usque ad imperatoris Lotharii ac Ludovici et Caroli filiorum regni principatum, quanta potuit brevitate, notavit, ut ipse præfatur in Chronico suo, cujus extrema pars in editis est alterius auctoris, ab eo loco, si non me fallitconjectura. ubi agit de divisione regni, quam inter filios suos fecit Ludovicus rex Noricorum : tametsi Thuaneum exemplar, quod annos quingentos superat, eodem modo desinit quam libri editi, id est in anno 879.

32. Idem etiam Acta sancti Desiderii Viennensis episcopi expolivit in gratiam Viennensium suorum uti fidem facit Præfatiuncula Adonis Viennensis Ecclesiæ antistitis, anno incarnationis Domini 870, indictione 3, cum passione sancti Desiderii episcopi eidem ecclesiæ directa, cujus hæc verba : Ado, peccator et humilis episcopus Viennensis Ecclesiæ, dilectissimis fratribus et filiis ejusdem ecclesiæ... Beatissimi Desiderii Patris vestri vitam et martyrium, sicut antiquis scriptis commendatur, vobis idcirco revolvere et stylo committere aggressus sum, ut ejus incitamentis et studiis ad amorem vitæ æternæ vos amplius inflammarem. Hanc Vitam primus typis vulgavit Henricus Canisius in antiquarum Lectionum tomo VI, in cujus Vitæ fine additur subectis Indiculus Isonis monachi Sancti Gallensis. Hanc autem passionem præfatus Ado archiepiscopus nobis fratribus in cænobio sancti Galli sub Griinaldo abbate Deo militantibus, reliquiasque sancti Desiderii ab eo postulantibus cum ipsius aliorumque sanctorum reliquiis, actibus quoque et passionibus infra descriptis, anno supra memorato per nuntios satis fideles dirigere curavit, nimirum in primis per Beroldum presbyterum, testante Notkero in Martyrologio suo ad diem x Kal. Junii, ubi de sancto Desiderio: De quo, inquit, quia venerabilis Pater Ado ejusdem ecclesiæ nostra ætate pontifex, utpote in præsentia posito, et ob id suis in cunctis notissimo, aliquid superfluum dicere judicavit; nos juxta scriptum quod idem apostolicus vir anno ab Incarnatione Domini 870, indictione 3, per virum sanc. tissimum Beroldum presbyterum, indigenameorum-dem locorum, sed nunc in castro Turico Christi servitiis insistentem, cum reliquiis ipsius sanctimartyris Desiderii, et aliorum sanctorum pignoribus atque agonibus nobis in cœnobio sancti Galli constitutis direxit; pauca de co summatimattingentes, A cum esset Benjamini generis homo, episcopatum carumdem rerum ignaris insinuare curavimus. Viennensem suscepit : cujus tempore agente pio

33. In utroque hoc testimonio mentio fit de sanctorum actibus et passionibus seu agonibus, quos manu descriptos Ado Gallensibus monachis dono dedit: quibus verbis constat Martyrologium ab ipso Adone compositum. Id vero aperte declarat Notkeri testimonium, rationem reddentis cur Ado in Martyrologio suo non meminerit Desiderii Viennensis episcopi : de quo, inquit, venerabilis Pater Ado, ut pote in præsentia posito, et ob id suis cunctis notissimo, aliquid superfluum dicere judicavit : nam Desiderii mentionem in Martyrologii Adonis exemplaribus, tam editis quam manu exaratis, prætermissam esse superius observatum est.

34. Ad hæc idem sanctus pontifex libellum de Vita sancti Theuderii abbatis Viennensis litteris mandavit, ejusque cœnobii monachis nuncupavit hoc prologo : Ado Viennensis episcopus fratribus in cænobio sancti Theuderii consistentibus in Do B mino Jesu Christo æternam salutem. Patris vestri Vitam, id est beati Theuderii, ideireo vestræ sanctitati scriptis meis commendare disposui, ut vos suis exemplis ad amorem vitæ æternæ amplius invitarem, etc. Vita hæc edita est in appendice sæculi primi.

Adonem antequam missum faciamus, in seriem Viennensium episcoporum, qui seculo nono exstitere quædam observare juvat. Præter indicem utriusque Galliæ Christianæ, et tertium Joannis a Bosco, unum ex ms. Codice Viennensi acceptum mihi suppeditavit noster Claudius Stephanotius, qui index jussu Burnonis episcopi anno 1239 conscriptus est. Alium item indicem sæculi noni ac decimi episcoporum habes in tomo I Analectorum. Omnes hi indices cum Kalendario Viennensi ms. comparandi sunt. Burnonis Chronographus de Urso, a quo exordium duco, ejusque successoribus ita scribit :

S. Ursus vir bonus et simplex, senio gravatus C coadjutorem sibi elegit, ut ejus vices ageret. Se pultus fuit in ecclesia S. Stephani x Kal. Maii.

S. Ultraja ex Judæo de tribu Benjamin Christianus, doctissimus, prædicti Ursi episcopi coadjutor et successor, Karolo Magno percharus, finem vitæ accepit Idibus Martii, et sepulturam cum suo prædecessore in ecclesia S. Stephani. Is in vulgatis indicibus, item in ms. Kalendario ecclesiæ Viennensis memoratur his verbis : Commemoratio Ultrajæ Viennensis episcopi, qui tempore imperatoris Karoli, cum adhuc senex Ursus superviveret, et cum esset Benjamini generis homo, episcopatum Viennensem suscepit : cujus tempore agente pio principe Carolo partem rerum suarum Viennensis ecclesia recepit. Rexit ecclesiam annis xI, et sepultus est in ecclesia B. Severi (l. Stephani), ubi antecessor ipsius Ursus sepultus jacet. Burnonis Chronographus, Kalendarium ms. atque adeo Joannes a Bosco, Urso seu Ursioni, quem anno 794 concilio Francofurtensi interfuisse constat ex can. 8, præponunt Wolferium, eumque ab Ultraja distinguunt. Verum Ado noster, cui potior fides, Urso postponit Wilferium, natione Bajowarium, quem binominem fuisse, et Ultrejam patrio nomine appellatum dicit.

S. Barnardus sub annum 810 Ultrajæ seu Wolferio suffectus, anno 842 obiit, ut ad ejus vitam probatum est in tomo superiori. Hine corrigendus Burnonis Chronographus, qui Barnardi ordinationem anno 817, mortem anno 862 reposuit.

S. Agilmarus a Lothario imperatore confirmationem fundationis Romanensis monasterii a S. Barnardo fundati impetravit, inquit Chronographus, et anno 860 ex dictis, non 800, ut fallit Chronographus, pridie Non. Julii animam efflavit, et solemniter ad pedes Naamatii in ecclesia S. Petri fuit tumulatus.

S. Ado hujus vitæ lumen amisit xv11 Kal. Januarii anno 873, ex præmissis, non anno 876, ut in Analectis, aut anno 879, apud Chronographum.

Post Adonem clerus et populus elegerunt Othtrannum archiepiscopum Viennensem : cujus consecrationi Bernerius Gratianopolitanus episcopus interfuit, ex Analectis : S. Othrannus, inquit Chronographus, jacet in ædo S. Petri, defunctus 16 septem., anno 888.

Post hunc Othrannum electus et consecratus est Barnoinus, qui anno Dominicæ Incarnationis 899, indictione 11, obiit, ex Analectis : ubi mendum in annum Incarnationis, ut ex autographo postea deprehendi, irrepsit, uti et in sequentem.

Quippe eodem anno Incarnationis 899, indictione 11, v. Kal. Februar, die Dominica consecratus est archiepiscopus Raganfridus, cui consecrationi interfuit Isaac sanctæ Grationopolitanæ ecclesiæ episcopus, tempore Ludovici regis filii Bosonis. Hinc corrigendus iterum Chronographus, qui Barnoini obitum locat anno 901, scribitque eum interfuisse concilio Viennæ celebrato a legato sedis apostolicæ anno 892. Hæc de Viennensibus episcopis, deque Adone dicta sint.

S. ADONIS VIENNENSIS **CHRONICON**

IN ÆTATES SEX DIVISUM *

NEMPE

I. Ab origine mundi usque ad diluvium. - II. A diluvio ad Abrahami nativitatem. - III. Ab Abraham ad David usque. - IV. A Davidis regno ad transmigrationem Hebræorum in Babyloniam. - V. Ab eadem transmigratione ad Christum Servatorem nostrum. - VI. A Christo ad mundi finem.

Ex Bibl. Patr. max., tom. XVI.)

ÆTAS PRIMA

ORIGINE MUNDI USQUE AD DILUVIUM AB

Breves temporum per generationes et regna, pri- A dormientis matrem omnium viventium Eyam promus ex nostris Julius Africanus sub imperatore Marco Aurelio Antonino simplicis historiæ stylo elicuit. Deinde Eusebius Cæsariensis, atque sanctæ memoriæ Hieronymus presbyter, chronicorum Canonum multiplicum ediderunt historiam, regnis simulac temporibus digestam. Post hos alii atquealii, inter quos præcipue Victor, Turonensis Ecclesiæ opiscopus, recensitis prædictorum historiis, gesta sequentium ætatum usque ad consulatum Justini junioris explevit. Horum nos temporum summam, ab exordio mundi usque ad imperatoris Lotharii ac Ludovici fratris ejus, ac Ludovici et Caroli regum principatum, quanta potuimus brevitate notavimus, adjicentes e latere descendentem lineam temporum^b, cujus indicio summa præteriti sæculi cognos- B nuit Seth, cui supervixit annis octingentis. Verum catur. Quædam etiam ex divinis libris ad eruditionem legentium, ubi opportunum duximus, subnotantes, ut ex brevi lector plura colligere possit.

Sex diebus rerum creaturam Deus formavit. Primo die condidit lucem. Secundo, firmamentum cœli medio libravit aquarum, ipsis aquis ac terra cum cœlo superiore ac virtutibus, quæ in ea Conditorem laudarent, ante horum sex dierum exordium creatis. Tertio, congregatis in suum locum aquis, quæ cuncta contexerant, aridam jussit apparere. Quarto, sidera in firmamento cœli posuit, qui nunc quantum conjunctura æquinoctii colligitur, x11 Kalendarum Aprilium vocatur. Quinto, natatilia et volatilia animantia creavit. Sexto, animalia terrestria, et ipsum hominem Adam formavit : de cujus latere

Ado, Viennensis archiepiscopus, vita, moribus et doctrina celeberrimus, scripsit Commentarios de sex mundi ætatibus, seu Chronicon ab origine mundi ad sua usque tempora, id est ad regnum Ludovici, Francorum regis, cognomento Balbi. Porro idem Ado obiisse perhibetur anno 874 : quare quod in eodem Chronico additur usque ad annum 879, ab

duxit : qui nunc, quantum credibile videtur, decimus Kalendarum Aprilium dies appellatur. Unde merito creditur, si non verior sententia vicerit, eodem decimo Kalendarum Aprilium die, Dominum fuisse cruciflxum. Dicebat enim una eademque non solum hebdomadis, sed et mensis die, secundum Adam pro generis humani salute vivifica morte sopitum, de productis e latere suo cœlestibus sacramentis sponsam sibi Ecclesiam sanctificare : quo videlicet die primum Adam humani generis patrem ipse creaverat; eique de latere costam tollens, mulicrem ædificaverat, cujus adjutorio genus humanum propagaret.

[A. M. 130] Adam annorum centum triginta ge-Septuaginta Interpretes antenatum Seth posucrunt annos ducentos et triginta; postea, septingentos. Seth interpretatur resurrectio, quia in eo ressuscitatum est somen justum, quodest stirpis filiorum Dei, et quia significavit resurrectionem Christi a mortuis : cujus mortem illatam a Judæis significavit Abel, qui dicitur luctus, a fratre Cain occisus.

[235] Seth annorum centum quinque genuit Enos; cui supervixit annis octingentis septem. Porro Septuaginta ante natum Enos annos ducentos quinque posuere, postea, septingentos septem. Enos interpretatur homo, de quo benedicitur. Iste cœpit invocare nomen Domini, quia hominum est proprium ut, suæ conditionis memores, invocent Conditoris auxilium, ut filii resurrectionis esse lætentur.

aliquo alio videtur adjunctum.

rigi non potuerunt. ^b Has temporum notas, inter uncos inclusas textui premisimus. Edit.

Dolendum est autem quod istud Chronicon multis mendis scatcat, quæ defectu ms. codicum cor-

supervixit annos octingentos quindecim. Septuaginta ante natum Cainam centum nonaginta annos, postea septingentos quinque, posuere. Cujus nomen interpretatur natura Dei.

(395) Cainam annorum septuaginta genuit Malaleel; post cujus ortum vixit annos octingentos quadraginta. Septuaginta ante natum Malaleel, centum septuaginta; postea dixero septingentos quadraginta. Qui interpretatur, Quis est Dominus Deus, vel en vita Deus.

(460) Malaleel anno sexagesimo quinto genuit Jared, oui supervixit annos octingentos triginta. Septuaginta ante natum Jared annos centum sexaginta quinque, postea posuere sexcentos triginta. Interpretatur autem descendens sive robo- B et quia hoc potuit accidere errore scriptoris, porans.

(622) Jared annorum centum sexaginta duorum genuit Enoc, cui supervixit annos octingentos. In hac generatione nusquam utrique codices discrepant. Enoch translatus est a Deo: quique ctiam nonnulla scripsisse, Juda apostolo idipsum attestante, fertur. Sed ob antiquitatem suspectæ fldei, a Patribus refutata sunt, ut sunt illa quæ sub ejus nomine proferuntur de gigantibus fabulæ*, quod non habuerint homines patres.

(684) Enoch annorum sexaginta quinque genuit Mathusalem, post cujus ortum ambulavit cum Deo trecentis annis. Septuaginta ante natum Mathusalem posuere centum quinquaginta quinque annos, postea'ducentos Enoch, qui interpretatur dedicatio, C septima generatione translatus, civitatem electorum insinuat quæ in sexta hujus sæculi ætate pro Deo laborans, in septima sabbati futuri gloriam dedicationis exspectat. At quia reprobi sola præ. senti sunt fidelitate contenti, Cain civitatem quam statuit non in septima generatione, sed in primogenito Enoch filio consecrat.

(874) Mathusalem annorum centum octoginta septem genuit Lamech, cui supervixit annos septingentos octoginta duos, id est usque ad diluvium. Septuaginta ante natum Lamech, centum sexaginta septem annos ponunt postea, octingentos duos, qui numerus, ut lector facillime videbit, juxta Hebraicam veritatem viginti annis, juxta vero Septuaginta auctoritatem, quatuordecim annis tempora diluvii D transiit. Et quomodo verum est quod octo tantum animæ in arca salvæ factæ sunt? Sed in Hebræorum et in Samaritanorum libris ita scriptum reperitur : Et vixit Mathusala centum octoginta septem annis, et genuit Lamech; et vixit Mathusala, postquam genuit Lamech septingentis octoginta duos annos, et genuit filios et filias. Et fuerunt omnes dies Mathusalæ anni nongenti sexaginta novem, et mortuus est. Et vixit Lamech centum octoginta duos annos, et genuit Noe. A die ergo nativitatis Mathusalæ usque ad diem ortus Noe, sunt anni trecenti sexaginta novem. His adde sexcentos annos Noe quia in sexcentesimo vitæejus anno dilu-

[325] Enos anno nonagesimo genuit Cainam, cui A vium factum est, atque ita fit ut nongentesimo sexagesimo nono vitæ suæ anno Mathusala mortuus sit, co anno quo cœpit esse diluvium. Mathusala annorum centum octoginta septem genuit Lamech : hac generatione gigantes nati sunt, hacque ætate Jubal ex genere Cain artem musicam reperit, cujus etiam frater Tubalcain æris ferrique inventor fuit.

> (1056) Lamech annorum centum octoginta duorum genuit Noe, cui supervixit annos septingentos quinque. Septuaginta ponunt annos ante natum Noe, centum octoginta novem. Et postea, quingentos sexaginta quinque. In hac sola generatione summa universitatis discrepat, quia triginta quatuor annis plus vixisse Lamech in Hebræis quam in Septuaginta translatorum codicibus invenitur : tius ei linguæ creditur unde est in aliam per interpretes facta translatio.

> (1556) Noe, divino oraculo jubente, anno ætatis suæ quingentesimo, arcam ædificare cæpit. His temporibus, ut refert Josephus (Astiq. lib. I), scientes illi homines quod aut aquis aut igne perire poterant, in duabus columnis, ex latere et lapide factis, studia sua conscripsorunt, ne delerentur memoria quæ sapienter invenerant. Quarum lapidea columna fertur in diluvio durasse, et hactenus in Syria permanere. Noe anno sexcentesimo venit diluvium, mense secundo, decima septima die mensis. Cujus arcam Josephus sedisse refert in montibus Armeniæ, qui vocantur Ararat. Hæc prima ætas Sæculi, secundum Hebraicam translationem, continet annos mille sexcentos quinquaginta sex. Secundum septuaginta editionem, bis mille ducentos quadraginta duos.

> (Oros. l. I, c. 3.) In hac prima ætate, sacrælitteræ continent præter veritatem historicam et omnis creaturæ conditionem, quod virtute Spiritus sancti creatura, per inobedientiam peccati labe fœdata, sanctificatis aquis esset ad perpetuam gratiam abluenda; sicque lux pietatis a nocte impietatis, misericordi justaque divisione, esset dirimenda. Et in formatione Adam, et, de costa lateris ojus, mulieris Evæ, sacramentum Christi et Ecclesiæ. Et in contempto mandato omnibus transgressoribus præceptorum Dei perpetuam mortem justo judicio inferri. Et in serpentem diabolum prolatam sententiam in eis manere qui ejus fecerint voluntatem; et in maledicto mulieris, originale peccatum sequi; ot transgressorum filios sub peccato nasci; et prædietam pœnam peccati in labore sudoris et doloris, quam radix humani generis Adam per propagationem in ramos ex radice damnata venientes infudit.

> In Cain et Abel duorum populorum figuram, Judæorum et Christianorum, ubi sacrificium majoris respuitur, et minoris placitum assumitur; electorum multitudinem, ad veram et æternam dedicationem transferendam, et homicidæ filios, viæ suæ ordinem corrumpentes, et justo et manifesto judicio omnipotentis Dei intercipiendos.

ÆTAS SECUNDA

A DILUVIO AD ABRAHAMI NATIVITATEM.

(1037) Secunda sæculi ætate, prima hujus diei, A sicuti cum una lingua sit Latina, sub una lingua quæ est vicesima septima mensis secundi, egressus est Noe de arca, in qua pauci, id est octo animæ, salvæ factæ sunt per aquam. Quod commemorans in Epistola sua beatus Petrus apostolus statim exponere curavit: Quod et vos nunc similis formæ salvos fecit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio per Deum : per resurrectionem Jesu Christi, qui est in dexterà Dei, in aqua diluvii baptismum : in arca et his quæ continebat Ecclesiam et fideles ejus; in octonario animarum numero, mysterium Dominicæ resurrectionis, in cujus fide baptizamur, docens esse figurata.

Fuerunt autem Noe filii tres, Sem, Cham et Japhet, ex quibus suptuaginta duæ linguæ sunt, id est de Sem viginti octo; de Cham, triginta; de Japhet, B rationum mille, quæ in tripartito orbe Asia, Africa. quindecim.

(1658) Sem centesimo anno genuit Arphaxad, biennio post diluvium, a quo Chaldæi. Supervixit autem Sem nato Arphaxad quingentis annis, id est usque ad quinquagesimum annum nativitatis Jacob.

(1694) Arphaxad anno centesimo trigesimo quinto genuit Sale. Hic Septuaginta interpretes unam generationem plus quam Hebraica veritas posuerunt, dicentes quod Arphaxad, cum esset annis centum triginta quinque genuit Cainan, qui cum centum triginta annorum fuerit, ipse genuit Sale. Quorum translationem evangelista Lucas hoc loco videtur esse secutus. Vixit autem Arphaxad post natum Sale quadringentis tribus annis, cui tamen Septuaginta C post natum Cainam ascribunt annos quadringentos triginta, et Cainam post natum Sale, trecentos triginta octo. Ab Arphaxad Samaritæ vel Indi.

(1724) Sale annorum triginta genuit Heber, cui supervixit annis quadringentis tribus. Ante natum Heber, Septuaginta posuerunt annos centum triginta, postea, trecentos triginta. Ab hoc Heber Hebræorum nomen et genus oritur.

(1785) Heber annis triginta quatuor genuit Phalec, cui supervixit quadringentis triginta annis. Septuaginta ante natum Phalec posuere ann. centum triginta quatuor, postea, ducentos septuaginta. Phalec interpretatur divisio; cui propterea tale nomen parentes imposuerunt, quia tempore nativitatis ipsius terra per linguarum confusionem divisa est. Cujus n divisionis Arnobius rhetor ita meminit (Arnobius in Psal. civ): Sem, primogenito Noe, pars facta est a Persida et Bactris usque in Indiam longe, et usque Rhinocoruras : quæ spatia terrarum habent linguas, sermone barbarico, viginti septem ". In quibus linguis gentes sunt patriarum quadringinta sex, non diversarum linguarum, sed diversarum patriarum :

diversæ sunt patriæ, Brutiorum, Lucanorum, Apulorum, Calabrorum, Picentum, Tuscorum, et si dicamus his atque hujusmodi similia. Cham vero, secundus filius Noe, a Rhinocoruris usque Gaddila, habens linguas sermone Punico a parte Garamantum; Latino, a parte boreæ; barbarico, a parte meridiani, Æthiopum, Ægyptiorum, et barbaris interioribus, vario sermone, viginti duabus liuguis, in patriis trecentis nonaginta quatuor. Japhet autem, tertius, a Media usque ad Gaddila ad boream. Habet autem Japhet flumen Tigridem, quod dividit Mediam et Babyloniam, in patriis ducentis, sermone vario in linguis viginti quatuor. Fiunt ergo omnes simul linguæ septuaginta duæ ; patriæ autem genc-Europa sitæ sunt : habetque, ut diximus.Japhet flumen Tigridem, quod dividit Mediam et Babyloniam; Sem autem Euphratem ; Cham vero Geon, qui vocatur Nilus.

Phalec annorum triginta genuit Ragau, cui supervixit annis ducentis novem. Septuaginta ante natum Ragau centum triginta annos ponunt, postea, ducentos octo. Tempore Phalec turris ædificata est factaque linguarum divisio. Hujus turris altitudo quinquies mille centum septuaginta quatuor dicitur tenere passuum, paulatim altioribus in angustias coarctatis, ut pondus imminens facilius sustentaret. Describunt ibi templa marmorea, lapidibus pretiosis auroque distincta, et multa alia quæ videnturincredibilia. Auctor hujus turris Nemrod gigas exstitit. Qui post confusionem linguarum migravit inde ad Persas, eosque ignem colere docuit. Abhinc errores gentium creverunt, templa constructa, et quidam gentium principes tanquam dii sunt adorati.

(1820) Ragau annorum triginta duo genuit Seruth, cui supervixit annis ducentis septem. Septuaginta ante natum Seruth, centum triginta duos annos ponunt, postea ducentos octo. Scytharum regnum exortum est, ubi primus regnavit Tanaus.

(1858) Seruth annorum triginta genuit Nachor, cui supervixit annos ducentos. Septuaginta natum Nachor ponunt annos centum triginta, postea, ducentos. Ægyptiorum regnum sumit principium, ubi primus regnavit Zoes.

(1878) Nachor annorum viginti octo genuit Thare, cui supervixit annos centum et novemdecim. Septuaginta ante natum Thare ponunt septuaginta novem, postea, centum triginta novem. Assyriorum regnum et Sicyoniorum nascitur ; sed primus in Assyriis regnavit Belus, quem quidam Saturnum existimant : in Sicyonia Ægialeus, a quo Ægyalea nun

• Philastrius, Hœreseon cap. 106; pluribus linguis homines ante Babel asserit usos.

cupata est, quæ hactenus Peloponnesus vocatur. A resurrectionem suam Christus Spiritum sanctum Ninus, rex Assyriorum primus, propagandæ dominationis libidine, arma foras extulit, cruontamque vitam magnis per totam Asiam bellis egit. centis cubitis longitudo, quia Christus est altitudo

(1948) Thare annorum septuaginta genuit Abraham, cui supervixit annos centum triginta quinque. Sub quo Zoroastres, magicæ inventor, a Nino rege occiditur : qui Ninus ipse, dum deficientem a se oppugnat urbem, sagitta ictus interiit, murique Babyloniæ a Semiramide regina Assyriorum ædificantur (BEROS. l. v.). Hactenus secunda sæculi ætas protenditur, fluntque anni a diluvio usque ad Abraham, mille septuaginta duo, secundum vulgatam editionem, id est Septuaginta interpretum : secundum vero Hebræorum codices, longe pauciores inveniuntur, id est ducentis nonaginta duobus.

In hac secunda ætate sacrælitteræcontinent, præter veritatem historicam, fidem et sacramentis plenam Patrum obedientiam. In hac Noe mysticæ jussioniet fabricæ obediens, arcam figuratis numeriset mensuris fabricans, eamque mundis immundisque animalibus, ut ei præceptum fuerat implens, Ecclesiam sanctam nobis composuit, mirificis sacramentis redundantem, lignum passionis et crucis ferentem, morte Christi baptismi gratiam exhibentem, pretium nostrum tanguam perostium lateris manantem: per quod columba eadem ipsa Ecclesia tanto munere dotata processit: et corvus hæreticus exiens, tantis sacramentis indignus, ab illa quæ texerat, nigredine peccati illectus, transvolans humani cadaveris cupiditate naufragus, reverti contemnit. Arca construitur a Noe de lignis non putrescentibus, Ec- C clesia construitur a Christo ex hominibus in sempiternum victuris, quæ nunc in fluctibus hujus mundi natat. 1 to 1 to 1 ...

Quod autem de quadratis lignis fleri jubetur, stabilem vitam sanctorum significat, undique ad omne opus bonum paratam : quocunque omin verteris qua dratum, firmiter stabit.

Quod bitumine glutinantur arcæ ligna intrinsecus pacis, sa et extrinsecus, ut in compage unitatis significetur in septifo tolerantia charitatis, ne scandalis Ecclesiam tentantibus, sive ab his qui intus sunt, sive ab illis qui foris sunt, cedat fraterna junctura, et solvat vinculum pacis : est enim bitumen ferventissimumet violentissimumgluten, significans dilectionis ardorem, magna fortitudine ad tenendam societatem spirita-D surrexit. lem omnia tolerantem. Quod intrinsecus pacis, sa in septifo binario pacis, sa in septifo divisibilo Quod i Christos tava die, Quod pacis, sa in septifo binario pacis, sa in septifo divisibilo Quod i Christos tava die, Quod pacis, sa in septifo divisibilo Quod i Christos tava die, Quod pacis, sa in septifo divisibilo Quod i Christos tava die, Quod pacis, sa in septifo divisibilo Quod i

Quod trecentis cubitis arca longa est, ut sexies quinquaginta compleantur: sicut sex ætatibus omne hujus sæculi tempus extenditar, in quibus omnibus Christus nunquam destitit prædicari, sed in trecentis cubitis signum ligni passionis ostenditur: ipsius enim litteræ numerus crucis demonstrat signum, quo, socii Christi passionis effecti per baptismum, longitudinem vitæ æternæ adipiscimur. Quod vero cubitis quinquaginta latitudo ejus expanditur, insinuzt quod corda credentium Spiritus sancti dono charitate dilatantur: unde quinquagesimo die post resurrectionem suam Christus Spiritum sanctum credentibus misit. Quod autemejus altitudo triginta cubitis surgit, quem numerum decies habet in trecentis cubitis longitudo, quia Christus est altitudo nostra, qui triginta annorum'ætatem gorens, doctrinam evangelicam consecravit, contestans legem non se venisse solvere, sed adimplere. Quod sexies longa ad latitudinem suam, et decies ad altitudinem suam, humani corporis instar ostendit, in quo Christus apparuit : corporis enim longitudo a vertice usque ad vestigium, sexies tantum habet, quantum latitudo, quæ est ab uno latere ad alterum latus, a dextera in sinistram, vel a sinistra in dexteram : et decies quam altus a terra. Unde facta est arca trecentorum in longitudine cubitorum, et quinquaginta in latitudine, et triginta in altitudine.

Eadem arca collecta in unum cubitum, desuper consummatur : sic Ecclesia, corpus Christi, in unitate collecta sublimatur et perficitur. Quod autem aditus ei sit a latere, nemo quippe intrat in Ecclesiam, nisi per sacramentum redemptionis peccatorum, quod ex Christi latere aperto manavit.

Quod inferiora arcæ bicamerata et tricamerata construuntur, sic ex omnibus gentibus vel bipertitam multitudinem congregat Ecclesia, propter circumcisionem et præputium, vel tripertitam, propter tres filios Noe, quorum progenie repletus est orbis. Ideo arcæ inferiora dicta sunt, quia in hac terrena vita est diversitas gentium. In summa autem omnes in unum consummamur : et non est ibi varietas, quia omnia et in omnibus Christus.

Quod cuncta animalium includuntur genera in arca, quia ex omnibus gentibus et nationibus congregatio sit in Ecclesia : quod etiam Petro demonstratus discus ille significat, quod munda et immunda ibi sint animalia (*Act.* n); sicut in Ecclesiæ sacramentis, et boni et mali versantur.

Quod septena sunt munda, et bina immunda, ideo quia boni servant unitatem spiritus in vinculo pacis, sanctum autem Spiritum in divina Scriptura in septiformi operatione commendat, mali autem in binario numero schismata faciles et quodammodo divisibiles ostenduntur.

Quod ipse Noe cum suis octavus numeratur, quia in Christo spes resurrectionis nostræ apparuit, qui octava die, id est post Sabbati septimam, a mortuis resurrexit.

Quod post septem dies ex quo ingressus est Noe in arcam factum est diluvium, quia in spem futuræ quietis, quæ septimo die significata est, baptizamur.

Quod præter arcam omnis caro quam terra sustentabat, diluvio consumpta est, quia præter Ecclesiæ societatem, aqua baptismi quamvis eadem sit, non solum non valet ad salutem, sed potius valet ad perniciem.

Quod quadraginta diebus et quadraginta noctibus pluit, quia omnis reatus peccatorum in decem præceptis legis admittitur per universum orbem terrarum : qui quatuor partibus continetur, sive ille reatus, qui ad dies pertinet, ex rerum prosporitate; A vitam, quæ in hoc mundo agitur significat. Denique sive qui ad noctes, ex rerum adversitate contractus sit, sacramento baptismi abluitur.

Quod Noe quingentorum erat annorum, cum ei locutus est Dominus ut arcam sibi faceret, et sexcentos agebat annos cum in eam fuisset ingressus, significatur soxta ætate in manifestatione evangelica, Ecclesiam construendam, quod et secundus mensis anni sexcentosimi, quo intrat. Noe in arcam significat, duo enim menses senario numero concluduntur ; a senario enim numero, et sexaginta cognominantur, et sexcenti et sex millia, et sexaginta millia, et sexcenta millia, et quidquid deinceps in majoribus summis per eumdem articulum numeri in infinitum consurgit. Et quod vigesimus septimus dies mensis commemoratur, ad ejusdom quadraturæ B mus. significationem pertinet, quæjam in quadratis lignis exposita est : sed hic evidentius quia nos ad omne opus bonum paratos, id est quodammodo conquadratos, Trinitas perficit, in memoria qua Deum recolimus, in intelligentia qua cognoscimus, in voluntate qua diligimus : tria onim [ter, et hoc ter, fiunt viginti septem, qui est numeri ternarii quadratus.

Quod septimo menso arca sedit, hocest requievit, . ad illam septimam requiem significatio recurrit, qua perfecti requiescunt : ibi quoque illius quadraturæ numerus iteratur, nam vicesima septima die secundi mensis, commendatumest hoc sacramentum: ct rursus vicesima septima die mensis septimi, eadem commendatio confirmata est cum arca requie-

Porro quia ipsa septima requies cum octava resurrectione conjungitur, hoc in sacramento regenerationis nostræ, id est in baptismo, altum profundumque mysterium est, quod quindecin eupitis super- : mortalitatis indigentia, vel concupiscentia resicrescit aqua, excedens altitudinein monfium. Octo. itaque et septem quindecim faciunt : sed octo significant resurrectionem, septem quietem. Hoc sacramontum resurrectionis et quiet is trascendit opinem sapientiam superborum, ita ut nullo modo possint indagare scientia sua altitudinem resurrectionis et quietis: et quia septuaginta et septem, et octoginta ab octo dinumerantur, conjuncto utroque numero, contum quinquaginta dies, quibus exaltata est aqua, camdem commendant nobis atque confirmant altitudinem baptismi in consecrando novo homine ad tenendam quietis et consecrationis fidem.

Quod post dies quadraginta emissus corvus, non est reversus, aut aquis utique intercoptus, aut aliquo supernatante cadavere illectus, significat homines immunditia cupiditatis teterrimos, et ob hoc ad ea quæ foris sunt in hoc mundo ire : aut rebaptizari, quasi aut præter arcam, id est præter Ecclesiam, baptismus prosit, ut occidant et seducant, docere et tenere.

Quad columba emissa, non inventa requie, reversa est, ostendit per Novum Testamentum requiem sanctis in hoc mundo non esse promissam : post quadraginta enim diesemissa est; qui numerus post septem dies dimissa propter illam septenariam operationem spiritalem, olivæ fructuosum surculum retulit : quo significaret nonnullos etiam extra Ecclesiam baptizatos, si in eis pinguedo non defuerit charitatis, posteriore tempore in ore columbæ tanquam in osculo pacis, ad unitatem societatis posse perduci. Quod post alios septem dies eadem dimissa, non est reversa, significat finem sæculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore consociatur, quandiu bibitur quod de latere Christi manavit : sed jam in ipsa perfectione salutis æternæ, cum tradetur regnum Deo et Patri, ut perspicua contemplatione incommutabilis veritatis, nullis ministeriis corporalibus egea-

Quod sexcentesimo et primo anno vitæ Noe, aperitur arcæ tectum, quia finita sexta ætate sæculi revelabitur absconditum sacramentum atque promissum.

Quod vicesimo septimo die secundi mensis, dicitur sicca fuisse terra, tanguam finita est baptizandi jam necessitas in numero dierum quinquagesimo et septimo ; ipse enim est dies secundi mensis, vicesimus septimus, qui numerus ex illa conjunctione spiritus et corporis septies octones habet, uno addito propter unitatis vinculum.

Quod de arca conjuncti exeunt, qui disjuncti ante intraverant, quia in hoc tempore caro concupiscit vit; quodenim promittitur in spe, hoc exhibetur in re. ${f c}$ adversus spiritum, et spiritus adversus carnem (Gal, v); postmodum autem, id est in fine sæculi, in resurrectione scilicet sanctorum, omnimoda et perfecta pace spiritus corpori adhærebit, nulla stente

> Dantur eis cuncta animalia in escam, ex quibus sarguis: prohibetur manducari, ne vita pristina : quasits foorta, teneatur in conscientia, sed habeat tanquam effusionem per confessionem,

Quod vero testamentum posuit Deus inter se et homines, atque omnem animam vivam, no perderet eam diluvio, aroum scilicet qui apparet in nubibus, qui nunquam nisi de sole resplendet, quia illi non pereunt diluvio, qui in prophetis et omnibus divinis Scripturis, tanguam in Dei nubibus D agnoscunt Christum.

In hac ætate secunda post diluvium plantavit vineam Noe et inebriatus atque nudatus est in domo sua, portans Christi figuram, qui inebriatus est dum passus est, nudatus est dum crucifixus est in domo sua, in gente sua et in domesticis sanguinis sui. Hanc nuditatem, id est passionem Christi, videns Cham derisit : et Judzei Christi mortem videntes, subsannavere. Sem vero et Japhet, tanquam duo populi, ex circumcisione et præputio, credentes, quodammodo passionem Christi velamento texerunt, id est sacramento honoraverunt : vestimentum enim significat sacramentum, quod dorso imposuerunt,

quasi memoriam præteritorum; quia passionem A minum crucifixit, etiam in filios pænam damnatio-Christi transactam celebrat, Ecclesia, non adhuc spectat futuram. Medius autem frater Cham, id est impius populus Judæorum, qui nec primatum apostolicæ tenuit, nec ultimus in gentibus credidit, vidit nuditatempatris, qui consensit in necem Domini Salvatoris : nuntiat fratribus foras, quia per eum manifestatum est quod erat in prophetis secretum; ideoque fit servus fratrum suorum, facta ipsa gens quodammodo scriniaria Christianorum, bajulans legem et prophetas ad testimonium assertionis Ecclesiæ, ut honoremus per sacramentum quod numerantilli per litteram. Peccante Cham posteritas ejus damnatur, quia plebs Judaica quæ Do-

nis suæ transmisit. Sed et reprobi qui hic delinquunt, in posterum, id est futurum, sententiam damnationis excipiunt.

Nemrod filius Chus, primus novam imperii cupiditate tyrannidem arripuit, comparatus diabolo, qui superbe intumescens super sidera se exaltare voluit : quique venator et deceptor hominum ad mortem in Babel, id est in confusione, regnare non immerito dicitur; ubi confunduntur linguæ turrim impietatis superbæ ædificantium, omnium videlicet qui ab unitate fidei et integritate confessionis quasi per dissonantiam linguæ ad invicem fecerunt.

ÆTAS TERTIA

AB ABRAHAM AD DAVID USQUE

Abraham patriarchæ, qui septuaginta quinque annorum cum esset, relicta gente et patria, ad imperium Dei venit in terram Chanaan, accipiens promissionem nascituri de suo semine Salvatoris, in quo benedicerentur omnes gentes, simul et seipsum in gentem magnam esse futurum (Gen. x11): quarum una spiritalis, alter est promissio carnalis (Rom. IV; Gal. III, IV). His temporibus adhuc Ninus et Semiramis in Assyriis regnant.

[2271] Abraham annorum octoginta sex genuit Ismael, a quo Ismaelitæ, qui postea Agareni, ad ultimum Saraceni sunt dicti. Vixit autem Ismael annos centum triginta septem : interpretatur autem Ismael auditio Dei, populum Judæorum significans, eo quod in fine mundi crediturus a Domino exaudiatur. Porro Agar interpretatur advena vel con- C Joseph annorum centum decem mortuus : cujus versa, Synanogæ gerens personam.

[2285] Abraham annorum centum genuit Isaac : qui primus et solus intra Testamenti Veteris seriem, legitur octava die circumcisus. Quod non sine magno mysterio privilegium est filio promissionis donatum. Interpretatur autem Abrampater excelsus, propter priorem scilicet populum Judæorum : Abraham vero pater mallarum, id est gentium, sicut est illud in Apostolo : Qui contra spem in spem credidit, at fleret pater multarum gentium (Rom. n, 18). Vixit autem centum septuaginta quinque annis.

[2390] Isaac annorum septuaginta genuit Esau et lacob, patriarchas Idumææ et Israeliticæ gentis, post quorum ortum vixit annis centum et viginti : D factique sunt omnes anni illius centum octoginta. Hie temporibus primus apud Argos regnavit Inachus, annis quinquaginta : cujus filius fuit Phoroneus, qui primus in Græcia leges judiciaque conscripsit, qui et lo, quem Ægyptii mutato nomine Isidem coluerunt. Interpretatur autem Isaac risus,

[2185] Tertia mundi ætas a nativitate cœpit B qui in typo Salvatoris a patre in sacrificio oblatus est.

> [2440] Jacob annorum nonaginta genuit Joseph. His temporibus Serapis et Jovis filius, ut quidam ferunt, Ægyptiorum rex moriens, falso errore in deos transfertur; et Memphis civitas in Ægypto conditur ab Ape Argivorum rege : Sparta quoque a Sparto Phoronei filio Argivorum regis.

> [2480] Jacob annorum centum triginta descendit in Ægyptum, in animabus septuaginta. Vixit autem annis decem et septem in Ægypto : factique sunt omnes dies vitæ illius, centum quadraginta septem anni. Interpretatur autem Jacob supplantator, qui ct Israel videns Deum : vel melius princeps cum Deo, omnium sanctorum præferens imaginem, qui per fidem atque munditiam cordis semper videns Deum. ossa tulit Moyses et filii Israel pariterque ossa fratrum ipsius filiorum Jacob, et portaverunt in terram Chanaan. Hoc tempore Græcia Argo regnante habere segetes cœpit, delatis aliunde seminibus.

> [2546] Hebræorum servitus in Ægypto annorum centum quadraginta quatuor. Ut scriptura autem testatur Exodi, habitatio filiorum Israel qui manscrunt in Ægypto fuit quadringentorum triginta annorum : quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti, quorum tamen summam annorum, chronographi a septuagesimo anno et quinto nativitatis Abraham, quando terram repromissionis intravit, computant, sequentes editionem Septuaginta interpretum, quæ dicit : Habitatio autem filiorum Israel, qua habitaverunt in Ægypto et in terra Chanaan, ipsi et patres eorum, anni trecenti triginta. Quam necessario sequendam et ipsa Hebraica veritas ostendit, quæ narrat Caat, filium Levi, guem natum esse constat in terra Chanaan, vixisse annis centum triginta tribus, et filium

et ipsum Moysem octoginta fuisse annorum, tempore egressionis de Ægypto. Quia nimirum horum summam annorum constat quadringentos et triginta implerenon posse. Annuit autem horum translationi et Apostolus cum ait : Abrahæ dictæ sunt promissiones, et semini ejus non dicit: Bt seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, et semini tuo, qui est Christus : hoc autem dico : Testamentum confirmatum a Deo, quæ post quadringentos et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem (Gal. IV, 16, 17). His temporibus, silicet servitutis Israel in Ægypto, Prometheus fuisse scribitur, quem figunt fabulæ de luto formasse homines. Tunc etiam fratres ejus Atlas magnus estastrologus habiperitus, et ob hoc post mortem vano errore in deos translatus.

[2645] Hac etiam ætate primus Procidus quadrigam junxit: eodemque tempore Cecrops Athenas condidit, et ex nomine Minervæ Atticos Athenienses vocavit. Iste etiam bovem immolans, primus in sacrificio Jovem adorari præcepit. Tunc primi chorites Corybantes modulatam in armis saltationem et consonam invenerunt. Tunc etiam scribitur in Thessalia sub Deucalione factum diluvium, et Phaetonis fabulosum incendium.

[2640] Moyses, annis quadraginta eductum ex Ægypto populum Israel, et de servitute Ægypti liberatum rexit in deserto, quorum primo anno tabernaculum Domino construit, et septem mensibus G opus perficiens, mense primo anni secundi, prima die monsis erexit. Per eumdem Moysem Judæi simul cum lege et litteras habere cœperunt. Quinque libri Moysis, secundum Septuaginta seniorum interpretationem, continent gesta annorum trium millium septingentorum triginta. Quot vero annos hujus temporis Hebraica veritas contineat, Joseph in primo contra Apionem Grammaticum libro ita commemorat : Neque igitur innumera apud nos habentur volumina inter se invicem discordantia, sed duo tantum et viginti sunt libri, qui omnium temporum seriem continent, qui et juste creduntur divinitus inspirati. Ex quibus quinque sunt Moysis, continentes leges vitæ et successionis humanæ prosapiam, usque ad ipsius Moysis terminum pertendentes, qui paulo minus a tribus millibus annorum continen- D Barac de tribu de Nepthalim, annis quadraginta. tiam gerunt. Moysis temporibus templum Delphis construitur : Lacædemon conditur. Moyses centum viginti annorum moritur. Vitis in Græcia invenitur. His temporibus adeo ingens et gravis æstus incanduit, ut sol per devia transcendens universum orbem non calore affecisse, sed igne torruisse dicatur. Inde ridicula Phaetonis texitur fabula.

Josue annis viginti sex rexit populum Israel, ut Josephus docet ; nam Scriptura sancta quot fuerint anni ducatus illius tacet. Eusebius in Chronicis viginti septem posuit. Primo autem sui ducatus anno Josue, primo mense, decima die mensis, populum pa-

Amram patrem Moysis annis centum triginta septem, A tefacto Jordanis alveo, in terram repromissionis induxit. Quo videlicet anno, ut in Chronicis Eusebii reperimus, principium erat quinquagesimi primi jubilæi secundum Hebræos, facile inveniri valet, id est anni bis mille quingenti ab initio mundi erant completi : singulis Jubilæorum ordinibus per quinquagenos annos deputatis. Sed nostra inquisitio comperit minorem temporis hujus esse summam : constat enim quia mille sexcenti quinquaginta sex ad diluvium usque fuere anni : inde ad Abraham, ducenti nonaginta duo qui septuaginta erat annorum quando promissionem Dei accepit. Promissionis anni quadringenti triginta; ducatus Mosis, anni sexaginta qui profecto numerus non bis mille quingentos, sed septem minus, id est bis mille quadrintus : Mercuriusque nepos Atlantis multarum artium R gentos nonaginta tres annos implent. His temporibus Josue, primus Erychthonius Atheniensium princeps in Græcia quadrigam junxit. Josue centum et decem annorum moritur.

[2757] Othoniel annis quadraginta de tribu Juda primus Israel, Deo jubente, judex constituitur, illum præfigurans qui in tertio tempore mundi tribu Juda cum gratia ad salvandos populos venit. Hujus temporibus primo filii Israel servierunt Chusan Rasataim regi Mesopotamiæ, octo annis Cadmus regnat Thebis, qui primus Græcas litteras adinvenit. Per idem tempus, primi Linus et Amphion apud Græcos in musica arte claruerunt, Idæique Dactyli ferrum invenerunt eo tempore.

[2797] Ahoth, anno octogesimo, filius Jera, filii Gemini, qui utraque manu ulebatur pro dextera. Cujus principiis servivit Israel Eglon regi Moab annos decem et octo, donec percusso Eglon liberavit Israel. Hoc tempore Cyrene civitas condita est in Libya. His temporibus fabulæ fictæ sunt de Triptolemo, quod, jubente Cercre, serpentium pennis gestatus, indigentibus frumenta volando distribuit; de Hippocentauris, quod equorum hominumque fuerint natura permixti; de Cerbero tricipiti inferorum cane; de Phrixo et IIelle sorore sua, quod ariete vocti per aerem volaverint ; de Gorgone meretrice, quæ crinita serpentibus fuerit, et aspicientes convertebat in lapides; de Bellerophonte, quod equo pennis volanti sit vectus, de Amphione, quod citharæ cantu lapides et saxa commoverit.

[2877] Debora, prophetissa ex tribu Ephraim cum Cujus initio ducatus oppressit filios Israel Jabin rex Chanaan, qui regnabat in Asor annis viginti, sed occiso ab Israel, et a Jael uxorc Abercinei. Sisara principe militiæ ejus, humiliatus tandem ac delectus est. Hoc tempore Miletus condita. Per idem tempus Apollo medicinæ artem invenit. Fabula quoque tunc ficta est de fabro Dædalo, et ejus filio Icaro, quod coaptatis sibi pennis volaverit. Hac ætate primus regnat Latinis Picus, qui fertur Saturni filius fuisse.

[2918] Gedeon annis quadraginta ex tribu Manasse. Sub quo servit Israel Madianitis et Amalechitis septem annis; sed Gedeon pugnante libe- A sunt Latini, qui postea Romani nuncupati sunt, post ratur. Urbs Tyrus condita, ante templum Hierosolymorum, annis ducentis et quadraginta. Orpheus Thracius Linusque magister Herculis artis musicæ inventores, clari habentur. Argonautarum navigatio scribitur.

[2953] Abimelech, annis tribus regnavit in Sichem. Iste septuaginta fratres suos filios Gedeonis interfecit. Hercules Ilium vastat.

[2958.] Thola, annis viginti quatuor filius Foa, patrui Abimelech, vir de Issachar, qui habitabat in Sanir montis Ephaim. Priamus in Troja post Laomedontem, regnavit annos tredecim. Fabula ficta de Minotauro. bestia labyrintho inclusa. Bellum, Lapitharum et Centaurorum, quos scribit Palæphatus primo de Incredibilibus libro, nobiles fuisse B post mortem, patris editus, ruri fuerat educatus, equites Thessalorum.

[2981] Jair, annis duobus et triginta ex tribu Manasse. Per hæc tempora Hercules agonem Olympiacum constituit, atque in Libya Antæum occidit a quo usque ad primam Olympiadem supputantur anni quadringenti triginta.

[3004] Jeptes Galadites, annis sex. Philistini et Amanitæ deprimunt Israël; ex quibus Amanitæ debellantur a Jepte; qui in libro Judicum ab ætate Noysis usque ad semetipsum, ait supputari annos trecentos, vel, ut quidam codices habent, annos trecentos quinque et viginti. Cujus tempore Hercules quinquagesimum secundum annum agens, ob morbi dolorem sese flammis injecit. Per idem tempus Alexander Helenam rapuit, Trojanumque bellum C decennale surrexit.

[3010] Abesa de Bethlehem, annis septem. Agamemnon imperat Mycenis quinque et viginti. Cujus anno quindecimo Troja capitur. Amazones arma sumpserunt.

[3017] Ajalon Zabulonites, annis decem. Hic cum annis suis decem in Septuaginta Interpretibus non habetur, quorum damno supplendo, Josue filio Nun, Eusebius Samueli et Sauli quorum annos Scriptura non dicit, plures annos quam in Josepho legerat, annotavit, quatenus ab egressu Israel ex Ægypto usque ad ædificationem templi quadringentorum octoginta annorum summan, quam Scriptura prædicat haberet.

[3025] Abdon sive Labdon de tribu Ephraim, annis octo. Cujus anno tertio Troja capta est; et Æncas ad Italiam venit. Completis a primo anno Cecropis, qui primus apud Atticam regnavit, annos trecentos triginta quinque. A quadragesimo autem et tertio anno regno Nini Assyriorum regis, computanturanni octingenti viginti quinque. A mortuo Labdon servivit Israel Philistæis quadraginta annis. Hac ætate Carmentis nympha Latinas litteras reperit.

[3025] Samson de tribu Dan, annis viginti. Ascanius Æneæ filius Albam condidit. Ulyssis quoque fabula ficta. Hactenus Judicum liber tempora signat, habens annos ducentos nonaginta novem, Judices autem duodecim; post quos sacerdotes constituti

tertium annum captivitatis Trojæ sive annis tribus. Postquam octavum regnavit Æneas, ut quidam scribunt, Ascanius annis triginta octo. Ante Æneam, Janus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinis in Italia regnaverunt per annos circiter centum quinquaginta.

[3046] Heli sacerdos annis quadraginta. In Hebræorum libris, anni quadraginta : in Septuaginta, anni viginti inveniuntur. Arca Testamenti ab Allophylis capitur. Regnum Sicyoniorum finitur, qui ab Ægialeo usque ad Zeuzippum regnaverunt, per annos nongentos sexaginta duos. Hectoris filii Ilium receperunt, expulsis Antenoris posteris, Heleno illis subsidium ferente. Latinorum tertius Silvius Æneæ filius, regnat annis viginti novem qui quod et Sylvi, et Posthumi nomen accepit, a quo omnes Albanorum reges Sylvii vocati sunt.

[3085] Samuel et Saul, annis quadraginta. In Scriptura sacra, ducatis Samuelis quot annis fuerit minime patet; docet tamen Josephus tredecim annis principatum illius emicuisse. Chronici vero, Samuel et Saul simul annis quadraginta præfuisse signant. In Actibus apostolorum apostolus Paulus ita concionatus ad populum est : Deus plebis Isracl elegit patres nostros, et plebem exaltavit, cum essent incolæ in terra Ægypti, et in brachio excelso eduxit eos ex ea, et per quadraginta annorum tempus, mores eorum sustinuit in deserto; et destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum, quasi post quadringentos et quinquaginta annos'; et post hæc dedit judices, usque ad Samuel prophetam; et exinde postulaverunt regem; et dedit illis Deus Saul, filium Cis, virum de tribu Benjamin, annis quadraginta. Ab hoc tempora prophetarum incipiunt. Lacedæmoniorum regnum exoritur; atque llomerus fuisse putatur.

In hac tertia ætate mundi, salva veritate historica, præfigurat in vocatione Abrahæ, terram viventium Christi populo futuram, nec incolatus nostri longos exitus formidandos, et in Christo Domino semper sperandum, per cujus gratiam vivendo sempiterna potiemur hæreditate; et in semine ejusdem Abrahæ, ut stellas cœli multiplicari populum Christianum; et in oblatione et sacerdotio ejus regale Ecclesiæ sacerdotium, et in proprietate nominis ipsius, quod esset in Christo pater multarum gentium per fidem, cum unius tantum gentis pater fuerit per generationem: et in circumcisione carnis, quod corde circumcidendus esset Christianus.

Et in Isaac nato, qui risus dicitur, quod gentium populus qui in Christum de illa serie in carne venientem irrisum a Judæis crederent, et agnoscerent illius contumeliosam passionem, suam veram esse liberationem.

Et in Sodoma et Gomorra, impiarum civitatum subversione, futuri judicii diem, ncc posse evadere statuta supplicia, noxia curiositate propositum sanctæ conversationis contemnentes, retroque male

vivendo respicientes; solosque liberari, quos gratia A accipiebat. Isto tempore omne magisterium Juozo-Christi liberaverit.

Et in immolatione arietis pro Isaac, Christi passionem expressam; et injuratione Dei quod semen Abrahæ in Christo supra numerum extenderetur, et non tantum ex semine carnis, sed fide vocari ad infinitum numerum filios Abraham.

Et ex femore Abraham, carnem Christi venturam, quando idem Abraham servo jubet : Pone manum tuam sub femore meo, et jura mihi per Deum cœli; ostenditque Christum qui est Deus cœli, per Virgi. nem Mariam ex femore suo in carne futurum.

Et in geminis Rebeccæ duos populos, Christianos et Judæos, quorum minor Jacob lenis, in ipsa jam pueritia per cocturam rubram lenticulæ, majorem fratrem Esau hispidum supplantans, lenem mitemrubram, Passionem scilicet Christi, sanguine rubratam, edaci ac sævienti Judæo populo, cujus curam gestabat Esau, primatus dignitatem illo veudente suscepit; ille quod nascendo habuit per concupiscentiam perdidit; Christianus per gratiam quod in natura non habuit acquisivit. Cui pelles hædorum super brachia, et cervicem nudam mater aptavit, vesteque primogeniti sui induit, tanquam jam nobis illum figuratum ostendens Christum qui accepit, non carnem peccati, sed similitudinem carnis peccati, legemque Veteris Testamenti tanquam vestem primogeniti excipiens, non solverit, sed impleverit. Post cujus odorem benedictæ concurrunt omnes gentes quæ per gratiam Judæis et primatum, et benedictionem abstulerunt. Jacob quoque, filius C nam et Juda confessio est, confessioni ergo amari-Isaac, nopos Abrahæ fugiens fratris insidias, in sacramento lapidem quem ad caput habuit dormiens eminus erigens eumque liniens oleo, Christum nobis lapidem angularem consecravit. Et idem Jacob, claudus effectus in latitudine femoris populum Hebræorum significat claudicaturum. Judas filius Jacob, cum nuru sua concubuit Thamar, qua intelligitur plebs Judæa, cui de tribu Juda reges tanquam mariti adhibebantur; undenomen ejus amaritudo interpretatur, quia ipsa Domino fellis poculum dedit.

In duobus filiis Judæ duo genera principum qui non recte operabantur in plebe, unum eorum qui oberrat, alterum qui nihil proderat: nec enim sunt amplius quam duo genera hominum inutilia generi lentium, et, și quid boni habent, în hac terrena vita perdentium, tanquam in terram fundentium; unde major Her interpretatur pellicitus, qualibus tunicis induti sunt primi homines, in pœnam damnationis suæ, dimissi ex paradiso. Sequens Onan interpretatur mæstus eorum, id est, quibus nihil prodesse cum habeat unde prodesse possit. In tertio filio Judæ, Sela qui interpretatur dimissio ejus, significatur tempus ex quo reges plebi Judæorum cœperunt de tribu Juda non fieri; quia erat cadem tribus Juda, sed etiam in populo Judæ nemo regnabat; propterea Thamar filium Judæ maritum non

rum, et mystica, unde Christi vocabantur, unctio ipsa defecerat. Neque ad mysticam unctionem Herodes pertinet alienigena, qui deficiente ex tribu Juda principe regio, a Romanis in Judæa regnum acceperat; sub cujus tempore natus est Christus, unctus Sanctus sanctorum oleo exsultationis præ participibus suis, quiveniens ad oves quæ perierant domus Israel, testimonio Joannis, in aqua usus est; cujus figuram gessit ipse Judas, cum iret ad tondendas oves in Tamna, quod interpretatur deficiens: jam enim defecerat princeps ex Juda, atque unctio mystica Judæorum. Venit autem cum suo pastore Odollamite, cui nomen erat Iras; interpretatur autem Odollamites testimonium in aqua, habens quidem Dominus testimonium majus Joanne, propter que signat populum Christianum, qui per cocturam B infirmas tamen oves, hoc testimonio usus est in aqua, nam et ipse Iras, quod nomen illius pastoris fuit, interpretatur fratris mei visio. Vidit omnino fratrem suum Jesum secundum semen Abrahæ, secundum cognationem Mariæ et Elizabeth matris suæ; eumdemque•Dominum et Deum suum, quem jam salutaverat ex utero, agnovit perfectius ex columba; et ideo tanquam Odollamites, vere testimonium perhibet in aqua. Venit autem Dominus ad oves tondendas, hoc est exonerandas sarcinas peccatorum. Inde Thamar habitum mutat; namet commutans interpretatur; mutat et nomen. et de Synagoga fit Ecclesia, sed in ea prorsus nomen amaritudinis permanet, non illius in qua Domino fel ministravit, sed illius in qua Petrus flevit amare, tudo misceatur, ut vera pœnitentia præsignetur Ilæc pænitentia fecundatur Ecclesia in omnibu:: gentibus; nam et ipse habitus meretricis, confessio peccatorum est; typum quippe Ecclesiæ gerit Thamar ex gentibus evocatæ, sedens cum hoc habitu ad portam Enahim, quod interpretatur fontes, currit enim velut cervus ad fontes aquarum pervenire ad semen Abrahæ; illic enim a non cognoscente fetatur, quia de illa prædictum est : Populus quem non cognovi, servivit mihi. Accipit in occulto annulummonile, et virgam; vocatione signatur, justificatione decora, glorificatione exaltatur, sed hæc adhuc in occulto, ubi fit conceptio sanctæ ubertatis. Mittitur merctrici promissus hædus, exprobrahumano: unum nocentium, alterum præstare no- D tio scilicet peccati per eumdem Odollamitem, tanquam increpantem et dicentem : Generatio viperarum ; sed non eam invenit peccati exprobratio, quam mutavít confessionis amaritudo. Post vero publicis signis annuli, monilis, et virgæ arguit temere judicantes Judæos, quorum jam personam Judas ipse. gestabat, prolatis certissimis documentis suze vocationis, justificationis et glorificationis. Ostendit virgam signum passionis, et monile legitimæ legis, et annulum pignus immortalitatis, quando accusatur a Judæis quasi adulteratrix legis.

In actionibus quoque Joseph et Benjamin, Christus et Ecclesia ipsius figuratur. Quorum unus Joseph a

:

•.

٠,

3

:

1

Ł

1

Í

10

59

11

 $\{ r^{a} \}$

₽-1 ş

- d+

<u>ا</u> بر.

ίς. Έ

patre missus, signat Christum a Patre missum ad A serpensque Moysi voravit serpentes corum magooves visitandas, cum fratres in passione, tunica exspoliatum miserunt in lacum; ac vestom ejus in sanguine hædi tinctam, sub falsa testatione, patri miscrunt; venditumque gentibus Salvatorem transmiserunt, cui in cœlo sol, stella ac luna, et in manipulis terra, inferna quoque carceris subderentur, ut ei omne genu flectatur cælestium, terrestrium, et infernorum. Cum eodem Joseph, ad sacramentum Dominicæ passionis, duo Pharaonis spadones in carcerem detrusisunt, ut trium crucifixorum numerus suppleretur ; e quibus verus Joseph Christus, revelando mysteria unum puniret per debitum supplicium, alterum per indebitam gratiam liberaret. Idem Joseph post duos annos dierum tertio incipiente, de declaratur. Data est Joseph potestas in Ægypto; data est Christo omnis potestas in cœlo et in terra. Collegit Joseph per suos frumentum multum; collegit Christus credentium numerum sine numero. Constituit Joseph horrea per totam Ægyptum ; consecravit Christus per totum mundum Ecclesias. Aperuit Joseph horrea tempore famis, et ministravit frumenta populis ; aperuit Christus ex horreis suis diuturnam sui corporis præbiturus annonam esurientibus et sitientibus justitiam. Acquisivit Joseph totam Ægyptum Pharaoni; acquistvit Christus mundum pastum et reconciliatum Patri. Venerunt fratres Joseph, qui eum vendiderant, fame compulsi, ad eum ; venerunt et ad Christum Judæi, qui eum crucifixerant, ut ejus refecti cibariis, a fame animæ liberarentur. Adorant illi, adorant et isti : sicque niris sacramentis, in actione fratrum, actio nobis apostolica præmonstratur.

In Benjamin quoque extremo Joseph fratre et doctor et magister gentium in fide et veritate, Paulus præfiguratur : cui figurate scyphus argenteus in sacco legis celatur, et trecenti argentei cum quinque stolis optimis dantur.

Et. in descensione Jacob in Ægyptum, Christi descensio in mundum; et in multiplicatione seminis ejus in Ægypto, in Christo per fidem gentes in toto mundo multiplicandæ.

' In Moyse figura exprimitur Mediatoris, qui mundo pacem intulit, ut Moyses Ægyptum sabulo abscondit, Christus ex obsessis virtutem diaboli expellendo co- D ludens. In Samuele, Christus Dominus dux, sacerhibuit. Quodidem Moyses uxorem filiam sacerdotis Madian accepit, mediatorem ex alienigenis sumere conjugem significat et Ecclesiam. Quod idem pastor ovium, mediatorem signavit postorem bonum ovium in carne futurum : qui ex hoc mundo quasi ex Egypto oves suas colligendo, in unum ovile Ecclesiæ congregaret. Superantur magorum præstigia,

rum : virga Christi, doctrina, qua omnium paganorum bæreticorumque dogmata consumuntur.

42

In Ægypto decem plagis mundus feritur : in occisione agni, Christi immolatio : et in figura Paschæ, Christi transitus ad Patrem. In mari Rubro baptismus Cristi sanguine rubratus. In manna, panis colestis. Christus expressus in extensione manuum Moysi, signo crucis expugnari inimicos. Datæleges in monte, Christi mandata servari in spiritali altitudine, in tabernaculo, Christi Ecclesiam.

In Aaron sacerdotio, novum in Christo sacerdotium. In sacrificiis omnibus, Christum figuratum. In varietate leprarum, hæreseon vel errorum varietacarcere educitur; et Christus die tertia a mortuis B omnia fieri. In Ægypti escis desideratis, Christum manna fastidisse, et voluptatibus illicitis concupiscentias præstitisse. In virga Aaron germinante confirmationem Sacerdotii Christi. In ænco serpente, Christi morte ubique in ore fielium sonante, virulentiam virorum perimendam, et a percussione diaboli, fide mortem Christi aspicientes sanandos. Et in bis percussa petra sacramenta passionis Christi mirabili opere distincta. Et in vacca rufa, cujus cinis in aquas lustrationis projicitur, mysterium nostræ redemptionis et salutis plenissime expressum.

In sepultura Moysi occultata, litteram legis; ct carnales observationes occulendas.

In Jesu Nave principatu sequente, Dominum Christum in Novo Testamento verum ducem et principem C futurum, et civitates mundi destructurum, acaereas potestates debellaturum, ac omnem idololatriam penitus abluturum, et omnis generis vitia expugnaturum.

Debora in typo Ecclesiæ hostem superavit. Gedeon gratiam Christi abundantem commendavit, et quod fide, trinitatis hostes essent superandi, ac martyria appetenda actis suis insinuat. In Abimelech concubinæ filio, hæretici. In Jephte filia virgine, carnis Christi immolatio virginis et in resurrectione totius corruptionis absorptio. In Samson Nazareo, Christus Dominus fortis in capite ; in ligatione ipsius a meretrice muliere, Christus Dominus, quod Judæorum vincula omnia potentialiter dirumperet. In Ruth, Ecclesia ex gentibus, Judæis ildos et propheta, sacerdotes arguens, et Synagogam veterem novo sacerdotio Christi in gratia Novi Testamenti permutans.

Clauditur hæc tertia ætas Patriarcharum actis, et legis sacramentis, ac judicium figuris, venerabiliter insignis, in repulsione et abjectione Saulis, continens annos nongentos quadraginta.

ÆTAS QUARTA

A DAVIDIS REGNO AD TRANSMIGRATIONEM HEBRÆORUM BABYLONIAM.

[3125] Quarta ætas mundi. David primus ex tribu A Juda rex, annis quadraginta. Latinorum quintus, Silvius, annis quinquaginta. Codrus sponte so hostibus offerens, interimitur. Ephesus condita ab Andronico. Carthago condita est a Didone filia Carchedonis Tyrii, anno centesimo quadragesimo tortio post Trojanum excidium ; prophetantibus in Judæa Gath, Nathan et Asaph.

[3168] Solomon, filius David, annis quadraginta. Qui quarto regni sui anno, mense secundo, templum Domino ædificare cæpit in Jerusalem, collectis ab egressu Israel ex Ægypto annis quadragentis octoginta: quod in figuram universi temporis quo in hoc sæculo Christi ædificatur Ecclesia, quæ in futuro perficitur septem annis, et septimo mense anni octavi dedicavit. Latinorum sextus, Alba Silvius, B Azariam, interfecit omnem stirpem regiam domus Æneæ filius, regnat annis octoginta octo. Regina Sabba venit audire sapientiam Salomonis.

[3205] Roboom, filius Salomonis, annis sexdecim. Sub quo Jeroboam de tribu Ephraim separavit. decem tribus a domo David, et a Domino, in figuram hæreticorum qui suos sequaces a Christo et Ecclesia segregant. Hujus quinto anno Sesac rex Ægypti, veniens Hierosolymam, templum spoliavit. Latinonrum septimus Ægyptas Sylvius, Albæ superioris regis filius, regnavit annis viginti tribus. Samus condita, et Smyrna in urbis modum ampliata. Sybilla Erithræa illustris habetur.

[3882] Abia, filius Roboam, annis tribus. Hic pugnantem contra se Jeroboam superavit, occisis de exercituejus millibus quingentis, co quod sperasset in Domino. Sub quo Hebrææ gentis pontifex mavimus Abimelech insignis est habitus.

[3885] Asa, filius Abia, aunis quadraginta et uno. Ab hoc conductus Benadab rex Syriæ Damasci contra Israel, percussit omnem terram Nephtalim. Prophetabant in Judæa Achias, Eliu, Amos, Joel, et Azarias. Latinorum octavus Capys Silvius Ægypti, superioris regis filius, regnat annis viginti septem. Asa idola destruit, templum mundat. Egredientem contra se Zaraa Æthiopem cum suo sternit exercitu. Amri Rex Israel emit montem Samariæ, a Somer, duobus talentis argenti, et ædificavit eam. Achiel de Bethel, Jericho instaurat.

[3926] Josaphat annis viginti quinque. Elias, et Elisæus, et Abdias, Azarias, et Micheas prophetabant. Elias Theshites, tres semis annos pluviam D libus scribit, quod biennio perfecta fuerit, primum continuit, propter peccata Achab, et populi Israel, et inter cætera magnalia Elisæum filium Saphat, qui erat de Abel Maula, pro se unxit prophetam. Latinorum nonus Carpentus Silvius, superioris regis Capys filius, regnavitannis tredecim. Post quem filius ejus Tiberius decimus, annis octo. Josaphat fecit rectum coram Domino.

[3951] Joram, filius Josaphat, annis octo. Elias curru igneo rapitur, quasi usque in cœlum; et Elisæus, hæres prophetiæ derelictus, primo miraculo aguas Jericho sanat. In diebus Joram recessit Edom, nc esset sub Juda, et constituit sibi regem. Ambulavitautem Joram in viis domus Achab; filia quippe Achab erat uxor ejus.

[3959] Ochozias sive Azarias anno uno. Jonadab filius Rechab clarus habetur. Azariam cum filio suo Joas, et nepote Amasia, ob enormitatem scelerum, et quia nec patrem filiumve quispiam corum bonum habebat evangelista Matthæus a Domini Salvatoris genealogia secludit.

[3960] Athalia, mater Azariæ, annis septem. Quæ videns interfectum ab Jehu rege Israel filium suum Joram, præter solum Joas filium Azariæ, quem Jozabeth uxor Joiadæ pontificis furata est de medio filiorum regis, cum interficerentur. Joiada pontifex, qui solus post Moysen vixisse annos centum triginta perhibetur.

[3967] Joas, filius Azariæ, annis quadraginta. Iste hono principio et fine usus pessimo, in principiis suis templum innovavit. In extremis inter cætora facinora, Zachariam quoque filium Joiadæ tutoris quondam ac regnificatoris sui, inter templum et altare lapidare præcepit; quem ob meritorum gratiam Dominus in Evangelio filium Zachariæ, id est benedicti Domini, cognominat. Lycurgus legislator Apollinis oraculo insignis habetur. Latinorum duo-C decimus Aremulus Silvius. Agrippæ superioris regis filius, regnavit annis decem et octo, qui præsidium Albanorum intermontes, ubi nunc Roma est, posuit. Cujus filius fuit Julius proavus Julii Proculi, qui cum suo populo Romam commigrans, fundavit Juliam gentem.

Amasias, filius Joas, annis viginti novem. Elisæus propheta defunctus sepelitur in Samaria. Azahel rex Syrorum afflixit Israel.

[4047] Latinorum decimus tertius, Azentinus Silvius Aremuli superioris regis major filius, regnavit annis triginta septem ; atque in eodem monte qui nunc pars Urbis est, mortuus ac sepultus, æternum loco vocabulum dedit. Vienna urbs condita a Venerio Africæ exsule, inde nominata, ut Livius in Anna-Bienna, postmodum b subtracta, addita v, Vienna nuncupata. Quam postea Romani, Senatu composito qui Gallias disponeret, Senatoriam appellare voluerunt. Inde post aliquot tempora, quinque legionibus in ea compositis, quinque castris in circuitu eam insignem fecere; ac publica horrea et cellaria totius militiæ ibi constituerunt. Ex nominibus autem trirunt Crappum, Eumedium, Sospolum, Quiriacum, Pompetiacum.

[4076] Azarias, qui et Ozias, filius Amasiæ, annis quinquaginta et uno. Assyriorum tricesimus sextus, Tonosconleros, qui vocatur Græce Sardanapalus, qui Tharsum atque Anchialem condidit, et (in prælio victus ab Arbace Medo, semet incendio concremavit. Usque ad id tempus fuisse reges Assyriorum historiæ referunt; et flunt simul anni a primo anno Nini Regis Assyriorum, mille centum et sexaginta quatuor. Arbaces Medus, Assyriorum imperio destructo, regnum in Medos transtulit. Deinde multis præliis undique scatescentibus, per varios eventus ad Scythas Chaldæosque, et rursum ad Medos parili via rediit. Latinorum decimus quartus, Procas Sil- _B gressus, occiditur in campo Mageddo, quæ nunc vius, Aventini superioris regis filius regnavit. Post quem Amulius Sylvius. Hesiadus poeta claruit, atque Phidon Argius mensuras et pondera reperit. Per idem tempus olympias prima constituitur. Macedonum regnum inchoat, primum habens regem Cananum. Lacædemoniorum reges doficiunt; Lydorum incipiunt. Osee, Amos, Isaias, et Jonas in Judæa prophetant.

Joathan, filius Oziæ, annis sexdecim. Olympias prima ab Eliensibus constituitur. Remus et Romulus generantur, matre et Ilia. Joathan inter cætera virtutum bonarum opora, portam domus Domini sublimissimam ædificavit, quæ in Actibus Apostolorum Speciosa vocatur.

[4103] Achaz, filius Joathan, annis sexdecim. Ab С hoc conductus Theglatphalasar rex Assyriorum, Rasin regem, Syriæ interfecit, et habitatores Damasci transtulit Cyrenem.

Roma condita in monte Latino undecimo Kal. Naii a geminis Remo et Romulo filiis Rheæ Sylviæ, quæ crat filia Numitoris fratris regis Amulii, virgo vestalis, sed constuprata. Consualibus ludis Sabinæ raptæ, anno ab Urhe condita tertio. Remus a Fabio Romuli duce occisus.

[4119] Ezechias, filius Achaz, annis viginti octo. llujus anno sexto Salmanazar rex Assyriorum, capta Samaria, transtuliț Israel in Assyrios, atque in Judæa Samaritas accolas misit. Cujus regnum a primo Jeroboam steterat annis trecentis sexaginta. lloc tempore Romulus primus milites ex populo sumpsit, centumque a populo nobilissimos viros D elegit qui ob ætatem, senatores, ob curam et sollicitudinem reipublicæ, patres vocati sunt. Mortuo Remulo, qui triginta septem annos regnavit, per quinos dies Senatores rempublicam rexerunt; atque unus expletus est annus.

Post quos Numa Pompilius, annis quadraginta et uno; qui Capitolium a fundamentis ædificavit.

[4147] Manasses, annis guinguaginta sex. Ilic ob scelera sua catenatus et compenditus, in Babyloniam ducitur; sed oh pænitentiam et preces, restuitur in regnum. Numa Pompilius, primus Vestales virgines instituit, duosque menses, Januarium et Fe-

buaorum Juli Cæsaris, nomina castris imposue- A bruarium decem mensibus anni adjecit. Sibylla Samia claruit.

> Romanorum tertius, Tullus Hostilius, regnavit annos triginta duos, qui primus regum Romanorum purpura et fascibus usus est; adjecto monte Cœlio et urbem ampliavit.

> [4203] Amon, filius Manasse, annis duobus, in Hebraica veritate; in Septuaginta legitur regnasse duodecim. Histrus civitas in Ponto condita. Amon a servis suis interficitur.

[4205] Josias, filius Amon, annos triginta unum. Hic mundata Judæa et Hierusalem templo etiam innovato, post abjectas idololatriæ sordes, pascha Domino celeberrimum facit decimo octavo anno regni sui; et cum Nechao Ægyptiorum rege con-Maximianopolis vocatur. Thales Milesius, primus physicus clarus habetur. Prophetabant in Judæa, Jeremias, Oldas, et Sophonias. Romanorum quartus Ancus Martius, Numæ ex filia nepos, regnavit annis viginti tribus, qui Aventinum montem et Janiculum Urbi addidit, et supra mare, decimoquinto ab Urbe miliario Hostiam condidit. Post quem Tarquinius Priscus, annis triginta septem; qui circum Romæædificavit, numerum senatorum auxit; Romanos ludos instituit, muros et cloacas ædificavit. Capitolium exstruxit. In Hebrao, viginti et uno annis regnasse Josias: in Septuaginta Interpretibus, triginta tribus legitur. Sed et Eusebius inter regnumejus et Joachim, alium de suo adjecit annum, propter menses bis terrenos quibus Joachaz vel Joachim regnaverunt. Verum quid veritas habeat Jeremias pandit, qui se a decimo tertio anno Josiæ usque ad annum quartum Joachim, viginti tribus annis prophetasse perhibet; et Nabuchodonosor quarto anno Joachim regnare cœpisse; decimo nono autem anno regni ejus, Hierusalem fuisse destructam.

[4259] Joachim filius Josiæ, annis undecim. Post Josiam regnavit Joachaz mensibus tribus; quem Nechao vinctum ducens in Ægyptum, Joachim constituit regem. Hujus anno tertio Nabuchodonosor, capta Jerusalem, et plurimis captivatis, in quibus crant Daniel, Ananias, Azarias, Misael, partem vasorum templi Bahyloniam transfert. A quarto Joachim anno Scriptura regnum Nabuchodonosor computat : quia ex co non solum Chaldæis, et Judæis, sed et Assyriis, Ægyptiis, Moabitis, aliisque innumeris gentibus incipit regnare.

Joachim, qui et Jechonias, filius Joachim, mensibus tribus ac diebus decem. Hic circumdata a Chaldæis Jerusalem, exiit ad regem Babylonis, et mater ejus, et ductus est in Babylonem cum populo suo anno octavo regni Nabuchodonosor.

[4347] Sedechias, annis undecim, qui et Mathan, filius Josiæ. Hujus anno undecimo, regis Babylonis novenario. Judæa captivata m Babyloniam, et templum Dei incensum, ædificationis suæ anno quadringintesimo tricesimo. Qui autem reliqui fuerant Judæi, transfugerunt in Ægyptum qua post annos quinque percussa a Chaldæis, in Babyloniam sunt A sus, in quo sapientia Christus, veniens mittereglaet ipsi transmigrati. Secundum Septuaginta interpretes anni computantur ab ædificatione templi, quadringenti quinquaginta quatuor. Per lidem tempus Sapho mulier in diverso poemate claruit; Solon leges Atheniensibus dedit.

In hac quarta ætate, in David manu forti, parvo' in fratribus uncto, regis nostri Christi Sacramenta figurantur. Qui pastor ovium, unctus a Deo Patre, de ore leonis diaboli, et Petrum negantem, et latronem eripuit confitentem. Cujus citharam, si respicias resonantem, quam ligno crucis carnis membrorumque suorum chordisaptatam plectro dum tangit sancti Spiritus, omne animal replet benedictione, et diabolum de cordibus fugat iniquorum, pro quibus in cruce oravit. Qui adversus magnum hostem B rum fornicatus mente et corpore, Domino se descverum Goliath pugnaturus, sapientiam hujus mundi, tanguam illa arma Saul rejiciens in guingue lapidibus, stulta mundi elegit, ut confundat fortia. Ex quinque enim libris legis Moysis, unus lapis prædictis fundibulo carnis locatus, manu forti expressus, totam diaboli superbiam elisit, suoque peremit gladio, dum mortem ex morte occidit. Ex cujus victoria inimici Judzei invidiam conceperunt, et pro dilectione odium retribuerunt.

Quod idem David per latebras montium, per speluncas ac deserta inimico persequente discurrit, membrorum suorum ac martyrum persecutiones expressit.

Quod inimico suo pepercit, pinnam chlamydis

Quod declinans persecutoris insidias, fugit in Geth; sic Christus sævientibus Judæis subtrahens se gentibus dedit.

Arreptitium idem se simulans, dum salivæ illius in barbam decurrunt, Christi firmitatem sapientia conditam, et sacratissimum corpus ipsius in sanctificato pane gestatum manibus suis presbyteri mysterio nobis insinuat.

Idem David dolet occisum inimicum Saul: quia et Christus suos plurimum dilexit inimicos.

Ad David unctum totus colligitur Israel; ad Christum ut promissum est totus colligitur mundus.

In David Christus ille desirabilis omnibus gentibus quasi in solatium deambulans, quia in sole po- D suit tabernaculum suum, adamavit Ecclesiam super tectum se lavantem, id est, emundantem se a sordibus sæculi, et domum luteam spiritali contemplatione transcendentem atque calcantem : et inchoata cum illa primæ conventionis notitia, postea ab ea penitus separatum diabolum occidit, eamque sibi perpetuo connubio copulavit.

David senili ætate confecto Abisac virgo, quæ eum calefaceret, applicatur : senio urgente mundo, verus Devid Christus sibi virginem calentem fide applicat Ecclesiam.

In Salomone pax nostra, qui est Christus expres-

dium in terram, hæreticorum fraudem removens veræ matri Catholicæ uti parvulum non divisum, vivum reddit statum; nec vult propter jurgium hæreticorum scindere et dimidiare filium qui ex vivis lapidibus domum construens, unum ex omnibus fidelibus templum fecit : ad quem visendum sapientiamque ejus audiendam, regina Saba, id est Ecclesia, a finibus terræ venit. Universa itaque quæ de Salomone, vel ab eo prophetice gesta sunt recte Christo Domino consignantur. Ne quis autem putaret in Salomone cuncta impleta quæ prophetice do Christo dicebantur, in senectute depravatus, sapientiam divinojudicio amisit, ut in Christo Domino omnia illa quæ signata fuerant, servarentur. Cæterente, male obiisse videtur : metuendum exemplum posteris relinguens, ne felicitate hujus vitæ turbati, Christum deserant; quod est suorum æterna felicitas.

In divisione regni, ac totius populi pene Israelitici a domo David, hæreticorum et schismaticorum ostenditur figura.

In Elia Christus; qui per figuram vespere sæculi ut vitulus immolatus, sacerdotes omnes idololatriæ cum ipso errore simul exstinxit, replens terram gratiæ pluvia, qua fames fidelis animæ repellatur.

Quod eidem Eliæ in eremo constituto corvi paabscidit vitium magnum superbiæ parcit, ne dentur C preceptis panem. postes corport Dentitient dentur in æternæ occisioni. nem mane et carnes vespere ministrant, figura togentibus ministrarunt.

> Tribus temporibus etiam et dimidio temporis in tribus annis et sex mensibus cœlestis pluvia Dei alto judicio negatur eis, qui carnem ejus non comedentes neque ejus sanguinem bibentes, redempti ab ejus corpore invenientur alieni.

> Elias pastus a vidua, Christus misericordiæ opera suscipiens, et recompensans in Ecclesia, quæ adhuc vidua in agro sacrarum Scripturarum per duo ligna crucis, duo precepta colligit, ut sibi filiisque in tempore famis consulat.

> In Elisæo etiam duplex spiritus Eliæ discipulorum chorus Christi, Spiritum sanctum duplo munere accipiens.

> In mortuo suscitato, genus humanum per Christum affintu gratiæ suscitatum, quem ex nullo modo suscitare valuit.

> Jordanem Elisæus eodem spiritu operante transit; quo noster Dominus Jesus eumdem fluvium suo in Baptismo consecravit.

> Insultant pueri Eliszo, et a bestiis sunt lacerati: insultant Judæi Christo, et a Romanis vel malignis spiritibus sunt pervasi. Naaman Elisæus septies lavari, ut purgaretur a lepra, in Jordane jubet : septiformis gratiæ spiritu mundari a vitiis animam, quibus interior exteriorque homo polluitur, signat:

quod etiam aqua ipsa demonstrat qua tinguntur con-A . secrati, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

Giezi puer prophetæ munera Naaman accipiens, et per hoc maculis lepræ respersus, hæreticos ostendit, qui venditantes velut expiationes peccatorum, qui quoque maculis, quibus ipsi fuerant aspersi supplentur.

In Ezechiæ regis signo Christi descensus, qui est Sol justitiæ; et etiam inferna misericorditer penetrantis figura præsignatur : qui etiam docet nos in bono nunquam prosperatis efferri.

In Josiæ actibus, Christus verum pascha nobis factus aperte expressus Ecclesiam suam mundans et expurgans, pro qua mortuus est. Cujus filii ob meritum culpæ in captivitatem ducti, qui gratiam Christi in vacuum ducunt, designant : et præcepta Christi velut Jeremiæ parvi pendentes, diabolo velut Nabuchodonosor, 'captivi vitiis traduntur. Concluditur autem hæc ætas quarta mundi a David usque ad transmigrationem in Babyloniam, continens annos quadragintos septuaginta.

ÆTAS QUINTA

AB EADEM TRANSMIGRATIONE AD CHRISTUM SALVATOREM NOSTRUM.

[4271] Quinta mundi ætas cœpit ab extremo ex- B dæorum. Ego Daniel intellexi in libris numerum ancidio regni Judaici, quodjuxta prophetiam Jeremiæ septuaginta annis permansit, anno decimo quarto, postquam percussa est civitas, qui est vicesimus quintus annus transmigrationis regis Joachim, cum quo Ezechiel captivatus est : ipse Ezechiel in visionibus Dei adductus in terram Israel vidit renovationem civitatis ac templi, cæremoniarumque ejus. Vastata Judza Chaldzi non ut Assyrii in Samariam alios miserere colonos, sed desertam reliquere terram, donec post annos septuaginta in eam Judæi redirent. A sacerdotibus ignis ab altari holocaustomatis sublatus et absconditus in puteo post septuagesimum regressionis annum assumitur, inventus vivus. Romanorum sextus Servius regnavit annos quadraginta quatuor, qui tres montes Urbi addidit : Quiri- C nalem, Esquinilum, Viminalem; fossas circum muros duxit. Post Nabuchodonosor, qui, teste Scriptura sacra, viginti quinque post eversam Jerusalem vixit annis, Evilmerodach filius ejus regnavit annis decem et octo; post quem Egesar filius ejus, annis quadraginta. Cui successit frater ejus Laborsodach, mensibus novem. Hoc defuncto ad Balthasar qui Naboan nuncupatur, transiit imperium. Qui cum jam septem decim regnaret annos, capta est a Cyro Persarum et Dario Medorum rege Babylonia, discedente Arbace præfecto in Medos, a quo primum Babylonia dehonorata fuerat. Partem regni penes se retinuere Chaldæi, qui Babyloniam sibi adversum Medos vindicaverunt, unde factum est ut Nabuchodonosor, cæterique post eum usque ad Cyrum, reges, quam- n duce cum Tito filio ejus. Duodecim sane sunt provis Chaldæorum viribus potentes, et Babyloniæ nomine clari legantur, in numero tamen et cardine regam non habentur illustrium. Darius autem Astyagis filius, qui Babyloniam destruxit, cum Cyro cognato suo agebat annum sexagesimum secundum, quando Babylonia fuit invasa. Quique Danielem prophetam sumens, ad se in Mediam duxit, et omni eum honore celebravit. Hujus Darii Danielipse ita meminit, dicens : in anno primo Darii filii Assueri de semine Medorum, qui imperavit super regnum Chal-

norum, de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem septuaginta annis. Eusebius in Temporum libris triginta annos ab eversione Jerusalem usque ad initium Cyri regis Persarum; Julius autem Africanus septuaginta computat. Porro Hieronymus in Expositione prophetæ Danielis ita dicit : tradunt Hebræi hujusmodi fabulam usque ad septuagesimum annum, quo Jeremias captivitatem Judæorum dixerat esse solvendam, de quo et Zacharias in principio voluminis sui loquitur, irritam putans Dei pollicitationem Balthasar, falsumque promissum versus in gaudium, fecit grande convivium insultans quodammodo spei Judæorum, et vasis templi; sed statim ultio consecuta est. Danielis omnis prophetia mysteriis licet sit plena, quædam tamen pars ejus ita claritate elucet, ut etiam tempus signet quando venturus esset ipse Salvator et Dominus. Septuaginta hebdomadas breviatas esse. Gabriel angelus in populo ejus eidem Danieli revelavit, utadduceretur justitia sempiterna, et impleretur prophetia, et ungeretur Sanctus sanctorum. Beatus Hieronymus labore ingenioque magno per supputationes annorum regum Babyloniæ, septúaginta hebdomadas usquead nostri redemptoris nativitatem annis quadragentis nonaginta perduxit, sejungens septem in restaurationem templi hebdomadas quinquaginta septem usque ad Domini nativitatem et passionem ipsius, et unam vastationis quæ facta est a Vespasiano pheticæ visiones ejusdem Danielis, sed in Hebræo decem tantum reperiuntur. Pythagoras per idem tempus, philosophus et Arithmeticæ inventor clarus habetur.

[4292] Persarum primus Cyrus regnavit annos triginta.Hic, ut compleretur verbum Domini ex ore Jeremiæ, primo sui regni anno, laxata Hebræorum captivitate, quinquaginta ferme hominum millia regredi fecit in Judæam restituens eis vasa templi Dominiaurea et argentea quinque millia quadraginta. Qui con-

gregati in Jerusalem, mense septimo ædificaverunt A Ægyptum, quæ a Dario discesserat, capit. et adaltare, et a primo die mensis ejusdem cœperunt offerre holocaustum Domino. Anno autem secundo, adventus sui, mense secundo, templi fundamenta jecerunt; anno incensionis ejus, juxta Africanum, septuagesimo secundo; juxta autem Chronica Eusebii, trigesimo secundo; sed impedientibus Samaritanis, in-

ermissum est opus usque ad annum Darii secundum, qui etiam in regno Assueri et Artaxerxis scripserunt accusationem adversum Judæos ; et rescripsit Artaxerxes neædificaretur Hierusalem. Romanorum septimus Tarquinus regnavit annis triginta quinque; qui causa Tarquinii junioris sui filii qui Lucretiam corruperat, regno expulsus est.

[4322] Cambyses, Cyri filius, annis octo. Hic devicremonias ejus et templa deposuit; Babylonem in Ægypto ædificavit. Hunc aiunt Hebræi secundum Nabuchodonosor vocari, subquo Judith historia scribitur.

Fratres magi, mensibus septem. Jesus sacerdos magnus et princeps gentis : Zorobabel, et Aggæus, Zacharias, et Malachias prophetæ clari habentur.

[4330] Darius annos triginti sex. Inter Darium et Cambysem regnasseduos fratres magos inlibris Chronicorum reperimus; verum B. Hieronymus in expositione Danielis scribit, post Cambysem, Smerdem magum regnasse, qui Pantaptem filiam Cambysis duxit uxorem. Qui cum a septem magis fuisset occisus, et in loco ejus Darius suscepisset impefilium genuit. Secundo anno Darii, septuagesimus captivitatis Hierusalem annus impletur, ut vult Eusebitts, testem adhibens Zachariam prophetam, apud quem secundo Darii anno loquitur angelus : Domine exercituum, usquequo tu non misereberis Hierusalem, et urbium Juda quibus iratus es? Iste septuagesimus annuš est (Zach. 1, 12). Sexto Darii anno templi ædificatio completur, die tertia mensis Adar, qui est quadragesimus sextus annus ex quo ejus sub Cyro templi fundamenta sunt jacta; unde in Evangelio dicunt Judiei : Quadraginta et sex annis ædificatum est templum hoc (Joan. 11, 20). Coperunt autem ædificare anno secundo Darii, mense sexto, die vigesima quarta ; et anno sexto, ut dictum est, et mense duodecimo, tertia die compleverunt, Ex quo apparet opus templi et antea non parva ex parte paractum annos autem septuaginta a destructione illius usque ad perfectam restaurandi licentiam esse computandos.

Pulsis urbe regibus, qui imperaverant annis ducentis quadraginta quatuor, vix usque ad duodecimum lapidem Roma tenebat imperium. Romæ post exactos reges primum consules a Bruto esse coperunt; deinde tribuni plebis ac dictatores, et rursum consules semper obtinuerunt, per annos ferme quadringentos sexaginta quatuor usque ad Julium Cæsarem, qui primus singulare arripuit imperium, Olympiade centesima octogesima quarta,

[4360] Xerxes, filius Darii, annis viginti. Hic

versus Græciam pugnaturus, septuaginta millia armatorum, et trecenta de auxiliis; rostratas autem naves mille ducentas; onerarias dutem tria millia numero habuisse narratur; et tamen victus, ad patriam refugit. Pindarus, Sophocles et Euripides tragædiarum scriptores, celebrantur insignes. Inter eruditos quoque historiar um scriptores, Herodotus, et Zeusis pictor agnoscitur. Arrabanus, mensibus septem, Socrates nascitur.

Artaxorxes, qui et Longimanus annis quadraginta. Hujus anno septimo, prima die mensis primi, Esdras sacerdos et scriba legis Dei ascendit de Babylone cum epistola rogis, et in prima mensis quinti venit in Hierusalem cum viris mille septingentis. Et inter ta Ægypto cunctamejus religionem abominatus, cæ- B alia strenue gesta castigavit filios transmigrationis ab uxoribus alienigenis. Ejusdem anno vicesimo, Neemias pincerna de Susis castro adveniens, murum Jerusalem quinquaginta duobus diebus restituit, et ducatum genti duodecim annis præbuit.

Hujusque divina Scriptura temporum seriem continet. Quæ vero posthæc apud Judæos sunt gesta, de libris Machabæorum, et Josephi, atque Africani scriptis exhibentur, qui deinceps universam historiam usque ad Romana tempora persecuti sunt. Et quidem Africanus in quinto Temporum volumine, hujus temporis ita meminit; mansit itaque imperfectum opus usque ad Neemiam, et vigesimum quintum annum regis Artaxerxis: Quo tempore regni Persarum, centum et quindecim anni fuerant evorium, eadem Pantapte nupsit Dario, et ex eo Xerxem C luti. Captivitatis autem Jerusalem centesimus quinquagesimus et quintus annus erat ; et tunc primum Artaxerxes jussit muros extrui Jerusalem; operi præfuit Neemias, et ædificata est platea, et muri circumdati; et ex illo tempore si numerare velis, septuaginta annorum hebdomadas usque ad Christum poteris invenire. Xerxes menses duos, postquam Sogdianus menses septem. Hippocrates medicus clarus habetur, et Democritus agnoscitur. Quo tempore Galli Senones et Viennenses, Martis et Victoriæ templum ad orientem urbis Viennæ constituunt.

> [4428] Darius cognomento Nothus, annis viginti et octo. Ægyptus recessit a Persis. Reversis de captivitate Judæis, non reges, sed pontifices præfuerunt usque ad Aristobulum, qui cum dignitate ponti-'Acis etiam regale sibi cœpit usurpare vocabulum. D Plato nascitur.

[4440] Artaxerxes qui cognominatus est Mnemon; Darii et Parisatis filius annis quadraginta. Sub hoc rege videtur historia Esther completa; ipse quippe est qui ab Hebrieis Assuerus a septuaginta in terpretibus Artaxerxes vocatur. Athenienses quatuoret viginti litteras habere cœperunt; ante enim tantum sexdecim habebant. Galli Senones, duce Brenno, exercitu copioso Romam invadunt, et incensam sex mensibus vastaverunt. Universain juventutem, quam constat vix mille hominum tunc fuisse, in arce Capitolini montis, latitantem obsidione concludunt; ibique infelices reliquias fame, peste, desperatione,

formidine terrent, subigunt, vendunt. Nam mille li- A quoque sex et viginti interfecti, centum et quatuor bras auri discessionis pretium paciscuntur; tribuni militares pro consulibus esse cœperunt. Carthaginensium bellum formidolosissimum inchoatum, Livio consule. Navale prælium cum Annibale seniore commissum. Triginta et una naves Annibalis captæ, viginti mersæ, tria millia hominum occisi, septem millia capti. Annibal scapha subductus aufugit. Caio Aquilino Floro, Lucio Cornelio Scipione consulibus, Hannone in locum Annibalis imperatore subrogato, náváli prælio víctus, exercitu amisso, ipse Hanno confertissimis hostibus se immiscuit, ibique occieus est. Annibal senior a Carthaginensibus iterum imperator, infeliciter eum Romanis navali prælio congressus, et victus, seditione suorum lapidibus coopertus interlit. Carpeno imperatore, et Hannone B tevertens aufugit, Luctatius ad Erycinam civitatem classi præfecto, iterum Carthaginenses conserto prælio cum Romanis, sexaginta et quatuor naves perdiderunt. Trecenta et eo amplius castella populata. Manlio consule, septem et viginti millia captivorum cum ingentibus spoliis ex Africa Romam missi: Serpens miræ magnitudinis centum viginti pedum, haud procul a flumine Bagada, in Africa a Regulo consule occiditur. Asdrubale et Amilcare imperatoribus, Regulo consule, atroeissimum bellum gestum in quo cæsa sunt Carthaginensium decem et septem millia, capta quinque míllia. Elephanti decem octo abducti. Oppida octoginta et duo in deditionem cessere. Carthaginenses Hispanorum; Gallorum; sed et Græcorum aŭxilio comparato, Kantippo Lacedæmonio eum auxiliis aceito pugnam cum Romani conserunt. Triginta millia Romanorum militum prostrati; Regulus, ille dux nobilis cum quingentis viris captus, in catenas conjectus est. Decimo anno Punici belli Xantippus tam audacis facticonscius, rerum instabilium mutationem timens, ex Africa migravit in Græciam. Æmilio Pacilio Fulvio coss. Romani cum classe trecentorum navium cum Carthaginensibus pari classe convenerunt. Centum et quatuor naves Carthaginensium demersæ: Triginta cum pugnatoribus captæ, triginta et quinque millia militum cæsi, novem navibus Romanorum depressis, mille centum militibus perditis. Hannone düce imperatore Pænorum; commisso prælio Æmilio itorum consule, novem millia militum perdiderunt. Romana classis ad Italiam prædis onusta remeans; infando naufragio D eversa. Nam de trecentis navibus ducentæ viginti perierunt. Octoginta vix abjectis oneribus liberatæ. Hamilcar; rex Pœnorum, Nümidiam mille argenti talentis, et viginti millibus boum feliquos condemnavit: Principes omnium populorum patibulo suffixit. Servillus et Senipronius; ducentis et sexaginta navibus in Africam transgressi maritima circa Syrtes depopuläti sunt. Inde cum ad Italiam redirent, illisi copulis, contum quinquaginta naves oberarias perdiderunt. Asdrubal imperator cum elephantis centum viginti, et equitum peditumque amplius triginta millibus cum Metello pugnam conseruit. Viginti millia Carthaginensium eo prælio cæsi sunt. Elephanti

capti, Asdrubal cum paucis Lilybæum profugit. Regulus, qui per quinquennium captivus detinebatur; ad pacem petendam Romam missus, non impetrata pace reversus, resectis palbebris, in machina religatus, vigilando a Carthaginensibus necatur. Attilus Regulus et Manlius coss. victi ab Annibale Amilcaris filio, perdita exercitus parte, vix ægre evaserunt. Claudius consul a classe Pœnorum superatus, cum triginta navibus Lilybeum in castra confugit; octo millia militum cæsi, triginta capti referuntur. Luctatius consul cum Hannone navibus decertans quatuor et sexaginta Punicas naves cœpit, centum et triginta demersit; triginta duo millia hominum capti, cæsa quatuor millia fuere. Hanno navem anduo millia Carthaginensium conserta pugna interfeeit. Carthaginenses ea conditione paseiscuntur, ut Sicilia Sardiniaque decederent, et puri argenti tria millia talentorum æquis pensionibus per annos viginti penderent. Post annos tres et viginti bellum Punicum primum ex quo inchoatum fueral; finitum. Aristoteles octavum decimum ætatisannum gerens, Platonis auditor est.

Artaxerxes; qui et Ochus annis sex et viginti qui discedere ab armis, et quiescere in pace universam Græciam per legatos præcepit, denuntians contradictorem pacis bello impetendum. Bellum civile et plusquam eivile apud Persas gestum; cum Artaxerxes et Cyrus, filii Darii; de régno ambigerent ; in quo conflictu, cum e diverso concurrentes sibi ambo fratres; mutuo casu subjecti fuissent, prior Artaxer xes vulneratus a fratre, equi velocitate morti exemptus evasit; Cyrus autem mox a cohorte regia oppressus, finem certamini dedit. Sic Artaxerxes po testatem regni fratricidio firmavit. Lacedæmbnes toti orienti bellum moventes, Hircilidem ducem in hanc militiam legunt. Qui cum sibi adversus duos potentissimos Persarum regis præfectos, Farnabuzum et Tisipharnem, pügnandum videret, provisö ad tempus consilio, ut pondus geminæ congressionis eluderet, unum denuntiato bello appetit, alterum pacta pace suspendit. Darnabuzus Tisipharnem apud Araxerxem ut proditorem defert : in cujus locum Conon Atheniensis exsul navali prælio constituitur. Qui classem Lacedæmoniorum invadit, hostiles agros, turres, castella, cæteraque præsidia expugnat : et veluti effusa tempestas, quacunque incubult, culicta prosternit. Thebani auxilio Atheniensium multa animatifiduciä propter virtutem atque industriam Epaminondæ ducis sui, terrestre prælium committunt. Lysander; Lacedzilioniehsis dux clarus occiditur. Pausanias dux alter insimulatus proditionis, in exsilium ducitur. Agesilaus, rex Lacedæmoniorum, Thebanos successu duplicis victoriæ lætiores aggreditur, et superat. Ipse tamen Agesilaus graviter vulneratur. Conon Atheniensis dux Persici exercitus. A thenas reædificat. Lacedæmones furtim castellum Arcadum repentina irruptione perfringunt. Arcades

C

juncto sibi Thebanorum auxilio, amissa furto bello A subdidit. Philippus fratres suos patri ex noverca repetunt. Archedamus dux Lacedæmoniorum, ibi vulneratur. Thebani dato parcendi signo, finem dedere certamini. Thebani, Lacedæmoniis ad alia bella conversis, tacito intempesta nocte Lacedæmonem veniunt; præcognito adventu hostium, armati senes, ævo confecti, adversus quindecim millia militum, vix centum homines in ipsis se portarum augustiis objecere. Supervienente juventute Lacedæmoniorum, aperto prælio, Epaminondas dux Thebanorum, incautius dimicans, vulneratur. Cum de victoria suorum comperisset, scutum exosculatus remota manu qua vulnus occluserat, egressum sanguinis, ac mortis patefecit introitum. Iterum terribilis Gallorum inundatio juxta Anienem fluvium, et quartum ab urbe lapidem consedit. Ubi atrocissi- B mam pugnam Manlius Torquatus singulariter inchoavit. Titus Quintus dictator cruentissima congressione confecit. Iterum in bellum ruentes Galli a Caio Sulpitio dictatore superati sunt. Iterum se Galli per maritima loca diffuderunt, et a Marco Valerio Corvino occiso provocatore Gallo graviter trucidati sunt. Artaxerxes, qui et Ochus, post transactum in Ægypto maximum diuturnumque bellum, plurimos Judæos in transmigrationem egit, atque in Hircania ad Caspium mare habitare præcepit. Cujus etaim belli tempestate transurrens, et Sillodam opulentissimam Phœnices provinciæ urbem delevit, et Ægyptum quamvis prius victus, tunc tamen subaçtam comminutamque ferro, Persarum subjecit imperio. Demosthenes orator agnoscitur. Aristoteles philosophus prædicatur. Plato moritur.

[4512] Arses, Ochi filius, annos tres. Judæorum pontifex maximus Jaddus clarus habetur, cujus frater Manasses templum in monte Garizim constiuit. Speusippus moritur, cui succedit Xenocrates. In his diebus Alexander magnus, atrocissimus turbo totius orientis, nascitur. Anno ab urbe condita quadragentesimo secundo, Alexander rex Epirotarum, Alexandri magni avunculus, trajectis in Italiam copiis maximo bello in Lucania victus atque occisus est. Anno ab urbe condita quadringentesimo, Phllippus Amynthæ filius, Alexandri pater, regnum Macedonum adeptus, viginti quinque annis tenuit : quibus hos omnes acerbitatum acervos, cunctasque malorum moles struxit. Hic obses primum Thebanis imperatorem et philosophum, eruditus est. Hic rex sanctus cum Athenis bellum gessit et vicit; Larissam urbem nobilissimam cepit; Thessaliam ambitione habendorum equitum invasit, et exercitu suo admiscuit. Cum Aruba Molossorum rege pactus, sororem ejus Olympiadem uxorem duxit. Qui aruba dum imperium suum Macedonum affinitate se dilataturum putat, per hoc deceptus amisit; privatusque in exsilio consenuit. Philippus apud Matonam urbem ictu sagittæ oculum perdidit, et prope tetam Græciam consiliis præventam, viribus domuit; Cappadociam, capto per dolum rege, imperio Macedoniæ

genitos interficere aggressus, Olinthum urbem florentissimam, sanguine repleta, opibus hominibusque vacuavit, et abstractos inde fratres supplicio et neci dedit. Auraria loco in Thessalia et argenti metalla in Thracia invasit. Philippus augustias Thermopylarum instructis copiis ingreditur, easque præsidiis emunit, Athenienses, Phocenses, atque Thessalos perdomuit. Byzantium a Pausania rege Spartanorum conditam, obsidione cinxit. Scythicum bellum totis viribus aggreditur. Viginti millia puerorum ac fæminarum Scythicæ gentis capta. Pecorum magna copia abducta, auri argentique nihil repertumi Viginti millia nobilium equorum sufficiendo generi Macedoniam missi. Bello Triballico ita Philippus in femore vulneratus est ut per corpus ejus equus interficeretur. Hic postmodum die nuptiarum Cleopatræ filiæ suæ, cum inter duos Alexandros, filium generumque, contenderet, a Pausania nobili Macedonum adolescente in angustiis sine custodibus circumventus occiditur. Romani bellum Latinis rebellantibus intulerunt, Manlio Torquato et Decio Mure coss. in quo bello Decius occubuit ; Manlius filium suum juvenem victorem occidit. Minutia virgo Vestalis ob admissum incestum, viva obruta in campo qui nunc Sceleratus vocatur. Trecentæ septuaginta matronæ damnatæ, quæ propinasse venena viris suis et sceleris consciæ repertæ sunt.

[4525] Darius, Arsami filius, annis sex; Alexander Philippi et Olympiadis filius viginti ætatis annos gerens, Macedonibus regnare cœpit. Fabio magistro equitum Romanorum pugnam conserente, viginti millia Samnitum ceciderunt. Veturio et Posthumio consulibus, apud Caudinas furculas, Samnites victoria potiti, universum exercitum Romanorum turpiter captum, armis etiam vesțimentisque nudatum sub jugum miserunt, sexcentis equitibus Romanis in obsidatum receptis. Papirio cousule, Samnites victi sunt. Hunc Papirium inter cæteros duces tunc in Republica sua optimos, Romani delegerunt, qui Alexandri impetum sustineret. Demosthenes orator auro Persarum corruptus, ul Græci ab império Macedonum deficerent, auctor exstitit. Alexander Athenienses metu mulctæsolvit; Thebanos cum diruta civitate delevit; reliquos sub corona vendidit; cæteras urbes Achaiæ et datus a patre, per triennium apud Epaminondam D Thessaliæ vectigales fecit; Illyrios et Thracas bello domuit. Profecturus ad Persicum bellum, omnes cognatos ac proximos suos interfecit. In exercitu ejus fuerunt peditum triginta duo millia, equitum quatuor millia, naves centum et octoginta. Tam parva manu universum terrarum orbem aggredi

> ausus est. Primo ejus cum Dario rege congressu, sexcenta millia Persarum in acie fuere. Secundo Darii adventu timens Alexander angustias locorum. Taurum montem mira celeritate transcendit, et quingentis stadiis sub una die cursu transmissis, Tarsum venit. Ibique, cum sudans in Cidnum præfrigidum amnem descendisset, obriguit : contractuque ner-

CHRONICON. - ÆTAS QUINTA.

millibus peditum, et centum millibus equitum, in aciem procedit. Ingentibus utrinque animis pugna committitur; in qua ambo reges, et Alexander et Darius, vulnerantur. Persarum ibi tunc militum octoginta millia, equitum decem millia cæsi, capti autem quadraginta millia fuere. Ex Macedonibus cecidere pedites centum et triginta, equites centum et quadraginta. In castris Persarum multum auri cæterarumque opum repertum. Inter captivos castrorum, mater et uxor eadem, soror et filiæ duæ Darii fuere. Quarum redemptionem Darius oblata etiam regni dimidia parte, non impetravit. Darius spe pacis amissa guadraginta quatuor millia peditum, et centum millia equitum, Alexandro apud Tarsum bello opponit. In ferrum ruunt Macedones, raroque ullo B decim jam annorum, cum matre occidendum curat. prælio tantum sanguinis fusum lest. Darius victus, persuasu suorum fugere compulsus, totusque Oriens in potestatem Macedonii cessit imperii. Alexander quatuor et triginta continuis diebus, castrorum prædam percensuit. Persipolim caput Persici regni confertissimam opibus totius orbis invasit. Darium cum propinguis suis vinctum compedibus aureis teneri comperisset, cum sex millibus equitum persegui statuit inventumque in itinere multis confossum vulneribus, ac mortuum, sepeliri in sepultura majorum præcepit. Tribus præliis totidemque annis quinquies decies centena millia peditum equitumque consumptam, Alexander etiam Judæ am ingressus, favorabili terque exceptus, Deo victimas immolat et pontificem templi Jaddum honoribus plurimis prosequitur. Andromacho locorum custode dimisso. Sub Persarum regibus pontifices summi fuerunt, Josue, Joachim, Eliasiph, Joiada, Jonathan, Jaddus. Mansit autem Persarum regnum, quod interfecto Dario destructum est, annos ducentos triginta unum. Alexander post mortem Darii, annisquinque regnavit. Indiam ingressus, Nisam urbem adiit. Callisthenem philosophum sibique apud Aristotelem condiscipulum, cum plurimis aliis principibus, quod eum deposito salutandi more ut Deum non adoraret, occidit. Cum Poro Indorum rege cruentissimum bellum gessit.Porus multis vulneribus confossus, et captus, ob memoriam virtutis, in regnum restitutus est, multæ gentes subactæ periculosissimis præliis. Indum flumen ingressus, Babylonem celeriter rediit, ubi cum exterritarum totius orbis provinciarum lega- D tio operiebatur: Carthaginensium, totius Africæcivitatum, Hispanorum, Gallorum, Siciliæ, Sardiniæ: plurimæ præterea partes Italiæ; ibique tricesimo secundo vitæ, regni autem sui duodecimo anno, misistri insidiis veneni haustu periit. Post quem tranlato in multos imperio Ægyptum Ptolomæus, Lagifilius, tenuit; Macedonas Philippus, qui et Artheus frater Alexandri; Syriam et Babylonem, et omnia regna Orientis Seleucus Nicanor; Asiæ regnavit Antigonus. Qui apud Danielem per quatuor hirci qui arietem conterit cornua designantur.

[4537] Ptolomæus, Lagi filius, annis quadraginta

vorum proximus morti fuit : Darium cum trecentis A Græci æstimantes, ne exsules recepta libertate, ut Alexander per epistolam jusserat, ultione meditarentur, a regno Macedonum defecerunt : bellumque-Antipatro, cui Græcia sorte venerat, ingerunt. Bellum inter Antigonum et Perdiccam, cui Media minor sorte obvenerat, gravissimum oritur. Ptolomæus Ægypti viribus Perdiccam, acerbissimo bello agressus, interfecit. Olympias, mater Alexandri, capta a Cassandro Cariæ duce occiditur; Ptolomæus et Cassander inita cum Lysimacho et Seleuco societate, bellum terra marique contra Antigonum, qui spe dominandi Herculem, Alexandri filium, liberare simulabat, instruunt. Eo bello Antigonus cum filio Demetrio vincitur. Cassander Ptolomæo in victoria particeps Herculem Alexandri filium, quatuor-Ptolomæus cum Demetrio navali prælio conflixit victusque in Ægyptum refugit. Hac victoria Antigonus elatus, regem secum Demetrio filio appellari jubet.

> Quod exemplum omnes secuti, regum sibi nomen dignitatemque sumpserunt. Ptolomæus et Cassander, cæterique alterius factionis duces, Seleucus quoque ex Asia majore epistolis se invicem confirmantes bellum adversus Antigonum communibus viribus struunt.

> Eo bello Antigonus occisus est. Victores cum de præda non convenirent, in duas factiones diducuntur, Seleucus Demetrio, Ptolomæus Lysimacho et Cassandro jungitur.

Cassandro defuncto, Philippus filius succedit. Antipater Thessalonicem matrem suam, Cassandri uxorem, manu sua transverberat. Alexander frater ejus, ob ultionem matris, bellum adversus fratrem instruit, et a Demetrio, cujus auxilium petierat, circumventus occiditur. Ptolomæus et Seleucus et Lysimachus, iterum societate pacta, bellum adversus Demetrium transferunt. His comitem et belli socium se Pyrrhus rex Epiri jungit, Demetrioque Macedonia pulso, regnum Macedoniæ Pyrrhus invasit. Lysimachus generum suum Antipatrum insidiantem sibi interfecit, filiumque suum Agathoclem perosus occidit. Seleucus decimo tertio Ptolomæi anno Syriæ regnare cœpit : Babyloniam expugnavit : Bactrianos novis motibus assurgentes perdomuit : transitum in Indiam fecit quæ post mortem Alexandri excusso cervicibus jugo præfectos ejus occiderat. Cum Andragatho duce multa et gravia prælia gessit, firmatis que conditionibus pacta pace discessit : a quo tempore Machabæorum Hebræa historia Græcorum supputat regnum. A quo et Edisseni sua tempora computant. Antiochiam, Laodiceam, Seleuciam, Apamiam, Edessam, Beroeam, et Pellam urbes condidit : in easque urbes quas exstruxerat, Judæos transfert, jus eis civium et municipalem ordinem, cum Græcis æquali honore concedens. Exstinctis jamtriginta quatuor Alexandri ducibus, Lysimachus annos natus septuaginta quatuor, et Seleucus septuaginta septem bellum inter se conferunt. Ultimum hoc bellum Alexandri commilitonum fuit. Lysimachus vel amissis vel interfectis ante quindecim liberis A Æmilius Paulus, et P. Terentius Varro consules, postremus occisus est. Seleucus postmodum, insistente Ptolomæo, cujus sororem Lysimachus habuerat, insidiis circumventus, occisus est. Ptolomæus Hierosolymis et Judæa in ditionem snam dolo redactis, plurimos captivorum in Ægyptum transtulit.

Judæorum pontifex maximus, Onias Jaddi filius, clarus habetur. Post quem religiosissimus ac piissimus pontifex Simon Oniæ filius.

Post quem Eleazarus, frater ejus, filio ejus Onia parvo admodum derelicto. Hoc tempore Zeno Stoicus, et Menander comicus, et Theophrastus philosophus claruerunt. Pyrrhus rex Epirotarum et Macedoniæ Tarentinis junctus, qui classem Romanam prætereuntem invaserant, cum exercitu Romano et Levino consule pugnam iniit: qui viginti elephantos usque ad id tempus Romanis invisos, in Italiam primus invexit. senatores derelinquendam Urbem putarent, nisi Gornelius Scipio tribunus tunc militum, idem qui postea Africanus, districto gladio deterruisset, ac potius pro patriæ defensione in sua verba jurare coegisset, Claudius Marcellus Annibalis exercitum bale cum octo millibus millium cæsus. Cneius Fulvius prætor victus. Annibal ad Anienem fluvium tribus millibus ab Urbe, cum Gn. Fulvio et Sulpitio

[4570] Ptolomæus Philadelphus, annis triginta octo. Sostratus pharum in Alexandria contruxit. Ptolomæus Judæos qui in Ægypto erant, liberos esse permisit, et Eleazaro pontifici vasa sancta restituens, multa donaria in templum Hierosolymis transmisit. Septuaginta interpretes petiit, qui Scripturam sanctam in Græcum eloquium verterent. Tantæ autem potentiæ fuit, ut Ptolomæum patrem vinceret. Habuit enim peditum infinita millia, equitum viginti millia, curruum duo millia, elephantos quos primus adduxit ex Æthiopia quadringentos. Judæorum pontificatum post Eleazarum avunculus C ejus Manasses accepit. Aratus astrologus agnoscitur : atque argentei nummi primum Romæ constituuntur, Amilcar, dux Carthaginensium, ab Hispa. nis in bello occisus est. Illyricum bellum atrocissimum cum Romanis gestum. Cisalpina Gallia a Romanis defecit. Commissoque prælio apud Aretium Atilius consul occisus est. Eodem anno diro miseram Urbem terruere prodigia. Namque in Piceno fluvio sanguis effuxit, et apud Thuscos cœlum ardere visum, et Arimini nocte multam lucem claram obfulsisse ac tres lunas distantibus cœli regionibus exortas apparuisse. Flaminius consul, contemptis auguriis, cum Gallis et conflixit et vicit. Annibal Pœnorum imperator patri Amilcari, cum esset novem annis natus, juravit se Romanis nunquam amicum futu.um. Pyrenæos montes transgressus inter ferociss nas Gallo- D rum gentes ferro viam aperuit: et nono demum die a Pyrenceo ad Alpes pervenit, atque invias rupes igni ferroque rescidit, quintoque die cum maximo labore ad plana pervenit: cum Scipione consule prællum commisit. Ipse Scipio ibi graviter vulneratus per Scipionem filium admodum prætextatum, qui pos Africanus dictus est, ab ipsa morte liberatus evasit Sempronius consul similiter cum eo congressus, pene solus evasit. Annibal violentia frigoris, vigiliarum ac laboris;oculumamisit. Ad Thrasymenum lacum, Flaminio consule occiso, Romanus exercitus funditus trucidatus est. Apud Cannas Appuliæ vicum Lucius

contra Anibalem missi omnes pene Romanæ spei vires perdiderunt : quadraginta et quatuor millia Romanorum interfecti. Consul Æmilius Paulus occisus; Varro consul cum quinquaginta equitibus fugit; consulares et prætorii viri viginti interfecti; senatores capti vel occisi triginta ; nobiles viri trecenti, podestrium militum quadraginta millia, equitum ter mille quingenti. Usque adeo ultima desperatio Reipublicæ apud residuos Romanos fuit, ut senatores derelinquendam Urbem putarent, nisi Cornelius Scipio tribunus tune militum, idem qui postea Africanus; districto gladio deterruisset, ac potius pro patriæ defensione in sua verba jurare coegisset, Claudius Marcellus Annibalis exercitum bale cum octo millibus millium cæsus. Cneius Fulvius prætor victus: Annibal ad Anienem fluvium tribus millibus ab Urbe, cum Gn. Fulvio et Sulpitio consulibus pugnam commissurus, subito imbre et grandine mistæ nubibus effuso, territus in castra refugit. Tuncque dixisse fertur : potiundæ sibi Romæ modo voluntatem non dari, modo potestatem. Scipiones duo fratres in Hispania Asdrubalem Pœnorum imperatorem gravissimo bello oppresserunt. Idem Scipiones ambo e fratre Asdrubalis in Hispania interfecti sunt ; a Qu. Fulvio Capua capta est. Scipio annos natus viginti quatuor, imperium in Hispania proconsulare sortitus est, pro patre et patruo ibi occisis. Magonem fratrem Annibalis captum cum cæteris Romam misit. Scipio Pænorum ducem Asdrubalem vicit, et castris exuit. Universam Hispaniam a Pyrenæo usque ad Oceanum in provinciam redegil. Consul cum Lieinio Crasso creatus, in Africam transiit.

Annonem Amilcaris filium ducem Pœnorum interfecit. Asdrubal imperator Carthaginem profugus venit: Annibal in Italia Fluvium proconsulem cum undecim tribunis interfecit. Marcellus consul cum Annibale triduo continuo dimicavit. Primo die, pari pugna discessum est; sequenti, victus consul; tertio; victor Annibalem fugere in castra compulit. Fabius Maximus consul, Tarentum quæ a Romanis desoiverat, cepit ! ibique ingentes copias Annibalis, cum ipso duce cjus Garthalone delevit; Claudius Marcellus consul ab Annibale cum exercitu occisus est. Annibal utrumque consulem Marcellum et Crisspum insidiis circumventos interfecit i Asdrubal frater Annibalis a Marco Livio et Glaudio Nerone consulibus præventus, cum omni exercitu suo in Italia interfectus est. Annibali caput fratris sui Asdrubalis ante castra ipsids projectum. Sempronius consul cum Annibale congressus; et victus; Romam refugit. Annibal post tredecim annos redire in Africam, jussus obsessis Carthaginensibds subvenire, flens reliquit Italiam, omnibus Italici generis militibus qui sequi nollent interfectis, Cathaginem venit, colloquium Scipionis petit : ubi eum se diu attoniti admiratione mntua suspexissent, infecto pacis he-

gotio, prælium consertum est. Inde Annibal cum A Graechus Tiberius Sempronius, apud Viennam urpancis inter tumultum elapsus, Adrumentum confugit. Carthaginensibus pax per Scipionem concessa, naves plusquam quingentæ incensæ. Scipio triumphans Urbein ingressus, quam, a Terentius comicus ex nobilibus Carthaginensium captivis pileatus, quod insigne incultæ sibi libertatis fuit triumphantem post currum secutus est. Punicum bellum secundum finitum, quod gestum est annis sexdecim.

[4588] Ptolomæus Evergetes frater superioris regis annis viginti sex, qui inde Evergetes ab Ægyptiis est vocatus, quia capta Syria a Cilicia, et propemodum universa Asia, inter innumera argenti pondera ac vasa pretiosa, etiam deos eorum quos Cambyses, capta Ægypto, in Persas portaverat, retulit rus habetur: Cujus item filius Simon non minori gloria fulget. Sub quo Jesus filius Sirach Sapientia libram componens, quem Panaretum vocat : etiam Simonis in eo fecit mentionem. Flaminius proconsul, Philippum regem et cum eo Thracas, Macenes, Illyrios, multasque præterea gentes, quæ in auxilium ejus venerant, bello subegit. Antiochus rex Syrize bellum contra populum Romanum instruens, in Buropam transivit ex Asia. Annibal exhiberi Romam a senatu jussus, clam ex Africa profectus, ad Antiochum migravit : quem cum apud Ephesum invenisset cunctantem, mox in bellum impulit. Scipio Africanus inter cæteros legatos ad Antiochum missus, etiam cum Annibale colloquium familiare habuit : sed infecto pacis negotio, ab Antiocho discessit. Commissoque bello, a consule Glabrione superatus Antiochus vix cum paucis fugit eprælio. Iterum Scipio Africanus habens in auxilio Eumenem Attali filium, adversus Annibalem, qui tunc Antiochi classi præerat, bellum navale gessit. Antiochus, victo Annibale atque in fugam acto, simulque omni exercitu amisso, pacem rogavit, filiumque Africani (incertum quando ceperit) ultro remisit. Annibal apud Prusiam Bythyniæ regem cum a Romanis reposceretur, veneno sese necavit.

Philippus rex, qui legatos populi Romani interfecerat, propter Demetrii filii sui, quem legatum miserat, verecundissimas preces, veniam meruit : eumdem Demetrium continuo velut Romanis amicum, fratremque ipsius, veneno necavit: Scipio Africanus ub ingrata sibi Urbe diu exsulans, apud Amiternum D oppidum morbo periit. Lepido et Mucio consultbus, Basternarum gens ferocissima, auctore Perseo Philippi filio, prædarum spo sollicitata, et transeundi Histri fluminis facultate, sine ulla pugna vel aliquo hoste deleta est. Nam tune forte Danubius, qui et Hister, crassa glacie superatus, pedestrem facile transitum patiebatur, enormitate igitur ponderis et concussione gladientium concrepante gelu, se glacialis crusta dissolvit, universumque in mediis gurgitibus victa et comminuta destituit. Vulcani insula, quæ ante non fuerat, repente in mari orta est.

hem Galliæ, in Hispaniam ulteriorem transiens, Platomam miro opere construxit, et pontem super Rhodanum ab utroque littore castris miro opere fundatis superduxit. P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino coss. Macedonicum bellum gestum : in auxilio Romanorum tota primum Italia, deinde Ptolomæus rex Ægypti, et Ararathes Cappadociæ, Eumcnes Asiæ; Massinissa Numidiæ fuerunt: Perseum Demetrii Philippi filium, et Macedones secuti sunt : Thraces cum rege Chesl et universi Illyriicum rege Gentio commisso prælio victi fugere Romani. Sequente pugna, pene pari clade in hiberna discessum est. Deinde Perseus multis prællis exercitu Romano profligato, in Illyricum translit. Præsidium Roma-Judæorum pontifex Onias, Simonis justi filius, cla- p norum expugnavit : ubi magnam multitudinem Romanorum partim occidit, partim sub corona vendidit, partim secum in Macedoniam duxit. Sed postea a L. Æmilio Paulo victus et captus, in triumpho cum filiis ante currum actus, apud Albam in custodia defecit. Filius ejus junior fabricam ærariam ob tolerandam inopiam Romæ didicit : ibique consumptus est.

[4614] Ptolomæus Philopator, filius Evergetis, annis decem et septem. Hie prælio victis Judæis numero sexaginta armatorum millium, bellum adversus Antiochum regem Syriæ sumit : et victo Philopatore Judæam sibi sociavit. Judæorum pontifex Onias, filius Simonis, insignis habetur, ad quem Lacedæmoniorum rex Arrius legatos mittit : Claudius Marcellus Syracusas florentissimam urbem Siciliæ cepit. Scipio alter Africanus ultro se militaturum in Hispania obtulit : profectusque magnas strages gentium dedit. Tertium Punicum bellum exortum. Proconsules profecti in Africam, cum jam senatus Carthaginem delendam censuisset, Carthaginenses jussi, armaet naves tradiderunt. Postmodum procul a mari residentes, dolorem ad desperationem contulerunt, duosque duces Asdrubales creaverunt:et propter inopiam ferri, arma aggressi facere, auriargentique metallis suppleverunt. Carthaginis situs fuisse hujusmodi dicitur : Viginti duo millia passuum muro amplexa, tota pene mari cingebatur, absque faucibus quæ tribus milibus aperiebantur. Is locus murum viginti pedes latum habult saxo quadrato in altitudinem cubitorum quadraginta. Arci urbis Byrsæ nomen erat: paulo amplius quam duo millia passuum tenebat. Ex una parte inurus communisest urbiset Byrsæ, imminens mari. Primum ab hacconsules repulsi : deinde ab Scipione intra muros hostes repulsi. Asdrubal imperator, Massinissæ regis Numidiæ nepos subselliorum fragmentis in curia a suis propter suspicionem proditionis occisus est. Scipio suprema sorte Carthaginem delere molitus i dum continuissex diebus noctibusque pugnatur, ultima Carthaginenses desperationem traxit, rex Asdrubal alter se ultro dedit. Transfugæ qui Æsculapil templumoccupaverant, voluntario præcipitio dati, igni

• De Terentio Culeone ista intelligenda docuimus, cap. 19, lib. 19 Oros. 3.

consumpti sunt. Uxor Asdrubalis se duosque fi-A fuisset eversa. Thiresus respondit, concordia invilios secum in medium jecit incendium : eumdem nunc mortis exitum faciens novissima regina Carthaginis, quem prima fecerat. Ipsa civitas septemdecim continuis diebus arsit, omni murali lapide in pulverem communito, septingentesimo post anno quam concita est.

[4631] Ptolomæus Epiphanes, filius Philopatoris, annos viginti quatuor. Hujus tempore gesta sunt quæ secundi libri Machabæorum continet historia. Onias sacerdos assumptis Judæorum plurimis, fugit in Ægyptem, et a Ptolomæo honorifice susceptus, accepta ea regione quæ Heliopoleos vocabatur, et concedente rege, templum exstruxit in Ægypto simile templo Judæorum, quod permansit usque ad imperium Vespasiani, annis ducentis et quinquaginta. B Sub occasione igitur Oniæ pontificis, infinita Judæorum examina in Ægyptum confugerunt. Quo tempore et Cyrene eorum multitudine repleta est, pugnantibus contra se magno Antiocho et ducibus Ptolomæi, posita in medio Judæa in contraria studia scindebatur, aliis Antiocho, aliis Ptolomæo faventibus. Hæc autem vel Oniæ vel cæteris fuit causa Ægyptum petendi. Consule Mummio Corinthus, urbs opulentissima, quippe quæ velut officina omnium artificum et artificiorum, et emporium commune Asiæ atque Europæ fuerit, expugnata et subversa est. Plurima itaque parte populi ferro flammisque consumpta, reliqua sub corona vendita est urbs incensa, muri funditus diruti : muralis lapis in pulverem redactus, præda ingens erepta est, Sane cum pro- C pter multitudinem et varietatem statuarum simulacrorumque in illo civitatis incendio, permista in unum auri, argenti, atque æris omniaque simul metalla fluxissent, novum genus meialli factum est. Unde usque hodie sive ex ipso, sive ex imitatione, ipsius æs Corinthium et Corinthia vasa dicuntur. Viriatus in Hispania, genere Lusitanus, homo pastoralis et latro, primum infestando vias, vastando provincias, maximo terrori Romanis fuit : Ventidium prætorem cum omni exercitu fugavit : Caium similiter multis præliis fractum; Claudium cum magna instructura belli pepulit: trabeas, fasces, cæteraque insignia Romana in montibus suis tropæa suspendit. Sic per quatuordecim annos, cum Romanos duces atque exercitus prostravisset, insidiis suorum interfectus est. Androgynus Romæ visus, D jussu aruspicum in mare mersus est. Pestilentia tanta exorta, ut ministri faciendorum funerum primum non sufficerent, deinde non essent, magnæ domus, vacuæ vivis plenæ mortuis remanserunt: largissimæ introrsum hæreditates, et nulli penitus hæredes. Puer Romæex ancilla natus quadrupes, quadrimanus, oculis quatuor, auribus totidem, natura viri duplex. Scipione Africano consule, Numantia in citeriore Hispania, Numantini quoque cuncti pariter ferro veneno atque igne consumpti sunt. Scipio Thiresum quemdam Celticum principem consuluit.Qua ope Numanția, aut prius invicta claruisset, aut post

Idisset eversa. Infresus respondit, concordia invicta, discordia exitio fuit. Ptolomæus sororem suam stupro cognitam, ac deinde in matrimonium receptam, novissime turpius quam duxit abjecit. Privignam suam, hoc est filiam sororis et conjugis, conjugem ascivit. Filium suum quem ex sorore susceperat, necnon et filium fratris occidit. Quamobrem tantis incestis parricidiisque exsecrabilis, ab Alexandrinis regno pulsus est. Antiochus non contentus Babylonia atque Ecbatana, totoque Mediæ imperio, adversus Pharaartem Parthorum regem congressus et victus est. Habuit enim in exercitu suo centum millia armatorum, ducenta millia et amplius calonum atque lixarum, immista scortis et histrionibus. Parthorum igitur viribus oppressus interiit.

[4655] Ptolomæus Philometor, annis triginta quinque. Aristobulus natione Judæus peripateticus philosophus cognoscitur. Qui etiam Philometori Ptolomæo explanationum in Moysem commentarios scripsit. Attalus, Eumeni filius, moriens testamento populum Romanum imperio Asiæ succedere hæredem jussit. Licinius Crassus consul adversus Aristonicum Attali fratrem, qui traditam per testamentum Romanis Asiam pervaserat, cum instructissimo missus exercitu : præterea a magnis regibus, hoc est, Nicomede Bithyniæ, Mithridate Pontiet Armeniæ, Ariarathe Cappadociæ, Philemene Paphlagoniæ, corumque maximis copiis adjutus, conserto bello victus est: et circumventus ab hostibus pene captus esset, nisi virgam, qua erat usus ad equum, in oculum Thracis impegisset. Barbarus cum ira et dolore exarsisset, propterea latus Crassi gladio transverberavit: ita excogitato genere mortis, effugit et decus et scrvitutem. Perpena consul Aristonicum recenti victoria feriatum, improviso bello, in fugam vertit, et urbem ad quam confugerat obsidione ciuctam ad deditionem coegit. Aristonicus Romæ jussu senatus strangulatus est. Seleucus cognomentoPhilo metor, undecim annis regnavit in Syria. Seleuci temporibus Heliodorus missus a rege ad exspoliandum ærarium templi, divinitus flagellatus repellitur. Cui succedit Antiochus, qui appellatus est Soter : deinde Antiochus, qui appellatus est Theos, id est Deus : deinde Antiochus Epiphanes. Hic ingressus est Ægyptum, et constituit bellum adversum Ptolomæum regem Ægypti. Hic Judæorum legem impugnat omniaque sordibus idolorum complens, in templo Dei Jovis Olympii simulacrum ponit. Sed et in Samaria super verticem montis Garizia, Jovis Peregrini delubrum ædificat, ipsis Samaritanis, ut id faceret, precantibus. Verum Mathathias sacerdos leges patrias vindicat, adversus Antiochi duces arma corripiens; unde ortum martyrium sanctorum Machabæorum septem fratrum nimis venerabile, in quorum honore Viennensis Ecclesia fundata est.

Onias summus pontifex habetur, cujus frater Jason, præripiens summum sacerdotium, permittente Antiocho, legitima civium jura destituens; sub ipsa arce gymnasium constituit, et Ephæbiam

Hierosolymis. Quo post triennii tempus in Amma- A tos viderent, occisis conjugibus ac liberis, in flamnitem regionem expulso, Menelaus frater Simonis de tribu Benjamin principatum sacerdotii obtinuit. Cujus impia factione, pius Onias pontifex per Andronicum peremptus est. Quem propterea rex Antiochus purpura exutum eodem loco, quo in Oniam impietatem commiserat, jussit vita privari. Menelaum vero Antiochus Eupator, postmodum Antiochi filius de turri quinquaginta cubitorum dejici jussit : talique morte justissime damnatus est. Mathathia sacerdote defuncto, Judas Machabæus ducatam Judæorum suscepit, anno centosimo et quadragesimo sexto regni Græcorum. Qui mox Antiochi duces de Judæa expellens, et templum ab idolorum imaginibus emundans, patrias leges post triennium simam et copiosissimam civitatem spoliare cupiens, multitudine ad arma concurrente, in fugam versus est : et cœlesti eum judicio perurgente, dum acceleraret iter, ut Hierosolymam congeriem sepulcri Judæorum faceret, insanabili plaga percussus, homicida et blasphemus miserabili obitu vita functus est. Cui successit Antiochus Eupator ejus filius : et post duos annos, id est anno centesimo et quinquagesimo uno regni Græcorum, regnavit Demetrius Seleuci filius. Hic constituit Alchimum impium in sacerdotio, Juda Machabæo in bello pro legibus patriis et populo Dei pugnante occiso : et anno centesimo et quinquagesimo quarto Alchimo miserabiliter mortuo, omnium favore, Jonathæ principatus et sacerdotium decernitur.

[4690] Ptolemæus Evergetes annis octo et viginti. Jonathas, Judæorum dux et pontifex, cum Romanis et Spartiatis amicitias facit. Hic summa industria sacerdotio administrato octodecim annis, Triphone occiditur, fraterque ejus Simon in sacerdotium assumitur, anno regno Evergetis septimo. Scipio Africanus exanimis in cubiculo suo repertus, uxoris suæ Sempromiæ Gracchorum sororis dolo necatus. Cujus vigor et modestia in urbe Romana sic valuit, ut eo vivo neque sociale neque civile bellum posse existere crederetur. L. Cæcili Metello, et Qu. Titio Flaminio consulibus, Carthago in Africa restitui jussa duodecimo demum anno quam fucrat eversa, et deductis civium Romanorum familiis quæ eam incolerent, restituta et repleta est, Fabio consule. Bitoito regi Arvernorum Galliæ civitatis bellum maxi- D mo instructu comparanti, paucitas Romanorum occurrit, ut vix ad escam canibus quos in agmine habehat, sufficere posse Bitoitus jactaret. Qui cum sibi ad transferendas copias unum pontem Rhodani parumesse intelligeret, alium compactis lintribus catenisque connexum super stratis confixisque tabulis instruxit. Conserta pugna, victi Galli, conversi in fugam, coacervatis inconsulte hominibus, præpropero transitu pontis vincula ruperunt, ac mox cum ipsis lintribus mersi sunt. Qu. Martius consul, Gallorum gentem sub radice Alpium sitam bello aggressus est. Qui cum se Romanis copiis circumsep-

mas sese projecerunt. Qui vero præoccupantibus Romanis, peragendæ mortis suæ copiam non habuerunt, alii ferro, alii suspendio, alii abnegato cibo sese consumpserunt : nullusque omnino vel parvulus superfuit, qui servitutis conditionem tolerarit, Jugurtha, Micipsæ Numidarum regis adoptivus filius hæresque inter naturales ejus filios factus, cohæredes suos Hiemsalem occidit, Adherbalem bello victum Africa expulit. Calpurnium consulem adversum se missum pecunia corrupit, et ad turpes conditiones pacis adduxit. Romam idem veniens, omnihus pecunia aut corruptis, aut attentatis, seditiones dissensionesque permiscuit. Quam cum ingrederctur, infami satis notavitelogio, dicens : Urbem venasuis civibus reddidit. Antiochus Persipolin nobilis- B lem et mature perituram, si emptorem invenerit. Idem tandem cruentis bellis a Romanis superatus, Boccho Maurorum regi se sociavit : commissague pugna una cum Romanis, Mario consule, Bocchus et Jugurtha fugerunt; inde nonaginta millia armatorum vincentibus Romanis usque ad internecionem cæsa. Bocchus in pretium pacis Jugurtham dolo captum, catenisque obstrictum, per Syllam legatum misit ad Marium : qui in triumpho ante currum cum duobus filiis suis actus, et mox in carcere strangulatus est. Mithridates rex Parthorum, sextus ab Arsace, victo Demetrii præfecto, Babyloniam urbem finesque ejus universos victor invasit. Omnes præterca gentes, quæinter Hydaspem fluvium et Indum jacent, subegit : ad Indiam quoque cruentum C extendit imperium. Demetrium ipsum secundo sibi bello occurrentem vicit et cepit. Quo capto, Deodatus quidam cum Alexandro filio regnum ejus et regium nomen usurpavit Qui postea ipsum Alexandrum filium, quem participem periculi in pervadendo regno habuerat, ne in obtinendo consortem haberet, occidit. Lucius consul in Gallia Tiburtos usque Oceanum persecutus, insidiis circumventus occiditur. A scipione consule capta urbe Gallorum Tolosa centum millia pondo auri et argenti centum decem millia e templo Apollinis suscepit. Quæ cum ad Massiliam amicam populo Romano urbem mississet cum præsidiis, interfectis clam custodibus cuncta per scelus furata fuisse narrantur. Manlius et Q. Cæpio coss. adversus Cimbros et Teu tonas et Teugurinos et Ambranos Galliarum Germaniarumque gentes missi, provincias sibi Rhodano fluvio medio diviserunt. Ubi inter se gravissima invidia et contentione decertantes cum magna ignominia et periculo Romani nominis victi sunt. Ita ut ex omni penitus exercitu decem tantum homines, qui miserum nuntium reportarent, superfuisse referantur. Hostes ingenti præda potiti, nova quadam atque insolita exsecratione, cuncta quæ ceperant pessumdederunt. Mario quarto consule cum in provincia Viennensi juxta Isariæ Rhodanique flumina, ubi in sese confluunt, castra posuisset, Teutones, Cimbrii Teugurini cum tribus agminibus Italiam petere desti-

nassent, periculosissimo prælio a Romanis victi

sunt. RomæP. Malleolus'annitentibus scrvis matrem A finito, Romæ primo bellum civile commotum est. suam interfecit. Damnatus parricidii iusutusque in culeum, et in mare projectus est : in tantoque facinore Romani supplicium singulare sanxerunt. Sexto consulatu G. Marii status Romani imperii ita labefactatus est, pene usque ad extremum intestina clade conciderit. Metellus Numidicus, vir primarius, factione Marii a Glaucia prætore a Saturnino tribuno innocens damnatus, in exsilium cum totius urbis dolore discessit. Postmodum Saturninus et Saufeius et Labienus, cum jam prælium in foro commisissent, cogente Mario in curiam confugerunt, ibique per equites Romanos, effractis foribus, occisi sunt. Glaucia et Dolabella Saturnini frater interfecti. Rutilius quoque vir integerrimus, ut die sibi ab accusatoribus dicta, usque ad cognitionem neque capillum barbamque deposuerit, neque sordida veste humilive habitu suffragatores conciliarit, inimicos permulserit, judices temperarit, cum evidenti oppugnaretur calumnia, perjurio judieum condemnatus, Smyrnam commigrans litterarum studiis intentus consenuit. Sexto Julio Cæsare et Lucio Martio consulibus, intestinis causis, Sociale bellum totam commovit Italiam post Simonem fratrem Jonathæ, Joannes filius ejus in summum sacerdotium constituitur. Hic adversum Hircanos bellum gerens, Hircani nomen accepit, et a Romanis jus amicitiæ postulans, decreto senatus inter amicos relatus est. Samariam, que nostro tempore Sebaste vocatur, ad quam Ptolomæus qui patrem ejus dolo peremerat, et matrem ejus vinculis constrinxerat, confugium fecerat, obsidione captam solo coæquavit : quam postea Herodes instaurans, Sebasten in honorem Augusti appellari voluit.

Ptolomæus Phiscon, qui et Soter, annos septemdecim. Cicero Arpini nascitur, matre Helvina, patre equestris ordinis ex regio Wolscorum genere. Prodigia dira apparendo Romanam urbem mœstam Sociali bello terruerunt. Nam sub ortu solis globus Ignis a regione septentrionis cum maximo cœli fragore emicuit. Apud Attatinos cum panes frangerentur, cruor e mediis panibus, quasi e vulneribus, fluxit. Per septem dies continuos grando lapidum, immistis etiam testarum fragmentis, terram latisusque ad cœlum extendi visa est. Cneius Pompeius prætor cum Picentibus jussu senatus, bellum gessit, et victus est. Similiter Julius Cæsar Samnitum pugna victus, cæso fugit exercitu. Postea contracctis undique copiis, multa hostium millia Samnitum et Lucanorum interfecit. Cumque ab exercitu imperator appellatus est, senatus saga, hoc est vestemmæroris quam exorto Sociali bello sumpserat, ao spe arridente deposuit, atque antiquum togæ decorem recuperavit. Cn. Pompeius Picentes gravi prælio fudit, qua victoria senatus laticlavia et cætera dignitatis insignia recepit. Sociali bello necdum

٤

Eodemque anno ab Urbe condita sexcentesimo sexagesimo secundo, Mithridaticum bellum cooptum est. quod triginta anniș, vel, sicut aliqui scribunt, quadraginta gestum est. Mithridates igitur rex Ponti atque Armeniæ multis præliis a Romanis suporatusnovissime cum Castor ejus præfectus, qui Fanagorio præcrat, interfectis amicis regis, arcem occupasset, quartuorque filios ejus ad præsidia Romana transmississet, accensus ira, in scelera tandem exarsit, ut in plures amicos suos, et Exipodram filium suum, aliumque Macarem interficeret. Pharnaces, exemplo fratrum territus, exercitum ad persequendum 'se missum sibi conciliavit, et mox adversus patrem duxit. Mithridates diu ex altissimo muro filium fruquiadeo fidei atque innocentiæ constantia usus est, B stra precatus, uhi inexorabilem vidit, moriturus exclamasse fertur : Quoniam Pharnaces, inquit, mori jubet, vos, si estis, dii patrii, precor ut quandoque et ipse hanc vocem a liberis suis audiat. Statimque descendens ad uxores, pellices ac filias suas, venenum omnibus dedit. Quod cum ipse novissimus hausisset, nec tamen propter remedia, quibus vitalia sua adversus noxios succos sæpe obstruxerat, veneno confici posset, frustraque spatiaretur, si quo tandem modo infuso pestisper venas agitatione corporis acta discurreret, Gallum, quemdam militem, jam fracto muro discurrentem, invitavit, eique jugulum præbuit: annosque natus duo et septuaginta hunc exitum vitæ habuit. Tullio Cicerone et Caio Antonio consulibus, Pompeius, occisi Mithridatis nuntio accepto, Syriamcœlem, et Felicem bello aggressus, Itureos Arabasque perdomuit, urbemque corum, quam Petram nominant, cepit. Hinc ad Judæos atque ad Hierosolymam urbem corum Gabinium cum exercitu mittit. Quibus tunc Aristobulus expulso fratre Hircano primus ex sacerdote anno uno rex præerat. Post quadringentesimo octogesimo tertio anno Babyloniæ captivitatis, postquam reguavit Janeus cognomento Alexander, septem et triginta annis, qui pontificatum quoque administrans, crudelissime civibus præfuit. Ipse quoque Pompeius continuo post Gabinium subsecutus, et a patribus urbe susceptus, sed a plebe muro templi repulsus, in expugnationem ejus intendit : id non solum natura loci, verum etiam ingentibus muris fossaque maxima munitum, cum alias aliis legionibus dies sime verberavit. Hiatu terræ flamma prorupit, quæ D noctesque succedere sine requie cogeret, vix tertio mense expugnavit. Tredecim millia ibi Judæorum cæsa narrantur. Cætera multitudo in fidem venit. Pompeius muros civitatis everti, æquarique solo imperavit, aliquantos principes Judæorum securi percussit: Hircano sacerdotium restituit. Aristobulum captivum Romam duxit. Mansitgue in pontificatu Hircanus post mortem Alexandræ matris, quæ post Alexandrum conjugem regnaverat in Judæis, annis circiter triginta et quatuor. Ilircano etenim in pontificatu successit Aristobulus anno uno, post quem Janeus, cognomento Alexander. Mortuo Alexandro, regnavit Alexandra uxor cjus. Post cujus

67

mortem Aristobulus et Hircanus filii ejus inter se A rem virtutis afferret, similiter habuerunt quinquade imperio dimicantes, occasionem præbuere Romanis ut Judæam invaderent. Ut diximus, Pompeius, Hierosolyma capta urbe et templo rescrato, usque ad Sancta sanctorum accedit, victumque Aristobulum secum abducit, pontificatum Hircano confirmat: quem tenuit, ut diximus, triginta et quatuor annis.Pompeius Antipatrum Herodis Ascalonitæfilium procuratorem Palestinæ facit. Pompeius bellum Orientis, cum viginti et duobus regibus se gessisse pro concione narravit. His diebus conjuratio Catilinæ adversus patriam in urbe habita, ac prodita : quam historiam agente Ciccrone Sallustius describit. Virgilius Maro in pago qui Andes dicitur, haud procul a Mantua, nascitur. Poeta quoque Lucretius nascitur qui postea sese furore amato- B rio interfecit.

[4735] Ptolomæus, qui et Alexander, annis decem. Hajus anno septimo Syria in Romanam ditionem cessit, capto Philippo a Gabinio.

[4745] Expulsus regno Ptolomæus Phiscon per matrem Cleopatram, in Cyprum secedit: Regressus de fuga regnum obtinuit annis novem, quia Alexandrum, qui ante cum fuerat, ob interfectionem matris cives pepulerant.

[4745] Ptolomæus Dionysius, annis triginta. Apollodorus, præceptor postmodum Augusti, clarushabetur. Lego Vatinia Cæsari Julio tres provinciæ cum legionibus septem in quinquennium'datæ sunt, Gallia Transalpina, et Cisalpina, et Illyricus. Galliam Comatam postca senatus adjecit. Helvetiorum ani- C incredibili cæde delevit. Oppidum Sauciatum in mos, fortissimæ Gallorum omnium gentis, ca vel maxime causa quod perpetuo pene cum Germanis bello altercabantur, a quibus Rheno tantum flumine dirimuntur, Orgeta rex, princeps gentis, spc totas invadendi Gallias, in arma accenderat. Quo cæteri optimates correpto et ad mortem coacto, conjuratione facta exustis vicisae domibus suis, nec quod desiderium ex spe revertendi foret, profecti sunt. Horum fuit, cum primum progressa est omnis multitudo Helvetiorum, Tulingiorum, Latobagum, Raucarum ct Bogiorum utriusque sexus, ad centum quinquaginta septem millia hominum. Quos cum apud Rhodanum fluvium obvios Cæsar habuisset, magno difficilique bello bis vicit. Ex iis quadraginta et septem millia in bello ceciderunt, cæteros ad deditionem coegit. Iterum Cæsar incredibiles Germanorum copias, quibus præcrat Ariovistus rex, apud Sequanicos vicit. Fuerunt autem in exercitu Ariovisti Arudes, Marcumunes, Tributii, Vangiones, Nemetes, Seduces et Suevi. Iterum Belgarum gens, quæ tertia pars Galliarum est, adversus Cæsarem exarsit. Quarum distributim copia fuit. Bellovaci, qui cæteris numero et virtute præstare viderentur, habuere lectissima şexaginta millia armatorum. Suessiones ex duodecim oppidis quinquaginta millia; Nervii, quorum adeo indomita feritas erat, ut nunquam in id temporis mercatores ad se permiserint vina cæteraque veniala deferre, quibus índucta jucunditas torpo-

ginta millia. Atrebates et Ambiani, decem millia ; Norini viginti quinque millia; Menapii, novem millia; Caleti decem millia; Velocasses et Veromandi, æque decemmillia; Aduatuci, decem et octo millia; Condursci, Eberones, Cemani, qui uno nomine Germani vocantur, quadraginta millia. Ita referuntur fuisse ducenta septuaginta duo millia armatorum lectissima. Ilis repente silva erumpentibus exercitus Cæsaris aggressus, hortatu ducis ita restitit, victosque ad internecionem pene delevit. Cæsar Galba cum legione duodecima ad Beragros Sedunosque misit, qui cum hiemandi causa in vico Beragrorum, cui nomen crat Octodorus, consedisset, circumseptus a Gallis est. Quiex montibus effusi, castra imperfecta saxisque telisque onerant. Sed Romanis portis erumpentibus amplius quam triginta millia barbarorum ceciderunt. Veneti cæterique confines Sevios sibi ad bellum asciscunt, Osismos, Lixovias, Namnetes, Ambibaritos, Morinos, Diablintes et Menapios auxilia quoque a Britannia arcessunt. Contra hos Cæsar naves longas ædificari in Ligere fluvio jubet, per quem in Ocea num deducitur. Navali prælio conserto, incensæ naves hostium, interfectis iis qui pugnaverant Gallis, reliqui omnés sese dediderunt. Sed Cæsar maxime ob injuriam legatorum suorum, cunctis principibus per tormenta interfectis, reliquos sub corona vendidit. Titus etiam Sabinius Aulercos, Eburonices, Lu. xoviosque, qui primates suos, quod auctores belli sucitandiesse nollent, interfecerant, cruptione facta Aquitania expugnatum. Ex Aquitaniis et Cantabris, quinquaginta millia cæsa. Germani, qui Rhenum cum immensis copiis transmiserant, usque ad internecionem deleti. Quorum numerus fuit ad quadringenta et quadraginta millia. Inde Cæsar in Germaniam facto ponte transgreditur. Sicambros et Ubios obsidione liberat. Suevos maximam et ferocissimam gentem, quorum esse centum pagos et populos multi prodidere, totamque Germaniam adventu suo terret. Mox in Galliam reciso ponte concedit. Inde ad Morinos venit, unde in Britanniam proximus et brevissimus transitus est. Navibus circiter onera riis atque actuariis octoginta præparatis, in Britanniam transvehitur, ubi acerba pugna fatigatur. Inde adversa tempestate correptus, plurimam classis amisit partem. Regressus in Galliam, sexcentenas naves utriusque commodi fleri imperavit, quibus iterum in Britanniam primo vere transvectus est. Tridentum, firmissimam civitatem, datis quadraginta obsidibus et Cassobellum, oppidum inter duas paludes situm, tandem gravi pugna cepit. In dediționem Britannos accipiens, in Galliam revertitur. Treveri, Eburonati, Aduatici et Nervii multitudo in arma conspiraverunt, quæ ex hoc colligi plurima fuisse potest, quia cum instrumenta ruralia non haberent, gladiis concidendo terram, et sagulis exportando, vix tribus horis vallum pedum decem et fossam pcdum quindecim per millia passuum, quindecim in

res miræ altitudinis exstruxerunt. Hos Cæsar vastissima cæde confecit. Labiènus, qui legionibus præerat, omnes Treverorum copias interfecit, et continuo ipsam civitatem capit. Cæsar Eburones postquam in Arduennam silvam refugisse comperit, quæ silva totius Galliæ maxima est, atque a ripis Rheni finibusauc Treverorum ad Nervios usque pertingit, et in longitudine plusquam quinquaginta millibus passuum patet, omnem Galliam per nuntios invitat, ut quique secundum placitum suum reconditas in Arduenna silva prædas quærant diripiantque. Quo facto Gallis utringue morientibus, maximas Romanorum injurias, sine cujusdam Romani discrimine, vindicavit. Cæsar multis præliis Gallias perdomuit. Romanum imperium, cum Lucullus Asiam, Pompeius B sar, Syriam pervagatus, Pharnacem in Ponto vicit. Ilispaniam, Cæsar Galliam perdomuit, usque ad extremos propemodum terræ terminos propagatum est. Cæsari victori ex Galliis revertenti, decretum a senatu est ut in Urbem non nisi dimisso exercitu veniret; sed Cæsar Ravennam se contulit. Pompeius atque omnes senatores, crescentibus Cæsaris viribus trepidi, tanquam Italia pulsi, in Græciam transvecti, Dyrrachium gerendi, belli sedem delegerunt. Cæsar Romam venit, negatamque sibi ex ærario pecuniam fratris foribus invasit, protulitque ex eo pondo quatuor millia centum triginta quinque [auri], argenti pondo prope octoginta millia. Mox cum legionibus Alpes transvectus, Massiliam venit. Hanc obsidione domitam libertate concessa, cæteris rebus abrasit. Apud Dyrrachium multi C Orientis reges ad Pompeium cum auxiliis convenerant. Pugna commissa, milites Cæsaris fugerunt, cæsis quatuor millibus ex ejus exercitu. Inde Cæsar citato agmine per Epirum in Thessaliam perrexit. Pompeius cum magnis copiis subsecutus est. Fuerunt autem Pompeio octogiuta cohortes triplici ordine locatæ, peditum quadraginta millia, equites in sinistro cornu sexcenti, in dextro quingenti; præterea reges multi. Cæsari similiter cohortes octoginta, triplici ordine dispositæ, minus quam triginta millia peditum, equites mille. Commissa pugna, cum din utrinque dubia sorte cæderentur, tandem universus Pompeii fugit exercitus, castraque dispersa sunt. Pompeius fugiens, onerariam navem nactus, in Asiam transiit. Inde per Cyprum in Ægyptum venit, ibique mox ut littus attigit, jussu Ptolomæi adolescentis, in D gratiam Cæsaris victoris, occisus est. Pompeii uxor filiique fugerunt, classisque Pompeiana direpta. Cæsar, compositis apud Thessalianos rebus, Alexandriam venit, perlatoque ad se et viso Pompei capite annuloque, flevit. [4755] Achillas, dux regius, imbutus semel Pompei sanguine, Cæsaris quoque neccm meditabatur. Nam jussus exercitum dimittere, cui præerat, viginti millium armatorum, non modo sprevit imperium, verum et aciem direxit. In ipso prælio regia classis forte subducta jubetur incendi. Ea flamma cum partem quoque urbis invasisset, quadraginta millia librorum, proximis forte ædibus

circuitu perfecerunt; præterea centum viginti tur- A condita, exussit. Iterum commisso prælio cum Achilla, Cæsar vi insistentium hostium pressus, scapham ascendit. Qua mox pondere subsequentium gravata ac mersa, per ducentos passus ad navem una manu elevata, qua chartas tenebat, nando pervenit. Mox navali prælio ipse classem regiam aut depressit aut cepit. Alexandrinis petentibus regem, Ptolomæum nfantem reddidit, qui illico, ut liber fuit, bellum intulit, sed continuo ipse cum toto exercitu suo deletus est. Nam viginti millia hominum in co bello cæsa sunt, duodecim millia cum septuaginta longis navibus dedita. Rox ipse adolescens scapha exceptus ut fugeret, multis insilientibus mersus necausque est.

[4784] Cæsar regnum Ægypti Cleopatræ Ptolomæi sorori dedit, quod tenuit annis viginti duobus. Cæ-Romædictator et consul creatus, in Africam transiit. Apud Tapsum cum Juba et Scipione pugnavit et vicit. Cato sese apud Uticam occidit. Juba percussori jugulum pretio dato præbuit. Petreius eodem se gladio perfodit. Scipio in navim qua ad Hispanias fugeret, conscendens, vento coactus in Africam redierat, semetipsum jugulavit. In eadem navi ctiam Titus Torquatus occisus est. Cæsar Pompei magni nepotes et filiam ejus Pompeiam jussit occidi. Ultimum bellum apud Mundam flumen gestum est adversus Pompeios duos et Labienum atque Actium Varum. Cæsar Romam rediens, ubi dum Reipublicæ statum contra exempla malorum clementer instaurat, auctoribus Bruto et Cassio, etiam plurimo senatu, in curia tribus et viginti vulneribus confossus, interiit. In qua conjuratione fuisse amplius quadraginta conscios ferunt. Corpusejus raptum populus, dolore instimulatus, in foro fragmentis tribunalium ac subselliorum cremavit post annos tres et menses sex quam regnare cœperant. Nam quatuor annis post mortem magni Cn. Pompei bellum civile toto orbe indesinenter tonuit. Regnante apud Alexandrinos Cleopatra, quarto ejus anno finito, Cæsar Julius primus Romanorum singularem obtinuit principatum. Aquo etiam Cæsares appellati sunt. Cassius interim, Judæa capta, templum spoliat. Abhinc imperatorum nomen.

Octavianus Cæsar Augustus Romanorum secundus, regnavit annos quinquaginta sex et menses sex : a quo Augusti appellati reges Romanorum. Quorum quindecim, vivente Cleopatra, quadraginta et unum postea vixit. Augusti undecimo anno, deficiente in Judæa pontificum principatu, complentur hebdomadæ septuaginta in Daniele scriptæ. Anno ab Urbe condita septingentesimo decimo, interfecto Julio Cæsare, Octavianus, qui testamento Julii Cæsaris avunculi et hæreditatem et nomen assumpserat, ut Romam adolescens admodum venit indolem suam bellis civilibus vicit. Ut enim breviter explicem bella civilia quæ ipse gessit, Mutinense, Philippense, Perusium, Siculum, Actiacum. E quibus duo, hoc est primum ac novissimum, adversus Marcum Antonium; secundum, adversus Brutum et Cassium; tertium, adversus Lucium Antonium; quartum, ad-

quem confecit. Cæsar ad fidem conciliatæ gratiæ qua Antonium receperat, filiam ejus matrimonio sortitus est. Herodes, cessante regno ac sacerdotio Judæorum, nihil ad eam gentem pertinens, utpote Antipatri Ascalonitæ et matris Cypridis Arabicæ filius, a Romanis Judæorum suscepit principatum, quem tenuit annos triginta sex. Qui ne ignobilis forte et a Judæorum semine argueretur extraneus, combussit libros omnes quibus nobilitas gentis Judææ in templo servabatur ascripta, ut deficientibus probamentis, et ipse ad hanc pertinere putaretur : insuper etiam ut suam sobolem regio illorum generi cummisceret, projecta Dosside femina Hierosolymitana, quam privatus acceperat uxorem, et nato ex ea filio Antipatro, sociavit sibi Mariannem filiam B Alexandri, neptem Aristobuli fratris Hircani, qui ante eum rexerat Judæorum gentem. Hæc quinque filios ei genuit, quorum duos, Alexandrum et Aristobulum, ipse peremit in Samaria. Nec mora, post etiam illorum matrem, qua nil charius noverat, simili scelere peremit. E quibus Aristobulus Herodem ex Berenice susceperat filium, quem in Actibus apostolorum ab angelo percussum legimus. Antonius Artabanem, Armeniæ regem, proditione et dolo cepit. Quem argentea catena vinctum, ad confessionem thesaurorum regiorum coegit : expugnatoque oppido in quo conditos esse prodiderat, magnam vim auri argentique abstulit. Qua elatus pecunia denuntiavit bellum Cæsari, atque Octaviæ sororis Cæsaris, uxoris suæ, repudium indixit; et Cleopatram sibiex Alexandria occurrere imperavit, atque uxorem duxit. Ipse Actium, ubi classem constituerat, profectus, cum prope tertiam partem remigum fame absumptam offendisset, nihill motus : Remi, inquit, modo salvi sunt : nam remiges non deerunt quoad Græcia homines habuerit. Ducentæ et triginta rostratæ fuere Cæsaris naves, et triginta sine rostris. Triremes velocitate Liburnicis pares, octo legiones classi superpositæ, absque cohortibus quinque prætoriis. Classis Antonii, centum septuaginta navium fuit, quantum numero cedens, tantum magnitudine præcellens; nam decem pedum altitudine a mari aberant. Bellum ab hora guinta usque in horam septimam incerta vincendi spe protractum /gravissimæ utrinque cædes actæ : reliquum diei cum subsequente nocte in victoriam Cæsaris declinavit. D Prior regina Cleopatra cum sexaginta velocissimis navibus fugit. Antonius mox fugientem uxorem sub-

secutus est. Ex victis duodecim millia cecidisse referuntur, sex millia vulnerata sunt, e quibus mille inter curandum defecerunt. Cæsar sexto imperator appellatus, et quarto ipse cum Marco Licinio Crasso consul Brundusium venit. Ibi orbis terrarum præsidia, divisis legionibus composuit. Novissime cum navali prælio Antonius decertare pararet, subito universæ naves Antonianæ partis ad Cæsarem transierunt. Trepidus Antonius cum paucis se in regiam

recepit. Deinde imminente Cæsare, turbata civitate,

PATROL. CXXIII,

74

versus Sextum Pompeium, Cneii Pompeii filium, A idem Antonius sese ferro transveberavit. Cleopatra quem confecit. Cæsar ad fidem conciliatæ gratiæ qua Antonium receperat, filiam ejus matrimonio sortitus est. Herodes, cessante regno ac sacerdotio Judæorum, nihil ad eam gentem pertinens, utpote Antipatri Ascalonitæ et matris Cypridis Arabicæ filius, a Romanis Judæorum suscepit principatum, quem te-

> Cæsar Alexandria urbe, omnium longe opulentissima et maxima, victor potitus est. Hactenus qui vocabantur Lagidæ ab Ptolomæo primo, Lagi filio, in Ægypto regnaverunt annis ducentis nonaginta quinque. Cæsar victor ab Oriente vendiens, octavo Idus Januarias Urbem triplici triumpho ingressus est. Hoc die primum Augustus consalutatus est, atque ex eadem die summa rerum ac potestas penes unum esse cæpit et mansit, quod Græci monarchiam vocant. Porro autem hunc esse eumdem diem, hoc est octavum Idus Januarii, quo nos Epiphaniam, hoc est apparitionem sive manifestationem Dominici sacramenti observamus, nemo credentium sive etiam fidei contradicentium, nescit.

Per omnia igitur venturi Christi gratia præparatum Cæsaris imperium comprobatur : nam cum primum Caio Cæsare avuncula suo interfecto ex Apollonia rediens Urbem ingrederetur, hora circiter tertia, repente liquido ac puto sereno circulus ad speciem cœlestis arcus orbem solis ambiit, quas eum unum ac potissimum in hoc mundo solumque clarissimum in orbe monstraret : cujus tempore venturus esset qui ipsum solem, mundumque totum et fecisset et regeret. Deinde cum secundo in Sicilia receptis a Pompeio et Lepido legionibus, triginta millia servorum dominis restituisset, et sex millia, quorum domini non exstabant in crucem egisset, ingentique animo viginti millia militum exaucto. ravisset, atque quadraginta quatuor legiones solus imperio suo; ad tutamen orbis terræ distribuisset, ovansque Urbem ingressus, omnia superiora populi Romani debita donanda, litterarum etiam monumentis abolitis censuisset, in diebus ipsis fons olei largissimus de taberna meritoria, per totum diem fluxit; quo signo quid evidentius quam sub principatu Cæsaris Romanoque imperio per totum diem, hoc est per omne Romani tempus imperii, Christum, atque ex eo Christianos, id est unctum atque ex eo unctos, de meritoria taberna, hoc est de hospita largaque Ecclesia, affluenter atque incessabiliter processuros, restituendosque per Cæsarem omnes servos, qui tamen cognoscerent dominum suum, cæterosque qui sine domino invenirentur, morti supplicioque dedendos, remittendaque sub Cæsare debita peccatorum in ea urbe in qua spontaneum fluxisset oleum? Tertio autem cum Urbem triumphans quinto consul ingressus est, octavo scilicet Idus Januarias, cum et Janum post ducentos annos primum ipse clausit, et clarissimum illud Augusti nomen assumpsit. Quid fidelius ac verius credi potest, quam occulto gestorum ordine ad obsequium præparationis ejus prædestinatum fuisse qui eodem

et pacis signum præferret, et potestatisnomen assumeret (ita anno ab urbe condita septingentesimo sexagesimo tertio, clausis Jani portis, cum Cæsar Augustus finito Cantabrico bello, pacatisque omnibus gentibus, ab oriente in occidentem, a septentrione ad meridiem, ac per totum Oceani circulum Urbem ingressus, cum spectante eo ludos, pronuntiatum

die quo ille manifestandus multo post paululum erat, A esset in mimo : O dominum æquum et bonum; uni. versique quasi de ipso dictum esset, approbavissent, et statim quidem manu vultuque indecoras adulationes repressit, et in sequenti die gravissimo corripuit edicto, dominumque se posthac appellari, ne a liberis quidem aut a nepotibus suis, vel serio vel joco passus est.

ÆTAS SEXTA

A CHRISTO AD MUNDI FINEM.

Augusti quadragesimo secundo, a morte vero Cleo. patræ et Antonii, quando et Ægyptus in provinciam versa est, anno vigesimo septimo, olympiadis centesimæ tertiæ anno tertio, ab Urbe condita septingen. tesimo quinquagesimo secundo, id est eo anno quo compressis cunctarum orbisterrægentium motibus firmissimam verissimamque pacem ordinatione Dei Cæsar composuit, Jesus Christus Filius Dei, sextam mundi ætatem suo consecravit adventu. Anno imperii Augusti quadragesimo octavo, Herodes patrator scelerum, et interfector pro Christo innocentium parvulorum, morbo intercutis aquæ et scatentibus toto corpore vermibus, miserabiliter digne moritur. Pro quo substitutus ab Augusto filiusejus Archelaus, regnavit annos novem, id est usque ad ipius Au- C mi Jubilæi secundum Hebræos : nostra autem supgusti finem; tunc enim non ferentibus ultra, sed accusantibus ferocitatem ejus apud Augustum Judæis, in Viennam urbem Galliæ nobilissimam relegatur, et ad minuendam Judaici regni potentiam insolentiamque domandam, quatuor fratres ejus pro eo sunt tetrarchæ creati, Herodes, Antipater, Lysias et Philippus; quorum Philippus et Herodes, qui Antipas prius nuncupabatur, etiam vivente Archelao, tetrarchæ fuerant ordinati. Natus igitur Christus verus Dominus totius generis humani, inter homines Romano censui statim ascriptus est, illa prima clarissimaque professione qua Cæsar se omnium principem, Romanosque rerum dominos singillatim cunctorum hominum edita ascriptione signavit. (Oros., l. vii). Natus est autem octavo Kal. Januarii Christus, D cum primum incrementa omnia anni virentis incipiunt. Cæsar Caium nepotem suum ad ordinandas Ægypti Syriæ provincias misit. Qui præteriens ab Ægypto, fines Palestinæ apud Hierosolymam, in templo Dei tunc sancto et celebri adorare contempsit, sicut Suetonius Tranquillus refert. Quod Augustus ubi comperit, pravo usus judicio, prudenter fecisse laudavit.

[17] Tiberius privignus Augusti, hoc est Liviæ uxoris ejus filius, regnavit annos triginta et duo. Hic per semetipsum nulla bella gessit. Sane quarto imperii ejus anno, Germani Drusi filius, Caligulæ pater de Germanis, ad quos ab Augusto sene missus

[4832] Igitur eo tempore, anno scilicet Cæsaris B fuerat, triumphavit ; ipse autem Tiberius plurima imperii parte, cum magna et gravi modestia reipublicæ præfuit : adeo ut quibusdam præsidibus augenda provinciis tributa suadentibus scripserit, boni pastoris esse tondere pecus, non deglabrare. Hujus anno duodecimo Pilatus Judææ procurator ab codem dirigitur. Herodes tetrarcha, qui Judæorum principatum tenuit annis viginti et quatuor, in honorem Tiberii et matrisejus Liviæ, Tiberiadem condidit et Liviadem. Anno decimo quinto imperii Tiberii, Dominus post baptismum, quod prædicavit Joannes, mundo regnum cœlorum annuntiat, peractis a mundi principio secundum Hebræos, annis, ut etiam Eusebius in Chronicis suis signat, quatuor milbus, annotando quod decimo sexto anno Tiberii principium fuerit octuagesimi pri-

> putatio undeviginti minus ponendos esse existimat. Juxta vero Chronica eadem quæ ipse Eusebius de utraque editione, ut sibi videbatur, composuit, anni supputantur quinque millia ducenti et viginti octo. Joannes Baptista ab Herode in carcere positus pro veritate capite truncatur. Anno decimo octavo imperii Tiberii, Dominus sua passione mundum redimit. et prædicaturi per Judææ regiones apostoli, Jacobum fratrem Domini Hierosolymis ordinant episcopum; ordinant et septem diaconos, quorum uno lapidato à Judæis Stephano, Ecclesia per regiones Judææ et Samariæ dispergitur. Prælatus præses Palæstinæ provinciæ ad Tiberium imperatorem, atque ad senatum retulit de passione ac resurrectione Christi, consequentibus virtutibus quæ per ipsum palam factæ fuerant, vel per discipulos ipsius in nomine ejus fiebant, et de eo quod certatim crescente plurimorum fide Deus crederetur. Tiberius cum suffragio magni favoris retulit ad senatum, ut Christus Deus haberetur. Senatus indignatione motus, cur non sibi secundum morem delatum esset, ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusavit, edictoque constituit exterminandos esse Urbe Christianos, præcipue cum et Sejanus præfectus Tiberii suscipiendæ religioni obstinatissime contradiceret Tiberius ; tamen edicto accusatoribus Christianorum mortem comminatus est. Itaque paulatim immutata est illa Tiberii Cæsaris

laudatissima modestia, in pænam contradictoris senatus. Nam plurimos senatorum proscripsit, et ad mortem coegit. Viginti sibi patricios viros consilii causa selegerat; horum vix duos incolumes reliquit, cæteros diversis causis necavit; Sejanum præfectum suum res novas molientem interfecit; filios suos Drusum et Germanicum, quorum Drusus naturalis, Germanicus adoptivus erat, manifestis veneni signis perdidit, filios Germanici fiii sui interfecit. A bus approbavit, ibique viginti et quinque annis cathedram tenuit episcopalem, id est usque ad ulti mum Neronis annum. Marcus evangelista Evangelium, quod Romæ scripscrat, Petro mittente, primum Aquileiæ prædicavit. Ibique ordinato Hermagora di scipulosuo, ad Ægyptum pervenit; constitutisque atque confirmatis Ecclesiis per Libyam, Marmoricam, Ammoniacam, Pentapolim, Alexandriam, atque

Agrippa cognomento Herodes, filios Aristobuli filii Herodis regis, accusator Herodis tetrarchæ, Romam profectus, à Tiberio in vincula conjicitur, ubi primos sibi adscivit ad amicitiam, et maxime Germanici filium Caium.

[40] Caius cognomento Caligula, regnavit annos tres, menses decem, dies octo: homo omnium ante se flagitiosissimus, et qui vere dignus Romanis blasphemantibus, et Judæis persecutoribus punitor adhibitus videretur. retur, neque aquilæ ordinari, neque convelli quoquo modo signa moverive potuerunt exercitus; tanti et minus usitati miraculi fide motus, et conversus in pœnitentiam, Scribonianum quinta statim die destitutum interfecit, seseque in sacramento prioris

Hic exclamasse fertur : Utinam populus Romanus unam cervicem haberet ! Judæi apud Alexandriam seditione excitata profligati sede atque urbe pulsi, expromendarum querelarum causa, Philonem quemdam, virum sane imprimis cruditum, legatum ad Cæsarem mittunt; sed Caligula Judæis infestissimus, spreta legatione Philonis, omnes Judæorum sac ras ædes, atque antiquum illud Hierosolymi sacrarium profanari sacrificiis gentilium, ac repleri statuis simulacrisque imperavit. Et statua Jovis posita, se ibi ut deum coli præcipit. Hic Herodem Agrippam amicum suum vinculis liberatum, regem Judææ C fecit; qui mansit in regno annos septem, id est, usque ad quartum Claudii annum. Quo ab Angelo percusso successit in regnum filius ejus Agrippa, qui usque ad exterminium Judæorum, viginti et quatuor annis perseveravit. Herodes tetrarcha et ipse Caii amicitiam petens, cogente Herodiade, Romam venit, sed accusatus ab Agrippa, etiam tetrarchiam perdidit; relegatusque exisilio, apud Viennam Galliarum urbem post mortem Caii, inde in Hispaniam cum Herodiade, fugiens, mœrore periit. Pilatus, qui sententiam damnationis in Christum dixerat, et ipse perpetuo exsilio Viennæ recluditur; tantisque ibi irrogante Caio languoribus coarctatus est, ut sua se transverberans manu malorum compendium mortis celeritate quæsierit. Mat thæus Evangelium in Judæa prædicans, Hebraicis litteris scripsit; Caius Caligula asuis protectoribus occisus est. Duo libelli in secretis eius reperti quorum alteri pugio, 'alteri gladius pro signo nominis adscriptus erat, lectissimorum virorum nomina et notas morti destinatorum continentes; inventaque ibi est arca ingens, variorum venenorum, quibus mox Claudio Cæsare jubente demersis infecta maria traduntur, non sine magno piscium exitio.

[45] Claudius regnavit annis quatuordecim. Exordio regni ejus Petrus ad superandum Simonem magum, cum prius Antiochenam fundasset Ecclesiam, Romam venit, et salutarem cunctis credentibus fidem fideli verbo docuit; potentissimisque virtuti-

thedram tenuit episcopalem, id est usque ad ulti mum Neronis annum. Marcus evangelista Evangelium, quod Romæscripserat, Petro mittente, primum Aquileiæ prædicavit. Ibique ordinato Hermagora di scipulo suo, ad Ægyptum pervenit; constitutisque atque confirmatis Ecclesiis per Libyam, Marmoricam, Ammoniacam, Pentapolim, Alexandriam, atque Ægyptum universam, ad ultimum tempus a paganis Alexandriæ martyrium suum complevit. Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus, bellum civile molitus, legiones multas fortissimasque ad sacramenti mutationem pellexerat. Itaque die dato ut in unum undique ad novum imperatorem conveniretur, neque aquilæ ordinari, neque convelli quoquo minus usitati miraculi fide motus, et conversus in pœnitentiam, Scribonianum quinta statim die destitutum interfecit, seseque in sacramento prioris militiæ continuit. Quod sine dubio propter adventum apostoli Petri et tenera Christianorum germina, hoc civile bellum divinitus est compressum. Tiberius Claudius Britanniam adiens, quæ excitata in tumultum esse videbatur, quam neque ante Julium Cæsarem, neque post eum quisquam attingere ausus fuerat, sine ullo prælio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulæ partem in deditionem recepit. Orcadas etiam insulas Romano adjecit imperio, ac sexto quam profectus erat mense, Romam rediit. Eo anno quarto videlicet imperii ejus, fames gravissima per Syriam, cujus Lucas etiam meminit, facta est. Sed Christianorum necessitatibus,

apud Hierosolymam convectis ab Ægypto frumentis, Helena Agabenorum regina conversa ad fidem Christi, largissime ministravit. Quinto ejus imperii anno inter Theram et Therasiam, insula de profondo emicuit triginta stadiorum spatio extenta. Septimo imperii ejus anno sub procuratore Judææ Cumano, in Hierosolymis tanta seditio in diebus azymorum exorta est, ut in portarum exitu populo coarctato, triginta millia Judæorum cæde prostrata et compressione suffocata referantur. Claudius nono anno imperii sui, Judœos tumultuantes, Roma expulit. Suetonius hoc modo inde refert : Claudius Judæos impulsore Christo, assidue tumultuantes, Roma expulit. De eadem expulsione Lucas in Actibus apostolorum refert. Verumtamen sequenti anno tanta fames Romæ fuit, ut medio foro imperator correptus a populo, conviciis et fragminibus panis turpissime infestatus, ægre per Pseudotyrum in palatium refugerit. Claudius manifestis venenis est mortuus.

[59] Nero annos tredecim, menses septem, dies octo, Caii Caligulæ avunculi sui erga omnia vitia ac scelera sectator, imo transgressor. Hic primus post omnia attentata facinora Romæ Christianos suppliciis et mortibus affecit, ac per omnes provincias pari persecutione excruciari imperavit. Hujus secundo anno, Festus Judææ procurator successit biennum in libera manens custodia, post hæc ad prædicandum dimittitur, necdum Nerone in tantam percutionem Christianorem erumpente, quantam de eo narrant historiæ. Quo tempore creditur Paulus ad Hispanias pervenisse, et Arelatæ Trophimum, Viennæ Crescentem discipulos suos ad prædicandum reliquisse. Jacobus frater Domini. cum triginta annis Hierosolymorum rexisset Ecclesiam, septimo Neronis anno perimitur a Judæis vindicantibus in illo quod Paulum interficere neguiverant. Festo in magistratu Judæorum succedit Albinus, Albino Florus; cujus luxuriam et avaritiam cæteraque flagitia non ferentes Judæi contra Romanos rebellaverunt, adversum quos Vespasiaurbes cepit, Titum filium suum majorem inter legatos habens. Nero in re militari nihil omnino ausus, Britanniam pene amisit, ipsumque nomen Christianum extirpare conatus, beatissimos Christi apostolos Petrum cruce, Paulum gladio occidit. Mox acervatim miseram ejus vitam obortæ undique oppressere clades. Hac tempestate Persius poeta oritur; Lucanus quoque ac Seneca precepto Neronis interficiuntur. Nero postquam Galbam in Hispania imperatorem creatum ab exercitu cognovit, totus animo ac spe concidit; postmodum cum incredibilia mala subruenti reipublicæ moliretur, hostis a senatu pronuntiatus, ignominiosissime fugiens ad quartum ab Urbe lapidem, sese ipse interfecit, atque in eo Cæsarum omnis familia consumpta est.

Mortuo Nerone, Galba Romam venit, Pisonemque sibi nobilem industriumque juvenem in filium atque in regnum adoptavit, septimoque mense imperii sui ab Othone jugulatus est.

Otho mox ut creatum imperatorem in Gallias per Germanicas legiones Vitellium comperit, bellum civilemolitus, tribus primum levibus præliis, hoc est uno apud Alpes, altero circa Placentiam, tertio circa locum quem Castores vocant contra Vitellianos duces congressus, victor exstitit; quarto autem apud Vetriacum prælio animadvertens suos vinci, mense tertio quam imperator cœperat, sese intersecit.

Vitellius victor Romam venit, ubi cum multa crudeliter ac nequiter ageret, postquam de Vespasiano comperit, primum deponere molitus imperium, post a quibusdam animatus Sabino Vespasiani fratre D occiso succensoque templo, et mista simul flamma ruinaque, omnes in unum pariter interitum ac tumulum dedit. Post deficiente in Vespasiani nomen exercitu suo, cum jam destitutus trepidus se in quamdam proximam palatio cellulam contrusisset, turpissime inde protractus, in forum deductus, octavo quam regnum præsumpserat mense, apud Gemmonias scalas minutissimorum ictuum crebris compunctionibus excarnificatus, atque inde unico tractu in Tiberim mersus etiam communi caruit sepultura.

· Vespasianus itaque cum Judœos multis eorum oppidis captis, in urbe Hierosolymorum præcipue ob

٦.

***** ~...

. .

Felici. A quo Paulus Romam vinctus mittitur, et A diem festum congregatos, obsidionis clausisset, cognita Neronis morte, hortatu plurimorum regum et ducum imperium adeptus, relicto in castris ad procurationem obsidionis Hierosolymorum Tito filio, cognita etiam interfectione Vitellii, paulisper Alexandriæ substitit. Titus vero magna ac diuturna obsidione Judzos premens, machinis cunctisque bellicis molitus non sine multo suorum sanguine, tandem muros civitatis irrupit. Sed ad expugnandam interiorem templi munitionem quam reclusa multitudo sacerdotum ac principum tuebatur, majore et vi et mora opus fuit. Itaque Titus imperator ab exercitu pronuntiatus, templum Hierosolymymisincendit ac diruit; quod a die conditionis primæ usque ad diem eversionis ultimæ manserat nus magister militiæ transmissus, plurimas Judææ B annos mille octoginta novem, vel sicut a pluribus colligitur mille centum et duo. Muros urbis universos solo adæquavit. Sexcena millia Judæorum eo bello interfecta Cornelius et Suetonius referunt. Josephus vero Judæus qui ei tunc bello præfuit, et apud Vespasianum propter prædictum imperium veniam gratiamque meruerat, scribit undecies centena millia gladio et fame periisse; sed et præter hos centum millia publice venundata, totoque orbe dispersa.

> Consummatum est hoc bellum annis quatuor: duobus quidem, Nerone vivente, et duobus aliis postea. Vespasianus inter alia magnorum operum in privata adhuc vita, in Germaniam ac deinde in Britanniam a Claudio missus, tricies et bis cum hoste conflixit. Duas validissimas gentes, viginti C oppida, insulam Vectam Britanniæ proximam, Romano adjecit imperio. Colossus erigitur Romæ, habens altitudinis pedes centum et novem. Vespasianus in villa propria circa Sabinos, nono anno principatus sui, profluvio ventris est mortuus.

[82] Titus annos underim, menses underim. Vir omnium virtutum genere mirabilis, adeo ut amor et deliciæ humani generis diceretur. Hic amphiteatrum Romæ ædificat, et in dedicatione ejus quinque millia ferarum occidit. Iste tantum facundus exstitit, ut causas Latino ageret poemate, et tragœdias Græce componeret. Tantum autem bellicosus, ut in expugnatione Hierosolymorum sub patre militans, quadraginta unum propugnatores duodecim sagittarum confoderit ictibus. Porro in imperio tantæ bonitatis fuit, ut nullum omnino puniret, sed convictos adversum se conjurationis dimitteret atque in eadem familiaritate qua ante habuerat, retineret. Hujus etiam inter omnia fuit illud celebre dictum : Perdidisse diem, in qua nibil boni fecerit. Hic cum ingenti omnium luctu in eadem villa qua pater ejus, morbo assumptus est.

[84] Domitianus, frater Titi junior, annos quindecim, menses quinque. Is in tantam superbiam prolapsus est, ut deum sese ac dominum vocari, scribi, colique jusserit; secundusque post Neronem Christianos persequitur. Confirmatissimam toto orbe Ecclesiam Christi, datis crudelissimæ persecutionis edictis, convellere conatur; sub quo apostolus

۲ ،

and the second

· . .

80

8.5

Joannes in Pathmum insulam relegatus est, et Fla- A scriptis illico lenioribus temperavit edictum Romæ via Domitilla, Flavii Clementis consulis ex sorore ejus neptis, in insulam Pontianam ob fidei testimonium exsulat. Fertur autem idem ipse beatum Joannem in ferventis olei dolium mississe. Ex quo tam immunis exiit a pœnis, quam a corruptione carnis manserat semper immunis. Domitianus Judæos quoque acerbitate tormentorum genusque David interfici præcepit, quasi adhuc futurus esset ex semine qui regnum posset adipisci. Hic crudeliter in palatio a suis interfectus est; cujus cadaver populari sandapila per vespiliones exportatum, atque ignominiose sepultum est.

[99] Nerva admodum senex a Petronio præfecto et Parthenio spadone Domitiani interfectore imperator creatus, annum unum, menses quatuor, dies B octo; qui Trajanum in regnum adoptavit. Hic primo edicto suo, cunctos exsules revocavit, quos Domitianus relegaverat; unde et Joannes apostolus hac generali indulgentia liberatus, Ephesum rediit; et quia concussam se absente per hæreticos vidit Ecclesiæ fidem, confestim hanc descripta Evangelio suo verbi Dei æternitate stabilivit. Nerva emenso plus minus anno imperii sui confectus morbo diem obiit.

[101] Trajanus genere Hispanus, regni gubernacula Nerva tradente suscepit, annos novemdecim, menses sex, dies quindecim. Hic apud Agrippinam Galliæ urbem insignia suscepit imperii. Mox Germaniam trans Rhenum in pristinum statum reduxit; trans Danubium multas gentes subegit, regiones trans Euphratemet Tigrim sitas, provincias fecit; Seleuciam et Ctesiphontem ac Babyloniam occupavit, atque usque Indiæ fines post Alexandrum accessit. Hujus quarto anno Clemens discipulus Petri aposstoli, Romanæ Ecclesiæ episcopus, martyrio coronatur, et Flavia Domitilla pro Christo cum aliis plurimis in insulam Pontiam exsilio deportata. Joannes apostolus, sexagesimo octavo anno post passionem Christi, ætatis autem suæ nonagesimo octavo, Ephesi placida morte quievit. Trajano adversum Christianos persecutionem movente, Simeon qui et Simon, filius Cleophæ, Hierosolymorum episcopus crucifigitur, et Ignatius Antiochiæ episcopus Romam perductus, . bestiis traditur. Alexander quoque Romanæ Ecclesiæ episcopus, martyrio coronatur, et septimo ab Urbe milliario, via Nomentana, ubi decolla- D Basilides hæresiarcha agnoscitur. Hoc itidem temtus est, sepelitur. Sub quo etiam imperatore gloriosissimus senex Zacharias, Viennensis Ecclesiæ episcopus, martyrio coronatur. Nam primus Crescens discipulus apostolorum Viennæ aliquot annos resedit; quo ad Galatiam reverso, tertius Martinus episcopus et discipulus apostolorum Viennæ resedit; sed postmodum Plinii secundi oratoris et historici, qui inter cœteros judices persecutor dictus erat, relatu admonituseos homines præter confessionem Christi, bonesta conventicula, nihil contrarium Romanis legibus facere, fiducia sane innocentis eonfessionis nemini mortem gravem ac formidolosam videri, re-

aurea domus a Nerone condita repentino conflagravit incendio; Pantheum Romæ, quod Domitianus fecerat, fulmine concrematum est. Terræmotis Antiochiam civitatem pene totam subruit, et alias per orbis partes civitates, incredibile dictu. Sub uno tempore Judæi quasi rabie efferati per diversas terrarum partes exarserunt, bellaque atrocissima gesserunt, donec digna cæde jussu Imperatoris sternerentur. Trajanus, ut quidam ferunt, apud Seleuciam Isauriæ urbem, profluvio ventris exstinctus est. Verus Viennensis episcopus, qui unus fuit de discipulis et auditoribus apostolorum, Trajani temporibus, doctrina et confessione fidei floruit. Illis ten poribus apud Pontum Synopis civitatis episcopus Phocas gloriosissime martyrium duxit; cujus sacratissimæ reliquiæ translatæ sunt in Galliam, in civitatem Viennam, ibique in ecclesia sanctorum apostolorum repositæ.

[120] Adrianus consobrinæ Trajani filius, unum et viginti annos imperavit. Hic per Quadratum discipulum apostolorum et Aristidem Atheniensem virum, fide sapientiaque plenum, et per Serenum Gravium legatum, libris de Christiana religione compositis instructus atque eruditus, præcepit per epistolam ad Minutium Fundanium proconsulem Asiæ datam, ut nemini liceret Christianos sine objectu criminis aut probatione damnare. Adrianus justissimis legibus rempublicam ordinavit; idemque pater patriæ in senatu ultra morem majorum appellatus est, et uxor ejus Augusta. Idem eruditissimus in utraque'lingua bibliothecam Athenis miri operis exstruxit. Judæos rebellantes et Palæstinam provinciam quondam suam depopulantes ultima cæde perdomuit, ultusque est Christianos quos illi, Cocheba duce, quod sibi adversum Romanos non assentarentur, excruciabant. Præcepitque ne cui Judæorum introeundi Hierosolymam esset licentia, Christianis tantum civitate permissa; quam ipse in optimum statum murorum exstructione reparavit, et Æliam vocari de prænomine suo præcipit. Primus exgentibus Hierosolymæ Marcus episcopus constituitur, cessantibus his qui fuerant ex Judæis numero quindecim, et præfuerant a passione Domini per annos fere centum et septem. Per idem tempus Aquila ponticus interpres secundus, post Septuaginta oritur, et pore et Justus Viennensis Ecclesiæ episcopus, illustrissimus in confessione exstitit. Quadratus quoque, cujus supra meminimus, Publio Athenarum episcopo apostolorum discipulo, ob Christium martyrio coronato, in locum ejus substituitur, et Ecclesiam grandi terrore dispersam, fide et industria sua congregat.

[141] Antoninus, cognomento Pius, imperator creatus, annis viginti et non plenis tribus rempublicam gubernavit cum filiis suis Aurelio et Lucio, menses tres, qui in omni regno Romano cautionibus incensis cunctorum debita relaxavit, adeoque tranpellatus. Justinus philosophus librum de Religione Christiana compositum Antonino tradidit, benignumque eum erga Christianos homines fecit: qui non longe post suscitata persecutione, prodente Crescente cynico, pro Christo sanguinem fudit. Valentinianus et Marcion hæresiarchæ produntur, atque Galenus medicus Pergamo genitus, Romæ clarus habetur. Pius episcopus Romæ habetur, sub quo Hermes librum scripsit, qui Pastoris dicitur, in quo præceptum continet angeli, ut Pascha semper die Dominico celebretur. Polycarpus auditor beati Joannis Romam veniens multos ab hæretica labe castigavit, qui Valentini et Cerdonis fuerant nuper doctrina corrupti. Viennensium episcopus Justus tonius ad duodecimum ab Urbe lapidem morbo correptus interiit. Anicetus Romæ episcopus.

[161] Marcus Antoninus Verus cum fratre Lucio Aurelio Commodo Antonino, annis decem et novem mense uno imperium tenuit. Ii primi rempublicam æquo jure tutati sunt, cum usque ad hoc tempus singuli Augusti fuerint. Bellum deinde contra Parthos admirabili virtute et felicitate gesserunt. In diebus Parthici belli persecutiones Christianorum quarta jam post Neronem vice, in Asia et in Gallia graves exstiterunt. Polycarpus et Pionius fecere martyrium in Asia; in Galliis quoque plurimi gloriose pro Christo sanguinem fuderunt. Justus Viennensis episcopus, longo tempore exsilio maceratus, martyr gloriosus efficitur. Tunc Photinus venerabilissenex, tempore interposito cum quadraginta et octo ex Lugdunensi et Viennensi urbe martyrium suum implevit. Nec multo post, vindex scelerum lues multas late provincias, Italiam maxime, Romamque vastavit. Severinus, Exuperius et Felicianus parvo tempore ante apud Viennam martyrio coronati. Commodus dum cum fratre in vehiculo sedet, casu morbi quem apoplexiam Græci vocant, suffocatus interiit. Eo defuncto, Marcus Antoninus solus aliquantulum reipublicæ præfuit; post Commodum filium suum assumpsit in regnum. Antonino imperatore, Melito Asianus Sardicensis episcopus, apologeticum pro Christianis tradidit. Lucius Britannorum rex, missa ad Eleutherium Romæ episcopum epistola, ut Christianus efficeretur petiit. Apollinaris Appianus Hieropoli, et Dionysius Corinthi, clari habentur episcopi. Montanus Aprorum, et Tatianus, a quo Encratitæ hæresiarchæ exorti sunt. Antoninus præteriti temporis per omnes provincias tributa donavit; omniaque simul fiscalium negotiorum calumniosa munimenta congesta, in Foro jussit incendi, severiorcsque leges novis constitutionibus temperavit. Post Marcomanicum bellum in quo gentes barbaræ, Wandali, Sarmatæ omnisque penc Germania exercitum Romanum circumcinxerat, quando ad invocationem nominis Christi, quam subito magna fidei constantia quidam milites effusi in preces, tantam vim pluviæ impetraverunt, ut Ro-

quille vixit ut merito Pius et Pater patriæ sit ap- A manos largissime ac sine injuria refecerit, barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos, in fugam coegerit, sicut idem Antoninus imperator in litteris suis fatetur, ob invocationem nominis Christiani per milites Christianos, et sitim quæ ex penuria aquarum in castris Romanorum erat depulsam, et collatam sibi fuisse victoriam. Antoninus in Pannonia constitutus, repentino morbo diem obiit. Theophilus sextus Antiochenæ Ecclesiæ floruit, et Pinitus Cretensis Gnosiæ urbis episcopus. Matianus hæresiarcha Encratitarum, qui quandiu a Justini martyris latere non discessit, floruit in Ecclesia. Hujus errorem Severianus auxit, a quo Severiniani.

[181] Lucius Antoninus Commodus post mortem patris regnavit annos tredecim. Hic adversum Geradhuc clarus habetur; Lugdunensium Photinus. An- B manos bellum feliciter gessit; cæterum per omnia luxuriæ et obscenitatis dedecore depravatus, gladiatoriis armis sæpissime in ludo depugnavit, et in amphitheatro feris sese frequenter objecit; interfecit etiam plurimos senatores, maxime quos advertit nobilitate industriaque excellere. Capitolium urbis fulmine ictum, ex quo facta inflammatio, bibliothecam majorum cura studioque compositam, ædesque alias juxta sitas rapaci turbine concremavit. Irenæus episcopus Lugdunensis habetur. Dionysius quoque, discipulorum Christi auditor, Viennensem tunc Ecclesiam regebat. Theodosion Ephesius interpres tertius, apparuit. Commodus imperator colossi capite sublato, suæ imaginis caput ei jussit imponi. Cunctis itaque incommodus in Véstalia domo strangulatus, C interiisse fertur.

[194] Ælius Pertinax senex, imperator a senatu creatus, sex mensibus regnavit. Hic Juliani jurisperiti scelere in palatio occisus est, mense sexto postquam imperare cœperat ; quem Severus etiam apud Pontem Milvium bello civili victum interfecit. Victor decimus tertius Romæ episcopus, datis late libellis constituit Pascha die Dominico celebrari. Sicut et condecessor ejus Eleuther, a decima quarta luna primi mensis usque in vicesimam primam : cujus decretis favens Theophilus Cæsareæ Palestinæ episcopus, scripsit adversum eos qui decima quarta luna cum Judæis Pascha celebrabant, cum cæteris qui in eodem concilio resederant episcopis, synodicam et valde utilem epistolam. Ælius Pertinax supplicanti senatui ut uxorem augustam et filiam Cæsarem faceret, renuensait : Sufficere sibi debere quod ipse imperaret invitus. Hujus Ælii atque Juliani Severi quoque imperatorum temporibus, Dionysius, sicut diximus, Viennensis episcopus eruditissimus floruit. Apollonius disertissimus vir scribit. adversus Montanum Priscam et Maximillam, et disscrit Montanum et insanas vates ejus periisse suspendio. Serapiou Antiochiæ episcopus floruit, et Apollonius senator martyr efficitur.

[195] Severus Pertinax genere Afer Tripolitanus ab oppido Lepti, qui se ex nomine imperatoris quem occisum ultus fuerat, Pertinacem appellari voluit; regnavit annis decem et septem. Hic natura sævus,

publicam, sed laboriosissime rexit. Piscennium Nigrum, qui in Ægypto et Tyria ad tyrannidem aspiraverat, apud Cyzicum vicit, et interfecit. Judæoset Samaritas rebellare conantes ferro coercuit; Parthos, Arabas, Adiabenosque superavit. Quinta hortante a Nerone persecutione Christianos excruciavit; plurimique sanctorum per diversas provincias martyrio coronati; inter quos et Leonides, pater Origenis, et Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ, coronati sunt. Tunc temporis et Irenæus Lugdunensis cum maxima multitudine martyrium suum perfecit. El Paracodes Viennensis episcopus, clarus in fidei doctrina, clarus in confessione persistens, mansit in episcopatu usque ad Maximini tempora; cujus tempore Zacharias Lugdunensis episcopus floruit. B Claudio Albino qui se in Galliis Cæsarem fecerat, Lugduni interfecto, Severus in Britannias bellum transfert ubi magnis gravibusque præliis sæpe gestis receptam partem insulæ a cæteris indomitis gentibus vallo distinguendam putavit. Itaque magnam fossam firmissimumque vallum crebris insuper turribus communitum per centum triginta et duo millia passuum a mari ad mare duxit. Ibique apud Eboracum oppidum morbo obiit. Reliquit duos filios, Basilianum et Getam, quorum Geta hostis publicus interiit; Basilianus Antonii cognomine assumpto regno potitus est. Perpetua et Felicitas apud Carthaginem Africæin castris bestiis deputatæ pro Christo Nonis Martiis. Symmachus interpres quartus agnoscitur. Origenes Alexandriis studiis C eruditur; Victor annis tredecim Romanam Ecclesiam rexit. Panthenus Stoicæ sectæ philosophus, qui primum in Indiam a Demetrio Alexandriæ episcopo ad docendum missus fuerat, viva voce et exemplo Ecclesiam Christi instruit.

[212] Aurelius Antonius Bassianus idemque Caracalla principatum adeptus mansit in eo annis non plene septem, patre Severo asperior, omnibus autem hominibus libidine intemperantior, qui etiam novercam suam Juliam uxorem duxit. Hierico quinta editio divinarum Scripturarum inventa est cujus auctor non apparet. Alexander episcopus Cappadociæ cum desiderio sanctorum locorum Hierosolymam veniret, vivente adhuc Narcisso episcopo persenilis ætatis Domino per revelationem idipsum D monente, in loco Narcissi episcopus constituitur. Tertullianus Afer Centurionis proconsularis filius, omnium Ecclesiarum sermone celebratur. Aurelius Antoninus contra Parthos bellum moliens, inter Edessam et Carras ab hostibus circumventus occiditur.

[219] Macrinus præfectus prætorii cum filio Diadumeno invasit imperium; emensoque anno apud Archelaidem militari tumultu occisusest. Tertullianus cujus supra meminimus, presbyter, usque ad mediam ætatem Ecclesiæ invidia postea et contumeliis clericorum Romanæ Ecclesiæ ad Montani

multis sæpe bellis lacessitus, fortissime quidem rem- A dogma delabitur, atque adversus Ecclesiam texit publicam, sed laboriosissime rexit. Piscennium Ni- volumina.

[220] Marcus Aurelius Antoninus imperium adeptus, tenuit annis quatuor. Hic sacerdos Heliogabali templi, nullam sui nisi stuprorum, flagitiorum totiusque obscenitatis infamem satis memoriam reliquit. Tumultu militari exorto, Romæ cum matre interfectus est. In Palæstina Nicopolis, quæ prius Emaus vo. cabatur, urbscondita est. Hæc est Emaus quam Dominus post resurrectionem suam suo ingressu sanctificare dignatusest, legationis industriam pro ea suscipiente Julio Africano scriptore temporum. Sexta editio inventa est Nicopoli. Sabellius hæresiarches oritur. Hippolytus episcopus, multorum conditor opusculorum, temporum canonem conscripsit, et hucusque perduxit.

[224] Aurelius Alexander, senatus ac militum voluntate imperator creatus, tredecim annis digno æquitatis præconio præfuit. Cujus mater Mammæa Christiana Origenem presbyterum audire curavit, eumque Antiochia accitum summo honore habuit.Hic expeditione in Persas facta, Xerxem regem corum victo reppressit. Sed militari tumultu apud Moguntiacuminterfectus est. Urbanus, Romæ episcopus, mul tos nobilium ad fidem Christi et martyrium perduxit. Tunc temporis Cæcilia virgo, et Valerianus, et Tiburtius, atque Maximus, martyrium compleverunt.

[234] Maximinus, nulla senatus voluntate, imperator ab exercitu, postquam bellum in Germania prospere gesserat, creatus, tres annos habuit. Hi adversum Ecclesiarum sacerdotes et clericos persecutionem exercet, maxime propter Christianam Alexandri, cui successerat, et Mammææ matris ejus familiam. Hunc Pupienus Aquileiæ interfecit. Pontianus et Anteros, Romanæ urbis episcopi, martyrio coronati, ac in cœmeterio Calixti sepulti.

[241] Gordianus imperator creatus, mansit in eo annis septem. Nam Pupienus, interfector Maximini, et frater ejus Albinus, qui usurpaverant imperium, mox in palatio sunt interfecti. Julius Africanus inter scriptores ecclesiasticos nobilis habetur. Qui in Chronicis suis refert se Alexandriam venisse. Heracleæ opinione celeberrima provocatum, quem et in divinis et in philosophicis studiis, atque omni Græcorum doctrina instructissimum fama loqueretur. Origenes in Cæsarea Palæstinæ Theodorum, cognomento Gregorium, et Athenodorum adolescentulos fratres, Ponti postea nobilissimos episcopos, divina philosophia imbuit. Fabianus, testimonio Spiritus sancti in specie columbæ super caput ejus descendentis, Romæ episcopus ordinatur, licet quidam hoc verius de Zephyrino affirment. Florentinus quoque, episcopus Viennensis, vita et doctrina emicuit; mansit ad Galieni et Volusiani imperium, exsiliatusque martyrium complevit. Gordianus, admodum puer in Orientem ad bellum Parthicum profectus, suorum fraude, haud longe a Circeso super Euphatem, interfectus est.

regni faciens, mansit in eo annis septem. Hic primus imperatorum omnium Christianus fuit. Ac post tertium imperii ejus annum millesimus a conditione Romæ annus expletus est. Itaque magnificis ludis augustissimus omnium præteritorum hic natalis annus a Christiano celebratus est imperatore. Origenes adversus quemdam Celsum Epicureum philosophum, qui contra nos libros scripserat, octo voluminibus respondit. Ut breviter quid dicam, tantum scribendi sedulus fuit, ut Hieronymus'quodam loco quinque millia librorum ejus se legisse meminerit. Philippus pater et filius, quamvis diversis locis, ambo tamen tumultu militari et Decii fraude, interfecti sunt.

mensibus tribus. Hic cum Philippos patrem et filium interfecisset, ob eorum odium ad persequendos interficiendosque Christianos feralia dispersit edicta. Idemque filium suum Cæsarem legit, cum quo simul continuo in medio barbarorum sinu interfectus est. Persecutione Decii Fabianus in urbe Roma martyrio coronatus est, sedemque sui episcopatus Cornelio dereliquit; ipsoque martyrio coronato, Lucius pontificatum tenuit. Huic Stephanus successit; quo per martyrium transeunte, Xystus locum ejus implevit, idemque per confessionem fidei, martyrii palmam sumpsit. Cyprianus, clarissimum lumen doctorum, episcopus Carthaginis, clarus habetur. Tunc temporis et Laurentius archidiaconus et alii pluresmar. tyrii gloriam exornaverunt.

С [255] Gallus Hostilianus cum filio Volusiano duos annos et quatuor menses regnum obtinuit. Quotempore pestilentia ingens per omnes pene provincias Romani imperii extenditur ob ultionem sine dubio violati nominis Christiani. Novatianus, Cypriani episcopi presbyter, Romam veniens novam hæresin condidit. Origenes septuagesimo ætatis anno non ad integrum impleto, defunctus, in urbe Tyri sepultus est. Cornelius, episcopus Romæ, a quadam matrona Lucina rogatus, corpora sanctorum apostolorum de Catacumbis levavit noctu, et posuit : Pauli quidem in via Ostiensi, ubi decollatus est; Petri autem, non longe a loco ubi crucifixus est inter corpora sanctorum episcoporum in templo olim Apollinis, in monte Aureo, in Vaticano palatio Nerionano. Gallus et Volusianus dum contra Æmilianum, novis rebus stu-D dentem, bellum civile moliuntur, occisi sunt. Æmilianus tamen tertio mense invasæ tyrannidis exstinctus est. Ammonius eruditus in philosophia, qui evangelicos canones scribit, Alexandriæ clarus habetur.

[257] Valerianus cum fido Galieno, annos quindecim. Hic Valerianus in Græcia ab exercitu Augustus appellatus est; Romæ autem a senatu Galienus Cæsar creatus est. Valerianus in Christianos persecutione commota, statim a Sapore Persarum rege captus, luminibusque orbatus, ignominiosissima apud Persas servitute consenuit; donec vixit, hanc conti-

[248] Philippus Philippum filium suum consortem A nuam damnationem sortitus, ut ipse acclivis humi, regem semper ascensurum in equum, non manu sua, sed dorso attolleret. Et Galienus, quidem tam claro Dei judicio territus, tanquam miseri collegae permotus exemplo, pacem Ecclesiis trepida satisfactione restituit. Hac procellosa tempestate Cyprianus Carthaginensis episcopus coronatur martyrio: cujus Vitæ et passionis volumen egregium reliquit Pontius, diaconus ejus, qui usque ad diem passionis ejus cum ipso exsilium sustinuit. Germani Alpibus, Rhetia totaque Italia penetrata, Ravennam usque perveniunt; Alamanni Gallias pervagantes, etiam in Italiam transeunt. Græcia, Macedonia, Pontus, Asia Gothorum inundantia deletur. Publius Ingenuus, qui purpuram imperii sumpserat, apud Myrsam occidi-

[254] Decius, civilis belli incentor, anno'uno, B tur. Posthumus in Gallia invasit tyrannidem, ac per decem annos ingenti virtute ac moderatione usus, dominantes hostes expulit; qui tamen seditione militum interfectus est. Victorinus a Gallis ultro creatus imperator, post paululum apud Viennam occisus est. Theodorus, Gregorius cognomento, Neocæsareæ Ponti episcopus, magna virtute claret. E quibus unum est quod ut Ecclesiæ faciendæ locus sufficeret, montem precibus movit. Tunc temporis Lupicinus, Viennensis Ecclesiæ episcopus, clare floruit. Galienus cum rempublicam deseruisset, ac Mediolanı libidinibus inservisset, occisus est. Cornelio, qui duobus annis rexit Ecclesiam Romanam, ob Christi martyrium coronato, successit Lucius. Passus est autem beatus Cyprianus persecutione octava eodem die, sed non eodem anno, quo Romæ Cornelius.

> [272] Claudius, voluntate senatus sumpto imperio, annis duobus. Hic Gothos jam per annos quindecim Illyricum Macedoniamque vastantes bello adortus, incredibili strage delevit. Cui a senatu clypeus aureus in curia et in Capitolio statua æque aurea decreta est. Sed continuo apud Sirmium morbocorreptus interiit.

> [273] Mox frater ejus Quintilius, vir bonæ moderationis, ab exercitu imperator electus, decimo septimo die imperii sui interfectus est. Malchion, disertissimus Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, qui in eadem urbe rhetoricam docuerat, adversus Paulum Samosetanum, qui episcopus Antiochiæ dogmatizabat, Christum communis naturæ hominem tantum fuisse, notariis excipientibus, disputavit.

> [274] Aurelianus imperium adeptus, quinque annis et sex mensibus tenuit, vir industria militari excellentissimus, expeditione ad Danubium suscepta, Gothos magnis præliis profligavit.

> Hic urbem Romam muris firmioribus cinxit. Novissime cum persecutionem adversus Christianos agi decerneret, fulmen ante eum, magno pavore circum stantium, ruit, ac non multo post in itinere occisus est. Eutychianus, Romæ episcopus, martyrio coronatus in cœmeterio Calixti sepelitur; qui et ipse trecentos tredecim martyres manu sua sepelivit.

Tacitus menses sex. Quo apud Pontum occiso, ob-

Qinuit Florianus imperium diebus octoginta novem. A sent, Maximianum, cognomento Herculianum, Cætuique apud Tarsum interfectus est. Anatolius natione Alexandrinus, Laodiciæ Syriæ episcopus, philosophorum discipulus eruditus, plurimo sermone celebratur. Cujus ingenii magnitudo de libro quod super Pascha composuit, et decem libris arithmeticæ Institutionis, potest apertissime cognosci. Tunc temporis insania Manichæorum hæresis oritur. Quo tempore Viennensis episcopus Simplides miræ sanctitatis floruit. Permansit autem usque ad imperatoris Cari tempora.

[279] Probus imperator annos sex, menses quatuor. Hic Gallias jamdudum a barbaris occupatas, per multa gravia prælia deletis tandem hostibus, ad perfectum liberavit. Bella deinde civilia, et quidem plurimo sanguine, duo gessit : unum in Oriente, quo B Maximianum Valerium, Cæsares legit. Constantius Saturninum tyrannum subactum et oppressit et cepit; aliud quo Proculum et Bonosum apud Agrippinam magnis præliis superatos interfecit; ipse autem apud Sirmium turre ferrata militari tumultu interfectus est. Secundo hujus anno, ut in Chronicis Eusebii legimus, juxta Antiochenos, trecentesimus vicesimus sextus annus fuit; juxta Tyrios, quadringentesimus tertius; juxta Lacedæmonios, trecentesimus vicesimus quartus ; juxta Edessenos, quingentesimus octogesimus octavus; juxta Ascalonitas, trecentesimus octogesimus secundum Hebræos, initium octogesimi septimi jubilæi, quo continentur anni quatuor mille ducenti quinquaginta. Archelaus, Mesopotomiæ episcopus, librum disputationis suæ quam habuit adversus Manichæum _C driam cepit et interfecit. Præterea Valerius Maxiexeuntem de Perside, Syro sermone composuit, qui translatus a multis Græcis habetur.

Carus, cum filio Carino et Numerio, annostres. Carus in bello Parthico postquam duas nobilissimas Parthorum urbes, Cælen et Ctesiphontem, cepit et de Persis triumphavit, super Tigriden in castris fulmine ictus interiit.

[285] Caius Romanæ Ecclesiæ fulget episcopus, qui postmodum sub Diocletiano martyrium passus est. Phierius, presbyter Alexandriæ, sub Theona episcopo florentissime populos docuit, et sermones diversorumque tractatuum libros composuit. Invenitque elegantiam compositionis, ita ut Origenes minor vocaretur : vir miræ parcimoniæ, et voluntariæ paupertatis, post persecutionem omni D tempore vitæ suæ Romæ versatus est. Numerianus, qui cum patre Caro Parthico bello interfuerat, rediens fraude Apri soceri sui interfectus est.

[288] Diocletianus, ab Urbe condita millesimo quadragesimo uno ab exercitu imperator lectus, annos triginta; qui statim ut potestatis copiam habuit, Aprum, interfectorem Numeriani, manu sua interfecit.

Deinde Carinum, quem Carus Cæsarem in Dalmatia reliquerat, difficillimo bello et maximo labore superavit. Dehinc cum in Galliam Anolus et Helianus collecta rusticanorum manu, quos Baccadas vocabant, perniciosos tumultus excitavissarem fecit, misitque in Gallias; qui facile agrestium hominum et confusam manum militari virtute composuit. Igitur per omnes Romani imperii fines subitarum turbationum fragore concrepuerunt : Carausio in Britanniis rebellante, qui primum ad observanda Oceani littora, quæ tunc Franci et Saxones infestabant, positus, cum plus in perniciem, quam in profectum reipublicæ ageret, a Maximiano jussus occidi, purpuram sumpserat; Achillæo in Ægypto, cum et Africam Quingentiani infestarent; Narseus etiam, rex Persarum, Orientem bello premeret. Hoc periculo Diocletianus permotus, Maximianum Herculium ex Cæsare fecit Augustum; Constantium vero, et Maximinum, et Herculi Maximiani privignam Theodoram accepit uxorem, ex qua sex filios fratres Constantini sustulit. Carausius, per sex annos sibi Britannia fortissime vindicata, tandem fraude allecti socii sui interfectus est; qui postea insulam per triennum tenuit, quem Asclepiodotus, præfectus prætorio, oppressit Britanniamque post decem annos recepit. Constantius vero Cæsar, in Gallia primo prælio ab Alamannis profligato exercitu suo, vix ipse subreptus est; secundo autem secuta est satis secunda victoria ita ut paucis horisquadraginta millia Alamannorum cæsa fuerint. At Maximianus Augustus Quingentianos in Africa perdomuit. Porro autem Diocletianus Achilleum obsessum per octo menses, apud Alexanmianus cum duobus jam præliis adversum Nar-

seum conflixisset, tertio inter Gallinicum et Carras congressus et victus, amissis copiis ad Diocletianum refugit. A quo arrogantissime exceptus est, ita ut per aliquot millia passuum purpuratus ante vehiculum ejus præcederet. Hic Diocletianus primus gemmas vestibus calceamentisque inserijussit, dum sola purpura retro principes uterentur. Decimooctavo anno Diocletiani, ipse in Oriente, Maximianus Herculius in Occidente vastari Ecclesias, affligi interficique Christianos præcipiunt, adustis divinis libris. Hactempestate martyrium sanctorum Thebæorum, Mauricii sociorumque ejus sexies mille sexcentorum sexaginta sex impletur. Passio quoque Victoris et Ursi apud Castrum Solodorum, passio quoque bætæ Fidis et sociorum ejus apud urbe Agennum, quæ postea Conchis translata est. Martyrium etiam Gereonis sociorumque ejus trecentorum viginti octo apud Agrippinam Coloniam. Hæc persecutio ita crudelis et crebra flagrabat, ut intra unum mensem decies et octies millia martyrum pro Christo passi inveniantur. Nam et Oceani limbum transgressa, Albanum Aaron, et Julium Britanniæ cum aliis pluribus viris ac feminis felici cruore damnavit. Tunc temporis passus est et Pamphilus presoyter, cujus vitam Eusebius Cæsariensis episcopus tribus libris comprehendit. Secundo autem persecutionis anno, Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Hercu-

pta semel persecutio usque ad septimum Constantini imperatoris annum fervere non cessavit. Contantinus decimo sexto imperii anno, vir summæ mansuetudinis et civilitatis, Eboraci in Britannia diem obiit. Tertio anno persecutionis, quo et Constantius obiit, Maximinus et Severus a Valerio Maximiano Cæsares facti sunt. Equibus Maximinianus maleficia et stupra sua Christianorum persecutionibus accumulat. Passus est ea tempestate Petrus, Alexandriæ episcopus, a quo Arius presbyter primo damnatus est. Passi sunt cum eo plures Ægypti episcopi.

Lucianus quoque, vir moribus et continentia et eruditione præcipuus, Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, passus est, et RomæTimotheus, decimo Kalend. Julii. Floruit tunc temporis Melciades Romanæ ec- B in urbe Neapoli miro opere exornavit, in honorem clesiæ pontifex. Floruit et tunc temporis vir dissertissimus Paschasius, Viennensis Ecclesiæ episcopus. Phileas de urbe Ægypti, quæ vocatur Thebais, nobilis genere episcopus, elegantissimum librum de martyrum laude componit, et pro Christo capite truncatur. Arnobius apud Africam florentissime rhetoricam docuit, et adversum gentes volumina composuit quæ vulgo exstant.

[306] Constantinus Constantii ex concubina IIelena filius, in Britannia imperator creatus, regnavit annos triginta, menses decem, ab anno persecutionis quarto. Maxentius Herculii Maximiani filius Romæ Augustus appellatur. Licinius Constantiæ sororis Constantini, Carnuti imperator creatur. Constantinus imperator de persecutore Christianus fac- C berrimæ famæ habetur, et Juvencus presbyter Histus, licentiam dedit Christianis libere congregari, et in honorem Christi ubique ecclesias construi; ac pene per totum imperium Romanum privilegia singulis civitatibus dedit, ut populus Christianus sub jure et ordinatione episcoporum libere viveret, ac Dei templis libere honoris structuram componeret. Hujus temporibus hæresis Ariana exoritur : Nicænumque concilium ad damnationem Arii, et confirmationem integræ fidei ex orbe terrarum congregatur, anno post incarnationem Domini trecentesimo vicesimo secundo, die mensis secundum Græcos Desei, vicesimo nono, quod est decimo Kalendarum Juliarum, consulatu Paulini et Juliani. Uno eodemque tempore et illud sacratissimum Concilium apud Arelatem sexcentorum episcoporum colligitur, Martino tunc episcopo ejus dem civitatis existente ; apud Vien. D nam Claudio in catholico dogmate clarissimo episcopo. Eodem tempore Donatistarum in Africa schisma oritur. Namque Donatus per Africam et maxime Numidiam, afferens a nostris Scripturas in persecutione inimicis traditas, multos sua persuasione decepit. Per idemetiam tempus ab Helena Constantini matre Hierosolymis crux Domini inventa est. Constantinus in fide eruditusa B. Silvestro papa, fecit miro opere baptisterium Romæ, ubi baptisatus est juxta basilicam B. Joannis Baptistæ, quæ appellatur Constantiniana. Item basilicam B. Petro in templo Apollinis, necnon et B. Paulo, corpus utriusque ære Cyprio circum-

lius Mediolani purpuram deposuerunt. Attamencœ- A dans quinque pedes crasso. Item basilicam in palatio Sorano, quæ cognominatur Hierusalem, ubi partem lignicrucis Domini deposuit. Item basilicam B. martyris Agnæ, ex rogatu Constantiæ filiæ suæ. Item baptisterium in eodem loco, ubi et baptizata est soror ejus Constantia cum filia Augusta. Item basilicam B. Laurentio martyri, via Tiburtina in agro Verano, ubi idem martyr gloriosus sepultus est. Item basilicam via Lavicana, inter duas lauros beato Petro et Marcellino martyribus, et mausoleum, ubi matrem suam posuit in sarcophago purpureo.

> Item basilicam in civitate Hostiæjuxta portum urbis Romæ beatorum apostolorum Petri et Pauli, et beati Joannis Baptistæ. Item basilicam in civitate Albanensi sancti Joannis Baptistæ. Item basilicam apostolorum et martyrum. Idem imperator Depranam civitatem Bithyniæ in honorem martyris Luciani ibi conditi instaurans, ex vocabulo matris suæ, Helenopolim nuncupavit. Idem urbem nominis sui statuens in Thracia, sedem Romani imperii et caput totius orientis esse voluit. Caput vero totius imperii ante Romam beatis apostolis Petro et Paulo sub testamento tradidit, nobiliores Romanorum, consulares quoque viros, ac pene totum senatorum ordinem cum uxoribus et liberis, in secundam vel novam Romam Constantinopolim translatum habitare constituens. Idem ipse statuit citra ullam hominum cædem, paganorum, templa claudi, arasque deorum confringi. Retius Augustodunensis episcopus, celepanus, qui hexametris versibus quatuor libros Evangelii composuit, Firmianus, qui et Lactantius Arnobii discipulus, Nicomediæ rhetoricam docuit ac penuria discipulorum, ob Græcam scilicet civitatem, ascribendum se contulit. Hic in extrema secnectute magister Cæsaris Crispi filii Constantini in Gallia fuit, qui postea a patre interfectus est.

> Jacobus Nizibenæ episcopus, unus ex numero sub Maximi persecutore confessorum et eorum qui in Nicæna synodo Arianam perversitatem homoousii oppositionem damnarunt, multorum opuscolorum scriptor moritur.

> [337] Constantius cum Constantino et Constante fratribus, regnat annos decem et octo, menses quinque, dies quatgordecim. Jacobus Nizibenus episcopus agnoscitur ; ad cujus preces sæpe urbs discrimine liberatur. Impietas Ariana Constantii imporatoris fulta præsidio, exsiliis, carceribus, et variis afflictionum modis, primum Athanasium Alexandrinæ urbis episcopum, deinde omnes non suæ partis episcopos, persecuta. Maximinus Treverorum urbis episcopus, clarus habetur ; a quo Athanasius cum a Constantio quæreretur ad pænam, honorifice susceptus est. Florebat et tunc temporis Nectarius Viennensis episcopus, in doctrina fidei eximius, qui in Vasensi illa synodo venerabili primus interfuit, et Patris, et Filii, et Spiritus sancti unam esse naturam et potestatem, et deitatem et virtutem, in

Ecclesia publice prædicavit, et docuit. Antonius A permittit. Qui cum ex omnibus provinciis collecti, monachus centesimo quinto ætatis anno in eremo moritur. Reliquiæ Timothæi apostoli Constantinopolim invectæ. Constantii favore Arius presbyter fretus, dum in Constantinopolim ad ecclesiam pergeret, cui tunc Alexander senex episcopus præsidebat adversus nostros de fide dimicaturus, divertens post forum Constantini ad causam necessariam, viscera ejus repente simul cum vita effusa sunt. Constantio Romam ingresso ossa B. Andreæ apostoli et Lucæ evangelistæ a Constantinopolitanis miro favore suscepta sunt. Ililarius Pictaviensis episcopus, qui pulsus ab Arianis, in Phrygiam exsulaverat, cum apud Constantinopolim librum pro se Constantio porreaisset, ad Gallias rediit. Hæresis Anthropomorphitarum in Syria et in Macedonia, in Con-B Galilæe, vicisti, vitam cum regno perdidit : cujus stantinopoli quoque nascitur. Donatus artis grammaticæ scriptor, ac præceptor Hieronymi, Romæ illustris habetur. Eusebius Cæsareæ Palestinæ, in Scripturis divinis studiosissimus, ac bibliothecæ divinæ cum Pamphilo martyre diligentissimus pervestigator, moritur; qui primum in Arianam hæresim lapsus, ad catholicum dogma correptus rediit. Eustasius primum Collesyriæ, dein Antiochæ episcopus, adversum Arianum dogmata multa componens, in exsilium pulsus, apud Trajanopolim Trachiarum urbem conditus est. Marcellus Ancyranus episcopus, contra Arianos scribens, arguitur Sabellianæ hæreseos; sed et beatus Hilarius in septimo adversum Arianos libro, nominis ejus quasi hæretici meminit. Porro ille defendit se non esse dog- G matis cujus accusatur communione Julii et Athanasii Romanæ et Alexandrinæ urbis pontificum. Basilius Ancyranus episcopus Macedonianæ partis cum Eustathio Sebasteno princeps fuit; fuit autem artis medicinæ peritus.

[361] Julianus, annos duos, menses octo. Hic exclerico imperator factus in idolorum culturam convertitur, martyriaque infert Christianis, eosque callidis circumventionibus odiisque persequitur. Quo tempore inter alios qui in toto orbe pro Christo passi sunt, Joannes et Paulus Romæ martyrium illustre duxerunt. Pagani quoque apud Sebasten Palæstinæ urbem sepulcrum beati Joannis Baptistæ invadunt, ossaque dispergunt, eadem rursus collecta concremantes, latius per agros spargunt. Sed Dei provi- n dentia adfuere quidam ex Hierosolymis monachi, qui colligentibus misti, quæcunque poterant ablata, ad patrem suum Philippum pertulere; ille confestim hæc (supra se enim dicebat tantum thesaurum propriis servare vigiliis) ad pontificem Athanasium; tunc maximum, per Julianum diaconum suum misit; quæ ille suscepta, paucis arbitris, sub cavato sacrarii pariete, inclusa profutura generationi posteræ conservavit : cujus præsagium sub Theodosio imperatore per Theophilum ejusdem urbis episcopum completur. Qui destructo Serapis templo, sancti Joannis ibidem consecravit ecclesiam. Julianus odio Christi templum in Hierosolymis Judæis reparare

nova templi fundamenta jacerent, subito nocțe oborto, terræmotu saxa ab imo fundamentorum excussa, longe lateque sparsa sunt ; igneus quoque globus ab interiore æde templi egressus, plurimos eorum suo prostravit incendio. Quo terrore reliqui pavefacti, Christum confitebantur invicti. Et ne hoc casu crederent factum, sequenti nocte in vestimentis cunctorum crucis apparuit signum. Julianus efferri ossa venerabilis Jacobi Nizibeni episcopi foras civitatem jubet, invidens ipsius miraculis; quæ non longe post ditioni Persarum subjicitur. Julianus, incertum a quo, cum exercitus acies contra Persasordinaret, perimitur, ac intestina sua in aera projiciens, insano ore Christum Dominum blasphemans, Vicisti, interitum per revelationem illico per universam Ecclesiam plurimi agnoscunt. Lucifer Calarinatus episcopus a Constantio cum Nicænam fidem damnare nollet, in Palæstinam relegatus ab exsilio revertitur, a quo postea Luciferianum schisma. Eusebius natione Sardus, Vercellensis episcopus similiter a Constantio pro confessione fidei, Scythopolim et inde Cappadociam relegatus, ab exsilio reversus, factione Arianorum interficitur. Fornacius Aquilegensis Ecclesiæ episcopus, in hoc maxime detestabilis quod Liberium Romanæ urbis episcopum pro fide ad exsilium pergentem primus sollicitavit, et fregit, et ad suscriptionem hæreseos compulit. Acacius Luscus Cæsareæjepiscopus, in tantum sub Constantio claruit ut Felicem Romæpro Liberio episcopum consecraret.

[362] Jovianus, anno uno, vel ut verius, mensibus octo. Qui, dum se ab exercitu imperatorem fieri conspiceret, seque Christianum affirmans, paganis præesse non posse assereret, Et nos, inquit omnis exercitus, qui per Julianum nomen Christi abjecimus, tecum Christiani esse volumus. Quibus auditis imperii sceptra suscepit. Synodus Antiochiæ a Melito suisque facta in qua Macedonianum dogma prave firmatur. Jovianus lapsu Constantii prædecessoris admonitus, honorificiset officiosissimis litteris Athanasium requirit, ab ipso formam fidei ecclesiarumque disponendarum suscepit modum ; sed hujus pia lætaque principia mors immatura corripuit.

Hilarius urbis Pictavorum Aquitanicæ episcopus, factione Saturnini Arelatensis episcopi de synodo Biterrensi in Phrygiam relegatur sub Constantio, ubi duodecim libros adversum Arianos confecit, et librum de synodis ad Galliarum episcopos scripsit; et alia reversus ab exsilio catholica et nimis præclara opera, Serapion Thaneos episcopus, elegantis ingenii, sub Constantio etiam in confessione fidei inclytus moritur.

[364] Valentinianus et Valens frater ejus, annos duodecim, Apollinaris Laodicenus episcopus multimoda nostræ religionis scripta composuit. Sed incautus postea a fide devians, hæresim sui nominis instituit. Photinus quoque et Eunomius eo tempore hæretici agnoscuntur. Gothi apud Histrum bifariæ

gidernus Ataricum Valentis auxilio superans, hujus beneficii gratia ex catholico Arianus cum omni gente Gothorum affectus est. Tunc Vulfila eorum episcopus Gothicas litteras reperit, et utrumque Testamentum in linguam propriam transtulit. Damasus Romæ episcopus fecit basilicam juxta atrium sancto Laurentio, et aliam'in catacumbis, ubijacuerunt corpora sanctorum apostolorum Petri et Pauli, in quo loco platomam ipsam, ubi jacuerant sancta corpora, versibus adornavit. Valens ab Eudoxio Arianorum episcopo baptizatus nostros perseguitur. Gratianus Valentiniani filius tertio ejus anno, Ambiani imperator est factus. Constantinopoli apostolorum martyrium dedicatur. Post Auxentii Mediolaepiscopo facto, omnis ad fidem rectam Italia convertitur. Nectarus Viennensis et Hilarius Pictaviensis episcopi moriuntur.

Valens cum Gratiano et Valentiniano Valentiniani fratris sui filiis, annos quatuor. Valens lege data ut monachi militarent, nolentes fustibus jussit occidi. Gens Hunnorum diu inaccessis seclusa montibus, repentina rabie percita, exarsit in Gothos, eosque sparsim conturbatos, ab antiquis sedibus expulit. Gothi transito Danubio fugientes, a Valente sine armorum depositione suscepti per avaritiam Maximi ducis; fame ad rebellandum coacti sunt, victoque Valentis exercitu, per Thraciam sese miscentes, simul omnia cædibus, incendiis, rapinisrebellantes Alamannos, Franci inter Danubium et Mæotides paludes juncti Romanis, superaverunt. Francos lingua Attica Valentinianus imperator a feritate et duritia atque audacia appellari primus voluit. Qui post paululum cum tributa Romanis negarent, et Romanorum impetum ferre non possent, egressi a Sicambria, pervenerunt in extremas partes Rheni fluminis in Germanorum oppida, ibique aliquot annos cum principibus suis Marcomiro et Sunnone resederunt. Ubi primum regem Pharamundum sibi postmodum statuunt, legisbusque se subdunt, quas priores eorum Wisovastus et Wisogastus, Artogastus, Salegastus invenerunt. Victorinus natione Afer sub Constantino principe rhetoricam docens, in extrema senectute Christise tradidit fidei. Titus Bostrenus episcopus, acerrimus contra Manichæos disputator, moritur. Athanasius Alexandrinus episcopus, multa Arianorum perpessus insidiis, ad Constantem Galliarum principem fugit; unde reversus cum litteris, et rursum post mortem illius fugatus, usque ad Joviani imperium latuit. A quo recepta Ecclesia sub Valente moritur. Ephrem Edessæ Ecclesiæ diaconus, vir in sua lingua, id est Syra eruditissimus, moritur. Basilius Cæsareæ Cappadociæ, quæ prius Mazacate Gratiano. Gregorius quoque Nazianzenus, vir eloquentissimus, præceptor Hieronymi, sub Theodosio jam principe moritur.

[379] Gratianus cum fratre Valentiniano, annos

inter Frigidernum et Ataricum divisi sunt. Sed Fri- A septem. Theodosius vir strenuus a Gratiano imperator creatus, maximas Scythicas gentes, hoc est Alanos, Hunnos, et Gothos, magnis multisque præliis vicit. Cujus studium fidei non ferentes Ariani, post quadraginta annos ecclesias quas vi tenuerant, reliquerunt. Quo tempore Viennensem Ecclesiam regebat Niceta præclarissimus in dogmate fidei episcopus. Sed et Lugdunensis episcopus Justus, miræ sanctitatis vir, qui postmodum relicta sede sui episcopatus, inter sanctissimos patres anachoritas mira humilitate latens, moritur in Ægypto; cujus ossa pio amore solliciti Lugdunenses ad urbem suam reportant, ossa quoque Viatoris sanctissimi comministri ipsius. Constat autem hunc venerabilem episcopum Justum sub Paschasio Viennensi episcopo nensis episcopi seram mortem, Mediolani Ambrosio B nutritum, Claudii ejusdem urbis episcopi diaconum, postmodum ad sanctam Lugdunensem Ecclesiam regendam translatum. Synodus centum guinguaginta patrum in urbe regia Constantinopoli congregatur, adversus Macedonium. Damaso Romæ episcopo, Ambrosius Mediolanensis Ecclesiæ episcopus, in catholicorum dogmate claruit. Theodosius imperator Arcadium filium consortem imperii sui facit. Anno secundo Gratiani imperatoris, ipso sexies et Theodosio consulibus, Theophilus paschalem computum scripsit. Maximus, vir quidem strenuus et probus, atque Augusto dignus, si non contra sacramenta fidei tyrannidem emersisset, in Britannia invitus propemodum ab exercitu imperator creatus, in Galliam transiit, ibique Gratianum Augustum dolis que impleverunt. Valentiniani, et Valentis tempore C circumventum apud Lugdunum occidit, fratremque ejus Valentinianum Italia expulsum, Viennæ primum latere coegit, justissimam pœnam cum matre sua Justina persolventem, quæ illum Ariana hæresi polluit : et Ambrosium episcopum eminentissimam catholicæ fidei arcem ut perfida obsidione vexavit, nec ante cœpta nefanda deseruit, nisi post prolatas beatorum martyrum reliquias Gervasii et Protasii, quas Domino revelante idem beatus episcopus incorruptas reperit. Theodosius Valentinianum Italia expulsum benigne suscipit. Priscilliani hæresis oritur. Idem Priscillianus accusante Itacio, a Maximo tyranno gladio cæditur. Martinus Turonorum episcopus miraculorum insignis effulsit. Post Pharamundum Franci Clodionem ejus filium sibi regem statuunt. Abhine Franci in finibus Thuringiorum habitantes, crinitos reges habere coperunt. Id temporis Romani Gallias tenebant. Citra Ligerim fluvium Gothi Burgundiones quoque doctrina Ariana infecti cis ultraque Rhodanum habitabant. Primus rex Francorum Clodio a castro Thuringiorum Dysporo profectus, Rhenum transiit ; superato Romanorum populo, Carbonariam sylvam tenuit, usque ad Camaracum venit, ibique interfectis Romanis, sedem sibi statuit.

> [385] Theodosiu, Gratiano adhuc vivente, annis sex Orientem tenuit; illo mortuo imperavit annis undecim. Ipse et Valentinianus, quem Italia expulsum benigne susceperat, ac simul Maximum tyran-

num tertio ab Aquileia lapide interficiunt. Maximus A alia opera libros contra omnes hæreses scripsit. Euno-Britanniam omni pene armatam juventute, copiisque militaribus exspoliavit, quæ eum in Gallias secutæ, nunquam ultra ad domum rediere. Videntes transmarinæ gentes sævissimæ Scotorum a circio, Pictorum ab aquilone, destitutam milite ac defensore insulam, adveniunt, et vastatam direptamque eam per multos annos opprimunt. Hieronymus presbyter in Bethleem toto mundo clarus habetur, qui librum quem de Viris illustribus Ecclesiæ scribit, usque ad decimum quartum totius imperii Theodosii annum perducit. Gentium templaper totum orbem, jubente Theodosio subvertuntur, ac pro eis Christi templa ubique micant. Per idem tempus Joannesanachoreta insignis claruit. Qui etiam Theodosio consulenti de Eugenio tyranno, victoriam illi prædixit. Damasus **p** rontius comes suus, ut nequam magis quam probus Romæ urbis episcopus, elegans in versibus componendis ingenium habuit, et prope octogenarius moritur. Apollinaris episcopus Laodicenus Syriæ, in Scripturis non parum instructus, a quo Apollinaristæ feruntur nominati. Patianusin Pyrenæijugis Barcillone episcopusoptima senectute moritur, castigatæ eloquentiæ, tam vita quam sermone clarus. Photinus de Gallogræcia Marcelli discipulus Syrini episcopus a Valentiniano pulsus Ecclesia, Ebionis hæresin instaurare conatur. Dydimus Alexandrinus oculis captus, et ob id elementorum quoque ignarum, tantum miraculum sui omnibus præbuit, ut dial ecticam quoque et geometriam quæ vel maxime visu indigerent, usque ad perfectum didicerit.

[396] Arcadius filius Theodosii cum fratre Hono- C rio, annis quatuordecim. Sanctorum prophetarum corpora Abacuc et Michææ divina revelatione manifestantur. Innocentius, Romæ episcopus, dedicavit. basilicam beatissimorum martyrum Protasii et Gervasii, ex devotione testamenti cujusdam illustrissimæ feminæ Vestinæ. Mamertus Viennensis episcopus insignissimus habetur, qui inter alia mirifica, ob imminentem cladem ante Ascensionem Domini solemnes instituit litanias. Martinus Turonorum episcopus moritur; Donatus Epiri episcopus virtutibus insignis est habitus. Qui draconem ingentem exspuens in os ejus necavit, quem octo juga boum ad locum incendii, ne aerem putredo ejus corrumperet, vix trahere potuerunt. Clodione rege defuncto, qui viginti annis Francis regnavit Meroveus successit, a quo Francorum reges Merovingi sunt appellati. Metis a Francis succensa, Treveros destructa; Franci usque Aureliam perveniunt. Post Meroveum Childericus regnum adeptus, regnavit annis viginti quatuor. Cui successit Chlodoveus, qui primus rex Francorum Christianus factus est, a beato Remigio Rhemorum episcopo instructus et baptizatus cum populo suo.Gothi Italiam Wandali atque Alani Gallias aggrediuntur. Augustinus episcopus Hipponensis scientia atque doctrina insignis habetur. Joannes quoque Constantinopolitanus et Theophilus Alexandrinus illustres episcopi prædicantur. Epiphanius Salaminæ episcopus, qui inter

mius Arianæ partis, Cizycenus episcopus, erumpens in blasphemiam, publice quod Ariani texerant, fatetur. Tiberianus Beticus, sectator Priscilliani, post suorum cædem tædio victus exsilii, ut canis reversus ad vomitum suum, filiam devotam Christo virginem matrimonio copulavit.

[410] Honorius cum Theodosio minorem fratris sui filio, annis quindecim. Honorius imperator, videns oppositis tyrannis nil adversus barbaros agi posse, ipsos prius tyrannos deleri jubet. Constantio comiti hujus belli summa commissa est, qui primum in Galliam profectus cum exercitu, Constantinum imperatorem apud Arelaten civitatem clausit, cepit, occidit. Constantem Constantini filium Hieapud Viennam interfecit, atque in ejus locum Maximum quemdam substituit; ipse vero Hierontius a suismilitibus est occisus. Maximus exutus purpura, destitutus a militibus Gallicanis inter barbaros in Hispania egens exsulavit. Jovinus vir Galliarum nobilissimus in tyrannidem mox ut assurrexit, cecidit. Sebastianus frater ejus continuo ut creatus occisus est ; Alaricus Attalo imperatore facto, infecto, refecto, ac defecto, citius his omnibus pene quam dictis, ceu mimus risum et ludum exspectavit imperii, cujus ille umbratilis consul. Tertullus ausus est in curia dicere : Loquar vobis, consul et pontifex, quorum alterum jam teneo, alterum spero. Attalusitaque tanquam inane imperii simulacrum cum Gothis usque ad Hispanias portatus est. Unde descendens navi in mari captus, et ad Constantium comitem deductus, inde Honorio imperatori exhibitus, truncata manu, vitæ relictus est.

Heraclianus Africæ comes, elatus supercilio, Sabinum domesticum suum, virum ingenio industriaque solertem generum allegit, atque aliquandiu Africana annona extra ordinem detenta, tandem cum immensa satis incredibilique classe navigio Romami contendit. Nam habuisse tria millia septingenta naves dicitur; quem numerum nec Xerxem, nec Alexandrum Magnum, vel quemquam alium regum habuisse historiæ referunt. Sed littore egressus occursu Marini comitis territus, arrepta navi solus Carthaginem rediit, ibique continuo militari manu interfectus est. Sabinus gener ejus, Constantinopolin fugit; unde post aliquantulum tempus retractus, exsilio damnatus est; ac sic, adjuvante Christo, pax et unitas, per universam Africam Ecclesiæ catholicæ reddita est. Marinus comes apud Carthaginem, inceptum zelo stimulatus, an auro corruptus, Marcellinum tribunum, virum imprimis prudentem et industrium occidit. Qui continuo revocatus ex Africa, factusque privatus, vel ad pœnam, vel ad pœnitentiam conscientiæ suæ dimissus est. Alaricus rex Gothorum Romam invasit, partemque ejus cremavit incendio nono Kalend. Septemb., anno conditionis ejus millesimo centesimo, sexagesimo quarto Honorii imperii anno. Sic tertio die quam ingressus

fuerat deprædata urbe egressus est. Inde Gothi in A dejiciunt. Iterum petunt Britanni auxilia Romano-Siciliam transire conati, in conspectu suorum miserabiliter arrepti et demersi sunt. Alarico Atavulfus in regem Gothis succedit, qui Placidiam captivam sororem imperatoris in uxorem assumpsit.Is satis studiose sectator pacis, militare fideliter Honorio imperatori præoptavit. Placidiæ uxoris suæ, feminæ sane ingenio acerrimæ, et religione satis probæ, ad omnia bonarum ordinationum opera persuasu et consilio temperatus est. Is apud Barcillonem Hispaniæ urbem dolo suorum, ut fertur occisus est. Post hunc Segericus rex a Gothis creatus, cum itidem judicio Dei ad pacem pronus esset, nihilominus a suis interfectus est. Constantius comes apud Arelaten consistens, magnarum rerum gerendarum industria, Gothos quibus jam Atavulfus præerat, Placidiæcon- B Severus presbyter, cognomento Sulpitius, Aquitajux a Narbona expulit, atque abire in Hispaniam coegit. Segerico Vallia successit in regnum Gothorum; ad hoc ordinatus a Gothis ut pacem infringeret, ad hoc ordinatusa Deo, ut pacem confirmaret, territus maxime judicio Dei ; quia cum magna Gothorum manus instructa armis navigiisque transire in Africam moliretur, in duodecim millibus passuum Gaditani freti, tempestate correpta, miserabili exitu perierat. Hic Vallia pacem optimam cum imperatore, datis Honorio lectissimis obsidibus pepigit, ac Placidiam imperatoris sororem honorifice apud se honesteque habitam fratri reddidit. Hac tempestate Pelagius adversus Christi gratiam erroris sui dogmata prædicat ; ad cujus condemnationem, concituor episcoporum congregatur. Cyrillus Alexandriæ episcopus, insignis est habitus; Lucianus presbyter scripsit revelationem beati protomartyris Stephani, quam ei revelavit Deus septimo Honorii principis anno, ac Gamalielis et Nicodemi qui in Evangelio et in Actibus apostolorum leguntur. Scripsit autem eam Græco sermone ad personam omnium Ecclesiarum. Quam revelationem Avitus presbyter, homo Hispanius, in Latinum vertit eloquium et adjecta epistola sua per Orosium presbyterum, qui missus a beato Augustino ad sanctum Hieronymum pro discenda animæ ratione, ad loca sancta pervenerat, occidentalibus dedit : quique primus in patriam re versus reliquias beati Stephani intulit occidenti. Francis post Meroveum, ut diximus, regnavit Childericus. His temporibus Anianus Aurelianensis epi- D scopus clarus habetur; qui orationibus suis ab Hunnorum impetu, Aetio tunc patritio Romanorum Aurelianos liberavit. Britanni Scotorum Pictorumque infestationem non ferentes Romam mittunt, et subjectione sui præmissa, auxilia flagitant. Quibus statim missa legio magnam barbarorum multitudinem stravit; cæteros Britanniæ finibus pellunt. Ob arcendos hostes murum transinsulam inter duo maria statuunt; qui absque magistro magis cespite quam lapide factus, nil Britannis operantibus profuit; nam mox ut dicessere Romani, priores hostes advecti navibus, obvia quæque sibi cædunt, vastant atque

rum, qui advenientes hostes trans maria fugant, conjunctisque sibi Britannis murum saxeum solidum inter civitates, quæ dudum ob metum hostium fuerant factæ, a mari usque ad mare perducunt. Sed et littore Meridiani maris ne inde irruptio hostium fleret, crebras turres per intervalla ad prospectum maris statuunt. Vale dicentes sociis, quasi ultra non redituri, Bonifacius Romæ episcopus fecit oratorium in cæmeterio sanctæ Felicitatis, et ornavit sepulcrum ejus. Fecit et oratorium sancti Joannis apostoli, honesto satis opere. Hieronymus presbyter obiit duodecimo Honorii anno, pridie Kalend. Octobris, anno ætatis suæ nonagesimo. Macarius ille Ægyptius monachus signis et virtutibus claruit. nicæ provincæ, vir genere et litteris nobilis, et paupertatis amore conspicuus, charus etiam sanctorum episcoporum Martini Turonensis et Paulini Nolani, moritur. Hic in senectute sua a Pelagianis deceptus, et agnoscens loquacitatis culpam, silentium usque ad mortem tenuit, ut peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret. Severianus Gabalensis episcopus in divinis Scripturis eruditus, et declamator admirabilis fuit. Unde frequenter ab episcopo Joanne et imperatore Arcadio, ad faciendum sermonem Constantinopolim evocabatur. Hic juniorem Theodosium ex sacro fonte suscepit, cujus et tempore moritur.

[425] Theodosius minor Arcadii filius, anni qualium apud Carthaginem ducentorum decem et qua- c tuor et viginti. Valentinianus junior Constantii filius Ravennæ imperator creatur. Placidia mater ejus, Augusta nuncupatur. Per idem tempus Nestorius Constantinopolitanus episcopus suæ perfidiæ molitur hæresim, adversus quem Ephesina synodus prima congregata, ejus impium dogma condemnat. Hujus etiam tempore diabolus in specie Moysi Judæis in Creta apparens, dum eos per marc pede siccoad terram repromissionis promittit perducere, plurimis necatis, reliqui qui salvati sunt confestim ad Christi gratiam convertuntur. Effera gens Wandalorum, Alanorum atque Gothorum, ab Hispanis ad Africam transiens, omnia ferro, flamma, rapinis simul et Ariana impietate fœdavit (PAUL DIAC., lib. xiv). Sed beatus Augustinus Hipponensis episcopus, et omnium Ecclesiarum doctor eximius, ne civitatis suæ videret ruinam, tertio mense obsidionis suæ migravit ad Dominum, quinto Kalendarum Septembris, anno ætatis suæ septuagesimo sexto. Mansit autem in clericatu vel episcopatu annis quadraginta. Quo tempore Wandali capta Carthagine, Siciliam quoque deleverunnt. Cujus captivitatis Paschasinus Lilybitanus antistes, in epistola quam de ratione Paschali Papæ Leoni scripsit, meminit.

> Francis Chlodoveus adhuc paganus regnat. Cujus temporibus Gondoveus rex Burgundiorum, qui ex genere fertur Alarici, exstitit. Huic fuerunt quatuor filii, Gundobaldus, Godegisilus, Chilpericus et Goth marus.GundobaldusChilpericum fratrem suum inter-

> >

men demersit, filiasque ejus, unam quæ Chrona dicta est, exsilio relegavit; alteram vero Chlotildem secum retinuit, quam postea uxorem rex Chlodoveus accepit; cujusque industria, orationis ac monitionibus, Deo inspirante, idem Christianus cum populo suo factus est. Scotis in Christum credentibus, ordinatus a Papa Cælestino Palladius primus episcopus mittitur. Anno octavo Theodosii imperatoris, recedente a Britannia Romano exercitu, Scoti et Picti redeunt, et totam ab Aquilone insulam vacuam prope indigenis, murotenus capessunt. Nec mora, cæsis captis, fugatisque custodibus, muroque ipso interrupto, etiam intra vallum crudelis prædo grassatur. Mittitur epistola lacrymis ærumnisque referta ad Romanæ potestatis principem, petens p quod Britones minus stipendia dederint. Egidio paauxilium, sed non impetrat. Interea fames dira profugas infestat; quidam coacti, hostibus manus de. dere; alii de montium speluncis ac saltibus strenue repugnare, strageque de hostibus dare. Scoti domum versi ac Picti, extremam insulæ partem ibi habita. turi detinent. Famem præfatam magna frugum abundantia, opulentia, luxuria, et negligentia; negligentiamque lues acerrima, et mox acrior hostium novorum, id est Anglorum plaga secuta est. Quos illi unanimi consilio cum rege suo Vintigerno, quasi defensore patriæ ad se imitandos elegerunt. Sed hos mox expugnatores senserunt. Xistus Romæ ba. silicam sanctæ Mariæ matris Domini, quæ ab antiquo Liberi patris delubrum fuerat, miro opere refecit Eudoxia, uxor Theodosii principis ab Hierosolymis C remeavit secum beatissimi Stephani protomartyris religuias deferens, quæ in basilica sancti Laurentii positæ pie a fidelibus venerantur. Bledla et Attilia fratres, multarumque gentium reges, Illyricum Thraciamque depopulati sunt. Maximus Taurinensis episcopus, vir in Scripturis divinis satis intentus, clarus habetur. Petronius Bononiensis episcopus Italiæ, vir sanctitate vitæ et monachorum studiis ab adolescentia exercitatus, cujus pater Petronius præfectus prætorii, vir sæcularibus litteris eruditus, moritur. Julianus episcopus et Cælestinus sectatores Pelagii agnoscuntur. Leporius quoque presbyter adbuc laicus, Pelagianum dogma sequitur præsu- _ mens, de veritate vitæ suæ, quam arbitrio tantum et conatu proprio, non Dei se adjutorio obtinuisse credebat.Sed per beatum Augustinum ab eo emundatus, ad D catholicam Ecclesiam rediens, satisfactionis suæ librum vera fide composuit. Victor, rhetor Massilensis, qui libros in Genesin ad filii sui Etherii personam commentatur, in divinis Scripturis non plene exercitatus moritur. Cassianus quoque, Scytha natione, Constantinopoli a Joanne diaconus ordinatus, apud Massiliam urbem presbyter moritur, qui inter alia Institutionum librum scripsit; opera illius a catholicis cautissime legenda, maxime de libero arbitrio et gratia; sed et Encratitarum hæresi incautius favit. Errores illius Cassiodorus Ravennatium senator purgare volens, non ad plenum ex omni parte

fecit, uxoremque ejus, ligato saxo ad collum, in flu- A potuit. Vincentius quoque natione Gallus apud Lirinensem insulam presbyter, satis in divinis Scripturis eruditus moritur.

> Marcianus et Valentinianus annos sex. Quorum initio industria beatissimi Leonis Papæ Chalcedonense concilium celebratur, ubi Eutyches cum Dioscoro Alexandrino episcopo condemnatur. Horum etiam sexto imperatorum anno Theodoricus rex Gothorum, ingenti exercitu Hispaniam ingreditur. Gens Anglorum sive Saxonum, Britanniam tribus longis navibus advehitur, quibus dum iter prosperatum domi fama referret, exercitus fortior est missus, qui hostes quidem abegit; sed in socios arma vertens totam prope insulam ab orientali usque ad occidentalem plagam igni ferroque subegit, conficta occasione, tricio in Galliis Franci Agrippam super Rhenum ceperunt, eamque Coloniam, quod ibi coloni inhabitarint appellaverunt. Egidio Syagrius filius successit, qui post mortem Childerici regis Francorum cum Chlodoveo apud Suessionem pugnam comittens, vincente Chlodoveo, ad Gothorum regem se contulit. Sed mox a Chlodoveo repetitus, illicoque redditus, occisus est. Sic Romanorum vires intra Gallias ceciderunt. In cujus loco postea Aetius patricius constitutus est ; qui maxima prælia cum Wandalis aliisque nationibus gessit. Chlodoveus rex Francorum institutus et Chlotildis neptis Gondobaldis regis Burgundiorum per Aurelianum sponsatur, regique Chlodoveo postmodum per eumdem ipsum Aurelianum adducta conjungitur. Chlodoveus rex post victoriam Alamannorum quindecimo anno regni sui, credens baptizatur. Inde Burgundiam sibi subegit, et Gundobaldum atque Gundesilum fratrem ejus ad tributa coegit. lloc tempore beatissimus Mamertus Viennensis episcopus, cladem imminentem lacrymis et precibus suis a Viennensium urbe removit. Siguidem incendia crebra, terræmotus assidui, nocturni sonitus quidam totius urbis funeri prodigiosum quiddam ac ferale minitantes, populosis hominum conventibus, domestica silvestrium ferarum species observabatur : lupi, ursi, ac cervi naturaliter pavidi, per augusta portarum usque ad fori lata penetrabant. Quid multis? imminente solemnitate vigiliarum qua celebrari festum dominicæ Resurrectionis annua consuetudo poscebat, ædes publica quam præcelso civitatis Viennensium vertici sublimitas in immensum fastigiata sustulerat, flammis terribilibus conflagrare crepusculo cœpit; interpellatur nuntiis discriminis jucunditas sublimitatis, pleno timoribus populo Ecclesia vacuatur. Omnes namque similem facultatibus vel domibus propriis casum de quadam præimminentis incendii arce metuebant. Perstitit tamen coram festivis altaribus invictus antistes, sanctus Mamertus, et calorem fidei suæ accendens, flumine lacrymarum permissam ignibus potestatem incendio abscedente compescuit. Desperatione deposita reditur ad Ecclesiam, in eaque vigiliarum nocte sancti Paschæ, concepit animo Rogationes, atque

ac precibus mundus inclamat. Joannes Baptista caput suum duobus monachis orientalibus, qui ob orationem venerant Hierosolymam, juxta Herodis quondam habitaculum revelavit; quod deinceps Emessam Phœniciæ urbom perlatum et digno honore cultum est. Hæresis Pelagiana Britannorum turbat fidem; qui a Gallicanis episcopis auxilia quærentes, Germanum Altisiodorensis Ecclesiæepiscopum, et Lupum Tricassinum æque apostolica gratia antistites, fidei defensores accipiunt. Confirmant antistites fidem verbo veritatis simul et miraculorum signis.

Secundo quoque idem beatus Germanus cum sancto Severo episcopo ad integritatem fidei tuendam Britannias, precibus Gallicanorum episcoporum per- B siasticam historiam a fine librorum Eusebii usque motus, proficiscitur, et divina gratia comitante, renovatores erroris penitus confundunt. Sed et bellum Saxonum Pictorumque adversus Britones junctis viribus susceptum, sancti antistites virtute divina retundunt, cum Germanus ipse dux belli factus, non clangore tubæ, sed clamore Alleluia, totius exercitus voce ad sidera levato, hostem immanem in fugam vertit. Qui deinceps Ravennam perveniens, et summa reverentia Valentiniano et Placidia susceptus, migravit ad Christum. Corpus ejus honorifico agmine comitantibus virtutum operibus Altisiodorum deferunt. Eo tempore Severus presbyter, natione Indus, vir miraculis clarissimus, destructo idolorum templo, ubi error gentiliscentum deoscultura insanissima adorabat, ecclesiam beatissimi Stephani protomartyris, ut consecraretur, pro foribus Viennæ parabat. Sed cum diu reditum beatissimi Germani sustineret, quia idem pergensad dedicationem domusse dixerat venturum, contigit ut die ejusdem dedicationis, antequam officia inchoarentur, beatissimum corpus episcopi Germani per Viennam deportatum, in eamdem Ecclesiam ipsam novam repausandi gratia perveheretur; sicque viri Dei promissum impletur. Isicius tunctemporis Viennensem regebat Ecclesiam, sextus a beato Paschasio, cujus diebus præfatus Severus gloriosus presbyter ab India Viennam venit. Qui episcopus floruit usque ad tempora Zenonis imperatoris. Aetius patricius magna occidentalis reipublicæ salus, et regis quondam Attilæ terror, a Valentiniano occiditur, cum quo n Hesperium pene cecidit regnum. Eucherius Lugdunensis episcopus, satis in divinis Scripturis eruditus, moritur. Hic etiam inter alia opera, Cassiani quædam opuscula lato tensa eloquio, angusto tramite in unum coegit volumen. Philippus presbyter auditor beati Hieronymi, qui in Job simplici sermone edidit libros, moritur.

Leo major cum Leone minore regnat annis sexdecim. Alexandria et Ægyptus errore Dioscori hæretici languens immundo impleta spiritu, caninam rabiem latrat. Per idem tempus apparuit hæresis Acephalorum Chalcedonense concilium impugnantium. Ideo Acephali, id est sine capite nominantur,

ibicum Deo tacitus definivit quidquid hodie psalmis A quia quis prius eam hæresim introduxerit, non invenitur. Cujus hæresis peste plurimi orientalium languent. Leo imperator, pro tomo Chalcedonensis, per universum pene orbem singulis orthodoxorum episcopis singulas consonantes misit epistolas, quid de eodem tomo sentirent rescribi sibi postulans; quorum adeo consonantia de vera Christi incarnatione suscepit, omnium rescripta, ac si uno tempore unoque dictante fuissent universa conscripta.

> Theodorus Episcopus civitatis, quæ a Cyro rege Persarum condita Cyriæ nomen habet, scribit de vera incarnatione Domini Salvatoris adversus Eutychem et Dioscorum Alexandriæ episcopum, qui humanam in Christo carnem negant. Scripsit et Ecclead suum tempus, id est, usque ad imperium hujus Leonis sub quo et mortuus est. Victorius, jubente papa Hilario, scripsit Paschalem circulum sexcentorum triginta duorum annorum. Chlodoveus rex Francorum, milliario decimo ab urbe Pictavis cum Alarico rege Gothorum pugnam iniit, ibique victor Alaricum occidit. Amalaricus filius Alarici, evadens in Hispanias, aufugit; Chlodoveus Burgundiorum rex Tolosam, Sanctonas, et reliquas civitates omnemque terram Aquitanicam subjugavit, Gothos Arianos inde expellens; Francos ibi catholicos habitare constituens. Salvianus presbyter apud Massiliam humana et divina litteratura instructus, inter aliaquæscripsit, ad Claudianum presbyterum Vienc nensem, librum unum expositionis extremæ partis

in Ecclesiasten. Hilarius Arelatensis Ecclesiæ episcopus, vir in sanctis Scripturis doctus, paupertatis amator, et crga inopum provisionem non solum mentis pietate, sed et corporis sui labore sollicitus, emicuit. Leo, urbis Romæ beatissimus episcopus, in doctrina fidei clarus habetur. Claudianus quoque Viennensis Ecclesiæ presbyter, vir ad loquendum artifex, et ad disputandum subtilis, floruit. Sed et Prosper Aquitanicæ regionis, notarius beati Leonis, a quo dictatæ creduntur esse epistolæ adversus Eutychem de vera incarnatione Christi, et libero arbitrio male sentientem.

[475] Zenon imperator, annis septemdecim. Iste Leonem filium suum interficere quærens, pro eo mater ejus alium similem figura obtulit, ipsumque Leonem occulte clericum fecit; quique et in clericatu usque Justiniani tempora vixit. Per idem tempus corpus Barnabæ apostoli, et Evangelium Matthæi ejus stylo scriptum ipso revelante reperitur. Odoacer rex Gothorum Romam obtinuit; guam ex eo tempore diutius eorum reges tenuere. Mortuo Theodorico Triarii filio, alius Theodoricus, cognomento Valamer, Gothorum suscepit regnum, qui utramque Macedoniam Thessaliamque depopulatus est. Plurima regiæ civitatis loca igne succendens, Italiam quoque infestus occupavit. Honoricus rex Wandalorum Arianus, in Africa exsulatis diffugatisque plusquam trecentis triginta quatuor episcopis catho-

licis Ecclesias eorum clausit. Plebem variis affecit A probatissim. Hic Sigismundum regem in fide piesupplicitis, innumeram multitudinem catholicam pro fide veritatis peremit, innumeris manus abscindens, et ut catholicæ confessionis loquelam auferret, linguas quoque præscindens, pene totam Africam in catholica veritate plene fundatam, unum quodammodo martyrem fecit.

Britones, duce Ambrosio Aureliano, viro modesto, qui solus forte Romanæ gentis Saxonum cædi superfuerat, victricem Saxonum gentem provocantes ad prælium, vincunt: et ex eo tempore nunc hi, nunc illi palmam habuere donec Saxones advenæ potentiores tota insula per longum potirentur. Chlodoveus rex cum Ragnacario propinquo suo pugnam iniit. Comprehensus Ragnacarius, simul et frater ejus a tergo vinctis manibus regi præsentati sunt. Chlodo- B quæ vel a fundamentis creavit, vel prisca renovavit. veus rex Ragnacario dicens: Cur humiliasti gentem nostram ut vinciri te permitteres? Bipennem in caput ejus defixit; sicque mortuus est. Fratri quoque ejus ita dixit: si tu fratri tuo adjutorium præbuisses, vinctus atque ligatus non fuisset; sicque bipennem in caput ejus librans, occidit illum. Traditores eorum cognocentes aurum quod pro fratribus acceperant vitiatum, regi Chlodoveo retulerunt. Quibus ipse respondit : Merito hujusmodi aurum corruptum accipit, qui dominum suum in mortem tradidit : sufficiat vobis quod vivitis. Illi hæc audientes, præ innumera pecunia vitam pretiosius duxerunt.

Timotheus, exstincto ab Alexandrinis Protherio, aut voluit aut passus est ab uno episcopo in locum C occisi episcopi se ordinari : et ne contra legem factus merito objiceretur, ad gratiam plebis quæ Protherium exosum habuerat conciliandam, omnes quibus ille communicaverat, Nestorianos pronuntiat. Chalcedonensem synodum repudians, confutatus ab omnibus, hæresiarches in exsilium truditur : ibique sub Zenone moritur.

[492] Anastasius, annis viginti octo. Transemundus, Wandalorum rex, catholicas ecclesias clausit, et ducentos viginti episcopos in Sardiniam exilio relegavit. Fulgentius, Ruspensis Ecclesiæ episcopus, scientia et doctrina claruit.

Avitus quoque Viennensis episcopus eloquentia et sanctitate præcipuus, cujus frater Appollinaris Valentiæ episcopus, miraculis insignis, Isicii senatoris primum viri, postea Viennensis episcopi, duo lumina, clarissimi filii. Hic beatus Avitus adversus hæresin Arianam, quæ tunc non solum Africam, sed et Galliam Italiamque magna ex parte occupaverat, magno sudore decertavit, quod clarissima ejus opera testantur. Scribit enim dialogum, hæresin illam oppugnans fidelissimo et doctissimo immortaliqueingenio ad Gundebaldum Burgundionum regem, filium Gundovei. Item alios libellos duos contra Nestorium et Eutichem autores erroris, luculentissimo et castigato satis sermone. Fuerunt et alia illius plura eximia opera in Christi Ecclesia

tatis erudivit : qui agente illo postmodum monasterium sanctorum martyrum Agaunensium Mauritii sociorumque ejus construxit. Quem postmodum captum, et a Francis occisum vehementissime doluit. Quantus autem in Ecclesia Christi vixerit, quiquis scire ad plenum vult, post ejus innumera in divinis laboribus opera, epitaphium ipsius legat; ibi quantus fuerit videre poterit : ubi inter alia sic metrice lusum est veritate pura subnixum :

> Unus in arce fuit, cui quilibet ordine fandi, Orator nullus simillis, nullusque poeta; Clamant quod sparsi per crebra volumina libri. Qui vixit, vivit, perque omnia sæcula vivet.

Symmachus papa inter multa Ecclesiarum opera, ad beatum Petrum, ad beatum Paulum, et beatum Laurentium pauperibus habitacula construxit : et omni anno per Africam et Sardiniam episcopis qui in exsilio erant pecunias et vestes ministravit. Anastasius imperator, quia hæresi favens, catholicos insectatus est, divino fulmine periit.

Hic Anastasius codicillos Chlodoveo regi pro consulatu misit. Ab ea die et consul et augustus est appellatus, sedemque regni Parisiis constituit. Regnavit a Francis triginta annos. Fuerunt autem a transitu sancti Martini, usque ad transitum Chlodovei regis annis centum duodecim. A transitu sancti Martini Viennensis tertii episcopi (nam primus Crescens, sequens Zacharias martyr) usque ad transitum Martini Turonorum episcospi ducenti nonaginta anni, et usque ad transitum sancti Mamerti Viennensis Ecclesiæ episcopi, colliguntur anni trecenti viginti octo. Mortuo Chlodoveo, Chlotildis regina cum quatuor filiis Chlodovei, regnum Francorum tenuit, Theodorico, Chlodomiro, Childeberto et Chlotario. Dani cum multis navibus Cochilaico duce in Gallias transitum faciunt. Cum quibus Theutbertus Theoderici filius pugnavit, eosque cum rege illorum prostravit. Chlodomirus et Childebertus atque Chlotharius fratres contra Sigismundum et Gothmarum exercitum movent. Cumque in aciem simul venissent, fugientibus Burgundionibus, Sigismundus cum ad sanctorum martyrum Agaunensium monasterium fugeret, comprehensus a Chlodomiro cum uxore et filiis suis necatur : et in puteum projectus occultatur. Sed per revelationem postea inde ab abbate sanctorum martyrum levatus non longe ab ecclesia eorum in monasterio quod ipse construxit, ubi eorum corpora, scilicet Mauritii, sociorumque ejus sex millium sexcentorum sexaginta sex posita sunt, honorifice sepultus est : ubi virtutibus postmodum et ipse claruit. Tunc temporis et Avitus presbyter insignis apud Aurelianos habetur. Chlodomirus in provincia Viennensi, in loco qui dicitur Veseroncia, cum Burgundionibus decertans, interfectus est. Franci indigne ferentes, Gothmarum persecuti interimunt. (DIACON., lib, xv; SI-GISM., ann. 503). Per idem tempus apud Carthaginem Olympus quidam Arianus in balneis sanctam A ginti capsas Evangeliorum ex auro purissimo cum Trinitatem blasphemans, ignis jaculo visibiliter est combustus. Barbas quoque quidam Arianus episcopus, dum quemdam contra regulam fidei baptizans dixisset : Baptizat te Barbas, in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto, statim aqua quæ fuerat ad baptizandum deportata, nusquam comparuit. Quod aspiciens qui baptizandus erat confestim ad catholicam ecclesiam abiit, et juxta morem fidei baptismum Christi accepit. (NICEPH., I. XVI, c. 35.) Faustus ex abbate Lirinensis monasterii apud Regium Galliæ episcopus factus, Pelagium dogma destruere conatus, in errorem labitur : unde qui ejus sensus in hac parte catholicos prædicant, sicuti Gennadius de illustribus viris scribens, omnino erquam cæteri catholici in Ecclesia Dei docent, ut illuminatio, virtus et salus illi a Christo, et per Christum, et cum Christo sit ; Faustus vero iste ita liberum christianum arbitrium docere conatur, ut illuminatio ejus, virtus et salus, non à Christo, sed natura sit.

Contra hunc scribit lucidissima fide beatissimus Avitus Viennensis episcopus, ejus redarguens errorem. Similiter et Joannes vir eruditus Antiochenus presbyter.

[519] Justinus imperator annis octo. Joannes Romanæ Ecclesiæ pontifex, Constantinopolim veniens ad portam quæ vocatur Aurea, populorum turbis ei occurrentibus, in conspectu omnium, roganti cœco lumen reddidit. Qui cum rediens Ravennam venisset, Theodericus eum cum comitibus cæteris carceris afflictione peremit, invidia ductus, quia catholicæ pietatis defensor Justinus eum honorifice suscepisset. Quo tempore Symmachum atque Boetium consulares viros, pro catholica pietate idem Theodericus occidit : quique anno sequente subita morte periit, succedente in regno Atalarico nepote ejus. Post Transemundum Childericus ex Valentiniani imperatoris captiva filia genitus, in Wandalis regnum suscepit. Qui sacramento a Transemundo obstrictus, ne catholicis in regno suo consuleret antequam regnum susciperet, episcopos ab exsilio reverti jussit, cisque Ecclesias reformare præcepit, post annos septuaginta quatuor hæreticæ profanationis. Julianus Viennensis Ecclesiæ epitarius reges contra Hermenefridum regem Thoringiorum exercitum commovent, et victores Hermenefridum fugant. Quem portea Theodoricus sub fide receptum, de muro urbis cum simul loquerentur, præcipitat, infantesque ejus interficit. Childebertus quoque pro sorore sua Amalrici regis uxore, in Hispania pugnam iniit. Ibique Amalricus interfectus ac thesauri illius direpti, Toletum urbs vastata. Childebertus cum sorore sua reversus est, quæ tamen in itinere obiit. Childebertus vero inter reliquum thesaurum, calices pretiosissimos sexaginta detulit, quindecim patenas miro opere cælatas, vigemmis : quæ cuncta ecclesiis divisit. Childebertus et Chlotarius filios Chlodomiri nepotes suos, quos nutriebat Chlotildis, ne regnarent, loco patris, interficiunt: unus ex his Chlodoaldus effugit. Hic postea, relicto regno terreno, clericus factus, presbyter deinde ordinatus, bonis operibus præditus, plenus virtutibus migravit ad Dominum, sepultus Noviome in suburbio Parisiacæ civitatis. Eugenius Carthaginensis Africæ civitatis episcopus, confessor publicus habetur.

[527] Justinianus imperator regnavit annos triginta novem. Hic Justini'ex sorore nepos. Benedictus abbas, virtutum gloria claruit. Vitam ejus B. Gregorius papa in dialogorum libris scripsit. Belisarius rant. Ita enim liberum arbitrium tam Augustinus _B patricius mirabiliter de Persis triumphavit. Qui deinde a Justiniano in Africam missus, Wandalorum gentem delevit. Carthago quoque post annos nonaginta quatuor vastationis suæ, recepta est, pulsis devictisque Wandalis, et rege eorum Gelismero capto, atque Constantinopolim misso. Viennensis épiscopus Dominus floruit. Hic tam in divinis quam in sæcularibus artibus claruit, amator pauperum. redemptor captivorum, vitaque probatissimus. Per idem tempus corpus S. Antoni monachi, divina revelatione repertum, Alexandriam perducitur, et in ecclesia sancti Joannis Baptistæ humatur. Dionysius paschales scribit circulos, incipiens ab anno Dominicæ Incarnationis ducentesimo trigesimo secundo, qui est annus Diocletiani, ducentesimus quadragesimus octavus post consulatum Lampadii et Orestis: quo anno codex Justinianus orbi promulgatus est. Victor quoque Capuanus episcopus librum de Pascha scribens, Victorii arguit errores. Theodoricus Francorum rex moritur, cui succedit Theutbertus filius ejus. Childebertus et Chlotarius reges Francorum IIispaniam vastant. Cæsar-Augustam circumdantes obsident. Sed cives tunicam B. Vincentii martyris circumferentes misericordiam Domini rogabant, qua de re flexi reges, Childericus et Chlotarius, pace composita, in munere stolam beatis- ` simi Vincentii martyris a Cæsar-Augustanis acceperunt. Parisios reversus Childebertus, ecclesia in veneratione B. Vincentii martyris ibi constructa, eamdem ipsam stolam in eadem ipsa ecclesia reposuit. Theutbertus Italiam ingreditur, Longobardos, scopus floruit. Theodericus, Childebertus, et Chlo- D superat, atque tributarios sibi subigit. Reversus decimo quarto regni sui anno moritur. Sed et Chlotildis plena bonis operibus, apud urbem Turonum migravit ad Dominum: corpus ejus a filiis sublatum, Parisiis juxta virum suum Chlodoveum in ecclesia sanctæ Genofevæ sepultum est. Chlotarius rex filium suum Chramnum contra se rebellantem, et publica pugna resistentem, cum prius idem Chramnus captus et ligatus fuisset, cum uxore et filiis jussit igne cremari. Hoc tempore beatus Medardus episcopus, plenus virtutibus, migravit ad Dominum. Quem Chlotorius rex Suessionis civitate gloriose sepelivit, multas facultates et munera se ad sepulturam illius

tradens. Ipse autem rex non multo post defunctus, A tum transeunt : sicque Sygibertus Tornacum, ubi in eadem ipsa ecclesia beati Medadri a filiis suis sepelitur. Regnavit autem quinquaginta et unum annum. Germanus Parisiorum episcopus Sygiberto regimandavit, ut contra fratrem suum nullo modo abiret,

[564] Justinus minor, annis undecim. Narcissus patricius Totilam Gothorum regem in Italia superavit, et occidit. Hic deinde minis territus Sophiæ Augustæ Justini uxoris Longobardos a Pannoniis invitavit, eosque in Italiam introduxit. Joannes, Ecclesiæ Romanæ pontifex, ecclesiam apostolorum Philippi et Jacobi perfecit, et dedicavit. Pentagathus Viennensis Ecclesiæ episcopus floruit. Hic consularibus fascibus primum sublimis, sed Christi humilitate primus, postmodum quinque annis episcopalem sedem fidelissime rexit : sub consulatu Paulini junioris et Basilii vita functus est. Cui successit in episcopatu Isicius, qui et ipse sub Justiniano floruit. Quatuor fratres filii Chlotarii regnum inter se dividunt. Charibertus accepit regnum Childeberti, sedemque constituit Parisiis : Gunthchramnus regnum Clodomiri, constituitque sedem Aurelianis : Chilpericus, regnum Chlotarii patris sui, Suessionisque civitate sedem sibi statuit : Sygibertus accepti regnum Theodorici, sedemque sibi constituit Rhemis. Octavo regni ejus anno in Gallías Hunni cum Sygiberto prælia committunt. Victi amicitias petunt : sicque in terram suam refugiunt. Sygibertus et Chilpericus fratres inter se decertant, et primum Chilpericus civitatem Rhemensem pervasit. Sygibertus iterum Suessiones occupat, capto Theutberto Chilperici filio. Sed postmodum sacramentis inter se datis, aliquot annis in quadam pace C manserunt. Charibertus rex moritur, atque in basilica sancti Romani Blavio castello sepelitur. Sygibertus rex Brunichildem Athanaildi regis filiam uxorem accepit, eamque sub Arianis baptizatam in nomine individuæ Trinitatis rebaptizari præcepit. Ejus sororem Ghilpericus rex ad patrem in Hispaniam mittens, Chilsuintam expetiit : et cum alias uxores haberet, ipsam superduxit : quam tamen postea consilio usus Fredegundis, per noctem in lecto suo strangulavit.

Jam tunc Chilpericus tres filios habebat de Audovera uxora sua, Theutbertum, et Meroveum, et Chlodoveum. Absente Chilperico Fredegundis Audoveram reginam tali fraude decepit, ut filiam quam ex Chilperico habebat Audovera ex sacro fonte, ipsa D per se non per aliam susciperet : quod et ipsa seducta guidem fecit, ac idcirco postmodum a marito suo Chilperico dimissa, sicut Fredegundis in connubium transiit. Audovera velo velata villas et prædia tantum ad sustentationem sui accepit. Episcopus qui filiam baptizavit, et matri eam tenere non prohibuit, exsilio damnatus est. Leobigildis rex Gothorum quasdam Hispaniæ regiones sibi rebelles in potestatem sui regni superando redegit. Hoc tempore Namatus Viennensis Ecclesiæ episcopus floruit, nobilis stemmate, sed nobilior vita, et eloquio. Franci qui sub divione Chilperici erant, ad Sygiber-

Chilpericus residebat, obsedit. Eo tempore sanctus Germanus Parisiorum episcopus Sygiberto regimandavit, ut contra fratrem suum nullo modo abiret, neque de interfectione illius cogitaret, quod ille audire comtempsit. Sed Francis consentiens, more gentis impositus clypeo, rex constitutus est, ac regnum fratris sui Chilperici adeptus qui non longe fraude Fredegundis a duobus juvenibus interfectus est. Namque illi simulantes secretius aliquid ei suggerere, latus illius perfodiunt, qui a Chilperico fratre, in Lambriaco vico sepultus est. Inde translatus in basilicam sancti Medardi, juxta patrem suum Chlotarium positus est. Regnavit autem tredecim annis. Meroveus filius Chilperici, Brunichildem uxorem avunculi sui in conjugium accepit. Pro qua re captus a parte et tonsuratus, ac presbyter ordinatus, in pago Cinnomannico in monasterium missus est. Childebertus junior Brunichildis filius : rex in Austria constitutus : qui Italiam, ingressus, eam devastavit, et tributariam fecit. Gunthchramnus rex bonæ satis memoriæ mortuus est, atque in Basilica sancti Marcelli martyris Cabillone sepultus : regnavit autem triginta et uno annis. Leubigildus rex filiam Chilperici et Fredegundis, nomine Rinchildem, duxit uxorem. Fredegundis cum Landerico majore domus adulterans, Chilpericum regem a venatione revertentem dolo per gladiatores interficere fecit : et quasi nescia mali cum exercitu Parisios deportatum in Ecclesia B. Vincentii martyris sepelivit : sic ipsa cum Landerico et Chlotario parvo filio in regno resedit. Contra quam Childebertus rex Austrasiorum, qui Gunthchramno patrueli in regno Burgundiæ successerat, bellum commovit. Sed Fredegundis suis consilium dedit ut nocte cum lampadibus obviam irent, præcedentes ramos in manibus ferrent, appensis tintinnabulis ad colla equorum, ne a vigilarum custodibus sciri possent. Nam tunc temporis tinnitos equos Austrasii ad pastum emittebant. Illi sic cuncta facientes, Austrasios et Burgundiones tali fraude seduxerunt, dum vigiliæ putant juxta silvam equos suos pascere, et tintinnabula equorum suorum resonare. Cæsus itaque Childeberti exercitus, reliqui cum ducibus in fugam versi sunt. Fredegundis post aliquantum temporis. mortua, in ecclesia beati Vincentii Parisiis sepulta est. Theodebertus et Theodericus, filii Childeberti, cum avia sua Burnichilde in regnum gloriosi regis Gunthchramni in Burgundiam directi : Theodericus cum Chlothario patruele suo pugnam iniit, eumque cum exercitu suo fugavit : inde Theodericus consilio matris suæ Brunichildis, cum Theodeberto fratre pugnam miscuit. Fratrer ejus Coloniam ingressus, doloque ibi occisus est, caputque illius Theodorico fratri, ut ipse jusserat, delatum filii Theodeberti ab ipso interfecti. Filiam ejus in conjugium sumere volens, a matre prohibitus est. Cuique postmodum Brunichildis mater, timens ne eam perimeret, ve-

nenum porrexit, talique morte obiit ; regnans qua-

draginta annis : filios ejus Brunichlildis occidit. Na- A ti quartuor, ad corpus B. Petri apostoli congregans, matus episcopus Viennensis septuagesimo anno vitæ suæ defungitur. Justinus imperator amens factus, diem obiit : Tiberiusque pro eo imperium suscepit. Burgundiones et Austrasii cum reliquis Francis pace facta Clotharium in tribus totis regnis super se regem levaverunt.

[575] Tiberius Constantinus imperator annis septem. Gregorius adhuc apocrisiarius Romanæ Ecclesiæ in Constantinopoli libros Expositionis in Job condidit, atque Eutychium ejusdem urbis episcopum in fide nostræ resurrectionis errasse, Tiberio præsente, ita convicit, ut imperator librum ipsius, quem de resurrectione scripserat, flammis cremari debere liberaret. Docebat enim idem Eutychius corpus nostrum in resurrectione impalpabile, ventis ac _B rii Phocæ, indictione octava, migravit ad Dominum. requie futurum subtilius. Gens Longobardorum comitante fame et mortalitate, omnem invadit Italiam, ipsamque Romanam urbem obsedit : quibus tempore illo rex præerat Alboinus. Gothi quoque sub Hermenigildo Lewigildi regis filio, bifarie divisi, mutua cæde se vastant. Philippus Viennensis episcopus clarus floruit. Cujus tempore monasterium sancti Andreæsubterioris Viennæ conditum a Remilla Eugenia Ansemundi ducis filia, atque sub testamento matri Ecclesiæ traditum. Nam aliud monasterium superius S. Andreæ, in colle civitatis situm jam erat. Fundaverat enimipsum beatissimus Leonianus temporibus sancti Aviti ejusdem urbis episcopi, ubi eadem ipsa Remilla sub regulari disciplina nutrita fuerat. Post Philippum Evantius vir sanctus, episcopus Viennæ levalus est. Hic cum sancto Prisco et Artemio Senonico, et Remigio Biturigensi, et cum aliis sanctis episcopis, viginti capitula ecclesiastica perfecte roboravit. Quibus consedit quoque Syagrius Eduennensis episcopus, vir summæ sanctitatis. Suevi a Lewigildo rege obtenti Gothis subjiciuntur.

[585] Mauricius imperator, annis viginti et uno. Ermenigildus Lewigildi Gothorum regis filius, ob fidei catholicæ confessionem inexpugnabilem, a patre Ariano regni privatus infulis, insuper in carcerem projectus, ad extremum nocte sancta Dominicæ resurrectionis, securi in capite percussus, regnum cœleste proterreno rex et martyr intravit. Cujus fraterRicharedus mox ut regnum post patrem accepit, omnem gentem Gothorum, cui præerat instante Lecuerat, ad catholicam fidem convertit. Anari adversus Romanos dimicantes auro magis quam ferro pelluntur. Viennensis episcopus Verus claruit. Hujus tempore Desiderius Augustodunensis genere in ordine diaconi Ecclesiæ Viennensi serviebat. Gregorius Romanæ Ecclesiæ præsul et doctor eximius claruit. Post Verum episcopum sanctus Desiderius succedit. Hic beatissimus Brunichildem reginam ex impietatibus suisarguens a comitibus ejus ipsa jubente in territorio Lugdunensi super fluvium Calaronam perimitur, martyrque gloriosus cœleste regnum ingreditur Gregorius pontifex synodum episcoporum viginquæ necessaria sunt Ecclesiæ decernit. Idem missis in Britanniam Augustino, Mellito, et Joanne, cum aliis pluribus timentibus Deum, ad Christum Anglos convertit. Siquidem Edilbertus rex Cantuariorum, cnm gente cui præerat, ad Christum convertitur, sedesque tam Augustino doctori suo, quam aliis episcopis largitur. Brunichildis regina pro multis sceleribus suis in præsentia Choltharii regis judicantibus Francis, indomitis equis, religata brachiis et cruribus divaricatis, membratim discinditur, ac igni ossa illius cremata.

Phocas regnavit annis octo. Gregorius Anglorum genti metropolitanos statuit, deditque Lindonæ atque Eboraciæ episcopis pallium : secundo anno impe-Phocas, rogante papa Bonifacio, statuit sedem Romanam caput esse omnium Ecclesiarum, quia Constantinopolitana Ecclesia prima se omnium scribebat. Domnolus Viennensis episcopus tunc florebat, vir strenuus, et in redimendis captivis piissimus. Phocas rogante alio Bonifacio Romano pontifice, in veteri fano quod Pantheon vocabatur, ablatis idololatriæ sordibus ecclesiam Beatæ semper Virginis Mariæ et omnium martyrum dedicari jussit, ut ubi quondam non deorum, sed dæmoniorum cultus agebatur, ibi deinceps omnium fieret memoria sanctorum. Patasini et Veneti per Orientem et Ægyptum civile bellum faciunt, ac sese mutua cæde prosternunt. Persæ adversus rempublicam gravissima bella gerentes, multas Romanorum provincias, et ipsam Hierosoly-C mam capiunt : ac destruentes ecclesias, sancta quoque loca profanantes, etiam vexillum Dominicæ crucis auferunt. Heraclius imperator, annis viginti sex. Anastasius Persa monachus, nobile pro Christo martyrium patitur : qui natus in Perside a patre puer magicas artes didicit ; sed ubi a captivis Christianis nomen Christi accepit, in eo mox animo conversus, relicta Perside Chalcedoniam Hierapolimque, Christum quærens, ac deinde Hierosolymam petiit ubi accepit baptismatis gratiam.Quarto ab eadem milliario monasterium abbatis Anastasii introivit, ubi septemanis regulariter vivens, dum Cæsaream Palæstinæorationis gratia venisset, captus a Persis, et multa diu verbera inter carceros et vincula Marcebana judice perpessus, tandem in Persidem mittiandro Hispalitano episcopo, qui et Ermenigildum do- D tur ad regem eorum Chosroam : a quo tertio per intervalla temporis verberatus, ad extremum una suspensus manu per tres horas, sic decollatus cum aliis septuaginta, martyrium complevit. Mox tunica ejus indutus quidam dæmoniacus, curatus est. Sisebutus Gothorum rex in Hispania plurimas urbes sibi bellando subjecit et Judæos suo regno subditos, præter eos qui fuga lapsi latenter migraverunt ad Francos,ad Christi fidem convertit.Persæ Chalcedoniam usque pervenerunt. Æunni murum longum irrumpentes, et mœnia Constantinopolis accedentes cum Heraclio imperatore mutuo in muro stante colloquuntur, acceptoque ab eo pretio pacis ad tempus

mius, præclarus habetur. Chlotharius rex Saxonum terram vastavit : in tantum ut non ibi relinqueret hominem viventem, longior, ut fertur, quam spatua ipsius erat. Non longo tempore interjecto quadragesimo quarto regni sui anno moritur : successitque ei Dagobertus filius ejus vir strenuus, et in judiciis severus. Habuit autem duos filios, Sygibertum et Chlodoveum quorum unum, Sygibertum in Austriam cum Pipino duce direxit : Chlodoveum juniorem secum retinuit. Gundolandus major domus moritur, cujus loco Herthenoldus a Dagoberto constituitur.Heracliusimperator cum exercitu superveniens Persis victor, Christianos qui ibi erant captivi reduxit, ac vexillum Dominicæ crucis Hierosolymam triumphans reportavit. Reliquiæ quoque beati mar- B Theodorus hexarchus, tulit Martinum papam de Ectyris Anastasii, primo ad monasterium suum, deinde Romam advectæ, venerantur in monasterio beati Pauli apostoli, quod dicitur ad Aquas Salvias. Anno Heraclii imperatorisoctavo decimo, indictione quinta, Eduinus excellentissimus rex Anglorum, in Britannia Transumbranæ gentis ad aquilonem, prædicante Paulino episcopo, quem miserat de Cantia venerabilis archiepiscopus Justus, verbum salutis cum sua gente suscepit anno regni sui undecimo; adventus autem Anglorum in Britanniam plus minus anno centesimo octogesimo. Eique Paulino sedem episcopus Eboraci dedit. Eo tempore apud Scotos in observatione quartæ decimæ lunæ paschalis error maximus exortus est : quorum errorem Honorius papa per epistolam suam redarguit. Sed et Joannes, qui C successori ejus Severino in pontificatu successit, cum adhuc electus in pontificatu, pro eodem errore quartæ decimæ lunæ, simul et pro Pelagiana hæresi, quæ apud eos recrudescebat, scripsit.

[639] Heracleonas cum matre sua Martina, annis tribus. Cyrus Alexandriæ episcopus, Sergius et Pyrrhus regiæ urbis episcopi, Acephalorum hæresim instaurantes, unam operationem in Christo divinitatis et humanitatis, unam quoque voluntatem dogmatizabant. E quibus Pyrrhus sub Theodoro papa Romam veniens ex Africa, ficta, ut post apparuit, pœnitentia, obtulit eidem papæ, præsente clero et populo, libellum cum sua subscriptione, in qua damnabantur omnia quæ a prædecessoribus suis scripta vel acta sunt adversus catholicam fidem : unde et benigne susceptus est ab eo quasi regiæ pontifex D civitatis : sed quia reversus, cumdem ipsum errorem repetiit, memoratus papa Theodorus, sacerdotum synodo advocata in basilica beati Petri Apostoli condemnavit ipsum Pyrrhum sub vinculo anathematis.

[642] Constantinus filius Heraclii mensibus sex. Pyrrhi successor Paulus, non tantum pestifera doctrina sicut decessor ejus, sed et aperta persecutione catholicos cruciat : apocrisarios sanctæ Romanæ Ecclesiæ qui ad ejus correctionem missi fuerant, partim carceribus, partim exsiliis, partim verberibusafficiens : sed et altare eorum in domo Placidiæ sas cratum in venerabili oraculo subvertens diripuit,

recedunt. Ætherius Viennensis, vir in omnibus exi- A prohibens cos ibi missas agere : unde et ipse sicut prædecessores ipsius, ab Apostolica sede, justa satis dispositione damnatus est. Dagobertus Francis regnat, Sygibertus filius ejus Austrasiis.

[641] Constantinus filius Constantini, imperator annis viginti octo. Hic Constantinus deceptus a Paulo sicut Heraclius avus ejus a Servio ejusdem civitatis episcopo exposuit typum adversus catholicam fidem nec unam nec duas voluntates, aut operationes in Christo definiens esse confitendas, quasi nihil velle rei operari credendus sit Christus. Unde Martinus papa, congregata Romæ synodo centum et quinque episcoporum, damnavit sub anathemate præfatos Cyrum, Sergium, Pyrrhum, et Paulum hæreticos. Post hæc missus ab imperatore Constantino

clesia Constantiniana, perduxitque Constantinopolin, ubi cum procatholica veritate apostolice ageret. relegatus Chersonam, ibidem vitam finivit, multis in eodem loco virtutum signis usque hodie refulgens. Facta est autem synodus præfata anno nono imperii Constantini, mense Octobri indictione octava. Clarentius vir satis eruditus Viennensis episcopus claruit. Vitellianus papa Romæ ordinatur : sub quo Constantinus imperator beato Petro apostolo misit Evangelia aurea gemmis albis mira magnitudine in circuitu ornata. Ipse post aliquot annos idem per indictionem sextam Romam veniens, obtulit super altare apostolorum pallium auro textile, toto exercitu cum cereis ecclesiam intrante. Sequenti anno facta est eclipsis solis, quinque Nonas Maii quasi decima hora diei. Vitellianus papa Theodorum archiepiscopum et Adrianum abbatem, virum sanctum atque doctissimum, in Britanniam mittit : qui plurimas Ecclesias Anglorum doctrina ecclesiastica fecundarunt. Constantinus imperator post plurimas deprædationes in provinciis factas, occisus in balneo periit, indictione duodecima. Sed non longo post tempore Vitellianus papa obiit.

[669] Constantinus, filius Constantini superioris, annis septemdecim. Saraceni Siciliam invadunt, et, præda nimia secum ablata, mox Alexandriam redeunt. Agatho pontifex Romanæ Ecclesiæ constituitur : qui ex rogatu Constantini, Tiberii, Heraclii, piissimorum principum, misit in regiam urbem legatos suos : in quibus erat adhuc Joannes diaconus non longe post episcopus, pro facienda adunatione Dei Ecclesiarum. Qui benignissime suscepti a fidei catholicæ defensore Constantino, jussi sunt, remissis disputationibus philosophicis, pacifico colloquio de vera fide perquirere, datiseis de bibliotheca Constantinopolitana catholicorum Patrum, quos petebat, libellis. Affuerunt autem et episcopi centum et quinquaginta, præsidente Gregorio patriarcha regiæ urbis, et Macario Antiochiæ. Convicti sunt itaque. qui unam voluntatem et operationem astruebant in Christo, falsasse catholicorum Patrum perplurima dicta. Finito conflictu, Georgius correctus est. Macarius vero cum suis sequacibus simul et prædeces-

116

soribus, Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo, et A defuncto, Grimoldum filium ejus majorem domus in-Petro, anathematizatus est : et in loco ejus Theophanus abbas de Sicilia, episcopus Antiochiæ factus. Tantaque gratia legatos catholicæ pacis comitata est, ut Joannes Portuensis episcopus, qui erat unus ex ipsis Dominica octavarum Paschæ, missas, publice in ecclesia sanctæ Sophiæ, coram principe et patriarcha Latine celebraret. Hæc est sexta Synodus universalis Constantinopoli celebrata, et Græco sermone conscripta temporibus papæ Agathonis, exsequente et residente Constantino piissimo imperatore intra palatium suum, simulque legatis apostolicæ sedis, et episcopiscentumet quinquaginta residentibus. Prima enim universalis Synodus in Nicæa congregata est contra Arium, trecentorum et octodecim Patrum, temporibus Julii papæ sub Constan-B tino principe. Secunda, Constantinopoli, centum quinquaginta Patrum contra Macedonium et Eudoxium, temporibus Damasi papæ, et Gratiani principis quando Nectarius ejusdem urbis est ordinatus episcopus. Tertia in Epheso, ducentorum Patrum contra Nestorium episcopum Augustæ urbis, duas personas in Domino Jesu Christo prædicantem, sub Theodosio magno principe, et papa Cœlestino. Quarta, in Chalcedonia, Patrum mille centum et triginta sub Leone papa, temporibus Martiani principis, contra Eutychem nefandissimorum præsulem monachorum. Quinta autem, Constantinopoli, temporibus Vigilii papæ, sub Justiniano imperatore, contra Theodorum et omnes hæreticos. Sexta hæc de qua in præsenti loco diximus. Sindulphus Vien-nensis Ecclesiæ episcopus, clarus habetur. Sancta C Virgo Christi Hediltruda, filia Annæ regis Anglorum, et primo alteri viro, et postea Hecfrido regi conjux dato, postquam duodecim annis thorum maritalem incorrupta servavit, sumpto velamine sanctimonialis efficitur : nec mora, etiam virginum mater et nutrix : cujus merita testatur etiam caro mortua, quæ post sexdecim annos sepulturæ cum veste qua involuta est, incorrupta ut virgo manserat, reperitur. Dagobertus rex ecclesias sanctorum ditavit, eisque multa largitus pacifice et quiete regnum tenuit Francorum. Sindulpho episcopo defuncto, Hecdicus Viennensis Ecclesiæ præsulatum suscepit, magnæ religionis vir : claruit autem usque ad ultimum tempus Justiniani imperatoris, cujus et tempore obiit.

[686] Justinianus minor, filius Constantini, impcrator factus, annis decem. Hic constituit pacem cum Saracenis terra marique decennio. Sed et provincia Africa quæ fuerat tenta a Saracenis, Carthagine capta atque destructa, Romano imperio subjugata est. Dagobertus rex, valida febre ægrotans, mortuus est Spinogilo villa in pago Parisiensi atque in ecclesia beati Dionysii martyris sepultus est : luxeruntque eum Franci diebus multis. Regnavit autem quadraginta quatuor annis. Ejus loco constituerunt Franci Chlodoveum filium ejus regem : cujus uxor Baltildis, de genere Saxonum. Sygibertus rex Austrasiæ, Pippino stituit. Non longe post defuncto Sygiberto rege, Grimodus filius ejus parvum, Dagobertum nomine, totondit, ac Dodoni Pictaviensi episcopo sub custodia dirigit: Franci plurimum indeindignati, captum Grimoldum Chlodoveo regitradunt : qui posuit eum Parisiis in custodia : ibique diu excruciatus, vitam finivit : Chlodoveus rex temere agens, brachium beati Dionysii martyris abscidit. Ab eo tempore sicut Franci tenucrunt, regnum ipsorum cadere cœpit. variis casibus molestatum. Chlodoveus rex, multis illectus vitiis, tandem ex Baltilde regina tres filios habuit, Chlotarium, Childericum atque Theodoricum. Justinianus, beatæmemoriæ, Romanæ Ecclesiæ pontificem Sergium, quia Synodo hæreseos quam Constantinopoli fecerat, patere et suscribere noluit, misso Zacharia protospatario suo, jussit Constantinopolim deportari. Sed prævenit militia Ravennatis urbis, vicinarumque partium, jussa nefanda principis et eumdem Zachariam ab urbe Roma contumeliis et injuriis repulerunt. Chlodoveus rexnimium lubricus decessit, cum regnasset annis sexdecim Franci Chlotharium filium ejus regem constituunt. Herchinoldo majore domus defuncto, Franci in incertum euntes, Ebroinum in hac dignitate ut major esset in aula regia constituunt. Chlotharius quatuor annos regnans obiit, cujus loco Franci Theodoricum fratrem ejus erigunt. Childericum alium fratrem ejus simul cum Ulfeldo duce in Austriam regnare dirigunt.Papa Sergius ordinavit venerabilem virum Wilibrodum cognomine Clementem, Frisonium genti episcopum. Chaldeoldus episcopus Viennensem Ecclesiam rexit usque ad tempora Theodorici regis, Justinianus imperator, ob culpam perfidiæ, regni gloria privatus, exsul in Pontum secedit.

[696] Leo imperator annos duos. Papa Sergius in sacrario beati Petri capsam argenteam, quæ in angulo obscurissimo diutissime jacuerat, et in ea crucem diversis ac pretiosis lapidibus adornatam, Domino revelante, reperit : de qua tractis quatuor petalis, quibus gemmæ inclusæ erant miræ magnitudinis, portionem ligni salutiferi Dominicæ crucis interius repositam inspexit. Quæ exeo tempore omnibus annis in basilica Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, die exaltationisejusabomni osculatur atque adoratur populo. Dodolenus Viennensis D episcopus habetur. Franci, Ebroino insidias parantes, Theodoricum de regno abjiciunt, Ebroinum Luxovio monasterio tondent : Childericum super se regem levant : majorem domus, Ulfuoldum. Sed non multo post, propter levitatem animi sui idem Childericus a Francis interficitur : Ulfuoldus fuga elabitur. Franci Leodosium Archenoldi filium majorem domus constituunt. Theodoricum in regno advocant. Dicitur in hoc consilio fuisse Leodegarius venerabiliis episcopus Augustodunensis, et Gerinus frater ejus. Ebroinus itaque magnæ impietatis homo, clericaturam abjiciens, a Luxovio cœnobio egressus, seductus sine dubio ab spiritu mendacii, qui dixerat ei quod

CHRONICON. — ETAS SEXTA.

Copiis undecunque sibi aggregatis, ad Audoenum episcopum Rothomagensem dirigit. Mox responso iade accepto tyrannice contra hostes debacchatus, Levidesium fide captum occidit. Ac sic principatum vi sub Theoderico rege obtinuit : continuo sanctum Leodegarium diversis pœnis affectum gladio percussit. Gerinum quoque fratrem ejus diu excruciatum peremit : multos cogens in exsilium, ablatis facultatibus, de quibus Vulbaldus et Ragnebertus illustres viri, multis pressi injuriis, virtute venerabiles, occumbunt. Ulfuoldo decedente, Martinus et Pippinus junior filius Ansegesili, regibus decedentibus, dominabantur in Austria. Moto prælio contra Theodoricum regem et Ebroinum, Martinus fuga lapsus Lugduno cloaca se reclusit : Pippinus quoque et latere evasit. Ebroinus, datis sacramentis, Martinum ad B regem Theodoricum venire suadet : ille credulus, mox cum suis interfectus est. Ebroinus crudelitate nimia sævus, ab Hermenfrido Franco interfectus est : Hermenfridus in Austriorum regnum ad Pippinum fugiens, evasit. Erat tunc temporis vir oculis orbatus, unus de illis quibus Ebroinus effoderat lumina, in insula Lugdunensis provinciæ, quæ Barbara dicitur. Qui cum nocturno tempore super ripam Scicannæ fluminis orandigratia resideret, audivit navigantium impetum, et magna vibrachiorum contra impetum fluminis insurgentium. Cumque interrogaret, quo navigium illud tenderet, vox in auribus ejus percrepuit : Ebroinus est, quem ad Vulcaniam ollam deferimus : ibi enim facti sui pœnas luet. Hoc idem vir audivit ad consolationem C citu mitteret in Pontum ad comprehendendum Phisui, ut sciret quam pœnam persecutores justorum s'ntirent. Reverentissimus Ecclesiæ Lindisfarnensis in Britannia ex Anachorita antistes Cuthbertus, totam ab infantia usque ad finem vitam miraculorum signis inclytam duxit. Cujus venerabile corpus humatum post undecim annos, quasi eadem hora fuisset defunctus, cum veste qua tegebatur incorruptum inventum est. Franci Vuaratonem pro Ebroino, majorem domus faciunt : qui pacem cum Pippino componit. Pippinus cum Gissemaro Vuaratonis filio, contra voluntatem patris agente, civilia bella habuit. Sed Gissemarus a Deo percussus obiit. Pater ejus Vuarato principatum recepit. S. Audoenus episcopus, virtutibus clarus, migravit ad Dominum.

tura et sapientia pusillum, Franci constituunt. Pippinuscum Theodorico et Berthariobellum iniit, et vicit.

[699] Tiberius Imperator, annis septem. Synodus Aquileiæ facta ob imperitiam fidei quintum universale concilium suscipere diffidit, donec salutaribus beatæ papæ Sergii monitis instructa, et ipsa huic cum cæteris Christi Ecclesiis annuere consentit. Joannes pontifex Romanus habetur, qui Sergio successerat. Bobolinus Viennensis Ecclesiæ episcopus insignis claruit. Post quem Georgius magnæ virtutis episcopus, in eadem urbe constituitur. Gisulphus, dux gentis Longobardorum; Beneventi Campaniam

dnodeviginti annis viveret, in Franciam revertitur. A igne, gladio, et captivitate vastavit : cumque non esset qui ei resisteret, Joannes papa missis donariis plurimis et legatis, universos captivos redemit, atque hostes domum redire fecit. Cui succedit alter Joannes, qui miro opere oratorium sanctæ Dei genitricis Mariæ in Ecclesia beati Petri construxit. Eritbertus, rex Longobardorum, multas cortes et patrimonia Alpium Cottiarum, quæ a Longobardis fuerant ablata, juri Apostolicæ sedis restituit, et hanc restitutionem aureis scriptam litteris Romam direxit. Pippinus Austrasiorum dux, Theodericum regem cepit, atque, thesauris acceptis, Nordebertur quemdam de suis majorem domus sub rege codeia constituit. Ipse in Austriam remeavit. Habuit autem ex uxore sua nobili duos filios, Drogum et Grimoldum. Drogus ducatum in Campania accepit.

> [706] Justinianus secundus, cum Tiberio filio, annis septem. Hic auxilio Terbellii regis Bulgarorum regnum recipiens, convictos occidit eos qui se expulerant, patricios et Leonem in loco ejus usurpaverant : necnon et successorem ejus Tiberium qui eum de regno ejectum toto tempore quo ipse regnavit, in eadem civitate tenuerat in custodia. Callinicum vero, patriarcham, erutis oculis, misit Romam, et dedit episcopatum Cyro, qui erat abbas in Ponto, eumque exsulem aluerat. Hic papam Constantinum ad se venire jubens, honorifice suscepit et remisit : ita ut die Dominica cum missas sibi facere juberet, communionem de manu ipsius acceperit. Quem prostratus in terra, pro suis peccatis intercedere rogans, cuncta Ecclesiæ privilegia renovavit, qui cum exerlippicum, quem ibi relegaverat, conversus omnis exercitus ad partem Philippici, fecit eum sibi imperatorem : reversusque cum eo Constantinopolim, pugnavit contra Justinianum, duodecimo ab urbe milliaro, vicitque atque occidit. Regnavitque Philippicus loco Justiniani. Francis adhuc Theodoricus regnabat. Deodatus Viennensis episcopus, magnæ parcimoniæ vir florebat.

[712] Philippicus imperator annum unum, menses sex. Hic ejecit Cyrum de pontificatu, eumque redire ad gubernandum monasterium suum præcepit: quique pravi dogmatis litteras Constantino misit pontifici, quas ille cum apostolicæ sedis consilio respuit et hujus rei causa fecit picturas in porticu sancti Post Vuaratonem, Bertharium majorem domussta- D Petri, qui acta sex synodorum universalium continent. Nam et hujusmodi picturas cum haberentur in urbe regia, Philippicus jusserat afferri. Statuitque populus Romanus, ne hæretici imperatoris nomen, aut in chartis, aut figulis solidis susciperent : unde nec ejus effigies in ecclesiam introducta est, nec nomen ad missarum solemnia prolatum. Captus igitur Philippicus ab Anastasio oculis privatus est, nec tamen occisus. Theodericus rex Francorum mortuus est, qui regnavit annis novemdecim.

[714] Anastasius imperator, annos tres. Hic litteras Constantino pontifici Romam misit per Schola sticum patricium et exarcham Italiæ, in quibus se

prædicatorem esse docuit.

Chlotharius filius Theoderici, puer Francis regnavit annos tres; cui successit Childebertus frater eius, vir inclytus. Defuncto Northberto majore domus, Grimoldus Pippini filius effectus est. Pippinus multa bella gessit contra Rittodum gentilem Frisonum ducem, similiter contra Suevos, vel alias quamplures gentes. Blidrannus Viennensis Ecclesiæ episcopus. Leutbrandus rex Longobardorum, donationem Alpium patrimonii Cottiarum, quam Erithbertus rex fecerat, sed ille repetierat, admonitione venerabilis papæ Gregorii confirmavit. Drogo filius Pippini defungitur hibernali tempore, anno Incarnationis Domini septingentesimo octavo. Anepos epitum Francorum contra Wiliarium in Suevos, ubi gravissima cædes facta est, anno Incarnationis Domini septingentesimo duodecimo. Bonæ memoriæ Childebertus rex migravit, regnans tredccim annos: et sepultus est Cauciaco monasterio in basilica S. Stephani protomartyris; regnum suscepit Dagobertus adhuc puer, filius ejus : major domus Grimoldus, vir modestus et justus, qui habebat Ratbodi ducis filiam Theusuindam in conjugium : nam ex alia femina Theudoaldum habuerat. Ægrotante itaque Pippino genitore ejus, dum ad visitandum eum venisset,a Rangario Frisone gentili peremptus est.in basilica sancti Landeberti.Pater ejus Theudoaldum in honore defuncti patris instituit. Leodidico, anno Incarnationis Domini septingentesimo decimo quarto in mense Aprili.Nec multo post Pippinus pater ejus C mortuus est, eodem anno, medio decembri. Obtinuit autem principatum sub nominatis regibus annis viginti septem. Hechertus vir sanctus de gente Anglorum, pro cœlesti patria peregrinus sacerdotium Christi exornans, plurimas Scoticæ gentis provincias ad canonicam paschalistemporis observantiam, a qua diutius aberraverant, pia prædicatione convertit, anno ab Incarnatione Domino septingentesimo decimo quinto.

[717] Theodosius imperator, anno uno. Hic electus in imperatorem, Anastasium apud Nicæam civitatem gravi prælio vicit : datoque sibi sacramento, presbyterum fecit ordinari. Ipse vero ut regnum accepit, cum esset catholicus, imaginem illam venerandam, in qua sanctæ sex synodi erant depictæ, et a D Philippico fuerat dejecta, pristino loco in urbe regia erexit. Tiberis fluvius alveum suum egressus ita excrevit, ut ad unam et semis staturam in via publica extumesceret, multaque excidia Romanæ civitatis faceret. A porta denique S. Petri usque ad pontem Milvum aquæ descendentes se conjungebant. Mansit autem diebus septem. Cum cives crebras litanias agerent, revertitur octava die. Amore divino inflammati multi Anglorum gentis de Britannia Romam venire his temporibus maxime studuerunt, ibique ob signum religionis tonsuram clericalem suscipere.Tunc etiam reverendus abbas Geolfridus annos

fautorem catholicæ fidei, et sancti sexti concilii A natus septuaginta et octo.cum esset presbyter annis quadraginta octe : abbas autem, annis viginti quinque, ubi Lingonas pervenit, defunctus, atque in ecclesia beatorum Geminorum martyrum sepultus est.

> Carolus Pippini filius ex alia uxore, cum captus a Plectrude Pippini quondam uxore teneretur, auxiliante Domino evasit. Saxones terram Matuariorum devastaverunt. Eoldus Viennensis episcopusjam habebatur.

[718] Leo imperator, annos novem. Saraceni cum immenso exercitu Constantinopolim venientes triennio civitatem obsident, donec civibus multa instantia ad Deum clamantibus, multi eorum fame, frigore ac pestilentia perirent, ac si pertæsi obsidionis abscederent. Qui inde regressi, Bulgarorum scopus, sæcularis conversationis vir, ducit exerci- p gentem quæ est super Danubium, bello aggrediuntur : et ab hac quoque victi refugiunt ac naves suas repetunt. Quibus cum altum peterent, irruente subita tempestate, plurimi etiam, mersis sive confractis per littora navibus, necati sunt. Leutbrandus rex audiens quod Saraceni, depopulata Sardinia, etiam loca illa fœdassent, ubi ossa beati Augustini episcopi propter vastationem Barbarorum olim translata, et honorifice fuerant condita, misit, et dato pretio accepit, et transtulit ea in Ticinum. Ibi que in monasterio quod Cella aurea vocatur, quod et ipse construxit, condigno honore recondidit. Tunc sanctus episcopus Eoldus Viennensem Ecclesiam rebus auxit. Erat enim affinis Francorum regibus, quique etiam intra civitatem in honore beatorum martyrum Thebæorum, Mauritii et sociorum ejus, domunculam crypatim (sic) construxit : ibique non mediocrem partem reliquiarum, sive ex his martyribus, sive ex aliis posuit. Atque ex eo tempore res ecclesiæ nomine beati Mauritii attitulantur, guando ex antiquo et major domus in honore septem martyrum Machabeorum, et facultates ejusdem ecclesiæ sub nomine eorum a fidelibus offerentur, et consecratæ mancrent. Dagobertus rex, annis quinque regnans, mortuus est. In illis diebus paulo ante Franci mutua cæde se sternunt, ac Theodoaldum Grimoldi justi filium valide persequendo fugant, electo Raganírido in principatum majoris domus. Franci Danielem quemdam clericum post objectionem tonsuræ, in regno stabiliunt, atque Chilpericum nuncupant. Exercitum usque ad fluvium Mosam contra Carolum commovent. Ex alia parte Ratbodus dux cum Frisonibus contra eumdem ipsum Carolum insurgit : pugna valida commissa cum Frisonibus, Carolus gravi damno afflictus, dilapsus est. Ratbodus usque ad Coloniam cuncta devastans pervenit, mense Julii, anno Incarnationis Domini septingentesimo decimo quinto. Chilpericussimul cum Raganfrido Arduennam silvam ingressus magno exercitu usque Rhenum civitatemque Coloniam pervenerunt, thesaurum multum a Plectrude accipientes, vastantesque terram, reversi sunt ad Amblaviam : sed subito Carolo super eos irruente, maximum a copiis suis dispendium sustinent. Iterum

vel Ragamfridum pergit. Illi contra, hoste parato, bellum accelerant, in loco nuncupato Vicieco, die Dominica, illucescente die infra quadragesimam, decimo tertio Kalendis Aprilis, anno Incarnationis septingentesimo decimo septimo. Chilpericus et Ragamfridus fugati, penes Carolum victoria fuit : Coloniam venit, thesauros patris sui a Prectrude recepit ; regem sibi Clotharium statuit. Chilpericus et Ragamfridus Eudonem ducem in adjutorium expetunt : contra quos Carolus intrepidus pergit. Eudo Parisios fugiendo pervenit. Chilpericus, thesauris regalibus sublatis, trans Ligerim in Aquitaniam se eripuit. Chlotharius rex eo anno mortuus est. Post Eoldum episcopum Eobolinus Viennensis episcopus successit. Huic Ostrebertus vir strenuus et nobilis R episcopus succedit. Hic sepultus est in villa guadam proprietatis suæ Julidiaco, non longe a Seguana fluvio. Carolus legationem ad Eudonem misit amicitiasque cum eo componit. Cui Eudo Chilpericum regem cum multis muneribus reddidit, sed idem non diu in regno resedit. Siquidem Noviomocivitate mortuus ac sepultus est. Regnavit autem annis plus quinque. Franci Theodericum, Dagoberti junioris flium, regem super se constituunt. Carolus major domus et Austrasiorum princeps, vastans omnia, et Saxonum agros diripiens, ad Wisorem pervenit. Ratbobus Frisonum dux moritur, et Carolus cum Saxonibus bellum iniit : gravissima cædes hominum altrinsecus morientium. Post aliquot annos, in Bajovariam iter arripuit, Bajovariosque cum labore C maximo ad deditionem coegit. Post reluctantibus iterum occurrit : et secunda vice fortitudine exercitus sui superdomuit. Iterum abiit in Saxoniam, deinde ad Suevos contra Lantfridum, quos ab infestatione nimia repressit. Exinde exercitum commovet contra Eudonem Aquitanorum ducem, fugitque usque in Vasconiam fugato Eudone. Sarraceni multis copiis navibusque plurimis longe lateque plurimas urbes tam Septimaniæ quam Viennensis provinciæ vastant. Contra quos Carolus expeditionem ducens, graviterque eos fundens, in Hispanias repulit : facta concertatio mense Octobri, gerens et alia diversis in partibus prælia, iterum post aliquot annos perrexit usque in Vasconiam, Aquitaniam depopulatus : mortuo Eudone, contra filios illius arma corripuit, eosque vehementer afflixit. Sed va- D riante concertatione, cum ex utrisque partibus plurimi cæderentur, tandem fædus non diu mansurum ineunt. Sarraceni pene totam Aquitaniam vastantes, et late alias provincias igne ferroque superantes, Burgundiam dirissima infestatione deprædantur, pene omnia flammis exurentes, monasteria quoque ac loca sacra fœdantes, innumerum populum abigunt, atque in Hispanias transponunt. Contra quos Carolusiterum expeditionem movit. Quibus forti manu resistens, cæsa inde maxima multitudine, reliquos qui superfuerunt fagere compulit : e quibus pauci

Carolus exercitu commoto adversus Chilpericum, A evasere. Wilicarius Austreberto venerabili episcopo Viennæ succedit. Qui ob cladem Sarracenorum, cum esset domus præclarissima martyrum citra Rhodanum ab eis jam incensa, ossa beati Ferreoli cum capito Juliani martyris intra urbem transtulit, eisque accelerato opere, non magno pretio ecclesiam construxit : ubi et eorumdem martyrum reliquias reverenter composuit. Idem Wilicarius, cum furioso et insano satis consilio Franci res sacras ecclesiarum ad usus suos retorquerent, videns Viennensem suam indecenter humiliari, relicto episcopatu, in monasterium sanctorum martyrum Agaunensium ingressus, vitam venerabilem duxit. Vastata et dissipata Viennensi et Lugdunensi provincia. aliquot annis sine episcopis utraque Ecclesia fuit, laicis sacrilege et barbare res sacras ecclesiarum obtinentibus. Anno Incarnationis Domini septingentesimo quinquagesimo primo Carolus Pippini filius Francorum dux defunctus est, principatum illius obtinente Carlomanno et Pippino fratre ejus. Childericus in regno Francorum substituitur.

> [727] Constantinus imperator, annos viginti sex. Carlomannus et Pippinus contra Hunaldum ducem Aquitanorum exercitum movent, cœperuntque castrum, quod vocatur Lucas : in ipso itinere positi diviserunt sibi regnum Francorum, in loco qui dicitur Vetus Pictavus. Eodem anno Carlomannus Alamanniam vastavit. Carlomannus et Pippinus ineunt pugnam cum Odilone duce Bajovariorum. Eodem anno Carlomannuscum Saxonibus conflictum habuit : cepitque castrum quod dicitur Hocseoburg, et Theotecnun Saxonem placitando sibi conquisivit, anno Incarnationis Domini septingentesimo qua-

dragesimo tertio. Iterum Pippinus et Carlomannus expeditionem habuerunt in Saxoniam, anno Incarnationis Domini septingentesimo quadragesimo quarto, captusque est Theodericus Saxo. Sequenti anno nullam fecerunt expeditionem, eo quod Carlomannus dispositum haberet sæcularem militiam relinquere, et ipso anno paravit iter suum paravitque se frater ejus Pippinus honorifice ad obsequium illius, anno Incarnationis Domini septingentesimo quadragesimo sexto. Carlomannus secundum votum suum Romam abit, ibique se totondit, atque monasterium in monte Sarepta in veneratione sancti Silvestri construxit, ibique sub monastico habitu

D aliquo tempore vixit. Inde ad sanctum Benedictum in Cassino monte perveniens, monachis sociatus est. Grifo ante faciem Pippini ducis fugit in Saxoniam. Pippinus per Thoringiam iter arripiens, introivit in Saxoniam, pervenitque ad fluvium Missaha in loco qui dicitur Scaamgi. Grifo adjungens secum Saxonum multitudinem, super fluvium Oacrum in loco qui dicitur Horahim, illuc quoque eum est Pippinus insecutus. Sed Grifo arripiens fugam pervenit usque Bajovariam, ducatumque ipsum sibi subjugavit : Tassilonem atque Iltrudem captos subdidit. Swidger ad auxilium ei venit. Hoc audiens Pippinus, iter

Regino, l. 11, eum ait a coquo alapas sæpius et verbera patienter tulisse.

simul cum Lanfrido atque Swidger : Tassilonem vero in ducatum Bajovariorum posuit, eique per beneficium Bajovariam commisit, Grifoni quoque in partibus Austriæ duodecim comitatus dedit : inde post Grifo fugiens Waifario Hunoldi filio Aquitanorum duci se conjunxit, ibique ambo contra Pippinum rebellionem parant. Interim'dum copiæ parantur, misit Pippinus Utgardum Wisburgensem episcopum et Fulradum capellanum suum ad Zachariam tunc temporis pontificem Romanum, ut interrogarent eum, si ita manere deberent reges Francorum cum pene nullius potestatis essent, jam solo regio nomine contenti. Quibus Zacharias pontifex responsum dedit, regem potius illum debere vocari qui Childerico qui tunc regium nomen habebat, Franci per consilium legatorum et Zachariæ pontificis elcctum Pippinum regem sibi constituunt: Childericus tonsuratus, et in monasterium missus est. Mox Pippinus, rex Francorum factus, bellum in Saxoniam movit : in quo Childegarius episcopus a Saxonibus occisus est in castro quod dicitur Witbergh. Victor Pippinus pervenit usque ad locum qui Rhime dicitur : inde reversus nuntiatur ei quod Grifo frater ejus dum Italiam intrare vellet, apud Morivennam occisus esset, cujus mortem licet perfldi patriæ adeo doluit. Zacharia pontifice defuncto, Stephanus succedit. Tunc temporis sanctus Bonifacius archiepiscopus Moguntiacensem regebat Ecclesiam. Prædicator venerabilis maximam multitudinem Frisonum ad Christum convertit : Wilicarius, relicta Viennensi C sede, Romam primum abiit, ibique papæ Stephano notus efficitur: interjecto non multo tempore Agaunimonasterium martyrum in curam suscepit. Aistulphus Longobardorum rex, nimis perfide testamenta dono prædecessorum ejus beato Petro collata perrupit, atque facultates Romanæ Ecclesiæ militibus suis dedit. Hac urgente necessitate, Stephanus papa, in Franciam auxilium petiturus, ad Pippinum venit. Carlomannus quoque frater Pippini regis consilio Aistulphi, ut vulgatur, in eadem voluntate consentiente abbate ejus ut petitionem Stephani pontificis cassaret, et ipse in Franciam venit. Stephanus pontifex uncto Pippino in regem, duos quoque filios ejus Carolum et Carlomannum pariter unxit. B. Bonifacans, martyrum implevit. Pippinus rex post unctionem apostolicam, in Italiam cum exercitu properat, transitumque per civitatem. Viennam faciens, Carlomannum fratrem suum monachum ibi misit, simul cum regina Bertruda : ibi Carlomannus ægrotans obiit. Aistulphus audito Pippini regis adventu, clausis prohibitis, cum Longobardis obviam Pippino pervenit. Sed Pippinus rex vi insistens bellando, auxiliante beato Petro, Italiam ingressus est ; et remisso pontifice Stephano, per Fulradum aliosque ministros ad sedem suam, ipse Papiam ubi Aistulphus se re-

posteum arripiens, captum Grifonem secum adduxit, 👗 cluserat, obsedit. At ille, cernens se non posse evadere, promisit omnia beato Petro et Ecclesiæ Romanæ restituturum. Obsides igitur quadraginta sjmul cum juramento dedit. Sicque obsidione liberatus est : rex vero Pippinus in Franciam rediit. Sed Aistulphus ut perfidus omnia mentitus est. Ob quam causam rex Pippinus, Italiam iterum ingressus, Papiam obsedit, Aistulphum intus clausit. Aistulphus, iterum sacramento nimium coactus, firmavit se omnia redditurum : insuper Pippinus rex Ravennam totamque Pentapolin sanctis apostolis Petro et Paulo tradidit. Reverso rege Pippino, Aistulphus, duma venarum divino judicio subito percussus interiit. Interjecto tempore, Desiderius in regnum Longobardorum successit. Constantinus imperator, rempublicam regeret. Reversis legatis, abjectoque B missis donis regi Pippino simul organo musico, pacem cum Francis statuit. Tenente placitum Pippino Regem Compendio, Tassilo dux Bajovariorum ad illum ibi venit, seque illi in vassallum commisit, atque super corpora sanctorum martyrum Dionysii, Rustici, et Eleutherii, simul et super corpora sanctorum confessorum Martini et Germani juravit ut in omnibus diebus vitæ suæ regi filiisque ejus integram fidem cum subditione servaret. Acta sunt hæc anno Incarnationis Domini septingentesimo quinquagesimo octavo. Omnesque majores Bajovariorum una cum ipso sacramentis jurationum obstricti sunt. Bertericus [Viennensem Ecclesiam, homo simplex, suscepit regendam. Post ipsum, Proculus episcopus, similiter innocenset simplicis naturæ. Pippinus rex, iterum Saxoniam ingressus, firmitates omnes Saxonum obtinuit, multaque strage Saxonum populum perdomuit, in tantum ut dona annualia eis imposuerit per singulos annos Francis deferre tria millia equorum. Anno Incarnationis Domini septingentesimo quinquagesimo nono natus est Pippino regi filius, quem idem pater Pippinum vocari præcepit. Qui post nativitatem tertio anno defunctus est.Waifarius dux Aquitanorum, omnes facultates ecclesiarum quæ ad jus Francorum pertinebant, in Aquitania invasit.Ob quam causam Pippinus rex egressus, pervenit usque ad locum qui vocatur Todoat. Istic Waifarius per legatos suos omnia promisit se redditurum. Anno Incarnationis Domini septingentesimo sexagesimo, acceptis obsidibus, rex reversus est. At Waifarius promisit, sed minime perfecit. Reversus cius archiepiscopus in Frisia verbum Domini prædi- 🕻 iterum Pippinus rex et cum eo filius Carolus plurima catella Aquitanorum cepit, Burbontis, Cantela Clarimontis, quod incendio concremavit. Pervenitque usque ad Lemovicas vastando terram, Waifarium insequendo. Tertio in Aquitaniam pergens, Bituricas civitatem cepit, et castrum Toartis. Quartum in Aquitaniam pergens, tenuit placitum suum Nevernis. Inde Tassilo dux Bajovarium, postpositis sacramentis, postposita propinquitate (erat enim nepos ejusdem regis), ab eodem itinere se abduxit, atque in Bojovariam revertitur. Rex Pippinus tamen Aquitaniam perambulavit, usque ad Cadurtium. Anno

• Videtur deesse aliquid.

quinto quintum iter arripuit in Aquitaniam, tenuitque placitum suum Aurelianis. Construxitque castrum Argentonium, quod Waifarius paulo ante destruxerat, positis ibi ad custodiam Francis. Similiter apud civitatem Bituritas, exercitum ad custodiam disposuit. Facta est tunc temporis synodus, anno Incarnationis Domini septingentesimo sexagesimo septimo, et quæstio ventilata inter Græcos et Romanos de Trinitate, et utrum Spiritus sanctus sicut procedit a Patre, ita procedat a Filio, et de sanctorum imaginibus, utrumne fingendæ, an pingendæ essent in ecclesiis. Sextum iter faciens in Aquitaniam munitissima loca plurima cepit, et usque Garonnam pervenit : reversus Bituricas, legatos de morte Pauli Romani pontificis accepit. Septimo iti-stello voluerunt.guam sacraverat beatus Bonifacius neri in Aquitaniam per Viennam transitum faciens, ubitunc Viennensem episcopatum post aliquot annos Berterico cuidam ex familia Ecclesiæ dedit, usque Sanctonas pervenit. Capta est mater Waifarii et sorores ejus ac neptes. Sic rex usque Garonnam cuncta diripuit : inde iterum interposito tempore simul cum Bertruda regina in Aquitaniam transiens, apud Petragoricas Waifarium ducem interfecit. Inde post victoriam Sanctonas rediit, ubi reginam dimiserat, et ægrotare cæpit : inde orationisgratia ad sanctum Martinum venit. Ad sanctum Dionysium quoque perveniens, octava Kalend. Octob. anno Incarnationis Domini septingentesimo sexagesimo octavo obiit : regnavit autem post diem unctionis suæ octodecim annis paulo amplius. Gloriosi filii illius Carolus et C Carlomannus in regnum Francorum elevati sunt. Carolus in Novioma civitate, Carlomannus Suessionis. Carolus rex in Aquitaniam contra Hunoldum rebellantem ingressus est. Misitque legatos suos ad Lupum Wasconum ducem, et inde adductus est supradictus Hunoldus, una cum uxore sua Bertha regina, per Bajovariam perrexit in Italiam. Anno Incarnationis Domini septingentesimo septuagesimo primo. Carlomannus defunctus est in villa quæ dicitur Salmontiacus, pridie nonas Decembres. Uxor vero illius cum aliquibus Francis ingressa est in Italiam. At nobiliores Franci cum episcopis et comitibus glorioso regi Carolo se commiserunt. Gloriosus rex Carolus Ardurmensul fanum Saxonum penitus destruxit : ubi cum exercitus gravi siti laboraret, medio die subito ex quodam torrente largissimæ aquæ D emanaverunt, quæ sufficerent cuncto exercitui et jumentis eorum. Anno Incarnationis Domini septingentesimo septuagesimo quarto legatus Romanæ Ecclesiæ Petrus ab Adriano pontifice ad gloriosum Carolum venit : et quia itinera terræ præclusa erant a Longobardis, navigio usque ad portum Massiliæ venit, postulans auxilium contra Desiderium Longobardorum regem. Pius rex Carolus usque Genuam venit : divisoque ibi exercitu suo, partem misit per Alpes Cottias, et per juga Gibennica, id est per montem quem accolæ Cenisium vocant, quæ latera aperiunt in agros Taurinorum. Desiderius rex tunc .

Incarnationis Domini septingentesimo sexagesimo A juxta clusas Longobardorum exercitum composuesed impetum Francorum sustinere non valens, Papiam ipse Desiderius refugit. Et pius rex Carolus post Desiderium per apertas clusas veniens, civitatem ipsam obsedit. Anno Incarnationis Domini septingentesimo septuagesimo quarto pius rex Carolus Romam abiit, indeque reversus Papiam cepit, cum rege Desiderio uxorem ac filiam ejus thesaurumque illius sibi suisque tulit. Omnes Longobardos subegit, captis civitatibus ac direptis universis Italiæ. Adalgisus filius ejusdem Desiderii, fuga lapsus, nave Constantinopolim venit. Ordinata Italia, rex Carolus in Franciam revertitur. Interim dum rex in Italia esset, Saxones ad præsidia Francorum cum exercitu exeuntes obsidentesque quoddam castellum Buriastello voluerunt, quam sacraverat beatus Bonifacius martyr.Subito autem apparuerunt duo juvenes miræ claritatis et candoris, videntibus tam Christianis quam paganis qui ipsam ecclesiam defendere videbantur. Horum aspectu terribili perterriti Saxones, in fugam versi sunt, sicque castrum illud ab obsidione liberatum. Rex Carolus, ut pervenit ad locum qui dicitur Ingilinham, quatuor scaras in Saxoniam dirigit, quæ Deo auxiliante victricesexstiterunt. Rex gloriosus Carolus castrum Sigiburgum in Saxonia cepit, Eresburgum super Wisaram fluvium, in loco qui dicitur Brunisberg, reædificat. Sicque Franci utramque ripam, fugatis et partim occisis Saxonibus, obtinent. Gloriosus rex Carolus usque Oboacrum fluvium Saxoniam aliasque gentes peragrans, recepit obsidibus, in Franciam rediit. Audito quod Rothaugaudus Longobardus in perfidiam versus esset, Italiam iterum repetiit, septingentesimo septuagesimo sexto anno Incarnationis Domini. Occiso Rothaugaudo, Forojulium, Tharavisium, atque alias civitates in ditionem suam recepit, easque Francis ad custodiam permisit. Heresburgum castrum Saxones invadunt et destruunt.Sed cum præpararent machinas et petrarias, atque cletas, ut alterum castrum præriperent, videntibus adversariis, apparuerunt, in modum scuti, duo globi flammantes super ecclesiam quæ in ipso castro erat. Qua visione pavefacti Saxones, relinquentes universam præparationem suam, ita fuga lapsi sunt, ut mutuose gladiis conciderent. Rex gloriosus Carolus iterum Saxones aggressus, firmitatesque illorum omnes obtinens, quo-Lippia consurgit, omnia peragrans, universam Saxoniam recepit, et reædificato Heresburgalio castro super Lippiam, Saxones cum uxoribus et infantibus baptizatos in fide sibi conjunxit, et placitum generale tam ex Francis quam ex Saxonibus celebravit ad Paterbrunnam. Witichingis cum quibusdam Saxonibus rebellis in Northmanniam transfugit, auxilium ab eis contra Regem gloriosum Carolum postulans, baptizatis Saxonibus et ingenuitate et alodo fidei firmitas roborata si amplius amissa Christianitate in perfidiam relaberentur Gloriosus rex Carolus pascha celebrato in Aquigentesimo septuagesimo octavo anno Incarnationis Domini Hispanias ingreditur. Nam antea, adhuc in Saxonia positus, receperat legationem Sarracenarum, in qua fuit Ibinalaribus, et filius, Devisfexi, qui Latine dicitur Joseph. Destructa igitur Pampilonia, apud Cæsaraugustam, exercitum tam ex Burgundia quam ex Bajovaria provincia, Septimania atque Longobardia conjunxit, acceptis obsidibus de Ibinilaram et de Abutauro, aliisque Sarracenis subjugatis Navarris et Wasconibus, in Franciam revertitur ^a. Orandi gratia Romam post aliquot annos ingressus ab Adriano pontifice filius ejus Pippinus ex sacro fonte excipitur, atque duo filii ejus reges initiati sunt. Mediolani ab Thoma"episcopo filia ejus Gissa baptizata, ct excepta septingentesimo octoge- B simo tertio anno Incarnationis Domini. Hildegardis regina pridie Kalend. Maii vigilia Ascensionis Domini in villa quæ dicitur Theudone, moritur.

Tractum est igitur bellum Saxonum per spatia annorum, cum in perfidiam sæpe relaberentur, fortissimo rege cum Francis pene eos subinde usque ad internecionem obterente (RHEGINO. lib. 11. Annal.).Witigingis et Albi cum sociis, qui diu Saxones ad rebellionem permoverant, per obsides recepti, atque eis benignissime a pio rege perfidia indulta, in Attiniaco baptizati maximam pacem regioni contulerunt. Arichisus, duo Beneventanorum, rege Carolo apud Romam posito, cum magnis muneribus Romoldum filium suum misit, postulans ne infra ducatum Beneventanorum introiret. Sed cum esset idem Arichisus suspectæ fidei gloriosus rex Beneventum proficiscitur. Ad cujus adventum dux Arichisus, relicto Benevento, Salerni se reclusit, metuens videre faciem regis, duos filios obsides dedit, Romoldum et Grimoldum, quem adhuc secum retinebat cum maximis muneribus. Sic, obsidibus receptis, pius rex Carolus revertitur, obstrictis juramento Beneventanis, cum pontifice Romano sancto pascha celebrato Thassilonisduci Bajovariorum insuper missis receptis, cujus perfidia nota passim vulgabatur : interjecto tempore undique exercitibus regiis Thassilo constrictus, ad conventum publicum Francorum, aliarumque gentium subditione eorum jam positarum, in villa quæ dicitur Ingilena, aut volens, aut nolens, occurrit; in medio positus cum criminalia ei objicerentur, et ipse perjuria sua publice fateretur, damnatus ipse cum filio suo Theudone ad mortem est. Sed clementia piissime regisei vita concessa, tonsurati in monasterium pœnitentiam acturi recluduntur, et aliquot Bajovariarum in exsilium pro perfidia direxit.Græci cum Longobardis pugnam ineunt, similiter et cum Avariset Francis qui in Italia commanebant; similiter inter Bajovarios et Tauros : in his omnibus victoria penes Francos fuit. Iterum Avari cum Bajovariis præsidentibus Francis cum pugnare disponerent, strage valdissima cæsi, maxima pars eorum fluvio Danubio intercepta, ibique necata est. Excel-

tania, in villa que dicitur Cassinogilo septin-A lentissimus rex Carolus super Albiam fluvium pontes constituit, et in capite pontis ex utraque parte ædiflcavit castra; atque Sclavos, quorum vocabulumest Wlizi, perdomuit. Habebat autem jam Sclavos, quorum vocabula sunt Swrbi, necnon et Abotriti : horum princeps erat Wtizam. Avarorum gens effera, finibus Bajovariorum infestissima, ecclesias oppidaque circa fines suos immanissime depopulans atque devastans, metu pii et gloriosi regis ac timore exercitus illius, dimissis firmitatibus suis et præsidiis, fuga elabitur, ac pristinam possessionem relinguit. Anno Incarnationis Domini septingentesimo nonagesimo secundo. Felix Aurelianus episcopus hæreticus deprehensus adoptivum, non proprium Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum dogmatizans, qui ad præsentiam Adriani pontificis Romani deductus, hæresim verbis solummodo abdicavit. Synodus iterum facta contra supradictam hæresim in Francanofurt, legatis apostolicæ sedis præsidentibus, Theophylacto et Stephano episcopis auctoritate sanctorum Patrum, convictus et damnatus est iterum Felix cum errore suo, perpetuoque exsilio apud Lugdunum relegatus est : quem ferunt in eodem ipso suo errore mortuum. Sed pseudosynodus quam Septimam Græci appellant, pro adorandis imagini bus abdicata penitus. Tudun princeps Avarorum ad pium regem Carolum se contulit, et cum populo suo credens, baptizatus, muneribus regiis donatus, fidelis rediit : sed et Herricus Forojuliensis dux, civili bello inter se et victis et occisis Avaris, misso Wonomiro Clavobringum gentis Avarorum longe retro temporibus quietum spoliavit, ablatis inde thesauris multo illuc tempore collectis, quos pio regi Carolo postmodum misit. Et ille Deo gratias referens ad memoriam sanctorum apostolorum, partem inde misit, partem officialibus regni et ecclesiis distribuit. Adrianus papa obiit septingentesimo nonagesimo sexto Incarnationis anno. Mox ut Leo in ejus locum successit, missis legatis ad pium regem Carolum, claves confessionis sancti Petri simul et vexillium Romanæ urbis direxit. Pippinus rex a patre in Italia constitutus; in Pannonias cum exercitu proficiscitur, ac, victor rediens, partem thesaurorum quæ remanserat ad patrem defert.

> Barchinona civitas, quæ a Francis desciverat, per Zatum Sarracenum restituitur. Nam idem ad pium regem veniens, una cum civitate Semeth tradidit. Ludovicus filius magni principis Caroli, in Hispaniam mittitur, et cum eo Abdella Sarracenus filius Zathibinmauge regis, quia frater pulsus Mauritania pio regi Carolo se commiserat. Porro Pippinus alius filius ad disponendam Italiam constituitur. Norluidi, trans Albiam sedentes, legatos regios qui tunc ad justitias faciendas cum eis versabantur, comprehendunt : quosdam ex eis occidunt, quosdam ad redimendum retinent. Deinde contra Trassucconem ducem Abodritorum et Heburisum legatum Francorum, aciem dirigunt. In eo loco cæsa sunt ex Nortluidis qua-

Pampiloniæ muros adventu Caroli corruisse scripsit Turpinus arch. c. 3, de Vita Caroli MagnietRolandi.

tuor millia : cæteri pacem petentes seipsos dedide- A lium in ecclesia beati Petri apostoli præsente populo runt. Viennensem tunc temporis Ecclesiam, Ursus : Ado Lugdunensem Ecclesiam regebat. Post Adonem nepos ejus Ilduinus paululum Lugdunensem Ecclesiam non episcopus tenuit : et abscedens Lirinis insulæ monasterio monachalem conversationem suscepit. Post Ursum, nimiæ simplicitatis episcopum, Wlferi quem Wltreiam patrio nomine appellarunt. Bajovarius Viennensom episcopatum suscepit.

[799] Porro Lugdunensem Leidradus vir sæculari dignitati intentissimus, et honori reipublicæ utilis, rexit Ecclesiam Viennensem Wlferi annis undecim. Constantinus imperator a suis captus et excæcatus est. Irena mater ejus imperatrix Constantinopoli residens octo annos post imperavit. Hæc ad excellentissimum regem Carolum legationem pro pace servanda misit. Stella quæ Martis dicitur, eo anno a mense Julio usque ad alium mensem Julium videri non potuit. Baleares insulæ a Mauris et Sarracenis deprædatæ sunt. Hadefons rex Galliciæ et Austriæ, prædata Olisipona ultima civitate Hispaniæ, victoriæ insignia, multas loricas, mulos, captivosque Mauros, glorioso regi Carolo per legatos misit. Romani anno Incarnationis Domini septingentesimo nonagesimo nono, Leonem pontificem, septimo Kalend. Maii, letania majore, captum excæcaverunt, ut fertur, linguamque ipsius præciderunt. Positus itaque in custodia, per murum noctu aufugit ad ecclesiam beati Petri, ubi tunc forte legati Francorum aderant : inde primum Spoletum deductus, ac deinde ad gloriosum regem Carolum in Saxoniam in loco qui dicitur Badrabunne, ibique honorifice susceptus, atque cum eodem honore Romam remissus. Avarorum gens in perfidiam relapsa, Herricum ducem Forojuliensem apud Tarsaticam Liburniæcivitatem, insidiis circumventum opprimunt.

Geraldus quoque Bajovariæ præfectus, commisso prælio cum Avaris, occiditur. Sed Baleares insulæ, quæ a Mauris et Sarracenis deprædatæ fuerant, accepto a Francis auxilio et ipsi sese dediderunt. Britonum signa et arma ducum nominibus illorum inscripta per Widonem Marchensem, qui totam Britaniam perlustraverat, eamque in deditionem acceperat, glorioso regi Carolo delata sunt, totaque Britannia tunc primum Francis subjugata est. Gloriosus rex Carolus reliquiarum benedictionem de sepulcro Domini a patriarcha Hierosolymitano ${f D}$ ditur. Unaque die Zatus et Roselmus ad præsentiam suscipiens, maxima dona per Zachariam presbyterum Hierosolymis ad sancta loca remittit. Leutgardis regina Turonis, pridie Nonas Junias defungitur, ibique sepelitur. Post hæc eximius rex Carolus Italiam ingreditur, orationis gratia Romam profectus : cui occurrit duodecimo ab Urbe lapide Leo pontifex eumque cum summo honore suscepit decima octava Kalend. Decembr. Per septem itaque dies operam dedit, ut ea quæ perperam ibi acta fuerant, nudarentur. Sed et Leo pontifex de objectis sibi criminibus diu agens, cum jam criminatores refellisset, ambonem conscendit, et super sanctum Evange-

manus imponens, jurejurando invocato sanctæ Trinitatis nomine videntibus et audientibus omnibus. satisfecit se conscium non esse criminis unde falso culpabatur. Eodem die receptus est Zacharias legatus ab Hierosolymis revertens, simul et cum ipso patriarchæ legati, cum clavibus sepulcri Domini, civitatis quoque ac montis Oliveti deferentes etiam vexillum urbis. In die sancto nativitatis Domini ante confessionem Petri apostoli, cum gloriosus rex Carolus ab oratione surrexisset, Leo pontifex capiti ejus coronam imposuit sicque ab universo Romanorum populo acclamatum est : Carolo Augusto a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria. Perfectis laudibus, a pontifice more B principium antiquorum adoratus est, atque ablato patritii nomine, quod primum in eadem urbe acceperat, Imperator et Augustus appellatur. Ad missas pontifex ingreditur cum clero suo.

[800] Carolus imperator primus ex gente Francorum, annis quadraginta quinque. Hic postquam Romam ingressus imperatoris et augusti nomen sumpsit, jussit eos qui pontificem Leonem tam inhoneste et indecenter deponendo contumeliaverant, sibi exhiberi, et quæstione de eis habita, lege romana, ut rei magestatis, capite damnati sunt. Pro quorum tamen vita papa et pontifex benignissime intercessit; cujus precibus imperator eis vitam et membra perdonavit : in exsilium tamen pro facinoris magnitudine pulsi sunt. Hujus factionis princeps Paschalis Nomenclator exstitit. Privatis et publicis rebus dispositis, septimo Kalend. Maias Roma profectus, Spoletum venit. Factus est terræmotus, pridie Kal. Maii hora noctis secunda, qui pene totam Italiam concussit, in tantum ut tectum beati apostoli Pauli, cum suis trabibus magna ex parte decideret, et urbes atque montes in quibusdam partibus ruerent. Hic terræmotus et in Galliis et in Germaniis multa loca etiam concussit. Pestilentia quoque immanis propter mollitiam hyemis facta est. Elephas cum aliis donariis a rege Persarum Aaron Amiralinum imperatori per legatos mittitur. Capitur Barchinona civitas Hispaniæ biennio obsessa, ejusque præfectus Zatus cum plurimis aliis Sarracenis. Et in Italia Theare similiter civitas capta et intenta, atque Roselmus præfectus etiam ipsius comprehenimperatoris deducti, in exsilium retrusi sunt. Irene imperatrix ad imperatorem Carolum iterum misit pro pace inter Francos et Græcos firmanda.

Hortona civitas in Italia in deditionem accepta; Luceria quoque frequenti obsidione fatigata, et ipsa in deditionem venit. Winusus, qui Spoleti præsidio præerat, adversa valetudine fatigatus, et obsessus a Grimaldo Beneventanorum duce, capitur. Quem tamen honorifice tenuit, et post modumim peratori reddidit.

[803] Circa palatium Aquisgrani, anno Incarnationis Domini octingentesimo tertio, terræmotus factus est ; inde mortalitas subsecuta. Irene ab imnopoli creatus, qui legatos suos una cum legatis imperatoris Caroli remisit. Nam imperator Carolus Jesse episcopum Ambianensem, et Elinigaudium comitem Constantinopolim direxerat. Susceperunt autem legati Nicephori imperatoris epistolam inscriptam, de Fædere pacis sicque tali pacto Constantinopolim reversi sunt. Gofridus rex Danorum promisit se primum ad colloquium imperatoris venturum : sed consilio suorum territus, per legatos imperatori quod voluit mandavit : imperator omnes Saxones qui trans Albiam et in Wibmhodi habitabant, cum mulieribus et infantibus transtulit in Franciam.

[804] Anno Incarnationis Domini octingentesimo quarto, Leo pontifex Romanus in Franciam venit, B Rhemorum civitate susceptus : imperator Carisiaco villa nativitatem Domini cum eo celebrem duxit, deinde Aquisgrani, et donatum magnis muneribus per Bajovariam ire volentem deduci fecit usque Ravennam. Causa adventus ejus fuit, quia imperator miserat ad eum pro rei veritate inquirenda, si, quod ferebatur, sanguis Christi in civitatem Mantua fuisset repertus. Acceptaigitur pontifex occasione, in Longobardiam quasi pro inquisitione exiit, inde usque ad imperatorem pervenit. Theodorus Capuanus princeps Hunnorum propter infestationem Sclavorum (erat enim idem Christianus) locum sibi dari ad habitandum inter Sabariam et Carnutum ab imperatore postulavit. Quem imperator benigne suscepit, et precibus ejus annuens, muneribus donatum redire permisit. Imperator in-C ter filios suos regna dividi, ut sciret quisque si superstes esset, quam partem tueri et regere debuisset. Testamentum inde factum et jurejurando ab optimatibus Francorum confirmatum, Leoni papæ missus, ut manu sua subscriberet. Anno Incarnationis Domini octingentesimo sexto, classis a Nicephoro imperatore, cui Niceta patricius præerat, ad recuperandam Dalmatiam mittitur. Eclipsis lunæ guarta Nonas Septembris fuit, stante sole in decima sexta parte virginis : luna autem stabat in decima sextaparte piscium. Ipso anno pridie Idus Februarii, luna decima septima stella quæ vocatur Jovis visa est transire per eam. Tertio Idus Februarias fuit eclipsis solis media die, stante utroque sidere in vigesim quinta parte aquarii. Uno eodemque anno ter luna obscu- D rataest, et sol semel, et acies miræ magnitudinis visæ. Ratbertus missus imperatoris, qui de Oriente revertebatur, una cum legatis regis Persarum defungitur. Muneraautem hujusmodi sunt, quæ legati imperatori detulerunt, papilionem et tentoria atrii bissina, vario colore, simul cum funibus pari ordine distinctis; pallia serica multa et pretiosa, balsamum et odores atque unguenta (Regino de Annal.). Sed et horologium aurichalco arte mechanica mirifce compositum, in quo duodecim horarum cursus ad clepsydram vertebatur, cum totidem æreis pillulis quæ ad completionem horarum decidebant, et casu

perio deposita, et Nicephorus imperator Constanti- A suo subjectum sibi cymbalum tinnire faciebant : additis in eodem ejusdem numeri equitibus, qui per duodecim fenestras completis horis exibant, et impulsu egressionis suæ totidem fenestras quæ prius erant apertæ, claudebant, necnon et alia multa in ipso horologio erant mira. Tunc temporis delata sunt ossa beati Cypriani a Carthagine, cum reliquiis beatorum Scillitanorum martyrum, Serati sociorumque ejus, et posita sunt in ecclesia beati Joannis Baptistæ in civitate Lugdunensi. Sarraceni, Sardinia pulsi, primum cum Sardis prælium commiserunt, amissis tribus millibus suorum, in Corsicam directo cursu pervenerunt, ibique cum classe cui Burgarius comes præerat, decertantes, aut victi, aut fugati sunt, amissis tredecims navibus suis, et plurimis suorum interfectis. Godefridus quoque rex Danorum in Abodritos cum exercitu trajiciens, licet Brasconem ducem Abodritorum loco pepulisset, aliumque ducem dolo captum patibulosus pendisset, magno tamen copiarum suarum detrimento reversus est. Amisit enim ibi filium fratris sui Raginoldum, qui in oppugnatione cujusdam oppidi cum plurimis Danorum primoribus interfectus est. Filius autem imperatoris Carolus in Linones et Smeldincos, qui ad Godefridum defecerant, exercitum cui præerat, quanta potuit celeritate, transposuit. Populatisque circumquaque eorum agris, transito iterum Albia fluvio, incolumi exercitu in Saxoniam se recepit. Sed Godefridus destructo emporio quod in Oceani littore constitutum lingua Danorum Relic dicebatur, translatisque inde negotiatoribus, soluta classe ad portum qui Liesthorp dicitur, cum universo exercitu suo venit : ibi per aliquot dies moratus, limitem regni sui qui Saxoniam respicit vallo munire constituit, ut ab orientali maris sinu, quem illi Hostharsaltia dicunt, usque ad occidentalem Oceanum totam Egidore fluminis aquilonalem ripam munimento valli protegeret, una tantum porta dimissa, per quam carra et equites emitti recipique potuissent. Nordanimbrorum rex Eardof regno pulsus Britanniæ, Noviomagi ad imperatorem venit; inde Romam proficiscitur, cum legatis postmodum imperatoris et pontificis in regnum suum reducitur. Revertentibus legati, Adulphus, natione Saxo, diaconus Leonis pontificis a piratis capitur. Cæteri sine periculo trajiciuntur. Adulphus in Britanniam reductus, a quodam redemptus, Romam reversus est. Trasco dux Abodritorum collecta valida manu, a Saxonibus etiam auxilio accepto, vicinos suos Scovos, qui Wltzi dicuntur, aggressus, ferro et igni vastat : Seneldingorum maximam civitatem expugnat : atque his successibus omnes qui ab eo defecerant, ad suam societatem reverti coegit. [809.] Synodus magna Graniaquis congregatur, anno Incarnationis Domini octingentesimo nono, in qua synodo de processione Spiritus sancti quæstio agitatur, utrum sicut procedit a Patre, ita procedat a Filio. Hanc quæstionem Joannes monachus Hierosolymitanus moverat, cum regula et fides ecclesiastica firmet Spiritum san-

ctum a patre et Filio procedere, non creatum, non A ventu advocato Aquisgrani, Ludovico filio suo regi genitum, sed Patri et Filio coæternum et consubstantialem. Nomen autem processionis a Patre et Filio in Apocalypsi ita aperte est positum : « Et ostendit mibi (haud dubium quin angelus) flumen aquæ vitæ splendidum tanquam crystallum, procedens de sede Dei et Agni. » In eadem etiam synodo quæsitum est et ventilatum de statu Ecclesiarum et ordine singularum, cujusque conversationis etiam clerici esse debent.Trasco,dux Abodritorum,in emporio Relic per dolum a comitibus Godefridi interficitur, et Aureolus qui Nicomarciæ Hispaniæ atque Galliæ trans Pyrenæum contra Oscam ad Cæsaraugustam residebat, moritur : et Amoroz ministerium ejus invadit, et ad castellum ipsius præsidia disponit: qui ad imperatorem transitum cum suis facere voluit, B eo amplius regnans. Bernardus Viennensus episcosed intervenientibus causis, res infecta remansit. Pippinus rex Italiæ, perfidia ducum Veneticorum incitatus, Venetiam bello terre marique jussit appetere : subjectaque Venetia, ac ducibus ejus in ditionem acceptis, eamdem classem ad Dalmatiæ littora vastanda misit. Sed cum Paulus Cephaleniæ præfectus cum Orientali classe ad auxilium Dalmatis ferendum adventaret, regia classis ad propria regreditur. Godefridus rex Danorum a quodam suo satellite interficitur, et Ermingus filius fratris ejus in regno succedit. Et Pippinus rex Italiæ octavo idus Julii, anno Incarnationnis Dominicæ octingintesimo decimo defungitur. Imperator Francorum Carolus, cum Nicephoro Constantinopolitano imperatore pace facta, Venetiam recepit. Ambulaz Cordubensis Hispaniæ rex cum imperatore paciscitur, et Abdera C mum filium ejus Amaroz Cæsaraugusta pellit, et Oscam intrare compellit. Eclipsis solis et lunæ bis eo anno fit: solis, septimo Idus Julias, et pridie Kal. Decembris; lunæ, duodecimo Kalend. Julias, et decimo septimo Kalend. Januar. Corcica insula a Sarracenis vastata. Pax sequenti anno inter imperatorem et Hermingum Danorum regem componitur. Pharus magna quæ ad navigantium cursus constituta, non longe a Bolonia civitate maritima fuerat, restauratur, ibique nocturnus ignis accenditur. Carolus major filius imperatoris, priedie Nonas Decembrias, anno Incarnationis Domini octingentesimo decimo primo defungitur. Nec multo post Hermingus Danorum rex moritur. In ejus loco Dani sibi Herioldum et Raganfridum regesconstituunt. Impe- D rator Constantinopolitanus Nicephorus post multas et insignes victorias, commisso prælio in Mœsia provincia cum Bulgaris, moritur. In ejus locum Michael gener ejus imperator creatur : cujus legati Aquisgrani ad imperatorem Carolum missi, laudes more suo dixerunt, imperatorem et Basilium illum appellantes. Et pacis libello ab imperatore accepto, et denuo a Leone papa Romæ, reversi sunt. Grimaldus Beneventanorum dux eo modo paciscitur, ut viginti quinque millia solidorum auri a Beneventanis annuatim Francis solverentur. Anno Incarnationis Domini octingentesimo tertio generali con-

Aquitanico imperii coronam imposuit, et imperalis nominis sibi consortem fecit. Bernardum quoque nepotem suum filium Pippini Italiæ præfecit et regem appellari jussit. Concilia quoque in quinque partibus regni sui ad corrigenda quæ necessaria forent, fieri constituit Moguntiaco, Remis, Turonis, Cabillone, Arelate; quid statutum fuerit, in archivis Ecclesiarum vel palatii invenitur. Imperator Carolus, vir in omni dispositione imperii strenuus, dilatato imperio et pace Francis usquequaque composita, anno Incarnationis Domini octingentesimo sexagesimo tertio Aquisgrani moritur, et sepelitur decimo tertio anno postquam imperator acclamatus est, simul omnes annos quadraginta quinque et pus erat, et Leidardus Lugdunensis, qui initio imperii Ludovici imperatoris Suessionis monasterii locum petiit, et in loco ejus Agobardus ejusdem Ecclesiæ chorepiscopus, consentiente imperatore et universa Gallorum episcoporum synodo, episcopus substitutus est. Quod quidam defendere volentes, dixerunt eumdem venerabilem Agobardum a tribus episcopis in sede Lugdunensi, jubente Leidrado, fuisse ordinatum. Sed canonica auctoritas est, in una civitate duos episcopos non esse, nec vivente episcopo successorem sibi debere eligere. Ac idcirco illa quacunque causa regulæ Ecclesiæ præteriri in tanto ordine fixæ non debent.

[815] Ludovicus imperator, Caroli imperatoris filius, regnavit annis paulo minus octo et viginti, amator totius pietatis et religionis, omnem ordinem ecclesiasticum pio studio exornans. Hic ingressum. imperii secunda et placida quiete habuit: porrofinis ejus multis incommoditatibus et adversitatibus fatigatur. Hic inter alia mirifica et nimis honoranda opera sua in omni imperio suo, sive in Gallia, sive in Germania, sive in Italia, legatos dedit, qui pauperum et oppressorum justitias diligenter quærerent et singulorum necessitates ad plenum audirent.Episcopales etiam synodos propter reintegranda sanctorum Patrum statuta, et Christianarum regularum observationem ubique fieri decrevit. Sed ejus piis studiis malignorum insidiæ impedire plerumque moliuntur. Nam longa quies perfidiam, perfidia rebellionem, rebellio discrimen imperii pariunt. Huic piissimo imperatori ex Hermengarde regina tresfilii, quorum primogenitum Chlotharium, primo Cæsarem, deine consortem imperii adscribit: cui et Italiam ad regendum commisit: Pippinum, Aquitaniæ regem facit : tertium Ludovicum Bajovariis regem constituit. Cum igitur omnis potestas Francorum sub moderato otio studeret, et regimen vicinis gentibus imponeret, quidam tantam spem boni non ferentes, uxorem nomine Judith dilectam imperatori factione sua abripiunt, eamque ex latere viri in Aquitaniam sub custodia transponunt. Quæ licet ad viri thorum redierit, ebulliens tamen quorumdam malitia non quievit.Quæ usque adeo crevit ut una cum pontifice

ejus adversus imperatorem permoverit. Nam ab eo universus populus deficiens, ad filios ejus se transtulit : ipse tentus sub custodia, indecenter recluditur, ac arma ei auferuntur : uxor ipsius in Italia servanda committitur. Sed nutu divino post tot adversa secunda succedunt. Populi versi ad pœnitentiam causa facti in melius commutant, eumdem ipsum imperatorem in honore pristino reponunt, et pristina dignitate revestiunt. Filii quoque ejus pro commisso veniam exposcunt, Chlotario jam imperatori, ut extra Italiam, nisi jubente piissimo patre ejus, nullo pacto procederet inducitur. Sed variantia tempora nunc adversa, nunc prospera minantur. Pippino his diebus denique mortuo, ad componendam Aquitaniam una cum uxore quam jam receptam ha- B legatis ad colloquium, tres fratres in insulam quamhabebat, et ex qua inclytum filium Carolum susceperat.cum exercitu ingreditur; quia contra voluntatem ejus, Aquitani filium Pippinum nomine regem sibi fecerant. Cum illic esset imperator Ludovicus, ex primo matrimonio, Ludovicus tertius filius ejus jam patri iterum adversus, primos Germaniæ perfide sibi jurare compellit. Hoc misso imperator accepto, commisso Aquitaniæ régno majoribus Francorum et inclyto Carolo filio suo rege Aquitanis dato, uxoreque sua gratissima ibi dimissa, ocius ipse occursus filio in Germanias exercitus sui copias transponens ingreditur. Ibi pacem regni aliquibus diebus disponens, adversa valetudine fatigatus diem clausit ultimum anno ab Incarnatione Domini octingentesimo quadragesimo. Corpus ejus ab episcopo Drogone fratre ejus exalia femina, simul et a primoribus Francorum Mediomatricum delatum, atque in ecclesia beati Arnulphi confessoris conditum est. Hujus imperatoris tempore, pars corporis beati Sebastiani martyris ad Suessionicam urbem delata: ubi multa mira in laudem Dei omnipotentis varia genera sanitatum infirmis collata. Ossa quoque beatorum martyrum Hippolyti et Tiburtii ab urbe deportata, in ecclesia beati Dionysii martyris in territorio Parisiensi digno honore condita.Bernardus adhuc et Agobardus Viennensem Ecclesiam et Lugdunensem regebant. Qui ambo apud imperatorem delati, desertis ecclesiis in Italiam, ad filium imperatoris Chlotharium se contulerunt, et postmodum piis imperatoribus agentibus, Agobardus Lugdunensem, Bernardus Viennensem Sanctonas in expeditione regia positus defungitur. [841] Lotharius imperator, filius piissimi Ludovici imperatoris, annis quindecim. Huic pater imperium post mortem suam decreverat : sed sinistris consiliariis idem usus, animum patris non parum lædens, pro integritate vix partem regni obtineri meruit.Siguidem iterum pius pater memor inflicti vulneris imperium dividens juniori Carolo majorem partem primoribus sacramento firmatis disposuit. Lotharius itaque post humationem gloriosi patris, sequenti anno ab Italia egressus, tum imperium arripere molitur. Ob id adversus fratribus in prælium

Romano non solum proceres regni, sed etiam natos A Fontaneticum eos concitat. Juncti duo adversus unum, heu! omnibus Christianis lamentabile bellum et sociale ac civile conferunt. Non armis dissimiles, non habitu gentis distincti, solum castris obversi. Francorum innumerus populus acie gladii feritur, et olim gentibus cæteris formidabilis, in vulnere suo bacchatur. Cruenta victoria duobus tamen fratribus inscribitur. Tertius elabitur, atque Aquisgrani in regiam tandem se recepit. Gloriosus deinde rex atque inclytus juvenis Carolus, non longe post, impigre una cum fratre Ludovico rem cœptam accelerat: atque Lotharium fratrem imperatorem ab Aquisgranis terrent. Qui nimia celeritate una cum uxore ac filiis usque Lugdunum ac Viennam progreditur. Ibi receptis copiis, aliquantulum substitit. Et discurrentibus dam Teduanæ veniunt : ibi sub quodam pacto imperium inter se dividere statuunt. Sic Lotharius imperator in superiorem Franciam revertitur. Diviso postmodum imperio, unusquisque eorum ad partem suam regendam et disponendam progreditur. Non multo post Lotharius filium suum Ludovicum, quem in Italia regem fecerat, ut imperatoris nomen sortiretur, per Drogonem patruum Romam mistit. Cui Sergius jam tunc pontifex coronam imposuit, acclamante universo populo, imperator et Augustus est salutatus. Lotharius imperator infirmari se conspiciens, regnum inter filios dividit, Carolo minori Provinciam et partem Burgundiæ: Lothario medio filio sedem suam : Ludovico imperatori Italiam consignare jubet. Ipse vero in Prumiæ monasterium regno temporis se exuens ingreditur tonsuratus, et monachus effectus, aliquot diebus interpositis defungitur, anno ab Incarnatione Domini octingentesimo sexagesimo quinto, imperii vero vigesimo tertio; atque ibi in basilica sancti' Salvatoris a fratribus reverenter humatur. Hujus imperatoris tempore ossa beatissimi Andeoli martyris, ipso revelante, reperta in loco qui antiquitus Gentibus dicitur, in Vivariensi parochia sito. Bernardus Viennensis episcopus sub hujus imperio moritur, et Aglimatus Viennensem suscepit episcopatum. Amulo quoque Lugdunensis episcopus efficitur. Et pontifex Romanus Gregorius moritur atque ejus loco Sergius ordinatur. Illo defuncto, Leo succedit. Quo obeunte, Benedictus in sede apostolica substituitur, jam tamen defuncto sedem recepit : post pauculos annos Agobardus apud D Lothario imperatore. Sub hujus imperatoris tempore, Segari Beneventanorum dux a suis interficitur, et ab interfectoribus Sarraceni a Beneventanis evocati, intra civitatem Beneventum recipiuntur.

> Ludovicus imperator in Italia. Hic, post obitum patris, octavo anno, mortuo fratre suo Carolo minore, et Lugduni sepulto, in monasterio sancti Petri, in ecclesia sanctæ Mariæ semper virginis, cum fratre Lothario regnum fratris mortui partitur. Accepit autem partem Transjurensis Burgundiæ simul et Provinciam : reliquam partem Lotharius rex sibi retinuit. Anno Incarnationis Domini octingentesimo quinquagesimo primo, jubente patre, Ludovicus im-

sidia Saracenorum exercitum movet, et, interfecto duce Saracenorum, Amalmater Beneventum recepit. At Lotharius rex, frater ejus, a pravis consiliariis deceptus, diu de duarum feminarum connubio vacillando pene totam Ecclesiam contra se concitavit. Ob id duo metropolitani episcopi Trevericus et Colonicus, Theuthaudius et Guntharis sententia apostolica damnati. Cœtus synodales subinde evocati. Patruus ejus præclarissimus in regibus Carolus cum ei saniori consilio semper consulere vellet, nihilominus juvenilis animus ad voluptatem præceps resisteret, tandem vincere, volens extra consilium Italia ingressus, ad fratrem imperatorem ire, Beneventum aggreditur. Piissimus rex Casilio pontificis Romani superatus tandem, a re illicita quiesceret : plurimis tamen episcopis Gallorum contradicentibus, qui spiritu Dei tacti periculum generale in Ecclesia Dei oriri timebant, ne pon. tifex Romanus favoribus inclinatus a definitionibus pietatis exorbitando, Romanæ Ecclesiæ vulnus erroris infligeret. Perrexit secundum libitum suum, egit apud Ecclesiam Romanam quod ei pro tempore justum visum. Sed cum rediret, falsis spebus incitatus, divino indicio infirmatus, usque Placentiam civitatem pervenit, ibique defunctus in ecclesia B. Antonini martyris sepelitur. Anno octingentesimo sexagesimo secundo regnum ejus gloriosi patrui ejus inter se dividunt. At Ludovicus imperator, ingressus Beneventum, anno Incarnationis Domini C octingentesimo sexagesimo octavo, pene omnia castella et oppida Beneventanorum, quæ a Francis recesserant Saracenisque se junxerant, sub ditione sua recepit, loca sanctorum, quæ impii Saraceni ac perfidi Christiani contaminarant, Deo adjutore instaurando et restaurando purgavit. Nicolaus papa, vir religione præcipuus, moritur. Ac in atrio ante portas B. Petri, non longe a membris Benedicti prædecessoris sui sepelitur. Cujus tempore translata sunt membra sanctorum Eusebii ac Pontiani Viennatibus, et in basilica apostolorum reverenter condita. Huic Adrianus in episcopali ordine succedit. Pius et inclytus rex Carolus, aliquot annos adversus Danos atque Northmannos variis eventibus dimicans, pontem miræ firmitatis adversum impetum D eorum super fluvium Sequanam fieri constituit, positis in utriusque capitibus castellis artificiosissime fundatis, in quibus ad custodiam regni præsidia deposuit. Hujus pii regis studium pene in disponendis causis ecclesiasticis hactenus viguit. Hic ex regina Ermentrude quatuor filios suscepit : Ludovicum, Carolum, Carlomannum et Lotharium. Ex his Deo in clericali habitu duos obtulit, Carlomannum, et Lotharium : sed Lotharius, puer bonæ indo-

perator in ducatum Beneventanorum contra præ- A lis, immatura morte præreptus est : Carolus quoque, vir satis honestæ formæ juvenis, rex Aquitanis jam constitutus, adversa primum molestatus et dehonestatus injuria, moritur. Anno itaque Incarnationis Dominicæ octingentesimo sexagesimo sexto, regnante eodem Carolo Ludovici filio, duo filii illius, ut dictum est, moriuntur. Lotharius abbas et Carolus rex Aquitanorum, avunculus quoque ejus Rodulphus consiliarius primusque palatii hominem exuit: necnon et Rodulphus archiepiscopus Aquitanorum. Et duo principes Aquitanici, Landricus et Muno inter se dimicantes semet interimunt. Robertus quoque atque Ranulphus, viri miræ potentiæ armisque strenuis et inter primos ipsi priores Northmannorum, gladio necantur. Denique Lotharius, ante obirolus in hoc itinere ejus assensit, si forte vel con- B tum patris sui Ludovici imperatoris, decimo octavo anno unctus ab imperatore, tres filios ex Ermengarde Hugonis filia habuit. Qui dividens regnum patris cum fratibus suis, accepit regnum Romanorum, et totam Italiam, et partemiFranciæ orientalem, totamque provinciam. Ludovicus vero præter Noricam, quam habebat, tenuit regna quæ pater suus illi dederat, id est Alamanniam, Thoringiam, Austrasiam, Saxoniam, et Avarorum, id est Hunnorum, regnum. Carolus quoque medietatem Franciæ ab occidente et totam Neustriam Britanniam, et maximam partem Burgundiæ: Cotiam, Vasconiam, Aquitaniam submoto inde Pippino filio Pippini, et in monasterio S. Medardi attonso. Çui postea inde per fugam elapsus in Aquitaniam regressus multo tempore fugiendo latuit. Iterumque a Ranulpho præfato per fidem deceptusest, et ad Carolum adductus, Silvanecto perpetuo est exsilio detrusus. Ludovicus vero rex Noricorum, id est Bajovariorum, Ludovici imperatoris filius, anno Incarnationis Domini octingentesimo septuagesimo octavo regnum inter filios suos divisit, Carlomannum videlicet, Ludovicum et Carolum, ipse tamen super filios principatum tenens. Anno Incarnationis Domini octingentesimo septuagesimo nono ex hac vita decessit, et mortuo jam filio ejus Carolo, reliqui filii regnum ejus sequenti anno inter se apud Ambianensem urbem æqua sorte partiuntur. Quorum alter, id est Ludovicus, post tres annos moritur. Porro frater ipsius Ludovici Carolus, Ludovici imperatoris filius, anno Incarnationis Domini octingentesimo septuagesimo septimo moriens, reliquerat filium Ludovicum, qui eodem anno regnum suscepit paternum. Quo tempore Joannes papa in Gallias venit. Et apud civitatem Trecas diu moratus est, habuitque synodum episcoporum, in qua Immaurus Lauduni Davitti episcopus, post avulsionem oculorum suorum episcopatu est donatus. Ludovicus quoque filius Caroli, Carolum qui dictus est Simplex hæredem regni puerum dimisit. Qui Ludovicum ex Eagina

PATROL. CXXIII.

5

Anglorum regis filia, antequam captus esset, genuit.

SANCTI ADONIS

VIENNENSIS ARCHIEPISCOPI

MARTYROLOGIUM

AD. MSS. EXEMPLARIA RECENSITUM

Opera et studio HERIBERTI ROSWEIDI Ultrajectini societatis Jesu théologi.

PRECEDIT

VETUS ROMANUM MARTYROLOGIUM

OPERI SUO AB ADONE PRÆMISSUM.

(Ex Bibliotheca Patrum maxima.)

EPISTOLA DEDICATORIA.

S. D. N.

PAULO V PONTIFICI MAXIMO

BEATITATEM PP.

Romam redit, sanctissime Pater, quod Romæ olim conceptum, quod Roma profectum, quod Romam ad originis suæ sedem anhelabat Vetus, id est Romanum Martyrologium : quod prædecessores vestri summa cura in Urbe collectum, singulari fide conscriptum, maximo beneficio in Romani orbis diæceses transmiserunt. Et vero redit ad solem radius, ad fontem rivulus, ad stipitem ramus, ad cælum sidus. Romam redit, ubi apostolicæ sedis cardo et caput vertitur; ubi veritatis origo, fidei caput, cælestis Magistri doctrina servatur; ubi pietatis viget schola, ubi apostolorum fulget metropolis; ubi clarissime mundi lampades, Petrus et Paulus, lucent (Anacl. 1, *epist.* 3; Cypr. *de Unit. Bcc.;* Sozom. 1. III c. 7. Chrysost. *Nom.* 31, *in* VII *Rom.*).

Ad eum redit a cujus olim prædecessoribus, ipso nascentis Ecclesiæ exordio, originem duxit : a Clemente, inquam, I, Romano pontifice, qui primus regionatim notarios distribuit, quigesta martyrum sollicite et curiose, per suam quisque regionem, perquirerent. Inde Anteros diligenter perquisita in ecclesiastica tabularia retulit. Post Fabianus majorem quoque curam adhibuit ne quid simulata fide irreperet, perspicaces fidosque cibis diaconorum oculos notariis adjungendo. Quo quidem munere fortia sanctorum facta colligondi, ut nihil antiquius apud sanctæ Romanæ Ecclesiæ præsules fuit, ita nihil præclarius suscipi potuit, quam eorum memoriam posteritati commendare, quorum animas in cœlum receptas, et Dei fruitione beatas loquuntur miracula, votivæ testantur tabulæ, ut non tam pie id credere, quam verissime profiteri possimus. Habent enim nescio quam vim ad excitandum vel augendum in mentibus fidelium internæ religionis ardorem, ut præclare olim divus Leo scripserit (Leo, serm. de S. Laur. ; Ambros. serm. 39, de Nazario et Celso). Ad erudiendum Dei populum, nullorum est utilior forma quam martyrum eloquentia : facilis ad exhortandum sit ratio, efficax ad suadendum, validioratamen sunt exempla quam verba : et plenius est opere docere quam voce. Habent et robur vel maximum ad majorum fidem pectoribus primitus inserendam, tenacius. Magni, inquit magnus Ambrosius, periculi res est, si post prophetarum oracula, post apostolorum testimonia, post martyrum vulnera, veterem fidem quasi novellam discutere præsumas; et post tam manifestos duces, in errore permaneas : et post morientium sudores, otiosa disputatione contendas. Quodsi

olim illustris fidei athleta Athanasius, ingens sibi lucrum et utilitatem duxit, quod unius recordaretur Antonii; quas fidei flammas, quos virtutum igniculos in hominum animis excitabunt tot martyrum trabeatæ, tot purpuratæ, tot russatæturmæ, sub unius fidei rutilanti flammula militantes, et diversis victoriæ coronis insignitæ ? tot confessorum, tot virginum prætextata agmina, in diversas cohortes tributa, diversosque virtutum manipulos cum exultatione circumferentia ?

Inde factum, ut cum Acta martyrum tanta cura et diligentia perquisita, per notariossanctæ Romanæ Ecclesiæ conscripta, per diaconos cognita, ac demum per ipsos, Romanos pontifices probata, atque in Ecclesiæ archivis recondita, in immensum excrescerent, breve ex iisdem Martyrologium conficeret, quo dies tantum et locus passionis, ut habet S. Gregorius, notaretur; atque ita facilius eorum memoria sacris ditptychis insereretur, et eorumdem in Missariis solemniis commemoratio fieret. Quod quidem Martyrologium Viennensis archiepiscopus Ado, cum Ravennæ ecclesiasticis, ut credo, negotiis occupatus versaretur, a sancto quodam episcopo nactus, qui id a Romano pontifice acceperat, suo Martyrologio præfigendum duxit; ejus videlicet memor, quod ab Innocentio I olim scriptum : (Innoc. I, *epist. 25, ad synodum Chalced.*, apud August., *opist.*). Ut inde sumerent cæteræ ecclesiæ, velut de natali suo fonte aquæ cunctæ procederent, et per diversas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ remanerent.

Fero nunc ad Sanctitatem Vestram Vetus hoc Romanorum Martyrologium, quod Gregorius pontifex maximus ad Eulogium Alexandrinum episcopum scribens, per orbem universum dispersum et optavit et credidit. Fero quod Ado annis abhinc octingentis tanti fecit, ut venerabile et perantiquum duxerit, sibique velut prima operis sui lineamenta adumbrata proposuerit, quod suis rursus coloribus pingeret, lucis splendore illustraret. Fero quod ad hunc usque diem latuit : cujus desiderio tantopere flagrabat cardinalis Baronius, ut animi sui testes tabulas exstare voluit, quibus editorem excitaret, et gratiam ante beneficium reponeret. Hoc igitur Martyrologium fidentius ad Sanctitatem Vestram defero, quanto plurium gravissimorum virorum patrocinio comitatum venit.

Adjunxi ipsius Adonis Viennensis archiepiscopi Martyrologium, ea fide curaque recensitum, ut affirmare non verear parum id a calamo menteque auctoris abesse. Intererat profecto Reipublicæ Christianæ ne quid magni viri titulo legeretur quod ipsius non esset, ne quid corruptum ejus nomine circumferretur, aliena assutum manu; ne viri auctoritatem secuta posteritas, erroris funiculos necteret; ne quoque Adoni quidquam abjudicaretur, cui certissimum ab unanimi codicum suffragio testimonium esset. Id olim tanti fecit Aloysius Lipomanus Veronensis primum episcopus, inde Bergomensis, vir gravissimus, et concilii Tridentini cum collegis præses, ut auro contra charum duxerit.

Hæc igitur omnia ad Romanam sedem defero, sanctissime Pater, ad cujus olim insessorem Theodorum papam Africani Patres sua detulere; magnum utique et indeficientem omnibus Christianis fluenta redundantem apud apostolicam sedem consistere fontem, nihil ambigentes. De quo rivuli prodeunt, affluenter, universum largissime irrigantes orbem Christianorum. Cui etiam in honorem beatissimi Petri Patrum decreta peculiarem omnem decrevere reverentiam, in requirendis Dei rebus. Quæ omnino et sollicite debent, maxime vero justeque ab ipso præsulum examinari vertice apostolico : cujus vetusta sollicitudo est tam mala damnare, quam probare laudanda.

Accipe igitur, Sanctissime Pater, has primas sanctorum primitias; et ut olim Pauli I beneficio sacra sanctorum lipsana, collapsis vetustate commeteriis, per titulos, diaconias et monateria fuere distributa, ut aris honorarentur, ornarentur memoriis, ita Pauli V beneficium loquatur posteritas, quod latentes sanctorum vitæ in apertum producantur, et lucem aspiciant. Ita voveo :

> Sanctitati Vestræ devolus flüus. Heribertus Rosweydus S. J.

LECTORI SALUTEM.

Vetus hoc Romanum Martyrologium expressi ex codice mss. Pantaleonis quæ Coloniæ e D. Benedicti familia celebris abbatia est, quem mihi perbenigne Carthusia Coloniensis submisit. Prætixum hoc erat Adonis Martyrologio, cui Ado ipse olim præfixerat, uti testatur ejus præfatio. Ex eo codice Jacobus Mosander, Carthusiæ Coloniensis religiosus, ante annos aliquot Adonis Martyrologium expressit, omisso hoc veteri Romano Martyrologio; magno tamen ejus in doctorum virorum animis relicto desiderio. Etsi duoscodices mss. Martyrologii Adonishabuerim (de quibus dicam ad ipsum Adonem), in solo tamen hoc tertio S. Pantaleonis, vetus hoc Romanum Martyrologium comparuit. Quare sicubi error aliquis irrepserit, memineris quam difficile sit ex unius codicis fide, quæ subinde vacillat, fidelissime omnia exprimere. Operam certe dedi ut quam maxima fide haberes omnia. Hinc paucula, quæ videntur ab exscriptore inserta, quod Adoni desint, qui veteris hujus Martyrologii vestigiis semper insistit, virgula notavi et in margine monui Adoni ea

deesse. Et quidem inserta illa fere Coloniam, ubi A prietatum exsultatione, nunc ex municipalium soliber hic scriptus erat, et vicina loca spectant. Eorum rationem hic in notationibus invenies

Enimvero vetus hoc Romanum Martyrologium, fontem esse omnium aliorum Martyrologiorum, qui vel leviter inspexerit, non dubitabit asserere. Ado certe ex hoc fonte suas aquas derivavit. Et ut fontis latex ab origine sua recedens sensim augescit, et in rivum aquis undique confluentibus abit : idém factum huic Martyrologio : quod nunc a Beda, nunc ab Usuardo, nunc ab Adone, nunc ab aliis paulatim increvit. Licebit nunc ad fontem digitum semper intendere. Eo enim fine caput fontis, quod hactenus latebat, in apertum produxi.

lemnitatum proprietate : et est omnis publicæ lætitiæ luxuria captatrix. Sed tu poregrinus es mundi hujus, civis supernæ Hierusalem. Noster, inquil, municipatus in cœlis *(Philip.* пг). Habes tuos cen-sus, tuos fastos; nihil tibi cum gaudiis sæculi.

Cyprianus, epistola 37.

Dies eorum, quibus excedunt, adnotate, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus.

Augustinus, lib. xx, contra Faustum, cap. 31

Populus Christianus memorias martyrum religiosa solemnitate concelebrat, et ad excitandam imitationem, et ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adjuvetur.

Tertullianus, de Corona militis, cap. 13.

Coronatur et vulgus, nunc ex principalium pro-

DE HOC VETERI ROMANO MARTYROLOGIO ELOGIA

Nos pene omnium martyrum, distinctis per dies singulos passionibus, collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum vene-ratione Missarum solemnia agimus : non tamen in eodem volumine, quis qualiter sit passus, indicatur; sed tantummodo locus et dies passionis poni-tur. Unde fit ut multi ex diversis terris atque provinciis per dies (ut prædixi) singulos cognoscantur martyrio coronati. Se hæc habere vos beatissimos credímus.

Barionus in prolegomenis ad Maryrologium Romanum, cap. 8.

Hoc ipsum simplex absque alio additamento Romanum Martyrologium, idemque perbreve, in quo tantum nomina martyrum, locus, ac dies passionis positi haberentur, est illud ipsum cujus meminit Ado.

Gregorius papa ad Bulogium, episcopum Alexan-B Ado Viennensis archiepisc. in præfatione Marty-drinum, epist. 29, lib. v11, ind. 1. rologii sui.

Huic operi, ut dies martyrum verissime notarentur qui confusi in Kalendis satis inveniri solent, adjuvit venerabile et perantiquum Martyrologium ab urbe Roma Aquileíam cuidam sancto episcopo a pontifice Romano directum, et mihi postmodum a quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum quod ego diligente cura transcriptum, positus apud Ravennam, in capite hujusoperisponendum putavi.

Baronius ubi supra.

Porro in omnibus quæ viderim Martyrologiis Ado-nis impressis, illud ipsum Roma acceptum desideratur. Egregiam certe, ac viris eruditis dignam optatamque navasset operam Mosander, si ejusmodi illustre vetustatis monumentum, quod in suo manuscripto Adone haberi testatur, una cum ipso Mar-tyrologio Adonis, quod post Surium ad septimum tomum Vitarum sanctorum adjecit, edidisset.

VETUS ROMANUM MARTYROLOGIUM.

С

ADO PECCATOR LECTORI SALUTEM.

Ne putes me in hoc opere in vacuum laborasse, et rem non necessariam exsecutum fuisse, breviter tibi causam facti aperiam.Primum fuit imperium ac jussio sanctorum virorum,ut supplerentur dies, qui absque nominibus martyrum in Martyrologio (quod venerabilis Flori studio in labore domini Bedæ accreverat) tantum notati erant. Deinde collecti undecunque passionum codices animum in tantum susci- D Ravennam, in capite hujus operis ponendum putavi. taverunt, ut non solum præteritas dierum festivitates, verum et aliorum, qui per totum annum ibi notatim positi erant, latius et paulo apertius describerem, infirmioribus fratribus, et minus legere valentibus serviens, ad laudem omnipotentis Dei; ut in memoriis martyrum haberent compendiosam lectionem, atque in parvo codicillo, quod multo labore alii per plures codices exquirunt.

Huic operi, ut dies martyrum verissime notarentur, qui confusi in Kalendis satis inveniri solent. adjuvit venerabile et perantiquum Martyrologium ab urbe Roma Aquileiam cuidam sancto episcopo a pontifice Romano directum, et mihi postmodum a quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum. Quod ego diligenti cura transcriptum, positus apud

Passiones autem sanctorum paulo longius, maxime circa finem, Martyrologio huic insertas non mireris, cum tibi ratio superius reddita, cum factum sit, suffecerit. Ora tantum (impensissime obsecro) ut meritis illorum consocier, quorum triumphos, etsi minus quam debui, excolere optavi. Salutatus in Christo vale.

1

MENSIS JANUARIUS

HABET DIES XXXI; LUNA XXX.

1.		I	AA	Kalend. Janu.	Octava Domini et Circumcisio.
					Romæ, sancti Almachii decollati sub Alippio urbis præfecto.
					Et S. Martinæ virginis.
					Et apud Spoletum, sancti Concordi martyris.
					Et in Ruspensi Ecclesia, sancti Fulgentii episcopi.
2.		II	В	iv Non.	Beati Macarii *.
			-	• • • • • • •	Et Tomis, martyrum Argei, Narcissi et Marcellini.
3.		ш	BC	III Non.	Romæ, Anteros papæ et martyris.
4.		IV	D	II Non.	Apud Cretam, Titi apostolorum discipuli.
					Romæ, martyrum Prisci presbyteri, et Priscilliani, et Benedictæ. Et Dafrosæ.
5.		V	CE	Nonæ.	Romæ, sancti Telesphori papæ et martyris.
					Apud Antiocham, sancti Simeonis monachi.
6.		VI	F	vm Id.	
					Epiphania Domini, id est manifestatio vel apparitio Domini.
7.	,	VII	DG	vn Id.	Relatio pueri Jesu ex Ægypto.
• •					Et sancti Luciani martyris Antiocheni.
					Et Cleri martyris.
8.	1	1	Н	vi Id.	•
9.		-	El	v Id.	
	,	**	M 1	, iu.	Et sancti Juliani et Basilissæ uxoris ejus, et Celsi et Martionillæ ac viginti militum.

ROSWEIDUS LECTORI.

Ne expectes, lector, amplashic notationes. Habes eas apud virum omnis antiquitatis ecclesiasticæ exsequentissimum, cardinalem Baronium. Et quid celox ferat post onerariam? Satis mihi nunc erit loca quædam attingere vel ab aliis præterita, vel depravata, vel minus intellecta. Nihil sine veterum librorum fide mutavi, transposui. Memineris multa alia in textu Adonis correcta, quorum hic rationem non reddo. Longæ enim id operæ esset et minus fortassis gratiæ. Rariora tantum quædam delibavi.

Quæ si non ingrata fuisse intellexera et pari felicitate nancisci aliquando detur Bedam, Usuardum aliosque veteres Martyrologos a vetusta et incorrupta manu (cujus rei partem nunc accepi, et porro spes lautior ab amicis inviolatæ antiquitatis amatoribus affulget), forserit ut omnia veterum Martyrologia una cum Græcorum Menologio, sub unum quando-que conspectum statuam, brevibus notis illustrata. B Ita fiet, ut collisis inter se unionibus, hoc est, collatis inter se sanctorum gestis, et gemmarum spiri-tualium immortalis claritas sese reverberans mutuati luminis detrimenta non noscat· et amico radiorum concursu magis magisque offulgescat.

Si quæ locutionum formulæ minus notæ, nec ad Prisciani semper regulam in his martyrologiis subinde intercurrant, dabis eas sæculo : quas intactas relingucre visum, ut sæculi sui auctorem proderent, Id civitatum tamen nominibus, quæ mss. plerumque accusandi casu ponunt, secutus sum fere sæculi nostri morem, ne et in textu affectatam interpretareris barbariem, et in me'scrupulosam superstitionem reprehenderes. Cujus tamen rei nunc indicium ad finem facio.

Et sane, post omnem diligentiam adhibitam vereor ut non satis caverim, ne quid alienum ab Adone in ejusdem Martyrologium irreperet. Si quæ forte talia sanctorum nomina irrepserunt, sunt fere C Ado (quod existimavit Baronius ad diem 8 Junii, episcoporum aliquot Viennensium et quorumdam C Victorinum hunc fratrem fecit Severini Neapolitani) aliorum sanctorum, haud multum ætate Adonis superiorum, quæ non semper omnes tres codices mss.

A repræsentabant. Nam Scriverii libro, qui omnium vetustissimus erat, quædam horum deerant. Non dubium mihi quin quod aquæ contingit, idem libris evenire. Quo enim illa a fonte magis recedit eo im-purior est, trahens semper aliquid ex puris minus, quos perlabitur, locis : ita quo quis liber vetustior proxime ad auctoris ætatem accedens, ac integrior, et minus admistionis habens a librariorum per ætates succedentium manu. Nota hæc antiquariis, quibus mss. librorum fuit inspectio. Ego certe, qui millenos aliquot ejusmodi tractavi, nunquam aliter deprehendi.

Codicum mss. quibus nunc usus sum, hæc notatio est.

E. notat codicem Everbodiensem.

P. notat codicem S. Pantaleonis.

S. notat codicem Petri Scriverii.

• Beati Macarii. Post 18 Januarii : et Macarii abbațis, Antonii discipuli. Duo hi sunt Macarii eclebres in Ægypto olim monachi, et monachorum Patres. Non dubium existimant designari Ægyptum et Alexandrinum. Sed quis, quo die, hoc vero non æque certum. Et vereor ne bactenus aliter notatum quam oportuit. Volunt Alexandrini natalem celebrari 11 Januarii ; Ægypti vero 15 ejusdem : quod nescio quibus auctoribus astrui possit. Certe hoc Martyrologium, et cum eo Beda, Usuardus, Ado, non aliter hos Macarios distinguunt quam qnod eum, cujus natalis est 15 Januarii, vocent Antonii discipulum. Atqui Antonii discipulus non Ægyptius, sed Alexan-drinus fuit, ut colligere est ex Palladii Lausiaca bistoria, cap. 20, vel tertius aliquis. Vide Notationes nostras ad Vitas Patrum.

b Neapoli Severini confessoris Victorini fratris, Post 5 Septembris. Romæ Victorini martyris, fratris Severini, qui post miram ponitudinem Amilernine urbis episcopus et martyr factus est. Non igitur tam quam Vetus Romanum secutus Martyrologium uti se res vere habuit, hac quidem in re expressit.

145

147				S. ADONIS ARCHIEPISC. VIENNENSIS 148
10.	ш	K	ıv Id.	In Thebaida, sancti Pauli eremitæ.
				Et in Cypro, Nicanoris de septem diaconibus.
11	IV	FL	m Id.	
				In Africa, Salvii martyris.
12.	V	M	n Id.	Arcadii martyris.
13.	VI	GN	Idus.	Romæ via Lavicana, militum quadraginta sub Gallieno imperatore. Pictavis, sancti Hilarii.
14.	۷Π	0 xn	Kal. Feb.	Nolæ, Felicis presbyteri, in Pincis sepulti.
15.	I	HP	xvnı Kal.	
				Et Macarii abbatis, Antonii discipuli.
16.	п	Q	xv11 Kal.	Et Isidori.
17.	ш	IR	xvı Kal.	
				Apud Thebaidem, Antonii monachi.
18.	IV	S	xv Kal.	
				Et S. Priscæ martyris.
19.	v	KT	xıv Kal.	In Smyrna, sancti Germanidi martyris ad bestias damnati.
,				Et Spoleti, sancti Pontiani martyris decimo nono Kal. passi, decimo quinto sepulti, decimo sexto in sepulcro mutati, quando celebrior dies ejus agitur.
20.	TI	V	xın Kal.	• •
	••	•		Et Marii, Marthæ, Audifax, Abacuc.
				Et Sebastiani in vestigiis apostolorum sepulti
21.	vп	LA	x11 Kal.	
				Athenis, sancti Publii episcopi cui Militenus a Paulo episcopus or- dinatus.
22.	1	B	xı Kal.	Sancti Vincentii diaconi et mart. in Spaniis
				Ad aquas Silvias • [Ado, Salvias], sancti Anastasii monachi.
23.	п	MC	x Kal.	Romæ, sanctæ Emerentianes virginis.
				In Mauritanea Neocæsareæ, Severiani et Aquilæ.
				Philippis, Parmenæ diaconi.
24.	111	D	ıx Kal.	Ephesi, Timothei apostoli.
				Antiochiæ, S. Babylæ episcopi.
25.	[¥	NE	vm Kal.	Conversio sancti Pauli apostoli.
				Apud Damascum, S. Ananiæ, qui ipsum Paulum baptizavit.
26.	V	F	v11 Kal.	
				Et Theogenis cum aliis triginta sex.
27.	VI	OG	vı Kal.	Constantinopoli, Joannis Chrysostomi.
				Et dormitio S. Paulæ.
28.	VII	H	v Kal.	
				In civitate Apollonia, Leucii, Thyrsi, mart.
29.		AI	ıv Kal.	
30.	п	K	m Kal.	· · · · · · · · · · · · · · · · · · ·
				Hierosolymis, Matthiæ episcopi, qui octavus fuit post Jacobum.
••				B. Alexandri Deciana persecutione passi.
31.	III	BL	и Kal.	Alexandriæ, sancti Mettani martyris.
				Trientinæ, sancti Vigilii episcopi et martyris.
	Adag	yuas Silvia	s sancti An	astasi monachi. Ms. nem exhibent Salvias Seu Silvias legas cum Ms. seu

• Ad aquas Silvias sancti Anastasi monachi. Ms. iber diserte hic habet Silvias. Sic in Vita S. Gordiani 10 Maii. Uxorom ejus Marinam in pago quodam, quem Aquas Silvias vocant, rusticorum servituti adduci præcepit: ubi tamen Excepta apud Adonem exhibent *Salvias* Seu *Silvias* legascum Ms. seu cum vulgato *Salvias*, eumdem tamen locum putem designari. Vide Baronium ad diem 23 Januarii et 9 Julii.

MENSIS FEBRUARIUS

HABET DIES XXVIII

.

1. 17

CM

Kal. Antiochiæ, Ignatii episcopi et martyris. Smyrnæ, Pionii martyris et aliorum quindecim.

•		•		
149		1	ARTYROLOGIUM CUM ADDITAMENTIS.	50
2. v	N	iv Non.	Hypapante Domini. Cæsareæ, Cornelii centurionis, ipsius urbis episcopi.	
3. VI	DO	III Non.	Et Aproniani martyris Romæ. B. Celerini diaconi, et Celerinæ aviæ ejus, et Laurentini, et Ignati	
4. VII	P	II Non.	In civitate Ægypti Thmuis, beati Phileæ ejusdem urbis episcopi et Phile romi tribuni, et innumerabilium martyrum.	
5. I	EQ	Nonæ.	S. Agathæ virginis, apud civitatem Catanensium.	
6. II	R	viii Id.	Apud Cæsaream Cappadociæ, S. Dorotheæ virginis, et Theophili scholastici.	
7. m	FS	vn Id.	Sancti Moysetis, qui, petente Mauvia Sarracenorum regina, episcopu gentis illius factus est.	15
8. IV	Т	vi Id.	SS. Dionysii, Æmiliani, et Sebastiani.	
0 v	GV		Alexandriæ, S. Cointæ martyris.	
9. v 10. " vi	Å	v Id. Iv Id	Alexandriæ, Apolloniæ virginis. Romæ, Zotici, Irenæi, Hyacinthi et Amantii.	
10. 🖝	А	IV Iu.	Et Soteris virginis. Via Lavicana, militum decem.	
łi. vn	HB	m Id.	Alexandriæ, S. Euphrasiæ virginis.	
12. 1	C	u Id.	Barcinonæ, Eulaliæ virginis et martyris.	
			Alexandriæ, Molesti et Ammonii.	
13. II	ID	Idus.	Agabi prophetæ in Novo Testamento, apud Antiochiam.	
41		W. M	In Militana Armeniæ. S. Polyeucti mart.	
14. m	E	xvı K. Mar.	Romæ, Valentini presbyteri. Et sancti Valentini Interamnensis episcopi.	
13. IV	KF	xv Kal.		
			Apud Sebasten, passio S. Blavii [al., Blasii] episcopi.	
16. v	G	xıv Kal.	Sancti Onesimi apostoli.	
17. v i	LH	xm Kal.	Et in Cumis, S. Julianæ virginis. In Perside, B. Polychronii episc. et mart.	
18. VII	I		Hierosolymis, Simeonis episcopi et mart.	
			Et Romæ, martyrum Claudii, Præpedignæ, Alexandri, et Cutiæ, o Maximi.	et
19. I	MK		omæ, Gabinii presbyteri et martyris.	
9 0. m	L	x Kal. A	pud Tyrum, martyrum quorum numerum Dei scitientia sola colligi quos Veturius magister militiæ, jubente Diocletiano, diversis torment occidit.	t., is
21. 111	NM	rx Kal. II	a Sicilia, martyrum septuaginta novem sub Diocletiano, diversis to mentis passorum.	r-
22. IV	N		pud Antiochiam, Cathedra sancti Petri. lexandriæ, Abilii episcopi.	
2 3. v	00	vı Kal. A Ç	pud Sirmium, Sinerii [Ado, Syreny] monachi. Juadraginta duo [Ado, sexaginta duo] martyrum. Lomæ, Polycarpi presbyteri.	
24. VI	P	vi Kal. S F	. Matthiæ apostoli. 21 Inventio capitis præcursoris. 22 pud Cæsaream Cappadociæ, Sergii mart.	
25. VII	Q	v Kal. A	pud Ægyptum, Victorini, Victoris, Nicophori, Claudiani, Diosc. Ser pionis et Papiæ.	8-
26 . 1	R	I	pud Pergem Pamphiliæ, beati Nestoris episcopi. Jexandriæ, Alexandri gloriosi senis episc.	
27. 11	S	m Kal. A	lexandriæ, Juliani martyris, et Euni, qui cum ipso sene in confession verduravit.	16
28. 111	T	ıı Kal.		

•

.

•

•

MENSIS MARTIUS

HABET DIES XXXI; LUNA XXX.

1.	IV	A	Kal. Mart.	Sanctorum martyrum ducentorum sexaginta temporibus Claudii, qui via Salaria arenam fodientes damnati fuerant.
2.	V	B	vi Non.	Romæ, Jovini et Basilei. Et plurimorum martyrum sub Alexandro capitali sententia damna-
3.	¥I	C	. v Non.	torum. SS. Hemitherii et Cheledonii apud Calogurrim martyrio corona- torum.
4.	VII	D	iv Non.	Cæsaræ, Marini militis, et Asterii senatoris. Lucii papæ et martyris. Et martyrum nongentorum qui sunt positi in cœmeterio ad sanctam Ceciliam.
5.	I	Е	m Non.	Antiochæ, Phocæ martyris. Et sancti Eusebii Palatini et aliorum octo [<i>Ado</i> , novem] mart.
6.	п	F	11 Non.	and the second
7.	111	G	Nonæ.	In Mauritania civitate Turburbitanorum, SS. martyrum Perpetuæ et- Felicitatis.
8.	IV	Н	viii Id.	Apud Carthaginem, sancti Pontiani diaconi, B. Cypriani, qui Domi- num semper in passionibus suis glorificans, coronam vitæ promeruit.
9.	v	I	vii ld.	In Nyssena civitate sancti Gregorii episcopi fratris Basilii. Barcinonæ, Paciani episcopi.
10.	۷ĭ	K	vı Id.	
11.	AII	L	v Id.	
12.	1	M	ıv Id.	
13.	11	N	m Id.	
14.		0	n Id.	
15.	14	Р	Idus.	Thessalonicé, Matronæ ancillæ et martyris.
16.	v	Q	xvii K. Apr.	
17.	٧ſ	R	xvı Kal.	S. Patritii episcopi, qui primus apud Scotos prædicavit.
18.	VîI	S	xv Kal.	Sancti Alexandri episcopi, qui cum Narcisso Hierosolymitanæ Ecclesiæ gubernaculum suscepit.
19.		Т	xıv Kal.	In Penarense civitate, B. Joannis, magnæ sanctitatis viri. Apud Surrentum, Quinti, Quintillæ, Quartillæ, Martiæ [Ado, Marci]. cum aliis octo [Ado, novem].
20.	п	V	xm Kal.	Archippi, commilitonis Pauli apostoli.
21.	ш	A	xu Kal.	In Cassino castro, Benedicti abbatis. Et Serapionis anachoretæ.
22,	1V	В	xı Kal.	Narbonæ, sancti Pauli episcopi, discipuli apostolorum.
23.	۷	C	x Kal.	In Africa, martyrum Victoriani, Frumentii, item et Frumentii, et duo- rum germanorum Vandalica persecutione sub Hunnerico rege pas- sorum.
24.	VI	D	ıx Kal.	Romæ, Pigmenii presbyteri et martyris, sepulti in cometerio Pon- tiani.
25.	VII	E	vm Kal.	Annuntiatio Dominica, et crucifixio. Romæ, Cirini martyris.

-

-

153		MARTYROLOGIUM CUM ADDITAMENTIS. 186
		Nicomediæ, Dulæ martyris. Apud Sirmium, Irenæi episcopi et martyris.
26. I	F	vn Kal. Romæ, sancti Castuli Zætarii palatii.
		Apud Pantapolim Lybiæ, Theodori episcopi.
27. 11	G	vi Kal. Apud Ægyptum, Joannis Eremitæ, prophetici spiritus viri.
28 . III	H	v Kal. Apud Cæsaream Palæstinæ, martyrum Prisci, Malchi, et Alexandri, qui persecutione Valeriani bestiis traditi sunt.
29. IV	I	v Kal. Apud Africam, confessorum Armogastis, Archinimi, et Satyri, tempore Vandalicæ persecutionis.
30. ▼	K	111 Kal. Romæ, Quirini tribuni et martyris, patris sanctæ Balbinæ.
31. VI	L	11 Kal. Romæ, S. Balbinæ virginis, sepultæ in cæmeterio Prætextati juxta pa- trem Quirinum.

MENSIS APRILIS

HABET DIES XXX, LUNA XXIX.

 rizavit, sepulta via Salaria. N Non. Apud Cæsarem Cappadociæ, S. Theodosiæ virginis et martyris cæsæ. II Non. Thessalonicæ, virginum Agapes et Chioniæ. Tomis, Evagrii et Benigni. Apud Tauromenium, sancti Pancratii. M P II Non. Mediolani, B. Ambrosii episcopi et confessoris. 	capitis
Tomis, Evagrii et Benigni. Apud Tauromenium, sancti Pancratii. 4. 111 P 11 Non. Mediolani, B. Ambrosii episcopi et confessoris.	
4. III P II Non. Mediolani, B. Ambrosii episcopi et confessoris.	
5. IV Q Nonæ. Thessalonicæ, S. Irenes virginis.	
Apud Ægyptum, Martianæ, Nicanoris, Apollonii.	
6. v R viii Id. Xysti papæ et martyris, temporibus Adriani passi.	
7. vi S vii Id. Hegesippi, qui vicinus apostolicorum temporum exstitit.	
8. vn T vi Id. Turonis, Perpetui episcopi.	
9. 1 V V Id. Antiochiæ, Prochori diaconi, qui unus est de septem.	
Apud Sirmium, vu virginum, quæ in unum coronatæ sunt.	
10. n A IV Id. Ezechielis Prophetæ.	
Romæ, Martyrum plurimorum, qui ab Alexandro papa baptizat	i sunt.
11. m B m Id. Gortinæ, Philippi episcopi, qui claruit Antonini Veri et Lucii ribus.	tempo-
12. IV C II Id. Via Aurelia, Julii papæ et confessoris sub Constantio ariano.	
13. V D Idus. Apud Pergamum Asiæ, Carpi episcopi et Papyrii, Agathonicæ et multarum.	aliarum
14. vi E xviii K. Mai. Romæ, in cœmeterio Prætextati, martyrum Tiburtii, Valerianiet l	laxi mi.
13. vii F xvii Kal. Cordubæ, Olympiadis et Maximi.	
In Italia, Maronis, Eutychetis, et Victorini.	
16. I G xvi Kal. Apud Corinthum, Callisti et Carisii, cum aliis vii, in mare mei	'sorum.
17. II H XV Kal. Apud Africam, sancti Mappalici.	
Antiochiæ, Petri diaconi et Hermogenis.	
18. m I xıv Kal. Apud Mesanam Apuliæ, Eleutherii episcopi, et Anthiæ matris e	jus.
Romæ, Apollonii senatoris.	
19. IV K XIII Kal. Apud Corinthum, Timonis diaconi de septem.	
In Militana, Hermogeni, Caii, Expediti, Aristonici, Rufi Galatæ.	
20. v L x11 Kal. Inventio sanctarum reliquiarum multarum instabel •.	

Insentio sanctarum reliquiarum multarum instabel. Hic vero non mediocriter hæsi, et etiamnum hæreo. Nihil hujus rei in Adone vel in alio Martyrologio occurrit. Suspicor additum hoc ab exscriptore, et designari celebre monasterium apud Eburones Stabeletum seu Stabuletum. Suspicionis meæ fundus est, quod hic postea habetur 17 Novembris : Dedicatio sancti Petri ad MalAdar, quod Malmundarium esse, vicinum Stabuleto monasterium, ibi firmabimus. Sed quæ multæ hæ, et quando inventæ reliquiæ in Stabuleto ? Certius dixerim, quando reconditæ et occultatæ sint. Sigebertus in Chronico

155	•		S. ADONIS ARCHIEPISC. VIENNENSIS 136
			Romæ, Victoris episcopi et martyris. Sulpitii et Serviliani.
21. VI	M	xı Kal.	In Perside, S. Simeonis episcopi et cum aliis centum, et Ustazadis et Abdellæ, et Ananiæ, et Pusicii.
22. VII	N	x Kal.	Romæ in cœmeterio Calisti, Caii papæ.
			In Perside, Martyrum plurimorum sub Sapore Persarum rege.
			Cordulæ, Parmenii, Helimenæ et Chrysoteli presbyterorum; et Lucæ et Mucii, diaconorum.
23 . I	0	ıx Kal.	In Perside civitate Diospoli, Georgii mart.
24 . II	B	vnı Kal.	
25. m	Q	vn Kal.	Alexandriæ, Marci evangelistæ.
26. IV	R	vı Kal.	Romæ, Anacleti papæ et martyris.
			Et Marcellini, papæ et martyris.
27. ▼	T	v Kal.	
			Nicomediæ, Anthimi episcopi cum innumera multitudine martyrum.
28. VI	Т	ıv Kal.	Ravennæ, sancti Vitalis martyris, patris SS. Gervasii et Protasii.
			Alexandriæ, Theodoræ virginis, et Didymi.
29. vn	A	m Kal.	Apud Paphum, Tychici apostolorum discipuli.
30. 1	B	11 Kal.	Martyrum Mariani et Jacobi, in Lambesitana urbe cum aliis multis de- collatorum.
		;	Quirini martyris ^b .
			Et Vigilia apostolorum.

anno Christi 882: Bodom anno Godefridus et Sigifridus reges Northmannorum, cum inæstimabili multitudine juxta Mosam in loco Hafton considentes, Leodium, Trajectum, Tungros, Coloniam Agrippinam, Bonnam cum adjacentibus castellis comburunt. Aquis in palatio equos stabulantes, oppidum et palatium incondunt. Prætorea monasterio Stabulans, Malmundarium, Indam, Prumiam, sacri Ordidis in utroque sexu ministri, ubi poterant opportunius, latebant; et sanctorum corpora et pignora locis tutioribus absconderant. Paria habet Anselmus canonicus Leodiensis in Gestis pontificum Leodiensium, c. 37, qui exhibet, apud Halos juxta Mosam conscendentes. Atque hæc Northmannica vestatio aliquot annostenuit. Unde fleri potuit, ut reliquiæ ante annos aliquot occultatæ post inventæ fuerint, et inventionis memoria in sacros fastos prolata.

Vocis etymon exprimit Harigerus, abbas Lobiensis, in Gestis episcop. Leodien. cap. 52. Invenit tandem locum (Remaclus) operi futuro competentem, cui ob confluentiam ferarum undique illuc vel ad potam vel ad pastum concurrentium, velut ad stabulum, inditum Stabulaus antiquitus erat vocabulum. Ita vocis affinitate etymon venatur Harigerus. Non minus festive Everbelmus, abbas Altimontensis, in vita sancti Popponis Stabulensis abbatis, 25 Jan. c. 21. Stabulaus, ubi stabilis laus a fidelibus perpetuo concinitur. Ut appareat nullo horum respectu nomen olim inditum, sed post pro cujusque etymon accomodatum. Conditum hoc fuit monasterium anno 651 a Sigeberto rege, Sigeberto teste in Chronico. Vide infra ad diem 17 Novemb., nbi de Malmundario.

• Brminonis confessoris. Deest hic Adoni, et in nullo Martyrologio, ea quidem terminatione, comparet. Existimo indicari S. Brminum, episcopum et abbatem Lobbiensem quem hoc die invenio in Martyrologio Usuardi aucto a Carthusia Coloniensi anno 1521, de quo ita Molanus in Additionibus ad Usuardum, 25 Aprilis ex proprio loci Martyrologio : Laubiis, transitus S. Ermini, episcopi et confessoris. Ex quo Baronius Martyrologio Romano a se aucto inservit. Sed vetusta Ermini memoria in hoc veteri Romano Martyrologio. Quanquam cum Erminus Adoni desit, qui sanctos omnes veteris Romani martyrologii exprimit videtur Adonis tempore non fuisse in veteri Romano Martyrologio, sed post additus, fors. a religioso S. Pataleonis Coloniæ, ubi liber hic scriptus est.

Moyerus, lib. 1 Annal. Flandriæ notat eum successisse S. Ursmaro in regimine episcopatus et abbatiæ anno septingentesimo decimo tertio. Florarium meum sanctorum ms. ponit ejus obitum anno Christi septingentesimo trigesimo septimo. Meminit ejus Trithemius Do vir. illustr. Ord. sancti Benedicti lib. 111, cap. 160, et lib. IV. cap. 180, ubi utrobique Herwinus pro Brminus. Meminit et Molanus in Indiculo et Natalibus SS. Belgii. Acta ejus Laubiis seu Lobiis in monasterio apud Binchium reperiuntur scripta a synchrono.

Nec mirum bic *Brminonem* dici ab aliis *Brminum*. Sic qui nunc usitate *Servatius* dicitur, dictus est olim etiam *Servatio*, ut habetur apud Severum Sulpitium lib. III Hist. sacr.

^b Quirini martyris. Deest hic hoc loco Adoni, aliisque Martyrologiis. Puto intelligi Quirinum martyrem, cujus natalem hic ante habes 30 Martii. Hoc autem loco rursus insertus est a Martyrologii hujus exscriptore ob translationem corporis ejus de qua ita Carthusia Coloniensis ad Usuardum 30 Aprilis; in diæcesi Coloniensi, oppido Nussia, translatio S. Quirini tribuni et martyris. Cujus sacrum corpos nobilis domina Gepa abbatissa a papa impetratum, ab wrbe Roma Nussiam transluti, et in suo monasterio penerabiliter collocavit. Atque hinc existimo sua Molanum ad Usuardum hausisse.

MENSIS MAIUS

HABET DIES XXXI, LUNA XXX

1.	H	C	Kal. Mai.	Jeremiæ Prophetæ.
•		•		Et Apostolorum Philippi, et Jacobi fratris Domini.
2.	ш	D	vi Non.	
_		_		Et Saturnini et Neopolis, qui in carcere requieverunt.
3.	IA	E	v Non.	
				Romæ via Numentana, Alexandri Papæ, et Eventii et Theoduli presbyte-
-				rorum.
4.	V	F	rv Non.	In civitate Gaza Sylvani episcopi cum plurimis clericorum suorum coro-
		C	No.	nati.
э.	VI	G	III Non.	
e		H	T Non	Thessalonicæ, Irenæi et Peregrini.
0.	VII	а	n Non.	B. Evodii Episcopi, qui primus ab apostolis Antiochiæ ordinatus est.
				Et S. Lucii Cyrenensis, qui Cyrenæ ab apostolis episcopus ordinatus est.
				Et S. Joannis apostoli quando ante portam Latinam in ferventis olei do- lium missus est.
7.		I	Nonæ.	Juvenalis martyris.
	•	•	1101160.	Et Flaviæ Domitillæ.
				Nicomediæ, Augusti et Augustini.
8.	71	K	vm Id.	Mediolani S. Victoris martyris.
	m	Ē	vn Id.	In Perside martyrum cccx.
		-		Apud Nazianzi oppidum, Gregorii episcopi theolog.
10.	IV	M	vi Id.	
-				Via Latina, Gordiani et Epimachi.
				Et Calepodii senis presbyteri.
11.	V	N	▼ Id.	Romæ via Salaria, S. Anthimi.
12.	VI	0	ıv Id.	In cœmeterio Pretextati, Nerei, et Achillei fratrum.
				Via Aurelia, sancti Pancratii martyris.
				Et Dionysii.
13.	VII	P	m Id.	Servatii Episcopi.
				S. Mariæ ad martyres dedicationis dies agitur, a Bonifacio Papa sta-
				tutus.
14.	I	Q	n Id.	In Syria, Victoris et Coronæ martyrum.
15.	п	R	Idus.	Torquati, Ctesiphontis, Secundi, Indalecii, Cæcilii, Esicii, Euphrasii, qui
		-		Romæ ab apostolis ordinati sunt.
16.		S	xvn K. Jun.	
17.		ť		In Tuscia, Torpetis martyris sub Nerone.
18.		V		Apud Ægyptum, Dioscori lectoris.
19.	VI	A	XIV Kal.	Romæ, Potentianæ virginis.
				Et Prudentis, discipuli Pauli.
മറ		в	www.Wal	Et Caloceri et Partheni Eunuchorum. Via Salaria, S. Basiliæ virginis et martyris.
- 2 0.		B C		In Mauritania Cæsariensi, Timothei, Polii.
ୁମ. କ			xi Kal.	In Africa, Casti et Æmilii.
	n m	D E	x Kal.	
24.		F	ix Kal.	S. Vincentii martyris.
	**	r.	ia ital.	In Istria, Zoelli, Silvani.
25.	T	G	vm Kal.	In cœmeterio Prætextati, S. Urbani episcopi et martyris.
	vi	Ĥ	vn Kal.	Apud Athenas, Quadrati discipuli apostolorum.
	VII	ī	vi Kal.	In Mæsia civitate Dorostorensi, Julii martyris.
28.		K	▼ Kal.	Joannis Papæ.
				In Sardinia, Æmilii, Felicis.
				· ·

150			S. ADONIS ARCHIEPISC. VIENNENSIS	16
29. 11	L	ıv Kal.	Via Aurelia, Restituti,	
			Via Tiburtina, Septem germanorum.	
			Treveris, S. Maximi episcopi confessoris.	
30 m	M	m Kal.	Via Aurelia in cœmeterio, Felicis papæ.	
			Turribus Sardiniæ, Crispuli et Gabinii.	
31 IV	N	11 Kal.	Romæ, Petronillæ virginis.	
			Aquileiæ, Cantii, Cantiani, Cantianillæ.	

MENSIS JUNIUS

HABET DIES XXX, LUNA XXIX.

1. v		0	Kal. Junii.	Dedicatio sancti Nicomedis martyris.
				Et sancti Pamphili martyris.
2.	VI	P	ıv Non.	Romæ, Marcellini presbyteri, et Petri exorcistæ.
3 V	ù (Q	ui Non.	Apud Aretium Tusciæ, martyrum Pergentini et Laurentini. In Campania, Erasmi episcopi et martyris.
4 . I		R	II Non.	Apud Illiricum civitate Siscia, sancti Quirini episcopi et martyris.
5. 1	11	S	Nonæ.	Bonifacii martyris apud Tharsum xIV, die mensis Maii passi, Romæ Nonis Junii sepulti.
6. 1	U	Т	vm Id.	Philippi diaconi de vu apud Cæsaream.
				Romæ, Artemii, Candidæ, et filiæ eorum Paulinæ.
				Apud Tharsum, xx martyrum.
7. 1	v	v	vn Id.	Apud Constantinopolim, Pauli episcopi.
		•		In Cappadocia, Luciani martyris.
8. 1	٧	A	vı Id.	
9. 1	VI	B	v Id.	Romæ in Cœlio monte, Primi et Feliciani martyrum.
10. 1	II	C		Romæ via Aurelia, Basilidis, Tripodis et Mandalis, et aliorum xx.
				Et Getuliimartyris, et Cerealis.
				Barnabæ apostoli ^a .
11. 1	1	D	m Id.	Et Sosthenis apud Corinthum, discipuli Pauli ^b .
				Aquileiæ, Felicis et Fortunati.
12.	IT	E	n Id.	Mediolani, Nazarii et Celsi, quorum inventio 11. Id. Junii, martyrium v.
				Kal. Augusti.
13. 1	m	F	Idus.	Romæ S. Feliculæ virginis martyris.
14. 1	v	G	xvIII K. Julii.	Elisæi prophetæ.
				In Cappadocia, sancti Basilii fratris Gregorii et Petri.

• *Et sancti Maurini martyris.* Deest hic Adoni. Non expressi hunc in textu, quia ascriptus erat recentiori manu : haud dubie a religioso S. Pantaleonis, libri hujus exscriptore. Nam Coloniæ in S. Pantaleonis, templo, corpus S. Maurini in veneratione habetur. Ibidem martyrio coronatus est die 10 Junii, cujus sepulcrum usque ad annum 968 occultum fuit. Quod quomodo detectum sit, post obitum Brunonis archiepiscopi Coloniensis, præsule Folcmaro ejus successore, vide apud Stephanum hujus inventionis descriptorem circa annum Domini 990, ad Christianum abbatem, cujus inventionis memoria recolitur 13 Octobris. Hac autem die passum testatur sarcophagi inscriptio, quæ apud eumdem exstat.

Hic requiescunt case bonæ memoriæ Maurini Qui in atrio ecclesiæ Martyrium pertulit Sub die quarto Idus Junii.

Quo vero anno hic martyrium pertulerit, non invenio expressum : nam quod Baronius ad diem 10 Junii, et Erhardus Winheim in sacrario Agrippinæ, notant annum 670 ex Trithemio de vir. illustr. Ord. S. Benedicti lib. III, cap. 134, vereor ut labantur. Non enim de nostro hoc Maurino agit Trithemius, sed de alio, Claroangi olim in Arvernia abbate, socio S. Præjecti episcopi, quorum natalis dies in Romano Martyrologio apud Baronium exstat 28 Januarii, qui Maurinus, nunc Marinus, nunc Marianus nunc Amarinus, dicitur. Labendi occasionem dedit, quod Maurinus noster dicatur in atrio Ecclesiæ martyrium pertulisse. Et paria de altero Maurino scribit Trithemius: quanquamin Præjecti et Maurini martyrio 28 Januarii nulla *atrii Beclesiæ* mentio habeatur, sed occisi dicantur *in loco quodam, quem Volonicum appellant*: unde forte Trithemius, quod de Maurino Coloniensi martyre in sarcophago legitur, Maurino Arverno martyri attribuit. b Et Sosthenis apud Corinthum, discip. Pauli.

^b Et Sosthenis apud Corinthum, discip. Pauli. Infra 28 Novembris Sosthenis discipuli apostolorum. Ita Martyrologium hoc duos videtur facere Sosthenes, et alterum ab altero distinguere. Duplex Sosthenis memoria in sacris litteris Actorum c. 18. Apprehendentes autem Sosthenem, priucipem synagogæ, et I Cor. I Paulus vocatus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Sosthenes frater. Interpretes unum eumdemque hunc statuunt. Quæ si vera sententia, potuit ejusdem diverso die diversas ob causas memoria agi.

161				MARTYROLOGIUM CUM ADDITAMENTIS.	162
			man Wal		
15.	V	H	xv11 Kal.	In Sicilia, Modesti, Viti et Crescentiæ martyrum.	
				Dorostori, Esychii militaris.	
16.		I	xvı Kal.	Antiochiæ Cyrici et Julittæ matris ejus, et aliorum cccci	
17.	¥11	K	xv Kal.	Romæ, Martyrum cclxII.	
18.	ł	L	xıv Kal.		
19.	n	M	xın Kal.	Mediolani, Gervasii et Protasii.	
				Et Commemoratio Nazarii et Celsi ^a .	
				Ravennæ, Ursini martyris.	
20.	111	N	xn Kal.	Romæ, Novuti, fratris Timothæi presbyteri, qui ab apostolis eruditi s	unt.
21.	IV	0	xı Kal.	Syracusis, martyrum Rufini et Martiæ.	
				Romæ, Demetriæ virginis.	
22.	V	Р	x Kal.	Albani martyris ^b .	
				Nolæ Campaniæ, Paulini episcopi.	
23.	VI	Q	ıx Kal.	Sancti Joannis presbyteri, via Salaria vetere sepulti.	
24.	VII	Ř	vin Kal.	Nativitas Præcursoris Domini.	
25.	I	S	vn Kal.	Apud Pyrriberceani, Sosipatris discipuli Pauli.	
				Alexandriæ, Gallicani martyris.	
				Romæ, Luciæ virginis cum aliis x11.	
26.	п	Т	vı Kal.	Romæ, Joannis et Pauli fratrum.	
27.		Ā	v Kal.	Apud Galatiam, Crescentis discipuli Pauli apostoli.	
				Apud Tiburtinem Italiæ, Symphorosæ cum vii filis.	
28.	tw	В	ıv Kal.	Romæ, Leonis papæ.	
<i></i>		2		Alexandriæ, Plutarchi, Sereni Heraclidis, Herois, Potamicenæ, Mare	ellæ
				et aliorum.	
29.	v	С	m Kal.	Romæ, apostolorum Petri et Pauli.	
30 .		D		Natalis Luciæ, discipulæ Apostolorum.	
		-		et Colei Deest anidem zorii at Colsi	

• Bicommemoratio Nazarii et Celsi. Deest quidem horum commemoratio hoc loco in Adone, tam vulgato quam ms. Idem tamen 12 Junii, cum de Inventione Nazarii et Celsi agitur, addit : Commemoraiio etiam eorum publica et celebris in die sanctorum Gerasii et Protasii a fidelibus populis frequentatur, et venerabiliter excolitur; qui hic ipse dies est. Cum quo convenit Florarium sanctorum ms., quod 12 Junii, in die inventionis SS. Nazari et Celsi habet : Apud quos dam in die sanctorum Gerasii et Protasii agitur corum (Nazarii et Celsi) festiva commemoratio. Quare vides non sine ratione vetus hoc Martyrolium Romanum, hoc die, quo de Gervasio et Protasio agitur, etiam junxisse commemorationem Na-

zarii et Celsi. ^b Albani martyris. Correctum erat Albini, uti etiam in Adone est. Quod factum puto in posterioribus exemplaribus scriptis post annum 991. Nam cum eo anno Theophania Othonis II uxor, S. Albani corpus Roma Coloniam transferens sanctorum Gervasii et Protasii templo huic, olim six vocato, nunc S. Pantaleoni sacro donasset, veniens ex itinere Moguntiam, in differentiam Moguntinensis Albaniæ, de consilio ejus loci episcopi, hunc Albinum, qui sub Diocletiano anno 286, mense Junii 22, passus est, vocavit. Ita Erbardus Winheim in Sacrarlo suo Agrippinæ pag. 141. Vide Sacrarium nostrum rerum Moguntiacarum I. 11, c. 28.

MENSIS JULIUS

HABET DIES XXXI LUNA XXX.

1.	VII	Е	Kal. Julii.	In monte Hor, Aaron, sacerdotis, prima sub lege.
2.	I	F	vi Non.	In cœmeterio Damasi, Processi et Martiniani, ab apostolis Petro et Paulo- baptizatorum.
				Et trium militum, qui cum Paulo apostolo passi sunt.
				Et martyrum Aristonis, Crescentiani, Eutychiani, Urbani, et alierum.
3.	n	G	v Non.	Translatio Thomæ apostoli.
			•	Apud Constantinopolim, Eulogii.
				Laodiciæ, Anatolii episcopi.
				Et Gregorii martyris.
4.	iii	П	tv Non.	Oseæ et Aggæi.
				Jocundiniani martyris.
				Apud Sirmium, Innocentii, Sabbatii, cum aliis xxx.
5.	IV	Ι	m Non.	In Syria, sancti Domitii martyris.
				Romæ, Natale Zoæ, uxoris Nicostrati.
6.	¥	K	n Non.	Isaiæ et Joel prophetarum.

163				S. ADONIS ARCHIEPISC. VIENNENSIS 164
•				Et octavæ Apostolorum.
				Et primus ingressus apostoli Pauli in urbem Romam.
		•		Et Tranquillini martyris.
				Et natalis sancti Goaris confessoris.
7.	VI	L	Nonæ.	Alexandriæ, sancti Pantæni.
			•	Romæ, martyris Nicostrati primiscrinii.
				Claudii, Castorii, Victorini, Symphroniani.
8.	TI	M	vm Id.	In Asia minori, Aquilæ et Priscillæ uxoris ejus.
				In Palæstina, Procopii martyris. + Maralana, civitate Brictii episcopi.
-		37	vn Id.	Romæ ad Guttam jugiter manantem, Zenonis et aliorum x. w. ccm.
9.	1	N	vii iu.	In civitate Tyriæ Anatoliæ et Audacis.
				Cyrilli episcopi et martyris.
10.	11	0	vı Id.	
10.		v		In Africa, Januarii Marini, Naboris et Felicis.
				Romæ, Rufinæ et Secundæ.
11.	111	Р	v Id.	In Armenia minore, martyris Januarii.
12.	IV	Q	ıv Id.	Aquileiæ, Hermagoræ episcopi, discipuli sancti Marci.
				Apud Cyprum, Nasonis, antiqui Christi discipuli.
13.	¥	R	m Id.	Esdræ et Joel prophetarum.
		~		Et SS. Confessorum Eugenii episcopi, universi cleri Ecclesiæ.
14.		S	n Id.	Apud Pontum, Phocæ episcopi civitatis Synopis. Nisibi, Jacobi episcopi.
15.	¥11	Т	Idus.	Romæ in Portu, Eutropii, Zozimæ et Bonosæ sororum.
40		v	xvii K. Aug.	
16.	1	v	AVII IL. AUD.	Apud Antiochiam Syriæ, Eustachii episcopi.
17.	11	A	xvı Kal.	
Ţ,				thurii, Felicis, et aliorum vn.
18.	ш	В	xv Kal.	Carthagine, S. Guddenes virginis martyris.
19.	IN	· C		Hispali, SS. Justæ et Rufinæ.
20.	.¥	D	xIII Kal.	Joseph, qui cognominatus est Justus, qui a Judzeis pro Christo multa
				perpessus, victor in Judæa quievit.
% .	VI	E	x11 Kal.	
				Romæ, Praxedis virginis.
••			- Kal	Massiliæ, Victoris martyris. S. Mariæ Magdalenes.
22.	VII	F	xı Kal.	Et Syntyches, quæ Philippis dormit.
				Ancyræ, Platonis martyris.
23.	T	G	x Kal.	
24.		Ĥ	ıx Kal.	Romæ via Tiburtina, Vincentii.
	••			Apud Emeritam Hispaniæ, Victoris militaris.
				Circa lacum Vulsinum in Italia, Christinæ virginis.
25.	ш	I	vm Kal.	
				Civitate Samo, Christophori martyris.
26.		K	vn Kal.	
27.	V	L	vi Kal.	
6 2		M	- Val	Nicomediæ, Harmolai presbyteri. Nicomediæ, sancti Pantaleonis martyris. *
28.	VI	M	v Kal.	Mitomonia, Ballon I alleacoulis marajero.

• Nicomeia, S. Pantaleonis martyris. Scripta hæc erant capitalibus iisque miniatis litteris, quod scilicet hic Patronussit templi et monasterii S. Pantaleonis Coloniæ, ubi Martyrologium hoc exscriptum est. Habent ibi caput sancti Pantaleonis, quod eo Constantinopoli delatum est ab equite Henrico van Ulmen, anno Christi 1208. Cujus translationis memoria Coloniæ celebratur 18 Jan., ut habet Martyrolog. P. Canisii. Alius igitur Pantaleon, cujus caput Lugdunum delatum, ut habet Sigebertus in Chronico anni Christi 802. Legati imperatore Caroli ab Aaron Amira venientes, in cætora munera etiam ossa Cyri ani Carthaginiensis martyris, et Sperati primi Scillitanorum martyrum, et caput Pantaleonis mar tyris in Franciam a forunt. Fortassis hic Pantaleon unus fuit e sociis Sperati, aliorumque Scillitanorum martyrum; etsi inter eos Pantaleonis nomen in Martyrologiis non exprimatur. Colligere quis possit ex Adone in Chronico anno 806. Tunc temporis delata sunt ossa B. Cypriani a Carthagine cum reliquis beatorum Scillitanorum martyrum Sperati sociorumque ejus, et posita sunt in ecclesia B. Joannis Baptislæ in civitate Lugdunensi. Non meminit hic Ado Pantaleonis, fors. eum sub Sperati sociis comprehendens. Quanquam idem in Martyrologio 17 Julii exprimit caput Pantaleonis, et a reliquis Scillitanorum

165	MARTYROLOGIUM CUM ADDITAMENTIS.			
29. VII	N	rv Kal.	Romæ, Felicis papæ et martyris sub Constantio.	
			Et Simplicii, Faustini et Beatricis.	
30. 1	0	m Kal.	Romæ, Abdon et Sennis.	
			Turbulo Lucernariæ, Maximæ, Donatillæ et Secundæ virginum.	
31. п	Р	11 Kal.	Cæsareæ, Fabii martyris.	
martvrum	distingui	. Agobardus	guoque Lugdunen- taleomonem Vigilijs in Apulia, Pantaleon aut	em et

martyrum distinguit. Agobardus quoque Lugdunensis episcopus carmine de harum reliquiarum adventu, Pantaleonis nomen exprimit. Plures igitur fuerunt Pantaleones. Certe in Martyrol. Rom. 27. Jul. et Pantaleomonem medicum Nicomediæ habes, et Pantaleomonem Vigiliis in Apulia. Pantaleon autem et Pantaleemon idem quibusdam nomen: nam qui Pantaleon Rom. Martyrol. Pantaleemon in Menologio dicitur: ubi et alius Pantaleon 17 Septembris socius Charalampi martyris.

MENSIS AUGUSTUS

HABET DIES XXXI, LUNA XXIX.

1.	111	Q	Kal. Aug.	Romæ, ad S. Petrum ad Vincula. Antiochiæ, SS. Machabæorum. Philadelphiæ martyrum Cyrilli, Aquilæ, Petri et aliorum.
2.	IV	R	ıv Non.	Vercellis, Eusebii episcopi. Romæ, Stephani papæ et martyris. In Bithynia, Theodotæ cum tribus filiis.
3.	V	S	III Non.	llierosolymis, Inventio corporis beati Stephani, Gamalielis, Nicomedi, Abibon.
		~		Constantinopoli, Hermelli martyris.
4.	VI	Т	11 Non.	Aristarchi discipuli apostolorum.
		v	Nonm	In crypta Arenaria, Tertullini martyris Romæ.
5. 6.	VII	V A	Nonæ. vni Id.	In civitate Augusta in Rhætia, sanctæ Afræ martyris.
0.	1	A	Vill Iu.	Romæ via Appia, Xisti papæ et martyris. Felicissimi et Agapiti diaconorum in cœmeterio Prætextati.
7.	••	В	vn Id.	Apud Aretium, Donati episcopi et martyris.
1.	н	D	vii iu.	Romæ, Petri, Julianæ, cum aliis xvm.
				Mediolani, Fausti martyris.
8.	m	C	vi Id.	
9.	17	D	v Id.	Romæ, Romani militis.
			V 10.	Vigilia sancti Laurentii.
10.	v	Е	ıv Id.	
10.	•			Et militum clxv.
11.	VI	F	m ld.	
•••	••	•		Et Susannæ virginis martyris.
12.	VII	G	п Id.	
		-		In Syria, Macarii et Juliani.
13.	1	н	Idus.	• •
	•			In foro Syllæ, Cassiani.
14.	п	I	xix K. Sept.	Romæ, Eusebii presbyteri et confessoris, sub Constantio Ariano, sepulti
		-		In cœmeterio Callisti.
15.	m	K	xvm Kal.	Sanctæ Mariæ dormitio.
				Sancti Tharsitii acolythi et martyris.
16.	IV	L	xvn Kal.	
				Romæ, Serenæ, uxoris Diocletiani Augusti.
17.	♥.	M	xvı Kal.	In Africa, martyrum Liberati Abbatis, Bonifacii diaconi, Servii et Rustici, et aliorum sub Wandalica persecutione.
				Cæsareæ, Mammetis martyris.
18.	¥I	N	xv Kal.	
			-	Romæ, Joannis et Crispi presbyterorum.
19.	AIT	0	xıv Kal.	Sancti Magni seu Andreæ martyris, cum sociis duobus milibus bxcvn.
•		_		Romæ, Julii senatoris et martyris.
2 0.	1	P	xm Kal.	Samuelis prophetæ.

167			5	S. ADONIS ARCHIEPISC. VIENNENSIS	168
				Et Porphyrii hominis Dei.	
21.	11	Q	xn Kal.	Salonæ, Anastasii martyris.	
22.		Ř		Romæ via Ostiensi, Timothæi martyris.	
AA •	•••	~		Et Antonii martyris.	
				Et peregrinorum martyrum Martialis, Epicteti. Saturnini cum eorum.	sociis
23.	IV	S	x Kal.	Romæ, Hippolyti, Quiriaci et Archillai.	
	•••			Zachæi episcopi.	
				Theonæ episcopi.	
24.	v	Т	ıx Kal.	Bartholomæi apostoli et martyris.	
				Massæ Candidæ, Carthagini.	
25.	VI	A	vm Kal.	Romæ, Genesii martyris, mimi. Thymelicæ artis magister fuit.	
				Et sancti Genesii Arlelatensis.	
				Romæ, quatuor martyrum Eusebii, Pontiani, Peregrini et Vin	centii.
26.	VII	B	vn Kal.	Zephyrini papæ.	
				Irenæi, Abundii.	
				Bergamis, Alexandri.	
				Apud Victimilium, Secundi martyris.	
27.	1	C	vı Kal.	Capuæ, Rufi martyris, Apollinaris discipuli.	
				Tomis, Marcellini et Manneæ.	
28.	п	D	v Kal.	Romæ, Hermetis martyris.	
				In Africa, Augustini episcopi.	
				Constantinopoli, sancti Alexandri episcopi.	
2 9.	ш	Е	ıv Kal.	Romæ ad Arcum Faustini, Sabinæ martyris.	
				Eo die veneratur decollatio S. Joannis Baptistæ.	
30.	IV	F	m Kal.	Via Ostiensi, Felicis et + Audacti martyrum.	
31.	¥	G	u Kal.	Apud Athenas, Aristidis, qui Adriano Principi de religione Chri libros obtulit.	stiana

.

.

MENSIS SEPTEMBRIS

HABET DIES XXX, LUNA XXX

1.	VI	H	Kal. Sept.	Jesu Nave et Gedeon prophetarum.
			•	Capuæ, Prisci martyris, de illis antiquis Christi discipulis.
				Apud Cæsaream Cappadociæ, Longini militis et martyris, qui latus Do- mini in cruce aperuit.
2	VII	I	iv Non.	Apud Apamiam, Antonini martyris.
3.	1	K	III Non.	Romæ, Seraphiæ virginis, IV Kal. Augusti passæ, II. Kal. sepultæ III Non. Septembris memoria passionis ejus celebrior.
4.	п	L	u Non.	Moysis prophetæ.
-				Ancyræ, martyrum trium puerorum, Rufini, Silvani, Vitalicæ.
5.	m	M	Nonæ.	Romæ, Victorini martyris, fratris Severini, qui post miram pænitudinem Amiternæ urbis episcopus et martyr factus est.
				Romæ, Herconi.
6.	TV	N	vn Id.	Zachariæ prophetæ.
•••	••			Et Onesiphori Pauli discipuli.
				Et confessorum Donatiani et cæterorum.
7.	(V	0	vn Id.	Joannis martyris, qui Nicomediæ sub Diocletiano librum iniquæ legis minutatim discerpsit.
8.	VI	Р	vı Id.	Nativitas Dei Genitricis Mariz.
				Et Adriani martyris cum xxm martyribus.
				Et Nataliæ.
9.	VII	Q	v Id.	Nicomediæ, Dorothei et Gorgonii martyrum quorum unus, Gorgonius, Romam transfertur.
				In Sabinis, Hyacinthi, Alexandri Tiburtii.

16	,		M	ARTYROLOGIUM CUM ADDITAMENTIS. 170
10.	I	R	w Id.	In Africa, episcoporum Nemesiani, Felicis, et aliorum vn. Apud Chalcedonam, Sosthenis et Victoris.
11.	п	S	m Id.	Romæ, Hyacinthi et Proti eunuchorum.
12.		Т		Ticini, confassoris Syri, et Eventii, discipulorum Hermagoræ, Aquile- iensis primi episcopi et martyris.
13.	IV	v	Idus.	In Alexandria, Philippi episcopi et martyris, qui primum præfectus fuit
14.	v	A XVII	K. Octob.	Romæ, Cornelii episcopi et martyris.
	•			Carthagine, Cypriani episcopi et martyris. Exaltatio sanctæ Crucis, ab Heraclio imperatore a Persis Hierosoly- mam reportatæ, quando et Romæ lignum sa.utiferum Crucis a Sergio papa inventum ab ommi populo veneratur.
15.	71	B	xvıı Kal.	
	VII	Č	xvii Kal.	
		-		Romæ, Luciæ et Germiniani martyrum.
17.	1	D	xv Kal.	Romæ Justini presbyteri, ad quem B. Laurentius in vico Patricii nocte venit.
		_	•	Item Narcissi et Crescentiani.
18.	11	E	xıv Kal.	Methodii, Olympi Lyciæ, et postea Tyri episcopi, qui sub Diocletiano martyrio coronatus est.
19.	m	F	xm Kal.	Neapoli, Januarii, Socii, Festi, Desiderii, Proculi, Eutychetis, Acuti, Et Pelei, et Nili.
2 0.	IV	G	xıı Kal.	In Cyzico, Faustæ virginis, et Evilasii.
21.	V	Н	xt Kal.	
22.	V1	I	x Kal.	Mauritii cum sociis, qui Thebæi fuisse referuntur, sub Maximiano passi
2 3.	VII	K	ıx Kal.	Mesenathæ, Sosii diaconi, annorum xxx martyris. Et Theclæ virginis, Seleuciæ quiescentis.
24.	I	L		Conceptio Joannis Baptistæ.
25.	п	M		Cleophæ, cui Dominus post resurrectionnem in via apparuit.
26.	111	N	vı Kal.	Romæ, Cypriani episcopi Antiochiæ passi, et cum martyre Justina Romam translati.
27.	IV	0	v Kal.	In Ægæa civitate, Cosmæ et Damiani, Anthimi, Leontii et Euprepii.
28.	V	Р	ıv Kal.	Cordubæ Fausti, Januarii et Martialis martyrum.
29.	¥I	Q	m Kal.	In monte Gargano venerabilis memoria archangeli Michaelis. Et Romæ, dedicatio ecclesiæ ejusdem archangeli, a B. Bonifacio papa constructæ in Circo, qui locus Internubes dicitur.
30.	VII	R	n Kal.	Bethleem, Hieronymi presbyteri.

MENSIS OCTOBER

HABET DIES XXXI, LUNA XXX.

1. 1	S	Kal. Octob.	Tomis civitate, Prisci, Crescentii et Evagrii.
			Et Remis civitate sancti Remigii episcopi
2 п	T	vi Non.	Nicomediæ, Eleuterii martyris sub Diocletiano, et innumerabilium alio- rum, quos iratus Diocletianus pro incenso palatio, diversis tormentis odio Christiani nominis occidit.
3. m	v	v Non.	Athenis, Dionysii Areopagitæ ^a , sub Adriano diversis tormentis passi, ut Aristides testis est in opere, quod de Christiana religione composuit: hoc opus apud Athenienses inter antiquorum memorias clarissimum tenetur.

Athenis Dionysii Areopagitæ, sub Adriano diversis tormentis passi, etc. Mox 9 Octobris : Parisiis, Dionysii episcopicum sociis suis a Fescennino gladio animadversi. Vid :s auctoritate hujus Martyrologii, duos distingui Dionysios die et loco. Nec aliter vetusti martyrologii, Beda, Usuardus, Ado,

Notkerus. Ut suspicio esse non possit apud hos aliquid post additu n, cum ipsi, quod in veteri hoc Romano Martyrologio invenerunt, ex fide dederint. Acc iratam bujusos rei disq iisitionem audio in viri docti manibus esse; quare supersedeo.

PATROL. CXXIII.

171			5	ADONIS ARCHIEPISCOPI VIENNENSIS 172
4 .	14	•	17 Non.	Apud Corinthum Crispi et Caii. Apud Ægyptum, Marci et Martiani fratrum, cumque eis innumeræ mul- titudinis.
5	۷	B	m Non.	Eumeniæ, Thraseæ episcopi, apud Smyrnam coronati, qui unus fuit ex antiquis.
6.	VI	C	n Non.	Pagaris episcopi Laodicensis, de antiquis Pauli apostoli discipulis.
	VII	D	Nonæ.	Romæ, Marci papæ.
		P	vm Id.	Et Juliæ, Sergii, et Bacchi. Marcelli, et Apuleii, qui primo adhæserunt Simoni Mago, deinde apo- stolo Petro : sub Aureliano consulari viro, martyrio coronati. Gortinæ, Philippi episcopi.
8.	1.	E		Thessalonicæ, Demetrii martyris.
9.	11	F	vn Id.	Abrahæ patriarchæ. Parisiis, Dionysii episcopi cum sociis suis a Fescennino gladio animad- versi.
10.	m	G	vi Id.	
			- •	Creta, Syniti inter episcopos nobilissimi.
11.		н	v Id.	Apud Tharsum, martyrum Tharaci, Probi, et Andronici.
12.	۲.	I	ıv Id.	Apud Africam, sanctorum confessorum quatuor millium DCCCC LXXVI, sub persecutione Wandalica passorum.
13.	VI	K	m Id.	Troade, Carpi, apostoli Pauli discipuli.
				Antiochiæ, Theophili episcopi, qui sextus ab apostolis fuit.
14.	VII	L	n Id.	•••
		M	Idu	
15.	I•			
16.	11	N	xvii K. Non.	Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione.
	11		xvii K. Non. xvi Kal.	Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione. Marthæ sororis Lazari. Et Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi discipulis.
16.	11 111	N	xvii K. Non.	Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione. Marthæ sororis Lazari. Et Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi discipulis. Lucæ evangelistæ
16. 17.	11 111	N O	xvii K. Non. xvi Kal.	Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione. Marthæ sororis Lazari. Et Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi discipulis. Lucæ evangelistæ Et Asclepiadis, Antiocheni episcopi.
16. 17. 18.	11 111 14	N O P	xvii K. Non. xvi Kal. xv Kal.	 Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione. Marthæ sororis Lazari. Et Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi discipulis. Lucæ evangelistæ Et Asclepiadis, Antiocheni episcopi. Romæ, Triphoniæ, uxoris quondam Decii Cæsaris.
16. 17.	11 111 14	N O	xvii K. Non. xvi Kal. xv Kal. xiv Kal.	Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione. Marthæ sororis Lazari. Et Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi discipulis. Lucæ evangelistæ Et Asclepiadis, Antiocheni episcopi.
16. 17. 18.	A 111 111 111	N O P	xvii K. Non. xvi Kal. xv Kal.	 Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione. Marthæ sororis Lazari. Et Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi discipulis. Lucæ evangelistæ Et Asclepiadis, Antiocheni episcopi. Romæ, Triphoniæ, uxoris quondam Decii Cæsaris. Antiochiæ, Beronici, Pelagiæ et aliorum xLIX. Et Ptolomæi, qui a quodam centurione Urbicio Judici traditur, et Lucii
16. 17. 18. 19. 20.	A 111 111 111	N O P Q	xvii K. Non. xvi Kal. xv Kal. xiv Kal.	 Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione. Marthæ sororis Lazari. Et Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi discipulis. Lucæ evangelistæ Et Asclepiadis, Antiocheni episcopi. Romæ, Triphoniæ, uxoris quondam Decii Cæsaris. Antiochiæ, Beronici, Pelagiæ et aliorum xLIX. Et Ptolomæi, qui a quodam centurione Urbicio Judici traditur, et Lucii ac Tertii simul decollatorum, qui Alexandriæ sepulti sunt.
16. 17. 18. 19. 20.	vi 111 111	N O P Q R	xvii K. Non. xvi Kal. xv Kal. xiv Kal. xiii Kal.	 Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione. Marthæ sororis Lazari. Et Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi discipulis. Lucæ evangelistæ Et Asclepiadis, Antiocheni episcopi. Romæ, Triphoniæ, uxoris quondam Decii Cæsaris. Antiochiæ, Beronici, Pelagiæ et aliorum xLIX. Et Ptolomæi, qui a quodam centurione Urbicio Judici traditur, et Lucii ac Tertii simul decollatorum, qui Alexandriæ sepulti sunt. Nicomediæ, Dasii, Zotici, Caii, cum XII militibus. Et sancti Hilarionis monachi. Hierosolymis, Marci, qui primus ex gentibus episcopus ibi factus est.
16. 17. 18. 19. 20. 21.	I AI A IA III III	N O P Q R S	хvII К. Non. xvI Kal. xv Kal. xIV Kal. xIII Kal. xII Kal. xI Kal.	 Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione. Marthæ sororis Lazari. Et Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi discipulis. Lucæ evangelistæ Et Asclepiadis, Antiocheni episcopi. Romæ, Triphoniæ, uxoris quondam Decii Cæsaris. Antiochiæ, Beronici, Pelagiæ et aliorum xLIX. Et Ptolomæi, qui a quodam centurione Urbicio Judici traditur, et Lucii ac Tertii simul decollatorum, qui Alexandriæ sepulti sunt. Nicomediæ, Dasii, Zotici, Caii, cum XII militibus. Et sancti Hilarionis monachi. Hierosolymis, Marci, qui primus ex gentibus episcopus ibi factus est. Et Salomæ, quæ in Evangelio legitur. Antiochiæ, Theodoreti presbyteri.
 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 	11 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1	N O P Q R S T	хvII К. Non. xvI Kal. xv Kal. xIV Kal. xIII Kal. xII Kal. xI Kal.	Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione. Marthæ sororis Lazari. Et Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi discipulis. Lucæ evangelistæ Et Asclepiadis, Antiocheni episcopi. Romæ, Triphoniæ, uxoris quondam Decii Cæsaris. Antiochiæ, Beronici, Pelagiæ et aliorum xLIX. Et Ptolomæi, qui a quodam centurione Urbicio Judici traditur, et Lucii ac Tertii simul decollatorum, qui Alexandriæ sepulti sunt. Nicomediæ, Dasii, Zotici, Caii, cum XII militibus. Et sancti Hilarionis monachi. Hierosolymis, Marci, qui primus ex gentibus episcopus ibi factus est. Et Salomæ, quæ in Evangelio legitur. Antiochiæ, Theodoreti presbyteri. In Hispaniis, Servandi et Germani. Venusiæ, Felicis episcopi Tubzocensis, et Audactis et Januarii presby-
 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 	111 11 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 1	N O P Q R S T V	хvII К. Non. xvI Kal. xv Kal. xIV Kal. xIII Kal. xII Kal. xI Kal. x Kal.	Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione. Marthæ sororis Lazari. Et Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi discipulis. Lucæ evangelistæ Et Asclepiadis, Antiocheni episcopi. Romæ, Triphoniæ, uxoris quondam Decii Cæsaris. Antiochiæ, Beronici, Pelagiæ et aliorum xLIX. Et Ptolomæi, qui a quodam centurione Urbicio Judici traditur, et Lucii ac Tertii simul decollatorum, qui Alexandriæ sepulti sunt. Nicomediæ, Dasii, Zotici, Caii, cum XII militibus. Et sancti Hilarionis monachi. Hierosolymis, Marci, qui primus ex gentibus episcopus ibi factus est. Et Salomæ, quæ in Evangelio legitur. Antiochiæ, Theodoreti presbyteri. In Hispaniis, Servandi et Germani. Venusiæ, Felicis episcopi Tubzocensis, et Audactis et Januarii presby- terorum, et Fortunaciani et Septimi lectorum ^b . Romæ via Salaria, XIVI militum, qui baptizati a Dionysio papa jubente
 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 	IA 111 I I I I A A I I I I I I I I I I I	N O P Q R S T V A	хvп К. Non. xvī Kal. xv Kal. xīv Kal. xīn Kal. xī Kal. xī Kal. x Kal. īx Kal.	Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione. Marthæ sororis Lazari. Et Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi discipulis. Lucæ evangelistæ Et Asclepiadis, Antiocheni episcopi. Romæ, Triphoniæ, uxoris quondam Decii Cæsaris. Antiochiæ, Beronici, Pelagiæ et aliorum xLIX. Et Ptolomæi, qui a quodam centurione Urbicio Judici traditur, et Lucii ac Tertii simul decollatorum, qui Alexandriæ sepulti sunt. Nicomediæ, Dasii, Zotici, Caii, cum XII militibus. Et sancti Hilarionis monachi. Hierosolymis, Marci, qui primus ex gentibus episcopus ibi factus est. Et Salomæ, quæ in Evangelio legitur. Antiochiæ, Theodoreti presbyteri. In Hispaniis, Servandi et Germani. Venusiæ, Felicis episcopi Tubzocensis, et Audactis et Januarii presby- terorum, et Fortunaciani et Septimi lectorum ^b . Romæ via Salaria, XLVI militum, qui baptizati a Dionysio papa jubente Claudio decollati sunt.
 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 	Δ IA III III I I I I I I I I I I	N O P Q R S T V A B	хvи К. Non. xvi Kal. xv Kal. xiv Kal. xin Kal. xi Kal. x Kal. ix Kal. viii Kal.	Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione. Marthæ sororis Lazari. Et Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi discipulis. Lucæ evangelistæ Et Asclepiadis, Antiocheni episcopi. Romæ, Triphoniæ, uxoris quondam Decii Cæsaris. Antiochiæ, Beronici, Pelagiæ et aliorum xLIX. Et Ptolomæi, qui a quodam centurione Urbicio Judici traditur, et Lucii ac Tertii simul decollatorum, qui Alexandriæ sepulti sunt. Nicomediæ, Dasii, Zotici, Caii, cum XII militibus. Et sancti Hilarionis monachi. Hierosolymis, Marci, qui primus ex gentibus episcopus ibi factus est. Et Salomæ, quæ in Evangelio legitur. Antiochiæ, Theodoreti presbyteri. In Hispaniis, Servandi et Germani. Venusiæ, Felicis episcopi Tubzocensis, et Audactis et Januarii presby- terorum, et Fortunaciani et Septimi lectorum b. Romæ via Salaria, XLVI militum, qui baptizati a Dionysio papa jubente Claudio decollati sunt. In Africa, Rogatiani presbyteri, et Felicissimi martyris.
 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 	Δ IA III III I I I I I I I I I I	N O P Q R S T V A B C	хvII К. Non. xvI Kal. xv Kal. xIV Kal. xIII Kal. xII Kal. xI Kal. x Kal. IX Kal. vIII Kal. vIII Kal.	Sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum et aliorum ccLxx, pariter coronatorum Wandalica persecutione. Marthæ sororis Lazari. Et Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi discipulis. Lucæ evangelistæ Et Asclepiadis, Antiocheni episcopi. Romæ, Triphoniæ, uxoris quondam Decii Cæsaris. Antiochiæ, Beronici, Pelagiæ et aliorum xLIX. Et Ptolomæi, qui a quodam centurione Urbicio Judici traditur, et Lucii ac Tertii simul decollatorum, qui Alexandriæ sepulti sunt. Nicomediæ, Dasii, Zotici, Caii, cum XII militibus. Et sancti Hilarionis monachi. Hierosolymis, Marci, qui primus ex gentibus episcopus ibi factus est. Et Salomæ, quæ in Evangelio legitur. Antiochiæ, Theodoreti presbyteri. In Hispaniis, Servandi et Germani. Venusiæ, Felicis episcopi Tubzocensis, et Audactis et Januarii presby- terorum, et Fortunaciani et Septimi lectorum ^b . Romæ via Salaria, XLVI militum, qui baptizati a Dionysio papa jubente Claudio decollati sunt.

⁴ In ms. hic erant sancti seq. diei, et 21 die Mar-cus et Salome, et 22 vacabat. Sed Ado et omnes ut

cus et Salome, et 22 vacavat. Seu Aco et omnes et hic impressum. ^b Dedicatio S. Pantaleonis. Hoc additum erat ad marginem post sanctos co die positos. Quare non ex-pressi in textu. Certum enim hoc ascriptum postea a religioso S. Pantaleonis, Martyrologii hujus ex-scriptore, qui solemnitatem suæ ecclesiæ hic quo-

que exstare voluit. Nam et Adoni deest, qui anti-quior est illa dedicatione, cum ille circa annum Do-mini 779 vixerit, et Romanum Martyrologium acco-perit, ecclesia vero S. Pantaleonis primum fundata sit anno Christi 954 a Brunone, Coloniensi archie-piscopo, uti habet Sacrarium Agrippinæ a F.Erhardo Winheim edito, p. 141.

173		MARTYROLOGIUM CUM ADDITAMENTIS. 174				
29. . I	F	ıv Kal	Narcissi Hierosolymorum episcopi, viri sanctitate, et patientia, ac fide laudabilis.			
	-		Sidonæ, Zenobii presbyteri et martyris.			
30. TI	G	m Kal.	Tingitanæ, Marcelli centurionis et martyris.			
31. 111	н	n Kal.	In Africa, martyrum ccxx. Nemesii, diaconi, et Lucillæ filiæ ejus, vm Kal. Septembrium passi, sed			
51. 181		II Bai.	pridie Kal. Novembrium a Sixto papa sepulti.			
			MENSIS NOVEMBER			
			HABET DIES XXX, LUNA XXX.			
1. IV	I	Kal. Nov.	Festivitas Sanctorum, quæ celebris et generalis agitur Romæ.			
		*	Cæsarii diaconi et martyris, et Juliani presbyteri.			
			Et Severini monachi, de Tiburtina civitate.			
2. V	K	iv Non.	Laodiceæ, Theodoti episcopi, qui arte medicus fuit.			
3. VI	L	III NOL.	Quarti discipuli apostolorum. In Cappadocia, martyrum Germani, Theophili, Cæsarii, Vitalis, sub De-			
			ciana persecutione.			
6. VII	M.	11 Non.	Alexandriæ, Hierii presbyteri, vita purissimi, in Scripturis nobiliter eruditi.			
5. 1	N	Nonæ.	Zachariæ prophetæ, patris Joannis Baptistæ.			
••••			Terracinæ, Felicis presbyteri, et Eusebii monachi.			
6. II	0	viii Id.				
			Civitate Theopoli, xL martyrum.			
7. ш	Р	vn Id.	Alexandriæ, Achilleæ episcopi.			
	•		Apud Perusinam, Herculani episcopi et martyris.			
8. IV	Q	vi Id.	Romæ, martyrum Claudii, Nicostrati, Symphroniani, Castorii, Simplicii, artificum insignissi morum.			
			Et ipso die, iv Coronatorum Severi, Severiani, Carpophori, Victorini quorum festivitatem statuit Melchiades papa sub nominibus quinque martyrum celebrari, quia nomina eorum non reperiebantur; sed in			
•	•		tercurrentibus annis cuidam sancto viro revelata sunt.			
9. V	R S	v Id. iv Id.	Euchaitæ, sancti Theodori martyris. Chersona Lyciæ, Martini papæ, qui ob Catholicam fidem ibi relegatu			
10. vi	3		vitam finivit.			
11. VII	Т	m Id.	Turonis, Martini episcopi, miraculorum patratoris.			
			In Scythia, Mennæ martyris, Constantinopolim translati.			
12. 1	V	n Id.	In Africa, Archadii, Paschasii, Probi, et Eutychiani, Vandalorum per secutione martyrum.			
13. II	A	Idus.				
14. m	B	xviii K. Dec.	Alexandriæ, Serapionis, qui sub Decio præcipitatus martyr efficitur.			
13. IV	C	xv11 Kal.	Felicis episcopi, qui a quintodecimo anno miraculorum gloria insigni fuit, et sub Martiano cum xxx martyrium complevit, in Nolensi eccle sia sepultus.			
16. v	D	xvı Kal.				
17. VI	Е	xv Kal				

• Dedicatio S. Petri ad Malm Dar. Nulla hujus memoria apud Adonem exstat, nec dubium mihi quin et hoc addititium sit. Voluit Coloniensis exscriptor duo antiquissima et celeberrima, in Arduennæ saltu ad agrun Eburonum, hic intexere monasteria. Supra xx April. habuimus Sabuletum, vulgo Stavelo, hic vero Matmundarium, vulgo Malmedy. De utroque ita Sigebertusin hronico anno Christi 681: « Rex Sigebertus, de posteritate prolis desperans, duodecim monasteria hinc inde Deo construxit, in quibus Stabulaus et Malmundarium eminebant, cooperante sibin his majore domus Grimoaldo; et Trajectensium episcopo Remaclo. Qui Remaclus non multo post, pertæsus sæcularium tumultuum, in ipso Stabulaus monachicæ vitæ assumpsit habitum.»

Quod vero S. Petro dedicatum sit Malmundarium, ejus rei memoria exstat apud Notgerum in Vita S. Remacli, 111 sept., cap. 20, ubi hoc regis Sigeberti fundatoris diploma: « Sancta ac venerabilia monasteria Stabulaus sive Malmundarium cognominata, ubi vir venerabilis Remaclus episcop. et abbas, Christo auspice, præesse videtur, quæ vir illustris Gri-

175				S. ADONIS ARCHIBPISC. VIENNENSIS 176
				Alexandriæ, Dionysii episcopi, in multis sæpe confessionibus eları, Valeriani et Gallieni temporibus.
18.	VII	F	vıv Kal.	Antiochiæ, Romani monachi et martyris. Et sancti Esychii Palatini et martyris.
19.	I	G	xın Kal.	Romæ, Maximi presbyteri et martyris. Et Fausti diaconi, et Eusebii collegæ ejus, martyrum visitatorum.
2 0 1	I	н	xıı Ral.	
21.	IV	I	xı Kal.	Rufi, quem Apostolus ad Romanos scribens salutat.
22.	ш	K	x Kal.	
23.	۷	L	ıx Kal.	
24.	VI	M	vm Kal.	
25.	VII	Ν	vn Kal.	· · · · · · · · · · · · · · · · · · ·
26.		0.	vı Kal.	Romæ Lini papæ. Et B. Alexandri episcopi et martyris, passi x1 Kal. Octobr. a papa Da- maso v1 Kal Decemb. translati, quando festivitatem ei dicavit.
27.	п	Р	v Kal.	Bononiæ, Vitalis et Agricolæ martyrum.
28.	ш	Q	ıv Kal.	Sosthenis discipali apostolorum. Et sancti Rufi martyris cum omni domosua per Chrysogonum lucrati. In Africa, Papinii et Mansueti episcoporum.
29.	IV	R	nı Kal.	Romæ, Saturnini martyris, et Sennis, et Sisinnii diaconorum.
3 0.	¥ .	. S	n Kal.	Andreæ apostoli.

moaldus, major domus, in honore sancti Petri ac sancti Pauli vel sancti Martini, seu cæterorum sanctorum, suo opere in vasta eremi Ardennensis silva construxit, quedmadmodum nos loca ipsa ad ipsa monasteria, ædificanda pro nostra præceptione ex foreste nostra concessimus, » etc.

Nescio an de hac prima monasterii templique dedicatione intelligendus sit locus hic Martyrologii. Nec enim certum diem vel Sigebertus vel Notgerus exprimit. Quare certius, ad secundam monasterii templique Malmundariensis dedicationem respicere Martyrologium. Ita enim Gesta mss. abbatum Malmundariensium: « Quintus decimus abbas Absalon, anno 801. Hic anno 817, indictione x, renovari fecit monasterium Malmundariense, tempore Ludovici regis piissimi, cujus adjutorio et sumptu renovatum fuit. Quod xv Kalendas Decembris dedicatur ab Willliberto, archiepiscopo Coloniensi.» Quod Gestorum indicium R. P. Ægidio Bouchier, strenuo chronologiæ indagatori, debeo.

giæ indagatori, debed. De nominis etymo Harigerus, abbas Lobiensis, cap. 55 de Gestis Leodien. episc., ubi de S. Remaclo: « Et quia eumdem locum a superstitionum emundavit pollutione, Malmundarium, quasi a malo mundatum, placuit vocitare. » Ita videlicet tunc placuit ex syllabarum aucupio etymon quoque captare.

MENSIS DECEMBER

HABET DIES XXXI; LUNA XXIX.

1.	¥1	Т	Kal. Dec.	Romæ, Chrysanti et Dariæ martyrum, et Diodori et Mariniani, cum iufinita multitudine martyrum,
2.	VII	V	tv Non.	Romæ, Vivianæ [al., Bibianæ] martyris.
				Fausti martyris et Dafrosæ filiæ.
3.	1	A	III Non.	Romæ, Claudii tribuni, et Hilariæ uxoris ejus, et Jasonis et Mauri, Lxx militum sub Numeriano.
4.	11	B	11 Non.	Romæ, Simphronii et Olympii, Exsuperiæ et Theodoli die vII Kalenda- rum Augusti passorum; a beato Xysto via Latina II Nonas Decem- bris translatorum, quando eorum festus dies celebrior agitur.
5.	ш	С	Nonæ.	Crispinæ martyris. Et Dalmatii martyris.
6.	IV	D	vm Id.	Nicolai episcopi Myrorum Lyciæ.
				In Africa, Dionysiæ, Dativæ, Leontis, et Emiliani medici, et aliorum.
7.	v	E	vii Id,	Alexandriæ, Agathonis martyris et militls sub Decio.
8.	VI.	F		Romæ, Eutychiani papæ et martyris, qui cccxLII martyres sua manu se- pelivit.
				Alexandriæ, Macarii martyris, genere Lybici.

177			MARTYROLOGIUM CUM ADDITAMENTIS. 178
9. VII	G	v Id.	Leocadiæ virginis.
10. I	Ħ	ıv Id.	Eulaliæ virginis et martyris.
			Spoleti, Carpophori presbyteri, et Abundii diaconi.
tt n	I	m Id.	• •
			Romæ, Damasi papæ.
		•	Et martyrum Pontiani, Prætextati, et Thrasonis qui martyribus de facul- tatibus suis ministravit.
	v		
1 2. DI	K	n Id.	Alexandriæ, Epimachii et Alexandri. Et sanctarum quatuor mulierum, Ammonariæ, Mercuriæ, Dionysiæ, et Amonariæ.
13. IV	L	Idus.	
14. V	M	xıx Kal. Jan.	Antiochiæ, Drusi, Zosimi, et Theodori.
			Alexandriæ, Heronis, Arsenii, et Isidori, et Dioscori.
			In Cypro, Spiridionis episcopi.
15. VI	N	xviii Kal.	· · · · · · · · · · · · · · · · · · ·
16. VII	0	xvn Kal.	Martyrium sanctorum Ananiæ, Azariæ, Misaelis. In Tuscia, Barbaræ virginis et martyris.
17. 1	Р	xvı Kal.	
	•	Avs 1201.	Et Lazari, quem Christus resuscitavit, et Marthæ sororis ejus in Be-
			thania.
18. п	Q	xv Kal.	et Græcis primitiva fundata est.
19. m	R	xıv Kal.	delatus est.
20. IV	S	xın Kal.	
21. v	T	xn Kal.	
22. VI	v	xr Kal.	In Tuscia, Joannis et Festi. Romæ, xxx martyrum sub Diocletiano, via Lavicana inter duas lauros
	·		sepultorum.
			Alexandriæ, Ischirionis martyris.
			Et aliorum quamplurimorum, inter quos senex Chæremon.
23. VII	A	x Kal.	
			Nicomediæ, martyrum xx.
		•	Romæ, Cervuli ægritudine dissoluti, in ecclesia beati Clementis sepulti, ubi Dominus per illum mira operari dignatur.
24. 1	В	rx Kal.	
46. J	D	IA Adi.	Apud Spoletum, Gregorii presbyteri et martyris.
25. п	C	vnı Kal.	• • • • • • • • • • • • • • • • • • • •
			Romæ, Anastasiæ.
			Et Eugeniæ.
26 . m	D	vп Kal.	Stephani protomartyris.
27. 17	E	vi Kal.	Joannis apostoli et evangelistæ, apud Ephesum.
28. V	F	v Kal.	Bethleem, sanctorum Innocentium.
29. VI	G	ıv Kal.	David regis. Et Trophimi episcopi, discipuli apostolorum.
30. VII	H	m Kal.	Apud Spoletum, Sabini episcopi, Exsupementii, et Marcelli, et Venustiani
		, il Aqi.	cum uxore et filiis : qui passi vii Idus Decembris, festivitatem sepul- turæ habent in Kalend. Januarii.
31. T	I	п Kal.	· · · · ·
			Et sanctæ Columbæ virginis.
			•

QUO GENERE CULTUS SANTI MARTYRES VENERANDI SUNT.

Ex libris B. Augustini episcopi (lib. xx contra Faustum. cap. 21.)

Populus Christianus memorias martyrum reli- A et sacragentilium. Quorum similitudo in quibusdam giosa solemnitate concelebrat, et ad excitandam i mitationem, et ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adjuvetur : ita'tamen, ut nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamvis in memoriis martyrum constituamus altaria. Quis enim antistitum in locis sanctorum corporum assistens, altari aliquando dixit : Offerimus tibi Petré, aut Paule, aut Cypriane? Sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronavit, apud memorias eorum quos coronavit; ut ex ipsorum locorum admonitione major affectus exsurgat, ad augendam charitatem, et in illos quos imitari possumus, et in illum quo adjuvante possimus. Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis et societatis. quo et in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cor ad talem pro evangelica veritate passionem B paratum esse sentimus; sed illos tanto devotius, quanto securius post incerta omnia superata; quanto etiam fidentiori laude prædicamus jam in vita feliciori victores, quam in ista adhuc usque pugnantes. At illo cultu, qui Græce larpua dicitur, Latine uno verbo dici non potest, cum sit quædam proprie divinitati debita servitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificii (unde idololatræ dicuntur, qui hoc etiam idolis exhibent) nullo modo tale aliquid offerimus aut offerendum præcipimus, vel cuiquam martyri vel cuiquam sanctæ animæ vel cuiquam angelo, et quisquis in hunc errorem delabitur, corripitur per sanam doctrinam, sive ut corrigatur, sive ut caveatur. Etiam ipsi sancti, vel homines, vel angeli, exhiber i sibi nolunt, quod uni Domini deberinorunt. Apparuit hoc in Paulo et Barnaba (Act.xiv), cum commoti miraculis, quæ per eos facta sunt, Lycaonii tanguam diis immolare voluerunt: conscissis enim vestimentissuis, confitentes et persuadentes se deos non esse, ista sibi fleri vetuerunt. Apparuit et in angelis, sicut in Apocalypsi legimus (Cap. xix et xxii), angelum se adorari prohibentem ac dicentem adoratori suo : Conservus tuus sum et fratrum tuorum, Dominum adora. Ista sibi plane superbi spiritus exigunt, diabolus et angeli ejus, sicut per omnia templa

etiam superbis hominibus expressa est : sicut de Babyloniæ quibusdam regibus memoriæ commendatum tenemus. Unde sanctus Daniel accusatores ac persecutores pertulit, quod regisedicto proposito, ut nihil a quoquam Deo peteretur nisi a rege solo, Deum suum, hoc est unum et verum Deum adorare deprecarique deprehensus est : qui autem se in memoriis martyrum inebriant, quomodo a nobis approbari possunt, cum eos, etiamsi in domibus suis id faciant, sana doctrina condemnet? Sed aliud est quod docemus, aliud quod sustinemus, aliud quod præcipere jubemur, aliud quod emendare præcipimus, et donec emendemus, tolerare compellimur; alia est disciplina Christianorum, alia luxuria vinolentorum, vel error infirmorum, verumtamen et in hoc ipso distant plurimum culpæ vinolentorum et sacrilegorum, Longe quippe minoris peccati est, ebrium redire a martyribus, quam vel jejunum sacrificare martyribus. Sacrificare martyribus dixi, non dixi sacrificare Deo in memoriis martyrum : quod frequentissime facimus, illo duntaxat ritu, quo sibi sacrificari Novi Testamenti manifestatione præcepit : quod pertinet ad illum cultum qui larpua dicitur, et uni Deo debetur. [Proinde verum sacrificium, quod uni vero debetur Deo, quo ejus altare solus Christus implevit, in victimis pecorum imitata dæmonia sibi arroganter expose unt, unde Apostolus dicit: Qua immolant gentes dæmoniis immolant, et non Deo (I Cor.x), non quod offerebatur culpans, sed quia illis offerebatur. Hebræi autem in victimis pecorum quas offerebant Deo multis et variis modis, sicut re tanta dignum erat, prophetiam celebrabant futuræ victimæ, quam Christus obtulit. Unde jam Christiani peracti ejusdem sacrificii memoriam celebrant sacrosancta oblatione et participatione corporis et Sanguinis Christi.] Hujus sacrificii caro et sanguis ante adventum Christi per victimas similitudinem promittebatur; in passione Christi per ipsam veritatem reddebatur; post ascensum Christi per sacramentum memoria celebratur.

ROSWEIDUS BENEVOLO LECTORI

Italiæ decus, tomo suo quarto de Vitis SS. ann., 1554 Venetiis edito, non pauca ex Adonis Martyrologio ns. delibavit quod ille tanti fecit, ut ipse scribat : Omne aurum nihil duxi in comparatione illius. Deinde Jacobus Mosander, Carthusiæ Coloniensis insignis alumnus, anno 1581, tomo septimo de Vitis sancto-

Aloysius Lipomanus episcopus Veronensis, ilustre D rum, succedaneum Surio dedit, hoc Martyrologium Adonis integrius edidit.

Sed cum hic et ordinem mutaverit, et quædam ab aliena manu inseruerit, paucula dempserit, nonnulla quoque assecutus non fuerit; placuit rursus Adonem recensere, eumque pristino nitori restituere, et veteri Martyrologio Romano, sicut ipse olim fecit, subres codices fuere subsidio, perbenigne a diversis antiquitatis ecclesiasticæ fautoribus communicati. Primus fuit sancti Pantaleonis Coloniæ, quem suppeditavit Carthusia Coloniensis, ex qua Ado curante Mosandro prodierat. Secundum nactus sum ab Everbodiensi abbatia juxta Sichemium ; tertium, a Petro Scriverio.Qui et si singuli se vetustate sua probarent, tertius lamen eminebat nisi quod huic prima omnia deerant, usque ad Martium, et pars in Junio Julioque. Reliqui integrum Adonem representabant, eo ordine modoque, quo nunc exhibeo. Litteræ singulis Martyrologii diebus præfixæ, in solo erant codice Everbodiensi.

Quare ne mireris, lector, hic in fronte martyrologii Adonis comparere libellum de festivitatibus sanctorum apostolorum et reliquorum,qui discipuli aut vicini successoresque ipsorum apostolorum fuerunt. Nihil enim sibi auctoribus, libris, iisque vetustissimis dedi ; nihil in vulgato Adone, nisi iisdem B 1076 Adonis Viennensis natalis inter sanctos recensuffragantibus mutavi. Et vero libelli hujus auctoritatem tuetur ipse Ado in suo Martyrologio 2 Julii, ubi postquam breviter sanctorum Processi et Martiniani martyrum mominit, addit : Quorum passio in libello apostolorum supra notata est: quæ verba in vulgato Adone desiderantur, uti et nonnulla alia. Quod inde accidit, quod Mosander libellum hunc apostolorum, passim martyrologio Adonis, locis suis inseruerit, iis submotis, quæbrevicule tantum de iisdem sanctis notata erant. Sed aliud Ado ipse consilium inierat. Voluit apostolos, eorumque successores viros apostolicos, velut duces in fronte generosi exercitus appa-

nectere. Quod ut ex fide præstarem, tres mihi vete- A rere, et gloriosos milites velut in aciem educere : voluit eosdem rursus in principiis et post principia (ut strenui duces solent) intercurrere, quod cur mutemus ?

Adonem vero Viennensem archiepiscopum, non Trevirensem (quod existimarunt Aloysus et Mosander) uti Martyrologii, ita et hujus libelli auctorem esse, fidem facit codex Everbodiensis, qui hunc titu-lum præfert: Ado Viennensis archiepiscopus quasi epilogatum compilavit, insipiens a festivitatibus apostolorum, aut discipulorum, aul successorum eorum. Nam quem ante titulum dedi, est e codice sancti Pantaleonis, in quo Ado ante vetus Martyrologium Romanum, ut supra habes, præfatur, nulla dictinctione episcopatus adjecta. Viennensishic Ado multo Trevirensi est antiquior, nam ille vixit tempore Joannis VIII, circa anuum 879 : ed eum enim annum Chronicon suum perduxit. Alter vero sive Ado sive Udo tempore Gregorii VII, circa annum situs habetur 16 Decemb. Viennæ beati Adonis episcopi et consessoris.

Quod hic in martyrologio Adonis initium sumitur, non a Kalendis Januarii, ut hactenus editum, sed a Vigilia Navitatis Domini, scias hoc est Romanæ Ecclesiæ ritu factum, quæ anni epocham olim habuit Nativitatem Christi, et a Vesperis Vigiliæ ipsius Nativitatis annum auspicabatur. Constanter ita exhibebant tria ms. exemplaria, quibus usus sum. Vide et Cl. V. Pauli et Petavii Syntagma de Epocha annorum.

LIBELLUS DE FESTIVITATIBUS SS. APOSTOLORUM

Et religuorum qui discipuli aut vicini successoresque ipsorum apostolorum fuerunt.

E. III KAL. JULII (29 Junii).

(Hieron, de Script. Bccl. c. 1.) Romæ natalis beatorum apostolorum Petri et Pauli, qui passi sunt sub Nerone, Basso et Tusco consulibus. Petrus secundo Claudii anno, post episcopatum Antiochensis Ecclesiæ, et prædicationnem dispersionis eorum, qu¹ de circumcisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, et Bithynia, ad expugnandum Simonem magum Romam missus est; ibique vigint¹ quinque annis cathedram sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum annum Neronis, a quo et affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, et in sublime pedibus elevatis, asserens se indignum, qui crucifigeretur ut Dominus suus. Sepultus in eadem urbe, in Vaticano, juxta viam Scripsit duas epistolas, quæ Catholicæ nominantur; quarum secunda a plerisque ejus negatur, propter styli cum priore dissonantiam; sed et Evangelium juxta Marcum, qui auditor ejus et interpres fuit, hujus dicitur. Libri autem, e quibus unus Actorum ejus scribitur, alius Evangelii, tertius Prædicationis, quartus Anonalities quintus Judicii, inter apocryphas scripturas repudiantur.

(Ibid., c. 2.) Paulus quoque post passionem Domini vigesimo quinto anno, id est secundo Neronis, postquam ab Jerusalem usque Illyricum replevit

C Evangelium Christi, Romam vinctus missus est; et sicut ipse in secunda Epistola ad Timotheum scribit, liberatus de ore leonis (II Tim. 1v), videlicet ferocissimi persecutoris Neronis, Evangelium Christi in Occidentis quoque partibus prædicavit. Et hic ergo quarto decimo Neronis anno, eodem die quo Petrus Romæ pro Christo capite truncatur, sepultusque est in via Ostiensi anno post passionem Domini trigesimo septimo. Scribit autem novem, ad septem Ecclesias, epistolas: ad Romanos unam; ad Corinthios duas; ad Galatas unam; ad Ephesios unam; ad Philippenses unam; ad Colossenses unam; ad Thessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos : Timotheo duas, Tito unam, Philemoni unam; Epistola autem, quæ fertur ad Hebræos, non ejus cre-Triumphalem totius orbis veneratione celebratur. n ditur, propter styli sermonisque dissonantiam : sed vel Barnabæ, juxta Tertullianum; vel Lucæ evangelistæ, juxta quosdam; vel Clementis, Romæ post Ecclesiæ episcopi, quem dicunt, sententias Pauli proprio ordinasse et ornasse sermone; vel certe (quia Paulus scribebat ad Hebræos, et propter invidiam sui apud eos nominis, titulum in principio salutationis amputaverat; scripserat autem ut Hebræus Hebraice, id est suo eloquio disertissime) ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentius vertisse in Græcum et hanc esse causam, quod a cæteris Pauli epistolis discrepare videatur. Ejus

itaque esse, non alterius, tota Ecclesia jam firmis- A Ecclesiæ fidem, confestim hanc descriptam in sime tenet. Legunt quidam et ad Leodi enses, sed ab omnibus exploditur. Hic de tribu Benjamin, et oppido Judææ, Gigascalis [al., Gischalis] fuit : quo a Romanis capto, cum parentibus suis Tharsum Siliciæcommigravit; a quibus ob studium legis missus Jerosolymam, a Gamaliele doctissimo viro eruditus est (Act. vii et ix). Cum autem interfuisset neci martyris Stephani, et acceptis epistolis a pontifice templi, ad prosequendos eos qui Christo crediderant, Damascum pergeret, revelatione compulsus ad fidem vas electionis de persecutore translatus est, cumque primum ad prædicationnem ejus Sergius Paulus proconsul Cypri credidisset, ab eo, quod eum Christ¹ fide subegerat, sortitus est nomen.

F. Il KAL. DECEMBRIS (30 Nov.).

In civitate Patras provinciæ Achaiæ, natalis beati Andreæ apostoli, qui etiam apud Scythiam prædicavit. Hic beatissimus apostolus ab Ægæa proconsule Achaiæ comprehensus, cum perseveranter in fide Christi et Evangelii ministerio duraret, insuperabilisque maneret, carcere primum clausus, inde coram proconsule gravissime cæsus, ad ultimum cruce ligatis manibus et pedibus, funibusque toto corpore tensus, ut longius cruciaretur, biduo inibi supervixit, non cessans ea quæ Christi sunt populum docere. Cumque hi, qui per enm Christo Domino crediderant, satis agerent ut deponeretur, Ægæamque, ut hoc perficeret, nolentem impellerent, apostolus Domini circumstante populo, et Ægæa proconsule, ut solveretur, agente, post verba orationis C que epistolas Joannes apostolus scripserit. fulgore cælesti fere una desuper circumfulsus hora. cum ipso lumine abscedente emittens spiritum, perrexit fine beato ad Dominum. (Euseb. in chron,) Cujus sanctissimum corpus Maximilla potentissima matronarum reverenter depositum sepelevit; sed emergentibus annis, sacratissima ejus ossa, vicesimo Constantii imperatoris anno, ab Achaia Constantinopolim translata sout.

D. VIII KAL. AUGUSTI (25 Julii).

Natalis beati Jacobi apostoli, fratris Joannis evangelistæ, qui decollatus est ab Herode rege Jerosolimis, ut liber actuum apostolorum docet (cap. 12). Hujus beat ssimi apostoli sacra ossa ad Hispanias translata et in ultimis earum finibus, vedelicet con- episcopus ordinatus est. Hic de utero matris sanctus tra mare Britannicum condita, celeberrima illarum D fuit, vinum et siceram non bibit, carnem nullam gentium veneratione excoluntur.

D. VI KAL. JANUARII (27 Dec.).

(Hieron. de Eccl. Scrip., c. 9). Natalis beati Joannis apost li evangelistæ, quem Jesus amavit plurimum, qui secundam post Neronem persecutionem movente Domitiano, posteaquam in oleo ignito demersus nihil passus est, in Pathmum insulam relegatus vidit Apocalypsim. Interfecto autem D.mitiano, et actis ejus ob nimiam crudelitatom a sonatu rescissis, sub Pertinace red.it Ephesim. Et quia concussam se absente per hæreticos vidit

Evangelio suo, verbi Domini æternitate stabilivit. Rogatus siguidem ab Asiæ episcopis adversus Cerinthum aliosque hæreticos, et maxime contra Ebiomatarum dogma tunc consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse, compulsus est scribendi Evangelii sanctum opus suscipere. Ferunt et aliam causam hujus scripturse; quod cum legisset Matthæi, Marci, et Lucæ volumina, probaverit quidem textum historiæ, et vera eos dixisse firmaverit, sed unius tantum anni, in quo et passus est Christus, et post carcerem Joannis, historiam tenuisse. Prætermisso itaque anno, cujus actaa tribus exposita fuerant, superioris temporis, antequam Joannes clauderetur in carcerem, gesta narra-B vit.Sicut manifestum esse poterit his, qui diligenter quatuor Evangeliorum volumina legerint; qnæ res et diagouviau, id est dissonantiam quæ videbatur Joannis esse cum cæteris tollit. Ipse autem usque ad Trajani principis tempora perseverans, totas Asiæ fundavit rexitque Ecclesias; et confectus senio, sexagimo octavo post passionnem Domini anno mortuus, juxta eamdem urbem sepultus est : Scripsit autem et unam epistolam, cujus exordium est : Quod fuit ab initio, quæ ab universis ecclesiasticis et eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ, quarum principium est : Senior Blecte domine et natis ejus ; et sequentis : Senior Gaio charissimo, Joannis pre-

sbyteri esse ab aliquibus putantur; sed nunc jam generalis Ecclesiæ consensus habet, quod has quo-

B. KAL. MAII (1 Maii).

Natalis beatorum apostolorum Philippi et Jacobi; ex quibus Philippus cum pene Scythiam ad fidem Christi convertisset, diaconibus, presbyteris et episcopis ibi constitutis, reversus est ad Asiam, ubi continua-prædicatione per aliquot annos insistens, multitudinem populorum Christo laboris piis semper inserviens lucratus est. Quique apud Hieropolim Asiæ civitatem dormivit, cum patribus suis beato fine sepultus.

(Hieron. de Eccl. Script. c. 2.) Jacobus vero, qui et frater Domini legitur, cognomento Justus post passionem Domini statim ab apostolis Hierosolymorum episcopus ordinatus est. Hic de utero matris sanctus comedit; nunquam attonsus est, nec unctus unguento, nec usus balneo. Huic soli licitum erat ingredi Sancta sanctorum : siquidem vestibus laneis non utebatur, sed lineis; solusque ingrediebatur templum, et fixis genibus pro populo deprecabatur, in tantum ut camelorum duritiem traxisse ejus genua crederentur. Hic itaque cum publice in concilio compelleretur a Judæis ut Christum Dei Filium denegaret et ille voce maxima protestaretur ad populum dicens: Quid me interrogatis de Filio hominis? Ecce ipse sedet a dextris virtutis Dei, et venturus est cum nubibus coli; præcipitatus de pinna templi, confractis cruri-

bus, adhuc semiaminis tollens ad cœlum manus di- A consummaverunt; honorifice sepulti a populis Chriceret : Domine, ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt; fullonis fuste in cerebro percussus occubuit. Hic est de quo apostolus Paulus scribit ad Galatas : Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Jaco**bum fratrem Domini** (Gal. 1). Et apostolorum super hoc crebrius acta testantur. Evangelium quoque, quod appellatur secundum Hebræos, et beato Hieronymo in Græcum sermonem Latinumque translatum est, post resurrectionem Salvatoris de eorefert : Dominus autom cum dedisset sindonem servo sacerdotis, venit ad Jacobum Justum et apparuit ei. Juraverataviem Jacobus se non comesturum panem ab illa hora,qua biberat calicem Domini,donecvideret eum resurgentem a dormientibus. Rursusque post paulum : Aferle, ait Dominus, mensam et panem. Sta-B timque additur : Tulit panem, et benedixit, et fregit, st dedil Jacobo Justo, dixitque ei : Fratermi, comede panem tuum, quia Alius hominis surrexit a dormientibus. Triginta itaque annis Hierosolymæ rexit Ecclesiam, id est usque ad septimum Neronis annum; et juxta templum ubi præcipitatus fuerat, sepultus est.Quidam in monte Oliveti eum conditum putant, sed falsa eorum opinio est. Scripsit autem unam tantam Epistolam, quæ de septem canonicis est.

E. IX KAL. SEPTEMB. (24 Aug.).

Natalis beati Bartholomæi apostoli; qui apud Indiam Christi Evangelium prædicans, decollatione martyrium complexit. Hujus apostoli sacratissimum corpus primum ad insulam Liparis, quæ Siciliæ vicina est, deinde Beneventum translatum pia fide- C tur, separatusa Paulo, nihilominus Evangelicæ prælium veneratione celebratur.

E. XII KAL. JANUARII (21 Dec.).

Natalis beati Thomæ apostoli ; qui Parthis et Medis Evangelium prædicans, passus est in India. Corpus ejus in civitatem, quam Syri Edessam vocant, translatum, ibique digno honore conditum est.

F. II KAL. OCTOBRIS (21 Sept.).

(Hier. de Script. Bccle. III.) Natalis beati Matthæi apostoli et evangelistæ, qui primus in Judæa Evangelium Christi Hebræo sermone conscripsit (Matth. π ; *Luc*.v); post vero apud Æthiopiam prædicans, martyrium passus est. Evangelium, ejus stylo scriptum, ipso revelante, tempore Zenonis imperatoris inventum est. Idem autem Matthæus in Evangelio D Levi appellatur.

G. V KAL. NOVEMB. (28 Oci.).

(Isid. de Vit. et ob. SS. c. 81.) Natalis beatorum apostolorum Simonis Chananæi, qui et Zelotes scribitur, et Thadæi, qui etiam Judas Jacobi legitur et alibi appellatur Lebæus, quod interpretatur corcuiss. E quibus Thadæus apud Mesopotamiam, Simon vero apud Ægyptum traditur prædicasse : inde simul Persidem ingressi, cum fidei Christi innumeram gentis ipsius multitudinem subdidissent, et Ecclesiam Domini late jam fundatam viderent, martyrium ibi, cursum temporis explentes, beato certamine

In Martyrol. Adonis, est 18 Febr.

stianis, quos Domino ipsi genuerant. Quod quidam putant Simonem apostolum unum de duodecim ipsum esse qui sub Trajano crucem passus sit, omnino falsum est. Nam et Beda sanctus presbyter, qui hoc super Acta apostolorum sentit, Isidorum secutus in libro Retractationum se hoc non bene sensisse reprehendit. Sed et Historia Ecclesiastica, non de apostolo, sed de alio Simone gesta narrat. (Euseb., lib. m, cap. 16).

K. VI NONAS MAII (2 Maii).

Natalis beati Simeonis episcopi et martyris *, qui propinguus Salvatoris secundum carnem, Jerosolymorum episcopus post Jacobum fratrem Domini est ordinatus; et persecutione Trajani multo tempore suppliciis affectus, martyrio consummatus est, omnibus qui aderant, et ipso judice mirantibus, ut centum viginti annorum senex crucis supplicium pertulisset. (Euseb., lib. 11, cap 26.)

F. VI KAL. MARTII (24 Febr.).

Natalis sancti Matthiæ apostoli, qui post ascensionem Domini a beatis apostolis sorte electus (Act. 1), atque in locum Judæ proditoris Domini subrogatus, apud Judæam Christi Evangelium prædicavit.

A. III IDUS JUNII (11 Junii).

(Hier. de Script Bccl. c. 6.) Natalis sancti Barnabæ apostoli, qui cum esset Cyprius, cum Paulo gentium apostolus ordinatus est (Act xi). Hic postea propter Joannem discipulum, qui et Marcus vocabadicationis injunctum sibi opus exercuit. Cujus corpus tempore Zenonis imperatoris, ipso revelante, repertum est. Hic unam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem epistolam composuit, quæ tamen inter apocryphas legitur.

D. XV KAL. NOVEMB. (18 Oct.).

(Hier., de Script. Bccl. d. 7; Euseb. in Chron.) Natalis sancti Lucæ evangelistæ, qui fuit natione Syrus Antiochiensis, arte medicus, discipulus apostolorum; Paulum secutus usque ad confessionem ejus serviens Domino sine crimine; neque uxorem unquam habens neque filios. Septuaginta et trium annorum obiit in Bithynia, plenus Spiritu sancto. Sepultus autem nune Constantinopoli; ad quam urbem vicesimo Constantii anno, ossa ejus, cum reliquiis Andreæ apostoli, translata sunt. Scripsit Evangelium, quod non solum ab apostolo Paulo didicit, qui cum Domino in carne non fuerat, sed et a cæteris apostolis. Quod et ipse quoque in principio voluminis sui declarat, dicens : Sicut tradiderunt nobis qui a principio ipsi viderunt, et ministri suerunt sermonis (Luc. 1). Aliud volumen edidit ogreginm, quod titulo Apostolicarum Ilpafiwvprænotatur. Cujus historia usque ad biennium Romæ commorantis Pauli pervenit, id est, usque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eamdem urbem librum esse compositum.

C. VII CAL. MAII (25 Apr.).

(Hier de Script. Bccl, c. 8.) Natalis sancti Marci evangelistæ. Hic discipulus et interpres apostoli Petri, rogatus Romæ a fratribus, scripsit Evangelium, quod quanto tardius cæteris inchoavit, tantum in longiora scribendo tempora porrexit. Ab initio namque evangelicæ prædicationis, quod per Joannem factum cœpit, ad illud usque tempus narrando pervenit, quo apostoli idem Evangelii verbum totum prædicando disseminavere per orbem. Quod cum Petrus audisset probavit, et Ecclesiis legendum sua auctoritate edidit : quo assumpto, idem Marcus perrexit Ægyptum, et primus Alexandriæ Christum annuntians, constituit ecclesiam, tanta doctrina et vitæ continentia, ut omnes sectatores Christi ad trus in prima Epistola, sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans : Salutat vos qua est Baby lone coelecta, et Marcus Alius meus (I Petr. v). Quique constitutis et confirmatis Ecclesiis per Lybiam, Marmoricam, Hammoniacam, Pentapolim, Alexandriam, atque Ægyptum universam; ad ultimum tentus est a paganis qui remanserunt Alexandriæ. Qui videntes eum die sancto Paschæ missas facientem, miserunt funem in collo ejus, et trahebant eum ad loca Bucoliæ, quæ erant juxta mare sub rupibus, ubi erat ecclesia constructa, et defluebant carnes ejus in terram, ac saxa inficiebantur sanguine. Vcspere autem facto miserunt eum in carcerem, ubi circa mediam noctem primo angelica visitatione confortatus est; deinde ipso Domino ei C que venerabiliter sepulti. apparente, ad cœlestia regna vocatus est. At mane dum traheretur ad loca Bucoliæ, gratias agens, et dicens : Domine, in manus tuas commendo spiritum meum, defunctus est, et a viris religiosis sepultus in loco lapidis excisi cum gloria. Ordinaverat autem pro se Alexandriæ episcopum Anianum. Mortuus est autem octavo Neronis anno.

C. VII KAL. JANUARII (26. Dec.).

Natalis beatissimi Stephani protomartyris : qui non multo post ascensionem Christi ab apostolis, cum esset plenus fide et Spiritu sancto, diaconus ordinatur. Hic faciens signa et prodigia magna in populo, plenus gratia et virtute, in nomine Domini nostri Jesu Christi a quibusdam, qui erant de Synagoga quæ dicitur Libertinorum et Cyrenensium, et Ale- D xandrinorum, et qui a Cilicia et Asia cum eo disputantibus, et conquirentibus atque altercantibus, nec resistere valentibus, sapientiæ et Spiritui sancto, quo loquebatur; concitato populo ac senioribus, scribisque adversus eum commotis : raptus et adductus in concilium est. Cumque insimularetur adversus locum sanctum et legem docuisse, plenus Spiritu sancto, ostendit guomodo Jesus Christus ex lege monstraretur et prophetis. At illi stridentes dentibus in eum, et frementes in cordibus suis, atque aures suas comprimentes impetu facto, ejecerunt eum extra civitatem, et lapidatus martyr obdormivit

A (Act. vi, vii,). Cujus beatissimum corpus viri timorati comportaverunt et secerunt planctum magnum super eum. Scribit beatus Lucas evangelista beatissimam ejus passionem in Actibus apostolorum.

C. VIII IDUS JUNII (6 Jun.)

(Euseb., lib. II, c. 1, et lib. III, c. 25.) Natalis Philippi, qui fuit unus de septem diaconibus qui cum beato Stephano statim post ascensionem Christi ab apostolis sunt ordinati; de quo beatus Lucas in Actibus apostolorum (c. viii, xxi) refert, quod signa et prodigia faciendo, prædicatione sua Samaritas ad fidem Christi convertit, et Candacis reginæ Æthiopum studiosum in Scripturis eunuchum, in fonte, qui est in vico Bethsoro, in tribu Juda, euntibus ab exemplum sui cogeret. Meminit hujus Marci et Pe-B Ælia ad Hebron, in vicesimo lapide baptizavit; qui postea apud Cæsaream requievit. Juxta quem tres virgines filiæ ipsius prophetissæ tumulatæ jacent : nam guarta filia illius plena Spiritu sancto in Epheso occubuit. Quidam tamen putant, apud Hierapolim eas tumulatas, ubi apostolus Philippus unus de duodecim quiescit. Cujus fuisse filiæ ab aliquibus scriptoribus putatæ sunt.

A. V. IDUS APRILIS (9 Apr.).

Beati Prochori diaconi, præclarissimi fide et miraculis viri, apud Antiochiam martyrio consummati, ibique quiescentis.

C. IV. IDUS JANUARII (10 Jan.).

Beati Nicanoris diaconi, gratia fidei virtute admirandi, apud Cyprum gloriosissime coronati, ibi-

D. XIII KAL. MAII (19 Apr.).

Sancti Timonis diaconi apud Berœam, qui primo doctor resedit, deinde verbum Domini disseminans venit Corinthum, ibique a zelantibus Judzeis et nomen Christi persequentibus Græcis traditus, ut ferunt, primo flammis injectus, sed nihil læsus; deinde cruci affixus martyrium suum implevit. Sepultus apud Corinthum gloriose.

B. X KAL FEBRUARII (23 Jan.).

Sancti Parmenæ diaconi, qui traditus gratiæ Dei a fratribus injunctum officium prædicationis plena fide consummavit, martyrii gloriam adeptus, Philippis quievit.

C. IX KAL FEBRUARII (24 Jan.).

Natalis sancti Timothei discipuli beati Pauli apostoli, qui apud Ephesum a beato apostolo episcopus, ordinatus, post multos pro Christo agones dormivit. Cujus cum reliquiis beati Andreæ et Lucæ vicesimo Constantii anno Constantinopolim translatum est.

D. II NON. JANUARII (4 Jan.).

Natalis beati Titi apostolorum discipuli; qui ordinatus ab apostolo Paulo Cretensium episcopus, cui etiam Epistolam omni Ecclesiæ Dei celeberrimam idem apostolus misit, post prædicationis officium fidelissime consummatum, beatum finem adeptus.

sepultus est in ecclesia ubi a beato Apostolo fuerat A quem remisi : tu autem illum, id est viscera mea dignus minister constitutus.

C. VII IDUS MAII (9 Maii).

Natalis sancti Hermæ, cujus apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit : Salutate Phlegontham. Hormen, Patrobam, Herman, et qui sunt cum eis fratres (Rom. xvi). Hunc asserunt auctorem esse libri qui appellatur Pastor : et apud quasdam Græciæ ecclesias etiam publice legitur. Revera utilis liber. multique de eo scriptorum veterum usurpavere testimonia; sed apud Latinos pene ignotus est. Qui digne Deo semetipsum sacrificans acceptabilisque Deo hostia factus, virtutibus clarissime fundatus, cœli regna petivit. Sepultus apud Urbem Romam. Titulus nomine ipsius, juxta quod baptisterium ex facultatibus sanctæ Praxedis est extructum, et beato Pio discipulo apostolorum operante studio consecratum, venerabiliter ei statutus est.

E. XIV KAL. MARTII (16 Febr.).

Natalis sancti Onesimi, de quo beatus Apostolus Philemoni familiares litteras mittit. Obsecro te de meo flio quem genui in vinculis Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem et mihi et tibi utilis.

Trans Pontum mare in eremo quod adjacet civitati Chersone. Ad verbum ex Actis apud Mombritium tom. I, quibus consentiunt mea mss. Ita Beda quoque et Rabanus. Menæa, xxiv Novembris : 'Ev ipipus πό) si παραχειμένη τη Χερςώνι, in deserta civitate que adjacet Chersoni. Metaphrastes eadem die cum Menæis: Ultra et Pontum, in desertam civitatem, sitam prope Chersonem. Ita vides πόλω a quibusdam con- C eo quod advenæ magis quam indigenæ erant. Siquijunctam cum ipnuo, ut quasi ipnuonolis seu deserta civitas indicetur; ab aliis verocum Xepouve ut quasi eremus adjacens civitati Chersonæ insinuetur.

Sed quis locusexsilii sancti Clementis papæ fuerit, nondum video clare explicatum. Breviarium Romanum ante postremam correctionem exhibebat : A Trajano imperatore relegatus est in insulam Lyciæ; nunc pro in insulam Lyciæ, substitutum trans mare Pontum. Utrumque in Actis (lementis habes apud Mombritium. Quod autem Baronius ad diem xxm Novembris ait Actis Clementis nullam de Lycia haberi mentionem, recte quidem de Actisapud Metaphrastem intelligat. Nam apud Mombritium, tom. I, ad calcem Actorum ita habetur : « Passus est autem venerabilis Dei sanctus, Clemens episcopus urbis Romæ, sub Trajano imperatore et Aufidiano duce in Chersona civitate Lyciæ, sub die ix Kalendas Decembris. » Quanquam hæc in mss. Actis desint in fine. Quidquid sit, creditum olim Clementem passum D in Chersona Lycia vel insula Lycia, ut Breviarium olim exhibebat

Sed quæ hæc Chersona vel insula Lyciæ? Baronius ad Martyrologium Romanum xxIII Novemb. respiciens, opinor ad verba Breviarii Romani ante ultimam correctionem, ait : « Quod autem Lycia Chersonesus dicta reperiatur, non utique ex ea causa, quod sit in provincia Lycíæ in Asia, in qua nulla reperi-tur nominata Chersonesus, sed irrepsisse puto errorem, ut pro Bycia, Lycia scriptum sit. Alluit enim Bycia palus ; sic dicta a Byco fluvio, Chersonesum a superiori parte, ut docet Ptolomæus tab. vili Europæ. » Atque hactenus Baronius.

Plausibilis sane conjectura, si litterarum affinitatem spectes. Sed non est passus Clemens in Chersoneso Byciæ paludi proxima, sed in alia insula, Chersoneso vel Chersonæ proxima. Clare Acta inventio-niscorporisejus apud Petrum a Natalibus in Catalogo suscipe (Philem. 1; quem beatus idem Apostolus episcopum ordinans, prædicationisque verbum ei committens, apud Ephesiorum civitatem reliquit ; cui episcopus post beatum Timotheum et ipse resedit. De quo et beatus Ignatius Ephesiis mittens Epistolam ita dicit (Ignat. ep. 14 ad Eph.) : Quoniam ergo suscepi multitudinem vestram in nomine Domini in Onesimo, dilecto præceptore nostro, vestro autem episcopo; obsecro eum secundum Jesum Christum diligerevos, etvos omnes in concordia ejus in ipso esse; benedictus enim Dominus, qui vobis talibus talem episcopum donavit habere in Christo. Hic Romam perductus, atque ibi pro fide Christi lapidatus, sepultusest Christi martyr primum ibi; inde ad loca ubi

E. IX KAL. DECEMBR. (23 Nov.).

(Hieron., de Eccl. Script., c. 15; Pontificale, c. 4). Natalis sancti Clementis, de quo apostolus Paulus ait : Cum Clemente et cæteris cooperatoribus meis. quorum nomina sunt in libro vitæ (Phil.w). Hic quartus post Petrum Romæ episcopus (siguidem secundus Linus fuit, tertius Anacletus) sub persecutione Trajani^a, trans Pontum mare in eremo, quod adja-

SS. lib. x, cap. 98, quæ et ipse Baronius recitat tom. X Annalium anno Christi 867 : « Leo, inquit, episcopus Ostiensis, tradit guod tempore Michaelis imperatoris Constantinopolitani, quidam Philippus sacerdos Chersonæ veniens, de his narrantur in Historia sancti Clementis, de maris aperitione habitatores interrogavit. Qui nihil de hoc scire professi sunt dem miraculum illud jamdudum ob habitantium culoam cessaverat ; et ab incursu barbarorum templum illud destructum erat, et arca cum corpore marinis fluctibus obruta. Tunc assumpto episcopo Georgiæ civitatis cum clero et populo, accesserunt ad insulam in qua putabant esse martyris corpus. Ubi divina revelatione fodientes corpus invenerunt, et anchoram cum qua fuerat in mare projectum. » Quare alia insula Chersonæ vicina investiganda est.

Venia, spero, mihi dabitur, si certum exsilii locum, in quem Clemenspapa relegatus fuit, coner producere; idque non tam conjecturis quam certo indicio. Existino igitur eum in Leucam insulam, quæ Achillea insula dicitur, Chersomæ proximam relegatum. Quod si quis Leucæ nomen post in Lycia migrasse velit, non magnopere refragabor. In Leucam autem insulam ablegatum Clementem papam astruo:

Primo quia Anastasius Bibliothecarius in Vitis pontificum, cap. 4, de Clemente ait : Qui etiam sepul-tus est in Græcia Quem locum Baronius, Notation. ad Martyrolog. Romanum, xxIII Novembris, mendosum existimavit. At vero sanum esse vel inde patet quod Marius Niger, homo geographiæ peritissimus, asserit etiam hodierno die Leucam insulam vocari, vulgo Graciariam; quod quam parum abit ab Anastasii Græcia? apud quem forte etiam Græciaria legendum quis divinaverit. Forte Græcia vel Græciaria dicta ea insula, quod Taurica Chersoneus, in qua hæc insula, teste Ammiano Marcellino, lib. xxII, plena sit coloniarum Græcarum, ut ibidem habet. Secundo, quia hæc insula exsiliis aptissima, quia

deserta Arrianus in Periplo Ponti Euxini, H di mous άνθρώπων μέν έμήμη έστιν. Insula hæc deserta est ab hominibus. Ammianus Marcellinus, lib. xxII: « In hac Taurica (Chersoneso) insula Leuce sine habitationibus ullis Achilli est dedicata. In quam si fuerint forte quidam delati, visis antiquitati svestigiis, tr

cet civitati Chersonæ, relegatur exsilio ; ubi cum A episcopus ordinatus est, de quo beatus Ignatius ad per doctrinam ejus plures converterentur ad Dominum, paganis insistentibus, invidiosa relatio cucurrit ad imperatorem Trajanum, quæ diceret ibi per Clementem Christianorum populum accrevisse. Qui misit ducem Aufidianum qui cum videret (multos Christianos occidens) fixum in omnibus beatum Clementem, et penitus mutari non posse, jussit præcipitari eum in mari medio, ligata ei ad collum anchora; talique martyrio discipulus Petri coronatur. et nominis ejus memoriam usque hodie Romæ exstructa ecclesia custodit.

D. KAL. FEBRUARII (1 Febr.).

(Hieron., de Bccl. Script., c. 16). Natalis sancti Ignatii episcopi et martyris, qui tertius post Petrum apostolum Antiochenam rexit Ecclesiam : qui B persecutione Trajani damnatus ad bestias Romam vinctus mittitur; ubi præsente Trajano circumsedente senatu, pilis plombeis scapulæ ejus primum contusæ, deinde ungulis latera ejus dilaniata, et lapidibus asperis confricata. Post expansæ manus ejus et igni repletæ papyro oleo infuso et insenso latera ejus adusta. Post super carbones pavimento aspersos, ubi sanctæ plantæ illius steterunt. Post lectum flammantem, post dorsum ejus ungulis discussum et dilaceratum, post aceto et sale plagas ejus perfusas, post vinculis ferreis beata membra illius astricta, et pedes ejus in ima carceris ligno conclusos, ubi tribus diebus ac noctibus panem non comedens et aquam non bibens mansit, sedente Trajano pro tribunali in amphitheatro, concurrente omni turba C Romanorum, ligatus duobus objicitur leonibus. Cumque jam projectus bestias rugientes audiret, ardore patiendi ait : Viri Romani, qui hoc certamen spectatis, non sine causa laboravi, non propter pravitatem hæc patior, sed propter pietatem ; frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar. Hæc illo dicente accurrerunt ad eum leones, et ex utraque parte super eum incidentes præfocaverunt eum tantummodo, et non tetigerunt carnes ejus, ut reliquiæ ejus tuitio essent Romanorum et magnæ Urbis, in qua Petrus crucifixus est, Paulus decollatus, Onesimus lapidatus. Passus est undecimo Trajani anno, consulatu Attici et Marcelli Kalend. Febr. Reliquiæ corporis ejus a fratribus, qui eum usque ad martyrium deduxerant, Antiodbiam relatæ, jacent extra portam Daphniticam in cœmeterio Ecclesiæ, xvi Kalendas Januarii delatæ.

G. PRIDIE NONAS MAII (6 Maii).

Natalis sancti Evodii, qui ab apostolis Antiochiæ

ploque et donariis eidem heroi conseratis, vesperi repetunt naves. Aiunt enim non sine discrimine vitæ illic quemquam pernoctare. » Atqui in Actis Clementis locus exsilii ejus sonuos seu desertus dicitur.

Tertio, quia insula illa tota saxosa. Unde Festus Avienus in orbis terræ descriptione :

. Ubi concava vasto Cedit in antra sinu rupes; ubi saxa dehiscunt. Molibus exesis, et curvo fornice pendent.

Jam vero in Actis Clementis habes : « Invenerunt

1

Antiochenam Ecclesiam (epist. 12) : Pauli et Petri facti estis discipuli:nolite perdere depositum, quod vobis commendaverunt. Mementote digne beatissimi Bvodii, pastoris vestri, qui primus, vobis ab apostolis antistes ordinatus est. Non confundamus patrem, sed efficiamur certi filii et non adulterini. Hic martyr apud Antiochiam urbem, cui præfuit, sepultus est.

A. X KAL. AUGUSTI (23Julii).

Natalis sancti Apollinaris episcopi •, qui Romæ ordinatus ab apostolo Petro Ravennam missus est, qui etiam in Æmilia prædicavit, et in partibus Corinthiorum, et in Mœsia, et in Ripa Canubii, et in partibus Thraciæ, in quibus locis exsilio relegatus est, et ubicunque pervenit, innumeras virtutes fecit, et passiones sustinuit; nam nimia cæde pene mactatus, et diutius fustibus cæsus, ac nudis pedibus super prunas impositus, rursum cæsus et equuleo appensus, tortus est, et saxo os ejus contusum est, et cum gravissimo ferri pondere inclusus in carcere honorifico, atque in ligno extensus est, ubi ab hominibus quidem neglectus, sed ab angelo publice pastus est ; deinde catenatus, et in exsilium directus est, in quo rursum diutius fustibus cæsus, et rursum in Ravenna ligatus, a paganis cæsus et vulneratus, et rursum in carcerem missus et cæsus, sic martyrium consummavit sub Vespasiano Cæsare, Demosthene patricio. Rexit Ecclesiam annos octo et viginti, dies quatuor, mensem unum.

E. VII KAL. FEBRUARII (26 Jan.).

Natalis sancti Polycarpi^b, qui beati Joannis discipulus, et ab eo Smyrnæ episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit. Postea vero, regnante Marco Antonio, et Lucio Aurelio Commodo, quarta post Neronem persecutione, Smyrnæ sedente proconsule, et universo populo in amphitheatro adversum eum personante, igni traditus est. Cum quo etiam alii duodecim, ex Philadelphia venientes : apud præfatam urbem martyrio consummati sunt.

Tunc etiam Germanicus, athleta Christi insignis, glorioso martyrii agone translatus est. Nam cum a judice damnatus fuisset ad bestias, ultrosibi præparatam bestiam provocavit, despiciens videlicet tem-D poralem mortem, et coronam vitæ æternæ veloci fine adipisci desiderans. Scripsit idem beatus Polycarpus ad Philippenses valde utilem epistolam, quæ usque hodie in Asiæ conventu legitur.

L. III IDUS JULII (14 Julii).

Natalis sancti Sileæ [al., Silæ] apostoli, qui cum

ibi ad secanda saxa amplius quam duo millia Christianorum, diuturna relegatione damnatos.

Atque hæc de insula in quam se Clemens papa relegatus, disputata sunto; tum ad lucem veteris Breviarii, tum ad Anastasi lectionem stabiliendam et explicandam, quæ omnia doctiorum judicio submitto, non tam docere quam discere paratus.

* Vide in Martyr. Adonis de hoc fusius.

^b Vide *ibid*.

esset unus de primis fratribus, et ab apostolis ad A rinthios beatus Apostolus se dicit baptizasse (Gor. Ecclesias gentium destinatus, cum Barnaba et Juda postea ab apostolo Paulo assumptus (Act.xv, xvi, xvII, xvIII), prædicationis officium, gratia Domini plenus, instanter consummavit, atque apud Macedoniam in passionibus suis Christum clarificans, postmodum requievit.

D. XIV KAL. AUGUSTI (19 Julii).

Natalis beati Epaphræ, qui a beato Paulo Colossis ordinatus episcopus (Coloss. 1 et IV; Philipp. 11), clarus virtutibus, martyrii palmam pro ovibus sibi commendatis virili agone percepit. Sepultus apud eamdem urbem.

D. XV KAL. AUGUSTI (16 Julii).

Natalis Erasti, qui Philippis a beato Paulo episcopus relictus (Act. xix; Rom. xvi), ibi martyrio co- B ronatus quievit.

B. XV KAL. JANUARII (18 Sept.).

Natalis beatorum Rufi et Zosimi, de quorum agone felici sanctus Polycarpus in epistola ad Philippenses scribit, dicens : Deprecor autem vos omnes obedien_ tic operam dare, ac meditari patientiam quam vidistis in Ignatio et Rufo et Zosimo beatissimis viris. scientes quod hi non in vacuum, sed per Adem et justitiam cucurrerunt, donec venirent ad locum sibi a Domino præparatum; quoniam quidem passionum ejus participes exstiterunt, nec dilexerunt præsens sæculum, sed eum qui pro ipsis et pro omnibus mortuus est et resurrexit.

F. II NONAS AUGUSTI (4 Aug.).

Natalis beati Aristarchi, de quo apostolus Paulus Colossensibus scribit : Salutat vos Aristarchus concaptious meus (Col. 1v); qui comes individuus Apostolo permansit usque ad ejus confessionem; qui constitutus Thessalonicensium episcopus (Act. xix, xx, xxvii), post longos et beatissimos agones a Christo coronatus quievit.

D. VIII IDUS SEPTEMBRIS (6 Sept.).

Natalis sancti Onesiphori, de quo ad Timotheum scribit Apostolus : Detmisericordiam Dominus Onesiphori domi, quia sæpe me refrigeravit, et catenam meam non erubuit : sed cum Romom venisset. sollicite me quæsivit, et invenit. Detilli Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die. Bt quanta Ephesi ministravit, melius tu nosti (III Tim. 1).

B. VII KAL. OCTOBRIS (25 Sept.).

Natalis Cleophæ, qui unus fuit de septuaginta Christi discipulis (Luc. IV). Cui post resurrectionem eunti cum alio condiscipulo in castellum nomine Emmaus, quod Nicopolis nunc dicitur, Dominus apparuit. Quem tradunt in eadem urbe, eademque domo in qua mensam quasi peregrino Domino paraverat, pro confessione illius, quem ibi ipse recognoverat, a Judæis occisum, et gloriosa memoria etiam sepultum.

D. IV NON. OCTOBRIS (4 Oct.).

Natalis sanctorum Crispi et Caii, quos apud Co-

1). Cujus Caii meminit idem Apostolus ad Romanos: Salutat vos Caius hospes meus, et universæ Bcclesiæ (Rom. xvi). Cujus et beatus Joannes, scribens ei epistolam, meminit : Senior Caio charissimo, quem ego diligo in veritate (Joan., Ep. III.).

F. IV KAL. JANUARI (29 Dec.)

Natalis sancti Trophimi, de quo scribit Apostolus ad Timotheum : Trophimum autem reliqui in firmum Mileti (II Tim. v1). Hic ab apostolis Romæordinatus episcopus, primus ad Apelatem urbem Galliæ ob Christi Evangelium prædicandum directus est. Ex cujus fonte, ut beatus papa Zozimus scribit, totæ Galliæ fidei rivos acceperunt : qui apud eamdem urbem in pace quievit.

D. XI KAL. APRILIS (22 Mar.).

Natalis sancti Pauli, quem beati apostoli ordinatum urbi Narbonæ episcopum miserunt. Quem tradunt eumdem ipsum fuisse Sergium Paulum proconsulem, virum prudentem, a quo ipse Paulum sortitus est nomen, quia eum fidei Christi subegerat : quique ab eodem sancto apostolo, cum ad Hispanias prædicandi gratia pergeret, apud præfatam urbem Narbonam relictus, prædicationis officio non segniter impleto, clarus miraculis coronatus sepelitur.

D. XII KAL. FEBRUARII (21 Jan.).

Natalis sancti Publii Athenarum episcopi, qui princepsinsulæ Melite vel Militene, cum navigantem beatum apostolum Paulum Romam, sub custodia detentum (Act. 28) per triduum hospitio receptum, humane tractasset, ut beatus Lucas refert, patrem ipsius Publii contigit febribus et dysenteria jacere. Ad quem cum intrasset beatus Apostolus, et imposuisset illi manus et orasset, sanavit eum (Buseb., lib. 1v, c.22). Quem Publium adhærentem sibi beatus Apostolus postea ordinatum episcopum, ad prædicandum direxit, qui postmodum Atheniensium ecclesiam nobiliter rexit, et præclarus virtutibus et doctrina præfulgens, ob Christi martyrium gloriose coronatur; nam primus Dionysius, inde Publius, iste Athenis præfuit.

F. VII KAL. JUNII (26 Maii).

(Hier. de Script. Bccl., c. 19.) Natalis sancti Quadrati apostolorum episcopi discipuli, qui in locum beati Publii Athenarum substituitur et Eccle-D siam grandi terrore dispersam fide et industria sua congregat. Cumque Adrianus Athenis exisset hieme invisens Eleusinam, et omnibus pene Græciæ sacris initiatus, dedisset occasionem his qui Christianos oderant absque præcepto imperatoris vexare credentes, porrexit ei librum pro nostra religione compositnm valde utilem plenumque rationis et fidei, apostolica doctrina dignum, in quo et antiquitatem suæ ætatis ostendens, ait plurimos a se visos, qui variis in Judæa oppressi calamitatibus, a Domino sanati fuerant, et qui a mortuis resurrexerant; quia una cum filiabus Philippi (Act. xxi) et in prophetica gratia celeborrimus fuit (Deest heo Hier.)

C. V NONAS OCTOBRIS (3 Octob.).

Natalis sancti Dionysii Areopagitæ, qui ut liber Actuum apostolorum indicat (Act. xvII), ad prædicationem beati Pauli apostoli apud Athenas ad fidem Christi conversus, primus ejusdem civitatis episcopus ab eodem est constitutus.

G. IX KAL. AUGUSTI (22 Julii).

Natalis sanctæ Mariæ Magdalenæ, de quá ut Evangelium refert, septem dæmonia ejecit Dominus. Quæ etiam inter alia dona insignia Christum a mortuis resurgentem prima videre meruit.

G IX KAL. OCTOBRIS (23 Sept.).

Natalis sanctæ Theclæ virginis de Iconio civitate Orientis, quæ a Paulo apostolo instructa, in confessione Christi ignes ac bestias devicit, et post multa certamina ad doctrinam multorum veniens B Seleuciam, requievit in pace.

A. III NONAS SEPTEMBRIS (3 Sept.).

Natalis sanctæ Phœbes, de qua beatus Apostolus Romanis scribit: Commendo autem vobis Phæben sororemnostram,quæest in ministerio Cenchris,ut eam suscipiatis in Domino digne sanctis, et assistastis ei inquibuscumque desideraverit;vestris etenim ipsa quoque assistit multis, etiam et mihi ipsi (Rom.xv1).

A. VI NONAS JULII (2 Julii).

Natalis sanctorum Processi et Martiniani, qui cum essent a magistriani Mello principi, et viderent mirabilia quæ faciebat per beatos apostolos suos Petrum et Paulum Dominus Jesus Christus, mirari cœperunt. Eranttunc temporis beatissimi apostoli traditi Pau- C lino sub custodia Mamertini in monte Tarpeio, ubi de monte suis orationibus aquam manare fecerunt. Tunc

Magistrianimelloprincipi. Locus hic mire hactenus depravatus fuit. Ado vulgatus legit : Magistri Animelli principis. Surius in Actis horum martyrum x1 Julii : Magistriani melloprincipis : notatque in margine, Animelli. Ita vel Mellum vel Animellum proprium principis alicujus nomen existimarunt. Mombritius tom. XI in horum Actis habet : Magistri principes : quem puto Mello vel Animello, omisisse, tanquam nihil verbum. Vera lectio est quam exhibui, quæ nunc explicanda.

Magistriani, seu magisteriani ex officio sunt militiæ palatinæ, qui et agentes in rebus. Glossæ Latino-Græcæ agens in rebus, Mayısteplavoc : quos eosdem cum Castrensiis seu Castrensianis faciunt Glossæ Basilicorum in quibus, Μαγιστεριανός ό Καστρήνσιος. Codex Justin. lib. xII, diverso titulo agentes in rebus D a castrensianis distinguit. Castrensiani tamen etiam magistro officiorum suberant (uti magistriani) ut habet titulus xxvi. Alii sunt magisteriani apud Suidam, qui et Kavorpioco dicti a zavorpio, canistro, qui magistratus est ecclesiasticus. Vide Meursium in Glossario Græco-barbaro. In glossis Basilicorum Μαγιθριανός dicitur quoque Μαιδατωρ. Magisteriani occurrunt in Aactis S. Abercii, episcopi Hieropolitani xxII Octobris, apud Metaphrastem, ubi Antoninus imperator. Valerium et Bassianum magisterianos divinorum nostrorum officiorum misimus. Et apud Evagrium lib.11,cap. 16. Ού παρά τούς Μαγιστριανούς απεστάλησαν. Malchus in Bysanticis : 'Αδεμαντοῖς δέ ταύτα πυθύμενος, προπέμπει των έππεον των βασιλικών τινά ούς Μαγιστριανούς χαλούσι.

Melloprinceps est qui proximus est principatui, qui proxime futurus princeps. Ita μέλλων et Græcum A sunt baptizati Processus et Martiniauusa beato Petro apostolo et alii promiscui sexus numero xxIII (sic). Quod cum nuntiatum esset Paulino, scilicet quod Processus et Martinianus magistriani effecti essent. misit milites et tenuit eos, jussitque in custodiam retrudi. Sequenti die educti cum constantissime Christum faterentur, jussit Paulinus, ut lapidibus os eorum contunderetur; sed illi gloriam in excelsis Deo dicebant. Allata est et tripoda et supra eam Jovis aureus. Illi cum viderent, risum facientes exspuerunt in Jovem, et in tripodam. Tunc jussi sunt in equuleo suspendi, et attrahi nervis, et cædi fustibus. Jussum-. que est ut flammæ ponerentur circa latera eorum. Erat autem ibi matrona nobilissima nomine Lucina. quæ confortabat eos, dicens : Milites Christi, constantes estote, et nolite metuere pænas quæ ad tempus sunt. Iterum appensi in equuleo, a militibus cæsi sunt scorpionibus, iterum retrusi in custodiam, ubi venerabilis femina Lucina ministrabat eis. Post triduum Paulinus arreptus a dæmonio exspiravit. Cæsareus præfectus hoc Neroni intimavit, cui Nero præcepit, dicens: Nontardentur, sed celerius exstinguantur. Tunc educti foras muros urbis Romæ, in via quæ Aurelia nuncupatur, gladio cæsi sunt. Corpora eorum beatissima Lucina collegit, et cum aromatibus pretiosis sepelivit in præsidio suo in Arenario juxta locum ubi decollati sunt, die vi, Non. Julii.

F. II KAL. JULII. (30 Julii).

b Natalis beatissimæ Lucinæ quæ a beatis apostolis baptizata et instructa est, quæ de facultatibus suis sanctorum necessitatibus communicans vincula et carceres eorum semper sublevare studuit, atque eorum sepulturis venerabiliter inservire. Quorum

Græcis et cum Latinis vocibus componitur. Græca compositio notior, quam ut exemplis sit opus Latina rarior. Apud Jurisconsultos habes melloproximos. Cod. Justin. lib. x11, tit. 19, I. 5, 7 et 14; id est qui proximi snnt ad gradum proximatus, seu qui futuri sunt proximi scriniorum.

Sed quis hic princeps, cui proximus est melloprin-ceps ? Turbat hic varia codicum lectio. Si legas, qui *erant magistriani melloprincipi* vel *melloprincipis*, videtur insinuari quod Processus et Martinianus mox futuro principi alicui inservierint. Sed nullus Neronis imperio proximus fuit, ad principatum : quippe cui nec proles fuit, qui princeps juventis esse posset, nec ullus alius adoptatus. Quare veriorem lectionem hanc quorumdam mss. judic : qui erant magistriani melloprincipes. Inter magistrianos seu agentes in rebus, quidam erant principes. Unde Cod. Justin. lib. x11, tit. 22 : De principibus agentium in rebus; ubi, l. i dicitur : Agentes in rebus post palmam laboris emeriti principatus honore remuneramus. Hinc qui proximi erant huic principatui, dicebantur melloprincipes. Tales erant Processus et Martinianus; non magistrianitantum, sed et melloprincipes. Formulam magisteriæ dignitatis, cui subserviebant magistriani et de ejus excellentia habes apud Cassioaorum lib vi, form. 6, ubi ejus officia exprimentur; et tandem dicitur: Sic nominis sui gravitate per fun-ctus ornat actibus principatum. Et post: Officium vero ejus tanta genii prærogativa decoratur, ut militiæ perfunctus muneribus, ornetur nomine principatus. ^b Vide gesta SS. Processi et Martiniani 2 Jul.

meritis et ipsa sociata, pretiosissimam mortem A et penitus nec sibi possunt aliquid nec aliis præsconfessione Christi adepta, atria Jerusalem intrare, vota sua Domino persolvendo, meruit: ac Romæ in crypta laudabili, quam ipsa ad condendum martyrum corpora construxerat, honorabiliter sepulta.

(G. XII KAL. FEBRUARII 21 Jan.).

Natalis beatissimæ Agnetis virginis et martyris, quæ tertiodecimo ætatis suæ anno in urbe Roma passa est. Hæc dum ab scholis revertitur, a præfecti filio adamatur : cujus parentes dum requisisset, copit offerre plurima, et plura promittere; denique detulerat secum pretiosissima ornamenta quæ a beata Agnete veluti quædam stercora sunt recusata. Unde factum est ut juvenis majori perurgeretur stimulo, et putans eam meliora velle accipere ornamenta, omnem lapidem pretiosum secum defert et B gloriam, et per se ipsum, et per notos et affines cœpit aures appellare virginis, divitias, domos, possessiones, familias, atque omnes mundi divitias, repromisit, si consensum suum ejus conjunctioni non negaret. Sed cum beatissimam virginem inclinare nullis donis aut promissionibus posset, insanus juvenis amore corrumpitur cæco, inter augustias animi et corporis anhelo cruciabatur spiritu. Inter hæc lecto prosternitur, et per alta suspiria amor a medicis aperitur. Fiunt nota patri, quæ fuerant inventa a medicis, et eadem paterna voce, quæ suerant jam dictaa filio, ad petitionem virginis revolvuntur. Abnegat Agnes beatissima, et se nullo pacto asserit prioris sponsi fædera violare. Tunc præfectus cæpit vehementer inquirere quis esset de cujus se Agnes C potestate jactaret. Exstitit quidam qui diceret hanc Christianam esse ab infantia, et magicis artibus ita occupatam, ut dicat Christum sponsum suum. Audiens hæc præfectus Symphronius, lætus officitur, et missa apparitione cum ingenti strepitu suis eam tribunalibus præcepit assisti. Quam cum nec blandimentis nec terroribus posset ab statu sui propositi movere, jussit eam exspolari, et nudam ad lupanar duci sub voce præconia dicentis: Agnem sacrilegam virginem, diis blasphemiam inferentem, scortum traditam lupanaribus. Statim autem ut spoliata est, crine resoluto tantam densitatem capillisejus gratia divina concessit, ut melius corum fimbriis videretur quam vestibus tecta. Ingressa autem turpitudinis locum, angelum illic Domini præparatum ita invenit, ut circumdaret eam immenso lumine. Cumque se in oratione Domino D substravisset, apparuit ante oculos ejus stola candidissima, et apprehendens eam induit se; erat autem ad mensuram corpusculi ejus indumentum nimio candore conspicuum. Interea præfecti filius venit ad locum, credens se ludibrium exercere: et audacter ingressus, vidit tantum lumen circa eam; sed quia non dedit honorem Domino, cecidit in faciem suam, et præfocatus a diabolo exspiravit. Hunc tamen virgo post paululum orando resuscitavit, qui egressus foras, cœpit clamare: Unus Deus in cœlo, et in terra, et in mari, qui est Deus Christianorum : nam omnia templa vana sunt; dii qui coluntur vani sunt,

are. Præfectus autem videns tanta mirabilia, obstupuit; sed veritus proscriptionem, si contra pontifices templorum ageret, qui seditionem populorum concitaverant, et Agnetem contra sententias suas defensaret, vicarium ad seditionem populijudicem derelinquit. Ipse autem tristis abscessit, quod eam non potuit post resurectionnem filii sui liberare. Vicarius vero Aspasius nomine jussit in conspectu omnium ignem copiosum incendi, et in medio eam præcepit flammarum jactari. Quod dum fuisset impletum, statim in duas partes divisæ flammæ hinc atque illinc seditiosum populum exurebant. Beata autem Agnes expandens manus suas, in medio ignis orationem fudit ad Dominum. Completa oratione ita omnis ignis exstinctus est, ut nec tepor quidem incendii remansisset. Tunc Aspasius seditionnem populi, qui hoc non virtutibus divinis sed maleficis reputabant, minime ferens, in gutture ejus gladium mergi præcepit : atque hoc exitu sanguinis sui rubore perfusam, Christus sibi sponsam et martyrem consecravit; parentes vero ejus cum gaudio abstulerunt corpus ejus, et posuerunt illud in prædio suo, non longe ab Urbe, via Numentana xı Kal. Febr. ubi basilicam post aliquot annos, petente Constantia filia, Constantinus Augustus construxit. •Fuerat enim ab obsessis vulneribus eadem regina et virgo, ad sepulcrum Agnetis sanata, ibique mausoleum sibi ipsa constituit. Passa est autem beata Agnes sub præfecto urbis Symphronio, vicario ejusdem_urbis_Aspasio.

A. NONIS FEBRUARII (3^{*}Febr.).

Sanctæ Agathæ virginis et martyris, in Sicilia civitate Catanæ sub Quinctiano proconsule, imperatore Decio: qui consularis vir Quinctianus cupiens multifaria intentione ad eam pertingere, quod esset nobilissimis orta natalibus, fecit eam arctari, et cuidam matronæ tradi nomine Aphrodosiæ, quæ habebat novem filias turpissimas, ut mutaret animum ejus. Quæ videns mentem ejus immobilem, post triginta dies abiit ad Quinctianum, et dixit ei : Facilius possunt saxa molliri et ferrum in plumbi mollitiem verti, quam ab intentione Christiana mens istius puellæ revocetur. Jussit igitur eam Quinctianus ad secretarium suum adduci, et sedens pro tribunali, beatissimam Agatham interrogat: Cujus conditionis es ? Agatha respondit : Non solum ingenua, sed et spectabilis genere, ut omnis parentela mea testatur. Cui dixit Quinctianus : Et si ingenua probaris et nobilis, cur moribus servilem personam te habere ostendis? Cui beata Agatha inquit : Ancilla Christi sum, ideo me servilem habere ostendo personam. Cumque in confessione Christi fortissime, quæ fidei sunt, prosequeretur, jussit eam Quinctianus alapis cædi; deinde constantius Christum prædicantem jussit ad carcerem trahi. Agatha autem lætissima et glorianter carcerem introivit, et quasi ad epulasinyitata, ita gaudens agonem suum Domino

precibus commendabat. Sequenti die iterum aspecti- A Agathæ investigaret et ut teneret omnes de parenbus judicis præsentatur, quam jussit in equuleo ingenti suspendi et torqueri. Tunc post alia Agatha judici respondit: Sicut qui videt, quem diu desiderabat; aut sicut qui invenit thesauros multos, ita et . ego delector in his pœnis corporalibus posita. Non enim potest triticum in horreo reponi, nisi theca ejus fortiter fuerit conculcata, et redacta in paleas. Ita et anima mea non potest in paradisum Dei cum palma intrare martyrii, nisi diligenter foceris corpus meum a carnificibus attrectari. Jussa est deinde in mamilla torqueri, quam diu tortam fecit impius judex abscindi. Recipitur beata virgo iterumin carcerem, ubi neque aqua ministraretur ei : et ecce circa noctem mediam venit quidam senex, qui se medicum esse commemorabat, ferens diversa medicamenta, quem antecedebat puer luminis portitor, qui inter alia virgini dixit : Consideravi, inquit, et vidi, quia potest salutem tua mamilla suscipere. Cumque illa verbis senis non præberet assensum, putans quod vellet carnalem adhibere sibi medicinam, dixissetque seni inter alias: Habeo Salvatorem Dominum Christum Jesum, qui verbo curat omnia, et sermo ejus solus restaurat universa; subridens senior : Et me, inquit, ipse misit ad te; nam et ego apostolus ejus sum, et in nomine ejus scias te esse salvatam; et sic ab oculis ejus sublatus est. Post quatuor dies reducta iterum ad Quinctianum est, qui testas acutas et carbones jussit spargi, et nudo corpore eam supra volutari : et ecce subito totus ille locus com motus est, et pars parietis cecidit et opressit duosconsiliarum judicis, et amicum ejus. Quinctianu, igitur fugiens, quia ex uno latere terræ motum, ex alio latere seditionem populi formidabat, iterum jussit eam in carcerem recipi: quæ ingressa expandit manus suas ad Dominum et dixit : Domine, qui me creasti, et custodisti ab infantia mea, et fecisti me juventute viriliter agere, qui tulisti a me amorem sæculi, qui corpus meum a pollutione separasti, qui fecisti me vincere tormenta carnificis, ferrum, ignem, et vincula; qui mihi inter tormenta virtutem patientiæ contulisti: deprecor ut accipias spiritum meum modo quia tempus est, ut me jubeas istud sæculum derelinquere, et ad tuam misericordiam pervenire. Hæc dicens beat um cœlo misit spiritum: cujus sacrum corpus auferentes Christiani populi, posuerunt conditum aromatibus in sepulcro novo. Cum D autem collocaretur, venit quidam juvenis sericis vestibus indutus, quem sequebantur amplius quam centum pueri albati et pulchri, et introivit ad locum ubi condebatur corpus sanctæ virginis, et posuit tabulam brevem marmoream ubi scriptum est : Mentem sanctam et spontaneam, honorem Dei, et patriæ Hberationem : et tandiu ubi stetit idem juvenis, donec sepulcrum cum diligentia clauderetur, et abscedens non est ulterius visus in tota provincia Siculorum. Unde non dubitandum quod angelus fuerit. Passa est autem beata Agatha Non. Febr. Quinctianus post hæc iter arripuit ut facultates beatæ

tela ejus, qui Dei judicio in medio flumine interiit.

G. VIII KAL. JUL'I (24 Junii).

Nativitas beati Joannis Baptistæ præcursoris Domini, Zachariæ et Elisabeth filii, qui Spiritu sancto repletus adhuc in utero matris suæ, et antequam exirct inde, sanctificatus, usque ad diem ostensionis suæ ad Israel, confortatus Spiritu agebat in desertis, vestitus pilis camelorum, habens zonam pelliceam circa lumbos suos, esca autem ejus erat locusta et mel silvestre (Marc. I). Tricesimo ætatis anno imperii Tiberii Cæsaris, cum procurator esset in Judæa Pilatus, jamque regnum Judæorum in quatúor principatus esset divisum, venit in omnem regionem Jordanis prædicans baptismum pænitentiæ, in re-B missionem peccatorum (Luc. 1 et III).

C. IV KAL. SEPTEMBRIS (29 Aug.).

Passio et decollatio vel potius inventio capitis ejusdem beatissimi Joannis Baptistæ, quem Herodes tetrarcha, ut evangelistæ referunt, tenens ligavit in carcere, propter Herodiadem uxorem fratris sui Philippi, quia duxerat eam; dicebat enim illi Joannes: Non licet tibi habere uxorem fratris lui (Marc. vi; Luc. III ; Matth. xiv). Hac de causa insidiabatur illi Herodias, et quærebat occidere eum, et non poterat. Herodes autem metuebat Joannem, sciens eum virum justum et sanctum esse. Sed cum Herodes ipse diem natalis sui ageret, filia Herodiadis saltante in medio, sæviente matre, inter delicias et lascivias convivantium, temere ab Herode juratur, et impie quod juratur, in nece prophetæ impletur. Non enim poterat severitas æquo animo tolerare, quod homo Dei monebat, quia vicerat regem libido. Vinctus autem erat sanctus Baptista in Arabia, castello Macheronta. Misso itaque speculatore, decollatus est in carcere, et allatum est caput ejus in disco, puellæque datum. Quod audientes discipuli ejus, venerunt et tulerunt corpus ejus, et posucrunt illud in monumento apud Sebasten, urbem Palestinæ, quæ quondam Samaria dicta est : ubi per aliquot annos jacuit usque ad tempora Juliani impiissimi Cæsaris. Qui cum Christianis esset infestissimus, pagani apud Sebasten sepulcrum ejusdem Joannis Baptistæ invadunt, ossa dispergunt; eadem rursum collecta et cremata, latius dispergunt : sed Dei providentia adfuere quidam ex Hierosolymis monachi, qui misti colligentibus, quæque ipsi poterant, ablata ad patrem suum Philippum pertulere. Ille confestim hæc (supra se cum ducebat tantum thesaurum propriis servare vigiliis) ad pontificem maximum tunc Athanasium per Julianum diaconum suum mittit: quæ ille suscepta. paucis arbitris sub cavato sacrarii pariete inclusa, prophetico spiritu profutura generationí posteræ conservavit. Cujus præsagium sub Theodosio principe, per Theophilum ejusdem urbis episcopum completur. Qui destructo Serapis sepulcro, sancti Joannis ibidem consecravit ecclesiam. Porro caput suum duobus monachis Orientalibus, qui causa orationis venerant Hierosolymam, idem beatus Joannes juxta

Herodis quondam regis habitaculum revelavit · A mo Deus altissimus. Ad quam missus est angelus • quod deinceps Emesam Phæniciæ urbem perlatum, et digno honore cultum est.

A. VIII IDUS OCTOBRIS (8 Octob.)

Natalis beatissimi senis Simeonis, de quo beatus Lucas evangelista refert : Bt ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, et homo iste justus et timoratus exspectans consolationem Israel, et Spiritus sanctus erat in eo. Responsum autem accepit ab Spiritu sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in Spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, et ipse accepit eum in manibus, et benedixit Deum, et dixit: Nunc dimittis servum tuum.

F. KAL. SEPTEMBRIS (1 Sept.)

Natalis beatissimæ Annæ prophetissæ, filiæ Phanuel, de tribu Ascr, cujus sanctitatem Evangelicus sermo prodit : Hac processerat in diebus multis, et vizer at cum viro suo annis septem virginitate sua : et hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor: que non decedebat de templo, jejuniis et orationibus serviens nocte ac die (Luc. 11).

F. VI IDUS SEPTEMBRIS (8 Sept.)

Natalis beatissimæ Dei Genitricis Mariæ perpetuæ Virginis, quam Spiritus sanctus custodivit, et eleclam sanctificavit, ut ex illius utero nasceretur ho-

 Quod deinceps Emesam, etc. Loco hujus clauperditum fuit. Sed ab aliis inventum, apud Edissam civitatem Phœniciæ delatum, et ignobiliter repositum latuit, donec Jurioramus, cjusdem civitatis epi-scopus, indicante Marcello abbate, cui se caputque suum idem Joannes ostenderat, reinventum honorifice collocavit, et ex ea die decollatio ejus celebrata est. » Vide apud Adonis Martyrologium xxiv Februarii de hac re fusius. Sigebertus in Chronico anno Christi 761 juxta Aquicinctinum et Ortelianum codicem : Caput Joannis Baptistæ in Bumesa civitate transfertur. Ubi ex Lipsiano codice alia fusior attexitur historia : « Caput Joannis Baptistæ ab Alexandria in Aquitaniam transfertur hoc modo. Quidam laudabile vitæ monachus, nomine Felicianus, ex Galliarum partibus cum paucis sociis Hierosolymam gratia orationis adiit, et post expleta piæ devotionis obsequia,, angelica allocutione commonitus, Alexandriam expetivit, et caput Baptistæ Joannis a loco in D quo olim a Theophilo, ejusdem urbis episcopo, re-

Gabriel a Domino in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, cum esset desponsata viro Joseph de domo David. Et ingressus angelus evangelizavit eam, et dixit : Ave, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres (Luc. 1). Ipsa autem ut vidit eum, mota est introitu ejus, et erat cogitans quod sic benedixisset eam. Et ait ei angelus : Ne timeas. Maria, invenisti enim gratiam apud Deum : et ecce concipies in utero, et paries flium, et vocabis nomen ejus Jesum (Ibid.). Quæ tanto nuntio clarificata, Spiritu sancto fecundata, ab illo, qui de illi sumere carnem dignatus est, præhominibus sublimata manet in æternum, venerabiliter benedicta. Cujus dormitionem xviii Kalend. Septembr. omnis celebrat Domine, seoundum verbum tuum in pace (Luc. 11). B Ecclesia : cujus et sacrum corpus non invenitur supra terram : sic nec beati Moysi sepulcrum. Tamen pia mater Ecclesia, quæ suis observationibus integerrima fide fundata consistit, ejus venerabilem memoriam sic festivam agit, ut pro conditione carnis eam migrasse non dubitet. Ubi autem venerabile Spiritus sancti templum illud, id est caro ipsius beatissimæ Virginis Mariæ divino nutu et consilio occultatum sit, magis elegit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quam aliquid frivolum et apocryphum inde tenendo docere. Sufficiunt enim ei ad sanctitatem et vitam Virginis et Matris Domini commendandam evangelistarum testimonia, nec de ea quærere ultra necessarium putat.

conditum fuerat, eodem angelo revelante, sustulit, sulæ Everbodiensis codex substituit, sed recentiore C et ad Aquitaniam in territorio Engolismo detulit. manu : « Quod inventum, sed negligenter servatum, Pippinus rex tunc morabatur ibidem in palatio quod Angiriacum dicitur, cernensque per eum quotidiana indigenis beneficia, sibique crebras ex hostibus Aquitanicis victorias provenire, regii operis, basilicam construxit, non longe a Vulturni fluminis littore, et in ea ciborio constructo mirifici operis, caput decenter adornatum recondidit Præcursoris. Monachorum etiam cænobium illic const.tuit, et prædiis regiis magnifice ditavit. Idem rex fecit fontem lacunarium, de quo a duobus fere millibus sub terra, per ædificia cæmeteria in palatium ejus aquæductus influebat, et ipsam dividens aquam, in basilicam sancti Joannis Baptistæ per ferrum et æs introduxit, ita ut sub ciborio per marmoream colum-nam interius concavam ebulliret, ibique sacri baptismatis ablutio in honore Domininostri Jesu Christi et sancti Joannis Baptistæ fieret, atque iterum in ipsa lacunaria remearet. Hoc comobium Anglisz vocatur. » Hactenus apud Sigebertum, a Miræo, amico nostro, recensitum.

INCIPIT MARTYROLOGIUM

MENSIS DECEMBER

A. IX KALEND. JANUARII. Vigilia Nativitatis Domini. PATROL. CXXIII.

Eodem die apud Antiochiam Syriæ, natalis sanctarum virginum quadraginta, quæ persecutione Decia-

7

na per diversa tormenta martyrium consummave- A est ad insulas Palmarias: ubi per manus, et pedes runt. extensa, et ligata ad palos fixos, circa media ejus

Eodem die, apud Spoletum civitatem Tusciæ, natale sancti Gregorii martyris et presbyteri, temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum, sub judice Flacco. Quem ad se adductum ita Flaccus aggreditur : Tu rebellis es deorum, et principum contemptor? Cui beatus Gregorius respondit : Si vere vis scire, ab infantia mea nundum a Deo meo recessi, qui me ex limo terræ formavit. Cumque perseverantissimus in fide confessionis maneret, fustibus nodosis dorsum ejus dissipatur. Inde ligatus manus et pedes, in craticula superponitur, lignis suppositis. Et continuo terræmotu cecidit una regio in civitate Spoletana, et oppressit plusquam trecentos homines idolis servientes. Post ferro constric-B tus, sub custodia militum in carcere retruditur, ubi angelica visitatione consolatur. Eductus c carcere, cardis ferreis in genibus percutitur. Sed et ardentibus lampadibus latera ejus sunt incensa, dicente beato martyre impio judici : Si totum corpus meum perdas, præsto est mihi medicus Dominus Jesus Christus, qui me sanat et corroborat. Tunc Flaccus jussit Tyrcano cuidam, ut beatum Gregorium tractum in amphitheatro decollaret. Quo facto, jussit Tyrcanus feras terribiles dimitti, ut corpus sancti martyris absorberent : sed nulla earum corpus sanctum attigit. Quædam autem mulier, Abundantia nomine, petivit corpus martyris : sed quia non potuit obtinere aliter, datis triginta quinque aureis Tyrcano corpus recepit et, ut decuit martyrem sepelivit С juxta pontem lapideum, et rivum qui Sanguinarius appellatur ad muros civitatis, nono die Kalendar. Januar.

G. VIII KALENDAS JANUARII.

(25 Dec.)

Jesus Christus filius Dei in Bethleem Judæ nascitur, 'anno Cæsaris Augusti quadragesimo secundo, Olympiadis centesimæ nonagesimæ tertiæ, ab Urbe condita anno septingentesimo quinquagesimo secundo: compressis cunctarum per orbem terræ gentium motibus, et firmissima verissimaque pace, ordinatione Dei a Cæsare Augusta composita: quando Quirinus ex coonsilio senatus Judæam missus, census hominum possessionumque describe D bat, sextamque mundiætatem suo piissimo consecravit adventu idem Dominus noster Jesus Christus.

Eodem die, natalis sanctæ Anastasiæ, quæ tempore Diocletiani, primo diram et immitem custodiam a viro suo Publio perpessa est : in qua tamen a Chrysogono confessore Christi multum consolata et confortata est. Deinde a præfecto Illyrici in gravissima æque atque diutina custodia macerata est. In qua duobus mensibus refecta est celestibus escis, per sanctam Theodoten, quæ martyrium prius passa est. Deinde navi imposita cum ducentis viris, et quingentis feminis, ut demergeretur in mare, perlata

^a Vide libellum de Festivit, Apost.; Pontificale, cap. 42.

extensa, et ligata ad palos fixos, circa media ejus ignis accensus est, in quo martyrium consummavit. Et omnes qui cum illa venerant, variis interfectionibus martyrium celebrarunt. Inter quos omnes, unus erat Eutichianus nomine, innocentissimæ naturæ : qui sublatis sibi (cum dives esset) omnibus facultatibus, tacuit, nihil cogitans, nihilque metuens, nisi hoe, ne facultates ac divitias fidei perderet. Quotiescunque de: ique fuisset auditus, quotiescunque interrogatus, nihil aliud dicebat : Christum mihi non tollet, etiam qui caput abstulerit. Tunc Apollonia Christiana matrona, tollens corpus beatæ Anastasiæ, exosculabatur, et aromatibus condiens, dignisque linteaminibus obvolvens, intra viridarium domus suæ fabricata basilica, ut decuit martyrem, sepelivit.

Ipso die Romæ in cœmeterio Aproniani, passio sanctæ Eugeniæ virginis, quæ tempore Gallieni imperatoris, post multa virtutum insignia, et sacros virginum choros, quas Christo Domino aggregaverat, sub Nicetio urbis præfecto alligata saxo, et præcipitata in Tiberim mergi non potuit. Inde thermis ignitis inclusa, illæsa reperta est. Novissime in custodia gladio jugulatur : et sublatum est corpus ab affinibus ejus Christianis, et positum non longe ab Urbe, via Latina, in prædio ejus proprio, ubi multorum ipsa sepelierat membra.

C. VII KAL. JANUARII.

(26 Dec.)

^a Natale sancti Stephani protomartyris, non longe post ascensionem Domini passi, eodem scilicet anno passionis Christi.

Eodem die Zosimi papæ, qui sedit Romæ anno uno. Hic constituit, ut diaconi lævam tegerent palliis : et precepit ut nullus clericus poculum in publico propinaret, nisi tantum in cellis fidelium et clericorum.

D. VI KAL. JANUARII.

(27 Dec.)

^b Natalis sancti Joannis apostoli et evangelistæ, dilecti Domini, qui obiit anno 68 post ascensionem Domini, ætatis autem suæ nonagesimo nono, Ephesi.

Romæ sancti Dionysii papæ, qui sedit in episcopatu annos sex, sepultus via Appia in cœmeterio Calixti. Hic ecclesias presbyteris dedit, et parochias diœcesis dedit atque constituit.

E. V KAL. JANUARII. (28 Dec.)

(*Buseb. lib.* 1. c. 8). Bethleem, natale sanctorum Innocentium; quos Herodes, cum Christi nativitatem Magorum indicio cognovisset, trigesimo quinto anno regni sui interfici jussit (*Matth.* n): qui anno trigesimo sexto morbo intercutis aquæ, et scatentibus toto corpore vermibus, miserabiliter et digne moritur.

b Vide ibid.

F. IV KAL JANUARII.

(29 Dec.)

David regis.

Item apud Arelatam, natalis sancți Trophimi, episcopiet confessoris, discipuli apostolorum Petri et Pauli.

Eodem die, sancti Crescentis, apostoli Pauli discipuli, Viennensis Ecclesiæ primi doctoris (II Tim. IV).

G. III KAL. JANUARII.

(30 Dec.)

Apud Spoletum, passio S. Sabini episcopi, Exuperantii et Marcelli diaconorum, et Venustiani cum uxore et filiis, sub Maximiano Augusto. Oui beatus Sabinus cum esset clarus in omnibus divinis instructionibus, et sermone eloquentissimus, tentus est a R præside Tusciæ Venustiano, cum duobus diaconibus Exuperantio et Marcello, et multis clericis. Cui Venustianus deum suum Jovem, quem habebat in cubiculo, ex lapide Coralite mire formatum in vestimentis aureis, ad adorandum obtulit. Quem beatus Sabinus in manibus acceptum, facta oratione, continuo illisit in pavimentum, et confregit. Quod factum videns Venustianus, cum furore jussit ut præciderentur ei manus, et in conspectu ejus Marcellum et Exuperantium equuleo suspendi, ac fustibus macerari, unguibusque radi latera eorum, et ignem supponi. Hoc facto, in confessione Domini spiritum emiserunt. Quorum corpora præcepit jactari in fluvium, Sabinum vero episcopum in carcerem retrudi. Audiens hoc quidam piscator, et presbyter, collegit corpora sanctorum, et sepelivit juxta viam, pridie Kalend. Januar. Serena vero, Christianissima vidua, curam habens sancti Sabini episcopi, adduxit ad eum in carcerem nepotem suum Priscianum, qui erat cæcus. Tunc sanctus Sabinus truncos suos super oculos ipsius posuit, et in fide Christi oratione facta, eum illuminavit. Videntes autem illi, qui in custodia erant. miserunt se ad pedes ejus, et baptizati sunt eo die numero undecim. Quod cum nuntiatum esset Venustino præsidi (indoluerant enim ei oculi, et præ dolore nequecibum neque somnum capere poterat). misit uxorem suam, et duos filios suos, ut adducerent beatum Sabinum ad domum ejus de carcere. Adducto itaque, postravit se ad pedes ejus Venustianus

A cum fletu, uxorque ejus et filii, agentes pœnitentiam, et rogantes se baptizari. Mox baptizatus, ut de pelve levatus est, nullum dolorem occulorum sensit. Hoc nuntiatum est Maximiano, qui iratus præcipit Sabinum damnari, et ipsum Venustianum capite truncari. Veniens autem Lucius tribunus, sine auditione beatum Venustianum cum uoxre et filiis necavit in civitate Assisinate : sanctum vero Sabinum adduxit in civitatem Spoletum, et tandiu præcepit cædi, quousque deficeret. Cujus corpus collegit venerabilis Serena, quæ jam manus ejus in dolio vitreo cum aromatibus condiderat, et infra domum suam posuerat, et sepelivit eum a civitate Spoletana milliario plus minus uno, sub die septimo Idus Decembris. Festivitas tamen ejus et supra nominatorum martyrum tertio Kalendas Januarii agitur.

A. PRIDIE KAL. JANUARII.

(31 Dec.)

(Pontif., cap. 34) — Romæ, natale sancti Silvestri episcopi et confessoris, qui post beatum Petrum tricesimus quartus sedit annos vigintitres, menses decem, dies undecim. Cujus industria synodus præclarissima toto orbe terrarum, trecentorum decem et octo Patrum, apud Nicæam urbem Bithyniæ celebratur, sub consulatu Constantini Augusti, et Licinii, x111 Kalendas Julii; attamen Julii papæ tempore consummatur. Fecit autem ordinationes sex mense Decembri, presbyteros quadraginta duos, diaconos viginti quinque, episcopos per diversa loca sexaginta quinque. Sedit autem ex die Kalendarum Februariarum usque in diem Kalendarum Januariarum. Sepultus est in cœmeterio Priscillævia Salaria, milliario tertio ab urbe Roma, pridie Kalendas Januarii : et cessavit episcopatus ejus dies guindecim. Hic constituit chrisma ab episcopo confici, et ut baptizatum liniat presbyter: et ut nullus laicus crimen audeat clerico inferre: et dalmaticis in ecclesia uti, et ut pallio linostimo læva eorum tegeretur, scilicet diaconorum.

Apud Senonas, sanctæ Columbæ virginis, quæ superato igni gladio cæsa est.

Item apud Senonas, natale beatorum Sabiniani et Pontentiani, qui a beatis apostolis ad prædicandum directi, præfatam urbem martyrii sui confessione illustrem fecerunt.

Vide ibid.

D

LITANIÆ INDICENDÆ.

MENSIS JANUARIUS

HABET DIES XXXI, LUNA VERO XXX.

B. KAL. JANUARII.

Octavæ Domini.

 Litaniæ indicendæ. Hoc singulis mensibus in mss. tribus præmittitur. Unde apparet olim initio cujusque mensis Litanias indictas fuisse : sed quæ Romæ, natalis sanci Almachii martyris : qui jubente Alippio Urbis præfecto, cum diceret, Hodie oc-

illæ et quo die celebratæ, non habeo affirmare. Præter duas per totam Ecclesiam solemnissimas Litanias ; *majorem* videlicet, auctore Magno, ut fertur, tavæ Dominici diei sunt, cessate a superstitionibus A templi exussit, et multitudinem populi occidit. Tunc idolorum et sacrificiis pollutis; a gladiatoribus hac de causa occisus est.

Item Romæ, natale S. Martinæ virginis et martyris : quæ cum esset sublimis genere, et patre consule nata, dives nimis rerum, quas misericorditer indigentibuserogabat, tenta ab Alexandro imperatore, jussa est sacrificare Apollini. Sed mox ut orationem fudit beata virgo, terræ motus factus est magnus, ut civitas concuteretur. Ac sic pars templi ipsius Apollinis destructa est, simulacrum comminutum, et multitudo magna cum sacerdotibus fani oppressa. Iratus valde Alexander imperator, jussit alapis faciem ejus cædi, et uncinis palpebras ejus.disrumpi. Carnifices autem qui ad cædendum eam deputati fuerant, defisplendidos, qui eam confortarent, sibique potius pœnam inferent. Inde testarum fragmentis cæsa, cum invictissima durasset, illi, quibus hoc impium officium delegatum fuerat, tandem pietate divina circumdati lumine (erant enim octo). crudele illico ministerium exsecrantes, crediderunt, ac Dominum verum Christum Jesum confessi sunt. In quos accensus valde imperator, suspensis fecit carnes eorum spathis lacerari. Deinde capitibus amputatis, sæculi hujus vitam finierc, decimo septimo die, mense Novembrio : sicque felicia regna martyres Christi facti petierunt. Iterum facta Martina pœnis pulsatur: nam exspoliata vestibus, incisa est toto corpore ac deinde quatuor palis extensa; a duobus centurionibus fustibus cæsa. Cumque in confessione perseverarct, mutati sunt qui per vices eam cæderent C septem centuriones. Scd illa sibi supplicia illata forti animo risit. Inde recepta in carcerem. Inde adipibus et pinguedine superuncta, et ad imperatorem iterum adducta, et jubente eo in fanum deorum intromissa. Sed mox oratione facta ab illa, ignis de cœlo cecidit, et idolum in favillam redegit; sacerdotes

Gregorio, quæ xxv Aprilis qui D. Marco fixus et permanens dies sacer est, peragitur; et minorem, auctore Marmeto, Viennensi archiepiscopo, cui triduum Rogationum ante Domini Ascensionem impenditur ; plurcs aliæ Litaniæ in anno celebrari soli-tæ, pro Ecclesiarum diversitate. Gregorius Magnus lib. vii, epist. 76, indict. 11, ad Castorium, notarium Ravennæ, quatúor aut quinque solemnium meminit Litaniarum, quibus episcopus Ravennatium pallio utebatur, chius usum eidem concedi non vult D alio vero ad beatum Petrum apostolum, et alio ad in aliis Litaniis communibus, seu non solemnibus.

Menstruanarum aliquot Litaniarum, certo solemnitatis die, meminit Anastasias bibliothecarius in Vitis Pontificum, in Sergio I, circa annum Domini 687 : « Constituit autem ut diebus Annuntiationis Domini, Nativitatis et Dormitionis sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ, ac S. Simeonis, quod Hypapantem Græci appellant, Litania exeat a Adriano, et ad sanctam Mariam populus occurrat.» Ubi 2 Februarii diem habes pro Hypapante, 25 Martii pro Annuntiatione; Dominica 15 Augusti pro Dormitione S. Dei genitricis; 25 Decembris pro Domini Nativitate.

llebdomadarium Litaniarum, et quidem stato Sabbati die, mentio apud eumdem Anastasium in Honorio I, circa annum Domini 626 : « Hic fecit

perculsus terrore imperator, tradidit eam cuidam Justino præfecto, ut impelleret eam ad sacrificandum. Qui mox extendi eam jussit in conto, et spathis membra ejus incidi, et circa mamillas ungulis attrectari, usque dum centum et octodecim incisiones ab uncinis flerent. Sed cum adhuc ut ille speraverat non exspirasset, deposita de conto recipitur in carcerem. Quæ et iteram in amphitheatrum a Justino præfecto præsentata imperatori, feris est injecta. Sed leo immanissimus de cavea laxatus, rugiendo usque ad pedes sanctæ martyris pervenit, ubi statim ferocitatem deposuit, eamque nullo pacto attigit. Sed cam reducerctur in caveam, Emenium imperatoris cognatum interfecit. Et iterum recepta est, jubente cientes, clamare cœperunt videre se quatuor viros _P imperatore, incarcerem. Exinde post duos dies cum iret ad sacrificandum imperator, exhibita martyr, cum fixa in Domino maneret, suspensa iterum, un. gulis rasa : rasisque capillis, in quibus credebant quod magica ars consisteret, videntes eam insuperabilem, in templo Dianæ tribus diebus et tribus notibus eam includunt. Cumque precibus suis in palverem redegisset simulacrum, ed eta de fano, ad ultimum gladio ferienda ab imperatore destinatur. Hujusmodi fine martyr venerabilis cœli regnum meruit.

> Eodem die apud Spoletum civitatem Tusciæ, natalis sancti Concordii martyris temporibus Antonini imperatoris. Hic ortus est Romæ, cujus pater Gordianus dicebatur, sanctissima conversatione presbyter, detitulo pastoris, ordinatus subdiaconusasancto Pio urbis Romanæ, episcopo. Qui nihil aliud cum patre suo, nisi jejuniis et orationibus die noctuque vacabat, elemosynis pauperum semper inserviens. Factum est, ut cum consilio patris sui apud beatum Etychen, qui tunc morabatur in prædiolo sao, via Salaria juxta civitatem habitaret, audiens famam eorum Torquatus comes Tusciæ, qui versabatur in ci-

> constitutum in Ecclesia, et decrevit ut per omnem hebdomadam Sabbato die, exeat Litania a B. Apollinare, et ad B. Petrum apostolum cum hymnis et canticis populus omnis occurrere debeat. » Apud eumdem in Stephano III, circa annum Christi 722: « Hic beatissimus vir pro salute provinciæ et omnium Christianorum, omni Sabbatorum die Litaniam, omni postposito neplectu, fieri statuit, uno quidem Sabbato ad sanctam Dei genitricem ad Præsepe; beatum Paulum apostolum. »

> Pridianæ Litaniarum indictionis memoria exstat apud Gregorium I papam, lib. xi Registr., cap. 11 : «Grastina die, primo diluculo, ad septiformem Li-taniam juxta distributionem inferius designatam devota mente cum lacrymis veniamus. » Quæ litania procedebat trigesimo Augusti die. De qua vide Baronium tom. VIII Annalium, anno Christi 590, et aurcolos Serarii nostri libellós Litaneuticos.

> Litaniarum sanctorum originem refer Walafridus Strabo ad Martyrologium. Ita enim ille lib. de rebus Eccles. cap. 28 : « Litania autem sanctorum postea creditur in usum assumpta, quem Hieronymus Martyrologium, secutus Eusebium Cæsariensem, per anni circulum conscripsit. »

vitate Spoleti, mittens accersivit sanctum Concor- A gæi, Narcissi, et Marcellini pueri, qui sub Licinio dium, et dixit ei : Quo nomine vocaris? Respondit sanctus Concordius : Christianus sum. Dicit ei comes : De nomine requiro, non de Christo tuo. Sanctus Concordius respondit : Christianus sum, et Christum confiteor. Cumque impelleretur ad sacrificandum, et ille in fide Christi fortiter perduraret, jussus est fustibus cædi. Sequenti nocte venit ad eum beatus Eutychescum Anthimoepiscopo, et rogaver unt comitemut aliquot diebus cum eis permitteretur morari. Erat namque Anthimus episcopus amicus comitis quique beatum virum Concordium fecit illis diebus presbyterum. Peractisaliquibus diebus, revocatus est beatus Concordius, et venit ad comitem. Cui et dixit comes : Quid tractasti circa salutem tuam? Sanctus vir respondit : Salus mea Christus est, cui quotidie sa- B crifico sacrificium laudis. Iratus comes, jussit eum suspendi in equuleo. Cruciatus diu, revocatur arctatus ferro in carcerem : ubi meruit consolationem angelicam. Post tres noctes missi sunt ad eum, qui cum aut sacrificantem laxarent, aut nolentem pu /irent. Venientes autem missi, dixerunt ei : Aut sacrifica Jovi, aut capitalem sententiam accipies. Ferebant autem statunculam Jovis. Beatus Concordius dixit: Gratias tibi, Domine Jesu Christe. Et exspuit in faciem Jovis. Tunc unus de satellitibus evaginato gladio amputavit caput ejus: atque ita in confessione Domini emisit spiritum. Venientes autem duo clerici, cum religiosis viris, tulerunt corpus ejus, et sepelicrunt non longe a Spoleto, in loco ubi aquæ multæ emanant.

Item Romæ via Appia, coronæ militum triginta, has sub Diocletiano pro confessione veræ fidei percipere meruerunt.

Apud Africam, natalis sancti Fulgentii, Ecclesiæ Ruspensis episcopi et confessoris, qui tempore Vandalicæ persecutionis, ob catholicam fidem et eximiam doctrinam, ab Arianis multa perpessus, et diu apud Sardiniam exsilio relegatus, tandem ad Ecclesiam suam redire permissus, et vita et triumpho clarus, sancto fine quievit, annum sui episcopatus agens vigesimum quintum, vitæ autem totius sexagesimum quintum.

Apud Alexandriam, sanctæ Euphrosynæ virginis, quæ orationibus patris sui Paphnutii de sterili matre progenita, in puerili ætate constituta, clam se tonderi fecit, et monasticam vitam expetiit ; Smaragdi sibi nomen imponens. Post etiam in reclusione viginti et octo annis in omni sanctitate perdurans, tacta ægrotationis incommodo, et mortem sibi adesse cognoscens, manifestavit se religioso et lacrymis multoties quærenti eam patri.

In territorio Lugdunensi monasterio Jurensium, S. Eugendi abbatis, cujus virtutibus et miraculis plena refulsit.

D. IV NONAS JANUARII.

(2 Jan.)

Natalis beati Lacarii abbatis.

Et in Ponto civitate Tomis, trium fratrum, Ar-

inter tyrones comprehensus, cum nollet militare cæsus ad mortem et diu in carcere maceratus, in mare mersus, martyrium consummavit. Corpusejus ad littus delatum, et a religiosis viris depositum, magnis coruscat virtutibus.

C. III NONAS JANUARII.

(3 Jan.)

(Pontificale, cap. 20). Romæ, natalis sancti Anteros papæ et martyris, qui vicesimus post beatum Petrum cum duodecim annis, mense uno, diebus duodecim rexisset Ecclesiam, passus est sub Maximino, et in cœmeterio Calixti sepultus via Appia, Ilic gesta martyrum a notariis diligenter exquisivit, et in ecclesia recondidit.

Apud Parisios, sanctæ Genofevæ virginis, quæ a beato Germano Antisiodorensi episcopo Christo dicata, admirandis virtutibus et miraculis late claruit, et usque octoginta annos in Christi servitute consenuit.

Eodem die sancti Florentii Viennensis episcopi et martyris, octavi ejusdem urbis.

D. II NONAS JANUARII.

(4 Jan.)

(Ado, Chron., an. 241, supra Vide libellum de Festivitat. apost.) Natalis sancti Titi apostolorum discipuli.

Apud Africam, natalis sanctorum Aquilini, Gemini, Eugenii, Martiani, Quinti, Theodeti, Triphonis, præclarassimorum martyrum, quorum gesta habentur.

Eodem die apud urbem Romam, sanctorum martyrum Prisci presbyteri, et Priscilliani clerici, atque Benedictæ religiosissimæ feminæ, sub tempore Juliani impiissimi Augusti, qui gladio martyrium compleverunt.

Item apud urbem Romam, beatæ Dafrosæ, uxoris Fabiani martyris, quæ post damnationem beati viri sui primum relegata exsilio, deinde ab impio Juliano capite jussa est puniri.

E. NONIS JANUARII.

`(5 Jan.)

(Pontificale, cap. 9.) Romæ natalis sancti Telesphori, qui septimus post Petrum apostolum pontifex n ordinatus, sedit annos undecim, menses tres, dies viginti unum, illustreque martyrium duxit. Hicconstituit ut sex hebdomadibus ante Pascha jejunium celebraretur, et Natali Domini Jesu Christi nocte missæ celebrarentur, et hymnus angelicus, id est, Gloria in excelsis Deo, hora sacrificii missæ diceretur.

Item apud Antiochiam depositio sanctis Simeonis monachi admirandæ virtutis viri, qui decimo tertio ætatis anno huic sæculo abrenuntians, monasterii claustra expetiit, ubi mira abstinentia vix septimo die cibum sibi indulgens, Psalterium inter quatuor menses didicit. Deinde nimia domandi corporis intentione, fune palmiceo renes sibi constringens,

dens, et ex ço fratribus violenter ad monasterium reductus, clam fugiens, eremum petiit. Ubi multo commoratus tempore in columna editiori sanctitate fervens se reclusit. Ubi non modo nulli extraneæ mulieri, sed nec propriæ matri se videre permisit. Et usque hodic basilicam columnæ illius feminarum nulla egreditur. Nam quædam mulier veste induta virili ingredi voluit, et mox ut limen attigit, retrorsum mortua cecidit,

F. VIII IDUS JANUARII. (6 Jan.)

Epiphania Domini.

Eodem die passio sanctæ Macræ virginis, quam cum Rictiovarus præses torqueri et in ignem præcipitari jussisset, illæsa permansit. Deinde mamillis B abscisis, squaloreque carceris afflicta, super testas acutissimas et prunas volutata, orans migravit ad Dominum.

G. VII IDUS JANUARII. (7 Jan.)

Relatio pueri Jesu ex Ægypto.

Item natalis sancti Luciani Antiochenæ Ecclesiæ presbyteri et martyris, viri doctissimi atque eloquentissimi, qui passus est Nicomediæ ob confessionem Christi persecutione Maximini, sepultusque Helenopoli Bithyniæ; quam urbem (cum prius Drepana vocatur) in honorem ejusdem gloriosi Martyris, Constantinus imperator instaurans, ex nomine matris suæ Helenopolim nuncupavit.

Item apud Antiochiam, beati Cleri diaconi, qui o ob confessionem Christi septies tortus, et in carcere din maceratus, ad ultimum decollatus martyrium consummavit.

A. VI IDUS JANUARH. (8 Jan.)

Apud Neapolim Campaniæ sancti Severini confessoris a fratris beatissimi Victorini clarissimi viri miraculis. Qui et ipse fratris imitator, post mul-'arum virtutum perpetrationem, sanctitate plenus quievit. Sepultus in loco, ubi primum abstinentissimus, quam ad episcopatum vocaretur, conversatus fuerat.

Belvaci, sanctorum Luciani et Messiani.

B. V. IDUS JANUARII.

(9 Jan.)

D In Mauritania Cæsariensi, natalis sanctæ Martianæ virginis et martyris.

Item die apud Antiochiam, natale sancti Juliani martyris, et Basilissæ conjugis ejus. Hi itaque sanctissimo voto casti conjuges, aliquot annos pariter vixerunt; carnem saam Christovirginem servantes, monasteria de rebus suis, quia erant parentibus et genere clarissimi, instituerunt, ut ad decem millia monachorum pater beatus Jalianus fieret. Basilissa vero multarum mater virginum. Quarum multitudinem eum jam victricem præmisisset ad Dominum, ipsa conversatione vitæ, et doctrinæ studiis proba-

• Vide plura de eo 5 Sept.

duriter laniatus est. Inde in quodam puteo se reclu- A tissima, inter verba orationis dulcissimis suspiriis plena reddens Domino spiritum, angelorum consortia'in cœlo conjunxit. Julianus vero postmodum a Martiano præside requiritur, quo tempore rabies crudelitatis ad persequendum sanctos Dei sub Diocletiano et Maximiano exarserat, ad quem multitudo sacerdotum et Ecclesiæ Christi ministrorum confugerat propter immanitatem persecutionis. Comprehensus itaque cum hacingenti multitudine ipse præsidis audientiæ reservatur ; cæteri servi Dei, jussu crudelis judicis ingenti accenso igne, eisque apposito, in quo consistebant loco consumpti sunt. Ubi ad commendandam pretiosam mortem sanctorum, tertiam, sextam, nonam psallentiam chori feruntur audiri, sed et vespertinos, et matutinos hymnos Deo cecinere. Beatus vero Julianus primum auditus, rigidissimis fustibus cæsus est. Cumque cæderetur, unus ministrorum præsidi necessarius oculum amisit. Quem beato Juliano orante illico recepit, et Christo credens statim ab insano judice decollatur. Inde beatus Julianus ductus ad fanum dæmonum, simulacra cristallina et electrina, atque diversi generis metallo acquisita, ita comminuta atque in pulverem redacta sunt, ut quid fuerint omnino non pareret. Deinde sanctus martyr vinculis ferreis arctatus, per civitatem subvoce præconis circumducitur. Cumque pervenisset ad locum, ubi filius præsidis in scholis erudiebatur, puer idem Celsus nomine vidit multitudinem albatorum circa sanctum martyrem, et coronam pretiosissimis lapidibus renitentemsuper caput cjus. Quæ visa cum suis condiscipulis narraret, subito divinitus inspiratus projecit volumina magist rorum, et vestimenta quibus erat indutus, et celeri cursu pervenit ad pedes vincti martyris. Ad quod factum stupens tota pene civitas accurrit; cum reliquis præses et mater pueri ejulantes adveniunt. Sed cum puerum a societate beata separare non possent, c im beato Juliano imo carceris mancipatur. Ubi divino lumine consolati, et odore mirifico sunt respersi, ita ut milites qui cos servabant, circiter viginti, commoti, et stupore perculsi, Christo Domino crederent. Ad hos itaque visitandos in carcerem fratres septem una cum Antonino presbytero venerunt, officioque sancti Antonini presbyteri, tam puer quam viginti milites baptizati sunt. Quod audiens præses, septem fratres diu custodia maceratos, ad ultimum tradi igni præcepit, porro milites gladio trucidari; sicque martyrium victores consummaverunt. Sanctum vero Julianum atque Celsum puerum, sanctumque Antonium presbyterum sibi præsentatos, necnon et Anastasium, quem beatus Julianus a morte suscitatum participem gratiæ Christi fecerat. in cuppas pice et adipe ferventes injecit, sub quibus lignorum et sarmentorum copiam aggregari jussit. Sed beati nihil læsi sub igne, in confessione invicti persistunt. Ductiergo iterum sunt in custodiam. Cum puero autem mater ipsius Martionilla, ut eum mutare posset, volens inclusa est. Sed dum cupit filium

que ancilla fidelis facta baptismi gratiam recepit. Quo audito impius conjux piam Christi famulam in ima carceris trusam martyribus sociavit. Quos iterum suis conspectibus præsentari fecit, et ad fanum dæmonum, sacerdotibus fani intro exspectantibus, ut sacrificaturi mittuntur. Sed mox sanctis orantibus templo ad solum dejecto, sacerdotum ad mille, cum paganorum multitudine, occisi sunt. Sed iterum ab irato impio præside sancti retruduntur. Qui divina consolatione nocte sunt mirabiliter confortati. Sequenti vero luce producti sunt de custodia : • oleoque infuso liciniis, manus et pedes eorum ligantur, ignisque ita supponitur. Sed cum invicti perdurarent, Juliano et Celso cutem capitis auferri jubet, Antonino et Anastasio lumina effodi, Martio- B nillæ equuleum parari. Hæc cum illi fortissime pervicissent, feris intromissis in amphitheatrum ad dcvorandum eos objecerunt. Sed feræ pedes sanctorum lingebaht. Cumque omnia pervicissent, militibus eos ferire jussit. Atque tali certamine palmam adepti, regna mansura perceperunt.

C. IV IDUS JANUARII.

(10 Jan.)

Apud Thebaidem, natalis sancti Pauli primi eremitæ, qui a sexto decimo ætatis suæ anno usque ad centesimum ettertium decimum solus in eremo permansit. Cujus animam inter apostolorum et prophetarum choros ad cœlum ferri ab angelis sanctus Antonius vidit.

^bS. Hyginii papæ, qui sedit Romæ annos quatuor. C Hic constituit clerum, et distribuit gradus. Sepultus in Vaticano IV Idus Januarii.

Apud Cyprum, beati Nicanoris, qui unus fuit de septem primis diaconibus.

^c Et adventio sancti martyris Hermetis.

D. III IDUS JANUARII.

(11 Jan.)

Apud Alexandriam, natalis sanctorum confessorum, Petri, Severi, Lucii, quorum gesta habentur. (Possid. in *Indic.*, c. 3 et 9.) In Africa, natalis

• Oleoque infuso liciniis manus et pedes eorum ligantur. Ita restitui ex mss. Male vulgo lignis pro liciniis : quod posterius, quia rarum est, et minus intellectum, errorem rati, lignis substituere. Scd qui lignis pedes et manus ligantur? Liciniis igitur ligati, D id est funiculis stuppeis aut xylinis e quibus candelarum ellychnia fiunt, materia ulique cui oleum infundatur, apta. Isidorus Orig. lib xx, cap. 18: • Lucerna e licinio dicta est unde et brevis est lux, ut Persius:

Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Si enim a luce dicerctur, non staret versus. Licinius autem quasi lucinius, est enim cicendela lucernæ. » Vide eumdem lib. xix, cap. 19, et lib. xvii, cap. 6 Glossarium Camberonense ms. : « Licinium dicitur illud quod de licinio candelæ ardentis in fumo exstinguitur, » Omitto alia recentiorum glossographorum loca.

^b Pontificale, c. 10. Vide libellum de Festivitat. Apost.

prædam fieri diabolo, ipsa prædata Christo, ejus- A sancti Salvii. In hujus natali sanctus Augustinus que ancilla fidelis facta baptismi gratiam recepit. verbum fecit ad populum Carthaginis.

E. PRIDIE IDUS JANUARII.

(12 Jan.)

Apud Achaiam, natalis sancti Satyri martyris, civis Arabiæ, qui transiens ante quoddam idolum, cum exsufflasset illud, signans sibi frontem, statim corruit; ob quam causam decollatus est.

(Zeno Veron., sermon. propr.) Eodem die natalis sancti Arcadii martyris, genere et miraculis clari.

F. IDIBUS JANUARII.

(13 Jan.)

Romæ, via Lavicana, coronæ militum quadraginta, sub Gallieno imperatore.

Pictavis, sancti Ililarii episcopi et confessoris, qui ob catholicam fidem quadriennio apud Phrygiam relegatus. Inter alias virtutes fertur quod mortuum suscitaverit.

Apud Viennam, sancti Veri episcopi, qui præsedit Ecclesiæ post sanctum Evantium.

G. XIX KAL. FEBRUARII.

(14 Jan.)

Apud Nolam Campaniæ, natale beati Felicis presbyteri. Hic a Maximo Nolanæ urbis episcopo presbyterii honore præditus est. Cum autem imperatorum decreta Christianos insegui præcipissent, maximus pontifex jam senio prægravatus, putans se non posse ferre supplicia, silvarum saltus adiit. Quos dum turbidus de persecutione pererrasset, affectus fame, gelu attritus, solo corruit semivivus. At beatus Felix presbyter captus, et vinculis astrictus, ante præsidem Draccum adductus, cum multa de portentis deorum, quod nihil essent, disputaret, eumque præfectus immolare impelleret, respondit : Inimici estis deorum vestrorum. Ad quæcumque enim me deorum vestrorum templa duxeritis, hoc eis eveniet quod evenit illis ad quæ meum fratrem Felicem vos duxisse pœnituit. Sed si vultis probare virtutem Domini mei Jesu Christi, me ad Capitoliam ire jubete, ut ipsum Jovem, principem dæmoniorum vestrorum, ruere faciam. Moximpius judex compressis auribus

° Et adventio sancti martyris Hermetis. Non recte invulgato inventio. Intelligit enim sancti Hermetis translationem Roma in Gallias. Atque huc refer juod Molanus, exactissimus sanctorum historiæ indagator, in natalibus SS. Belgii ad diem 28 Augusti notat, se in vetusto quodam Martyrologio annotatum observasse: IV Idus Januarii, adventio sancti Hermetis martyris apud Indam. Atque hæc de die primæ translationis. Annum exprimit Sigebertus in chronico 851 : « Reliquiæ sancti Hermetis martyris per Lotharium imperatorem in Gallias mittuntur, et apud Indam monasterium honorifice conduntur. » Inda locus est juxta Aquisgranum, ubi S. Cornelii monasterium, in quod hæ reliquiæ primo fuero illatæ. Inde Rothnacum, quæ villa Brabantiæ est, anno 860 deductæ6 Julii, út habetur in Martyrologio propriæ Ecclesiæ: Ipso die translatio corporis sancti Hermetis martyris in Rothnaco. Hinc Danis Belgicam vastantibus Othone imperatore rursus Indam relatæ. Post, rebus pacatis, ad Rothnacenses rediere.

suis, jussit eum fustibus cædi, deinde equulci tor- A mentisapplicari; inde carceri includitur, in quo non mediocribus vinculis astrictus, cochleis ac testulis suppositus extenditur. Et ecce nocte media angelus Domini, confractis catenis, scissaque trabe qua pedesejus conclusi tenebantur, ait illi : Surge et egredere, ac require sacerdotem tuum, inventumque reduc ad urbem, et absconde, ne inedia ac fame depereat, donec desinat persecutio. Dumque beatus Felix egressus sacerdotem.et episcopum suum requireret, invenit illum solo prostratum, clausis oculis, strictisque dentibus vix spirantem. Et cum anxie requireret quid alimenti defecto seni porrigeret, ecce subito de sentibus uvam pendere miratur : de qua aliquibus granis in os confessoris Christi expressis, paululum senior refocillatus surrexit. Quem hu- B meris impositum Felix ad civitatem detulit, et sub tuguria cujusdam viduæ commendatum, alimentis pavit. Deinde captus, in exsilium deportatur beatus martyr, in monte qui vocatur Circeis, ubi lapides excidebantur, ut ipse cum damnatis pari modo lapidum cæsor esset. Ubi Probi cujusdam tribuni filiam a dæmonio liberavit, uxoremque ejus ab hydropisi morbo curavit, ipsumque Probum cum uxore et filia, et pluribus aliis, in Christo baptizavit. Post deinde cum regressus esset, crescente persecutione, iterum mittitur persecutor ex numero apparitorum, qui beatum Felicem teneret. Quem cum sollicite requireret, et eumdem Felicem interrogaret si nosset ubi Felix presbyter lateret : Hac, inquit, Felix parte abiit. Persecutore discedente, Felix latebram petiit. Sed nec mora, persecutor ipse subsequitur. At martyr inter parietes dirutos occulobatur, ubi in ipso primo domus introitu araneorum telæ dependentes, intus neminem tunc intrasse, fidem fecerunt. Qua visione delusus inimicus abscessit. Sic martyr ad alium locum demigrans, a muliere quadam per tres menses pastus est; cujus tamen faciem, dum iisdem latibulis celaretur, nullo modo vidit. Post modum vero apud Nolam pontificem dæmoniorum ad Christum convertens, templum Apollinis, prius dæmone qui responsa dabat expulso, divina virtute dejecit. Virtutibus itaque adeo illustris, cum vellet universus populus Nolanus ut levaretur episcopus, non consensit, sed alterum in sede pontificali eligens, ipse post duodecim annos, quos apud Nolam cessante persecutione fecerat, D Dominica die mysteriis confectis, data pace omnibus, se in pavimentum oraturus projecit : moxque beati viri anima de carnis ergastulo egressa, post gravia tormenta, quæ patienter tulerat pro Christo, felicia regna ipse vere Felix conscendit. Sepultusque juxta urbem in loco qui dicitur Pincis, ubi claris semper fulget virtutibus, ab Helpidio, vcnerabili et sancto presbytero. Hic etiam beatissimus martyr et confessor hæreticis invictissime restitit.

^aLigatis manibus sursum, et pedibus insum. Ita constanter mss.iusum veliosum pro iursum, iorsum,

Apud Viennam sancti Cældi episcopi (Ado in Chron. anno 686.)

A. XVIII KAL. FEBRUARII.

(15 Jan.)

Abacuc et Michææ prophetarum, quorum corpora sub Arcadio imperatore divina revelatione reperta sunt.

Item beati Macarii abbatis, discipuli beati Antonini, vita et miraculis celeberrimi.

ltem beati Isidori sanctitate vitæ, fide ac miraculis præclari.

Apud Bituricas civitatem, translatio Sulpitii episcopi et confessoris, qui a pueritia sacris litteris eruditus et sanctæ conversationis luce conspicuus, etiam laicus virtutibus claruit. Post etiam corona deposita monachorum Pater exstitit; atque inde ad episcopalem provectus cathedram, vita clarus, miraculis gloriosus quievit.

B. XVII KAL. FEBRUARII." (16 Jan.)

Romæ via Salaria in cœmeterio Priscillæ, natalis sancti Marcelli papæ, qui, jubente Maximino imperatore, primo fustibus cæsus et a facie ejus quem corripiebat expulsus est. Deinde audiens quod domum sanctæ Lucinæ, quam ipse proscriptione damnaverat, eo quod de facultatibus suis Christianis donaverit, ecclesiam faceret, et in ea missas celebraret, in media civitate jussit in eadem ecclesia plancas sterni ad animalia catabuli publici, et ejus-C dem stabuli episcopum ad servitium animalium deputavit cum custodia publica. Ubi etiam post multos annos serviendo, indutus amictu cilicino, defunctus est : et conditus aromatibus a Joanne presbytero ac a beata Lucina, sepultus in cœmeterio Priscillæ.

Apud Arelatem, sancti IIonorati episcopi, cujus vita doctrina ac miraculis illustris refulsit.

C. XVI Kal. FEBRUARII. (17 Jan)

In Ægypto apud Thebaidem, beati Antonii monachi, qui sine ulla scientia litterarum Scripturas divinas, et memoriter audiendo tenuisse, et prudenter cogitando intellexisse prædicatur. Multorum monachorum Pater, vita et miraculis præclarissimus vixit. Cujus corpus sub Justiniano imperatore divina revelatione repertum, Alexandriam delatum est, et in ecclesia beati Joannis Baptistæ humatum.

Apud Linguonas, natale sanctorum geminorum Speusippi, Eleusippli et Meleusippi. Qui cum essent viginti quinque annorum, cum avia sua Leonilla, et Ionilla, et Ncone, martyrio coronati sunt, tempore Aureliani imperatoris. Gemini quidem in una arbore suspensi, ligatis manibus sursum, et pedibus insum^a, ita extenti, ut pene putarentur ab ipsa mem-

pro quo vulgo substitutum deorsum. Sic infra xiv Maii: Deinde triduo capite iusum suspendi: ubi non præcipitati, nec tamen læsi, inter verba orationum simul migrarunt ad Dominum. Ionilla hoc videns, confessa est se etiam esse Christianam. Et post comprehensa a turbis, ac capillis suspensa, multisque afflicta suppliciis, cum Christum negare noluisset, cum Leonilla est simul gladio perempta. Neon exceptor gestorum, et ipse Christinomen confessus, martyrio coronatus est. Doçuit autem et baptizavit geminos hos Benignus presbyter, quem misit ab Oriente beatus Polycarpus, Joannis apostoli auditor in Galliam, cum Andochio presbytero et Thyrso diacono. Sepulti sunt autem iidem gemini in secundo milliario ab urbe Linguonum. Turbon autem, scribens victorias confitentium Dominum, non post multum temporis martyrium perpessus est.

Apud Bituricas, Sepultii episcopi.

D. XV KAL. FEBRUARII.

(18 Jan.)

Cathedra sancti Petri apostoli, qua primum sedit Romæ.

Eodem die, natalis sanctæ Priscæ virginis et martyris.

Et in Ponto, natalis sanctorum martyrum Mosæi et Ammonii, qui cum essent milites, primo ad metalla deputati, novissime igni traditi sunt.

E. XIV. KAL. FEBRUARII.

(19 Jan.)

qui cum primævæ ætatis venustate floreret per gratiam virtutis Dei, metum corporeæ fragilitatis excludens, sponte præparatam sibi bestiam, damnatus a judice jam provocavit : cujus dentibus comminutus vero pani, id est Domino Jesu Christo, pro ipso moriens, meruit incorporari.

Eodem die, natale sancti Pontiani martyris, apud Spoletum, temporibus Antonini imperatoris, sub judice Fabiano. Ante quem adductus, et interrogatus quo nomine vocaretur, respondit : A parentibus nomen mei impositum est Pontianus; majus autom nomen, Christianus. Tunc iratus Fabianus, exspoliari.eum et virgis cædi jussit, donec videretur sanguis ipsius in terram fluere. Iterum jussit super carbones nudis pedibus ambulare. Cui beatus Pontianus : Ego in nomine Domini mei Jesu Christi D ambulo super carbones ardentes; tu, si potes, mitte in nomine Jovis manum in aquam calidam. Iratus Fabianus jussit equuleum parari, et uncicos ferreos fieri, et ibi eum suspendi. Sed deficientibus ministris implis, truditur martyr Dei in ima carceris, ubi a religiosis viris confortatur ad agonem

recte vulgatus : deinde jussit capite suspendi. Præcessit enim jussit quod et illi membro respondet. Jussitigitur Sebastianus, dux Alexandriæ, victorem capile iusum suspendi, id est deorsum. Non dubium mihi, antiquum adverbium esse, ea forma qua susum. Habés apud Varronem libro IV de L. L. et Catonem de Re R., cap. 57, pro sursum. Ita susum, iusum vel

brorum compage separari; et post hæo in ignem A martyrii. Educitur iterum ad certamen, circumspectante populo in amphitheatro, et dimittuntur ei duo leones. Qui mansuefacti, beatum Pontianum minime tetigerunt. Quod videntes populi, exclamaverunt : Vere magnus est Deus Christianorum, ita ut seditio fieret. Iterum beatus martyr retruditur in carcerem per duodecim dies ut fame deficeret, ubi ab angelo confortatus, et cœlesti cibo pastus est. Post duodecim vero dies putantes eum desecisse, ministri venerunt, ut corpus ejus tollerent, et invenerunt eum psallentem et laudes Deo dicentem. Eductus iterum de carcere est, et extensus super lectum ferreum, jubente impio judice, ac plumbo fervefacto dorsum illius perfasum. Sed cum martyr talia parvipendens invictus maneret, confusus Fabia-B nus dictavit sententiam ut capite minueretur. Sic-

que ab spiculatore percussus, quievit in pace. Consummavit autem martyrium suum xix Kal. Februarii. Et sublatum corpus ejus a Christianis sepultum est xv Kal. Celebris vero dies ipsius agitur xv Kal. Februarii, quando iterum sacrum corpus ejus mutatum est.

F. XIII KAL. FEBRUARII.

(20 Jan.)

(Pontificale, c. 21.) Romæ, Fabiani episcopi : qui, cum quatuordecim annos, menses undecim, ac duodecim dies Ecclesiæ præesset, passus est martyrium tempore Decii, et in cœmeterio Calixti sepultus.

Eodem die, natale sancti Schastani ; martyris, qui • In Smyrna, natalis sancti Germanici martyris, _C in tantum charus erat imperatoribus Diocletiano et Maximiano, ut principatum ei primæ cohortis traderent. Quem Diocletianus ubi Christianum cognovit, nec a fide posse revocari, jussit ligari in medio campo, quasi signum ad sagittam, et sagittari a militibus. Qui cum sagittis plenus staret quasi hericius, putantes eum mortuum, abierunt. Nocte autem veniens quædam mulier nomine Hirene tollere corpus, invenit eum viventem, et adduxit in domum suam, et curam ejus egit; qui ubi convaluit, multos in fide confortavit. Nec mora, ipsis imperatoribus apparens, hos, prout digni erant, corripuit. Tunc jussit eum Diocletianus in hippodromum palatii duci, et fustigari donec deficeret; quem mortuum in maximam cloacam miserunt. Sed ille apparuit in somnis sanctæ matronæ Lucinæ, dicens : Juxta circum invenies corpus meum, pendens in unco, hoc sordes non tetigerunt; dum levaveris, perduc ad Catacumbas, et sepelies me in crypta juxta vestigia apostolorum. Quæ ipsa nocte cum servis veniens, totum ita complevit.

> Eodem die, Romæ natalis sanctorum martyrum Marri et Marthæ, cum filiis suis, Audifax et Abacuc

> iosum olim dictum, quod poste sursum, iorsum seu deorsum. Scaliger quoque ad lib. v Manilii ex vetustissimo Martyrologio prid. Id. Maii citat, capite iorsum suspendi : qui hic ipse locus est quarto decimo die Maii quem produxi.

> ^a Euseb. I. Iv, cap. 5. Vide libellum de Festiv. Apost. in Polycarpo.

nobilium de Persida, qui ad orationem venerant A Romam tempore Claudii principis; e quibus post toleratos fustes, equuleum, ignes, ungues, manuum præcisionem, Martha in Nympha necata, cæteri decollati, et cætera corpora eorum sunt omnia incensa et dissipata.

G. XII KAL. FEBRUARII.

(21 Jan.)

* Romæ natalis sanctæ Agnetis virginis et martyris, quæ sub præfecto Urbis Symphronio, ignibus injecta, sed his per orationem ipsius extinctis, gladio percussa est.

Item apud Athenas, beati Publii episcopi, ob Christi martyrium coronati.

In Hispaniis, civitate Tarracona, natalis sanctogii diaconorum, qui, tempore Gallieni, sub Æmiliano præside, primo in carcerem trusi, deinde flammis injecti, exustis vinculis, manibus in modum crucis exponsis, orantes ut urerentur, obtinuerunt. Et mox unus e fratribus, et filia præsidis quæ astabat, viderunt animas sanctorum cœlum conscendere coronatas.

Apud Trecas, passio sancti Patrocli martyris.

A. XI KAL. FEBRUARII.

(22 Jan.)

In Hispaniis, natale sancti Vincentii diaconi et martyris, qui cum sancto Valerio episcopo suo a Cæsaraugusta civitate Valentiam usque gravibus nexus catenis, jubente Daciano, perductus est ; ibique fame et squalore carceris diu maceratus, tor- U mentis equulei et ungularum horrenda laceratione vexatus, agrabato etiam ferreo diutissime ustulatus, arvinæ guttis, et crepitanti sale respersus est. Post hoc in tererrimo carcere missus est, divaricatisque in nervo cruribus, super acutissima testarum fragmenta projectus est. Ubi nocte lux ingens apparuit, et virtute Dei solut s martyr, inter angelos, a quib s visitari meruit, hymnum canebat, ita ut ipse custos carceris crederet Christo. Maneastein facto, cum jus_ sisset eum Dacianus in lecto mollissimo reclinari, ut aliquantulum recreatus acrius denuo torqueretur, infatigabilem spiritum Christo reddidit. Tunc Dacia_ nus corpus ejus in campum projici, et feris atque avi bus jussit exponi. Sed mox corvus divinitus ad custodiam ejus datus, non solum alias aves arcebat, D sed mox et immanem lupum a sancto corpore repulit. Q :od cum Daciano nuntiatum esset, jussit eum insutum culeo, in profundum maris cum gravissimo saxi pondere immergi. Sed prius virtute Dei super undas innatans ad littus delatus et arenis conditus est, quam remiges portum tangere potuissent. Inde autem cum se sanctus martyr cuidam fideli anui revelasset, cessante persecutionis rabie, a Christianis reverenter sublatus, et in basilica conditus est.

* Vide libellum de Festiv. Apost. Prudent., hymn. 6.

^b Vide lib. de Fest. Apost.

Ad aquas Salvias natale sancti Anastasii martyris et monachi de Perside, qui post plurima tormenta carceris, verberum et vinculorum, quæ in Cæsarea Palæstinæ perpessus fuerat, a Persis postremo in Perside multa pœna affectus, atque ad ultimum decollatus est a rege eorum Chosroe cum aliis septuaginta. Reliquiæ corporis ejus primo Hierosolymis ad monasterium suum, deinde Romam delata, venerantur in monasterio beati Pauli apostoli quod dicitur ad aques Salvias

B. X KAL. FEBRUARII.

(23 Jan.)

Romæ, natalis sanctæ Emerentianæ, virginis Christi et martyris, quæ erat collectanea sanctæ Agnetis; et dum oraret ad sepulcrum ejus, ac simul rum martyrum Fructuosi episcopi, Augurii et Eulc- B orantes a gentilium læsione defenderet, lapidata est ab cis.

> In Mauritania, civitate Neocæsarea, natalis sancti Serverini et Aquilæ uxoris ejus, ignibus combustorum^b.

> Apud Philippos, beati Parmenæ diaconi, qui unus fuit de septem diaconibus.

C. IX KAL. FEBRUARII.

(24 Jan.)

° Apud Ephesum, natalis sancti Timothei apostoli.

Apud Antiochiam, sancti Babylæ episcopi, qui persecutione Decii posteaquam frequenter passionibus suis et cruciatibus glorificaverat Dominum, gloriosæ vitæ finem sortitus est in vinculis. De quo in decimo ecclesiasticæ Historiæ libro grande narratur miraculum. Nam cum Julianus imperator, ad idolorum cultum conversus, quodam tempore, Daphnis in suburbio Antiochiæ, juxta fontem Castalium litaret Apollini, et nulla ex his quæ requirebat responsa susciperet, causasque silentii percontaretur a sacerdotibus, responderunt dæmones, Babylæ martyris sepulcrum prope assistere, et ideo responsa non reddi. Tunc ille venire Galilæos (hoc enim nomine nostros appellare solitus erat) et auferre martyris sepulcrum jubet. Mox igitur Christiani convenientes, magna exultatione succincti, sustrilerunt arcam martyris, psallentes in auribus profani principis, per sex millia passuum summis vocibus et cam exultatione dicentes : Confundantur omnes qui adorant sculptilia, et gloriantur in simulacris suis (Psal. xcv1).

Item in Neocæsarea civitate, natalis sanctorum martyrum Mardonii, Musonii, Eugenii et Metelli, qui omnes igni-traditi sunt, et reliquiæ eorum in Axum **Auvium** dispersæ.

D. VIII KAL. FEBRUARII.

(25 Jan.)

Conversio sancti Pauli (Act. IX, 22).

Eodem die, natalis Ananiæ apud Damascum, qui beatum Paulum baptizavit.

° Vide lib. de Fest. Apost. Euseb. I. x, c. 35, ex versione Ruffini.

Apud Gabalensem civitatem, sancti Severiani A capitis sui flammis consumeretur, Quæ cum dicto episcopi mirandæ sanctitatis et doctrinæ viri.

Item natalis sancti Præjecti Arvernensi episscopi.

E. VII KAL. FEBRUARII.

(26 Jean.)

Apud Smyrnam, natalis sancti Polycarpi episcopi, qui beati Joannis apostoli discipulus, et ab eo Smyrnæ episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit. Postea vero regnante Marco Antonio, et Lucio Aurelio Commodo, quarta post Neronem persecutione, Smyrnæ sedente proconsule, et univero populo in seacclamationibus incitato, primum compellentibus et deprecantibus eum suis, ad vicinum locum semel et iterum succedit. Deinde comprehensus ab inquisitoribus, apponi eis mensam jubet, atque eis epulas largius ministrari. Horæ unius spatio ab eis orationis gratia impetrato, instante hora progreditur. Cumque interrogaretur a proconsule, si ipse esset Polycarpus, se esse confitetur. Ergo, inquit, habeto ætatis tuæ reverentiam, et parcens ultimæ senectuti tuæ, jura fortunam Cæsarisgerens de prioribus pœnitudinem, et conclama sacrilegos. Tune Polycarpus torvo vultu ad populum qui in stadio residebat aspiciens, elevata ad cœlum dextera, cum gemitu proclamavit, et dixit : Tolle sacrilegos. Sed insistente proconsule, et dicente : Jura fortunam Cæsaris, et dic in Christum convicia, et ego dimitto te. Polycarpus ad hæc dixit : Octoginta et sex annis servio ei, et nihil me læsit unguam : quotem mihi dedit ? Cumque rursus vehementius urgeretur, ut fortunam Cæsaris juraret, ait: Si hanc jactantiam quæritis, ut ego fortunam Cæsaris jurem, et quis sim ignorare te simulas, cum omni libertate audi a me, quia Christianus sum. Replebatur igitur confidentia simul et lætitia, ita ut alacritatem vultus ejus, responsionunque constantiam proconsul maximo stupore miraretur. Misso igitur curionead populum, jubet voce magna protestari Polycarpumtertio confessum Christianum se esse. Quo audito, universa multitudo, tam gentilium quam Judæorum Smyrnensis civitatis, cum ingenti furore acclamabat : Hic est totius Asiæ doctor, et pater Christianorum, nostrorum autem subversor deorum. lpse est qui multos docct ne immolent, neve adorent C apud præfatam urbem martyrio consummati sunt. deos. Omnesque pariter conclamabant, ut Polycarpus vivus arderet. Oportebat enim visionem ejus impleri. Viderat siquidem in visione, quod cervical

* Vide libellum de Festivit. Apost.

^bJusserunt propius accedere confectores. Eusebius lib. 19, cap. 14 hoc ipso Latino confectoris verbo in eamdem de Polycarpo narratione utitur: nipaç our ίδέντες οι άνομοι μή δυναμένον το σώμα ύπο του πυρός δαπανηθήναι εκέλευσαν προσελθόν-α αύτῷ χομφέντορα παραδύσαι το ξίφος, ubi Christophorsonus χομφέκτωρα carnificem vertit. Ad extremum igitur cum ne farii et impil homines ejus corpus ab igne minime posse consumi viderent, carnifici mandata dederunt ut pro-

cítius gererentur, ipsis populis ligna, vel de balneis, vel de publicis quibusque locis, et sarmenta congregantibus, præcipue Judæis ardentius ad hæc ex mare ferventibus, cum omni velocitate exstructus est rogus. Tunc depositis senior indumentis, ac zona resoluta, calceamenta quoque de pedibus tentabat educere, quæ numquam nisi a religiosis quibusque, fide et devotione semetipsos invicem prævenientibus, resolvi consueverant. Ita namque in omni reliqua vita sua venerabiliter etiam ab omnibus colebatur. Ut ergo expedita sunt quæ ad ignem pertinebant, cum eum vellent rogo impositum, etiam clavis affigere, ait : Sinite me; qui enim dedit mihi ignis ferre supplicium, dabit ut et sine clavorum affixione, flammas immobiliter perferam. Tunc illi omissis clavis, solis usi sunt vinculis, quibus post tergum manibus revinctis, velut electus aries, et ex magno grege assumptus, acceptabile holocaustum omnipotenti oblatus est Deo, orationemque ut complevit subjiciunt ignem homines ignis æterni. Cumque flamma ingens reluxisset, viderunt miracula omnes quibusea Deus videre concessit. Flamma etenim in modum cameræ, curvata specie, quasi volum navis vento sinuatum supra corpus martyris stetit. Quod corpus in medio positum non erat ut caro ardens, sed tanguam si aurum aut argentum in fornace candesceret. Tunc præterea odorem naribus circumstantes hauserunt, tanguam incensi, vel pretiosissimi unguenti. Ad ultimum videntes scelerum ministri, corpus igni non posse modo possum blasphemare Regem meum, qui salu- C consumi, ^b jusserunt propius accedere confectore et corpus, cui ignis cesserat, mucrone transfodere. Quod facto, tam largus profusus est sanguis, ut restingueret rogum. Populus autem cum miraculi stupore discessit. Sed æmulus totius boni, satis agere cœpit, ut reliquias ejus nemo ad sepulturam deferret, Judæis in hoc maxime instantibus. Ubi au-

tem vidit centurio obstinatam Judæorum contentionem positum in medio ipsum corpus exussit; et ita postmodum adusta ossa, pretiosissimis gemmis cariora, et omni auro probabiliora per ignem facta, a fratribus colliguntur, ac sicut conveniebat, ex more conduntur. Quo in loco, præstante Domino, solemnes aguntur celebresque conventus. Cum eo etiam alii duodecim ex Philadelphia venientes,

Eodem die, sanctorum martyrum Theogenis cum aliis triginta sex, qui contemnentes temporalem mortem, coronam vitæ æternæ adepti sunt.

pius ad rogum progressus, illum ense constricto confoderet. Sed proprie confectores ferarum sunt, ut apud Suetonium in Augusto cap. 43: « In circo aurigas cursoresque, et confectores ferarum, et nonnunquam ex nobilissima juventute, produxit. » Non plura de his, quia res jam nota. quod in Glossis Basilicorum est χομφάχτωρ, χατασχευ αστής non est confector, ut exponit Meursius in Glossario Græco barbaro, sed *compactor*, huc non spectans.

F. VI KAL. FEBRUARII

(27 Jan.)

Natalis sancti Joannis episcopi Constantinopolitani, qui Chrysostomus appellatur.

Item beati Marii abbatis monasterii Badonensis, cujus vitam plenam virtutibus vir illustris ac patricius Dynamius scribit.

Et apud Bethleem Judæ, dormitio sanctæ Paulæ, matris Eustochii, virginis Christi. Quæ cum esset ex nobilissimo senatorum genere, abrenuntians sæculo, et opibus suis in pauperes crogatis, Christi consecuta est paupertatem, et apud præfatum oppidulum Dominica nativitate gloriosum, monasterii virginalis exstitit mater. Hujus vitam virtutibus admirandam sanctus Hieronymus scribens (*ep. 27, ad Bustack.*), testatur eam longo coronatam esse martyrio.

G. V KAL. FEBRUARII.

(28 Jan.)

Natalis sanctæ Agnetis secundo.

Et incivitate Apollonia, Leucii, Thirsi, et Galenici martyrum, qui tempore Decii imperatoris, sub præsidibus Combricio, Sylvano et Baudo, diversis tormentorum generibus excruciati; primus et ultimus abscisione capitis, medius cælesti voce evocatus, spiritum reddens, martyrium consummaverunt in Græcia.

Eodem die apud Alexandriam, beati Cyrilli episcopi, qui catholicæ fidei præclarissimus exstitit propugnator,

Item in monasterio Reomanensi, sancti Joannis presbyteri viri Dei.

A. IV KAL. FEBRUARII.

(29 Jan.)

Romæ, natalis Papiæ et Mauri militum, tempore Diocletiani. Qui videntes constantiam Saturnini et Sisinnii martyrum, conversi sunt ad fidem, statimque jussum est a Laodicio præfecto Urbis, ut corum ora quibus Christum confitebantur, lapidibus contunderentur, et retruderentur in carcerem, ubi baptizati erant a beato Marcello papa. Quos post duo-

A decim dies eductos, jussit sterni in terram, et fustibus cædi; dein levatos de terra, plumbatis percuti donec expirarent. Quorum corpora colligens noctu Joannes presbyter, sepelivit via Numentana ad Nymphas heati Petri, ubi ipse haptizabat. Scriptum est in gestis heati Marcelli papæ.

Eodem die Treviri, depositio beati Valerii episcopi discipuli sancti Petri apostoli.

B. III KAL. FEBRUARII.

(30 Jan.)

Apud Antiochiam, passio sancti Hippolyti martyris, qui Novati schismate aliquantulum deceptus, operante gratia Christi correctus, ad charitatem Ecclesiæ rediit : pro qua, et in qua illustre martyrium postea consummavit.

(Euseb., I. 1v, c. 5.) Hierosolymis, bcatissimi Matthiæ episcopi de quo mira et plena fide gesta narrantur; qui multa pro Christo perpessus, ultimo in pace vitam finivit. Hic octavus post Jacobum rexit Ecclesiam.

Item beati Alexandri. Hic Deciana persecutione, pro confessione fidei, judiciis sistitur, et vinculis carceristraditur. Quique cum longævæ ætatis veneranda canitie præfulgeret, postquam frequenter passionibus suis et cruciatibus glorificaverat Dominum, de vinculis ad tribunalia, et a tribunalibus revocaretur ad vincula, inter ipsa vicissim sibi succedentia tormenta, bono fine quievit.

C. PRIDIE KAL. FEBRUARII.

(31 Jan.)

C Apud Alexandriam, natalis sancti Metrani martyris quem pagani correptum, jubent impia verba proferre; quod illo recusante, omne corpus ejus fustibus colliserunt, vultumque et oculos acutis calamis terebrantes, extra urbem cum cruciatibus expulerunt, ibique quod in eo supererat spiritus lapidibus ejecerunt.

Item sanctorum Saturni, Thyrsi et Victoris.

Eodem die apud Trientinam urbem, beati Virgilii episcopi et martyris.

LITANIÆ INDICENDÆ

MENSIS FEBRUARIUS

HABET DIES XXVIII; IN BISSEXTILI VERO XXIX; LUNA, XXIX

D. KAL. FEBRUARII. (1 Febr.)

Apud Smyrnam, natalis sancti Pionii martyris,

dui persecutione Antonini Veri, post insuperabilem responsionum constantiam, et squalorem carceris, ubi multos fratrum ad martyrii tolerantiam suis exhortationibus roboravit, ad ultimum cruciatibus multis vexatus, clavis confixus, et ardenti rogo su-

• Vide libellum de Fest. Apost.

D perpositus, beatum pro Christo finem vitæ sortitus est. Passi sunt cum eo et alii quindecim.

Eodem die beatus Ephræm, Edessenæ Ecclesiæ diaconi.

• Eodem die apud Antiochiam, beati Ignatii, episcopi et martyris.

Item apud Scotiam, sancæ Brigidæ virginis, cujus vita miraculis claruit ; quæ cum lignum altaris in testimonium virginitatis suz tetigisset, viride fac- A ille inhumanus et crudus, nec multitudinis contemtam est.

Eodem die sancti Pauli episcopi civitatis Trecassidæ, cujus et vita virtutibus claruit, et mors pretiosa miraculis commendatur.

E. IV NONAS FEBRUARII.

(2 Febr.)

Hypapante Domini.

Apud Cæsaream, beatissimi Cornelii centurionis, quem beatus Petrus baptizavit ; quique apud præfatam urbem, episcopi honore sublimatus, quievit.

Eodem die Romæ, sancti Aproniani * martyris. Qui sub persecutione Maximiani imperatoris cum præsentasset aspectibus Laodicii præfecti beatum Sisinnium diaconum eductum de carcere (erat enim Commentariensis) et subito factam lucem de cœlo B vidisset, vocemque pariter hausisset, tremefactus cecidit ad pedes Sisinni dicens : Adjuro te per Christum, quem confiteris, ne tardes me baptizare, faciasque me pertingere tecum ad coronam. Quem beatus Sisinnius baptizatum ad consignandum sacro chrismate Marcello papæ obtulit. Quo præses comperto, jussit eum capitalem subire sententiam. Perductus itaque via Salaria, Miliaro secundo, capite truncatus, martyr virtorque decessit.

F. III NONAS FEBRUARII.

(3 Febr.)

In Africa, beati Celerini diaconi et confessoris. Et sanctorum martyrum Celerinæ aviæejus, et Laurentini, et Ignatii. Quorum prior patruus, sequens avunculus ipsius fuit. De quorum omnium gloriosis C laudibus exstat beati Cypriani epistola, quæ de his inter cætera ita loquitur : Avia, inquit, ejus Celerina martyrio coronata est. Item patruus ejus et avunculus Laurentinus et Ignatius, in castris etipsis quondam sæcularibus militantes : sed veri et spirituales Dei mililes, dum diabolum Christi confessione prosternunt, palmas Domini et coronas illustri passione meruerunt. Sacrificia pro eis semper (utmeninistis) offerimus, quoties martyrum passiones et dies anniversaria celebratione commemoramus, etc. Non invenio quem beatiorem magis dicam, ulrumne illos de posteritate tam clara, an hunc de origine gloriosa.

G. PRIDE NONAS FEBRUARII.

(4 Febr.)

beati Philæ, ejusdem urbis episcopi, et Philoromi tribuni militum Romanorum : cum quibus etiam innumera fidelium multitudo ex eadem urbe, pastoris suivestigia sequens persecutione Diocletiani, martyrio coronata est. b Sedente namque protribunalibus sævissimo præside, offeruntur innumeri fidelium populi. Quos ille singulos per ordinem confessos se Christianos, capite plecti jubet, cumque certatim se et sponte confessione præmissa, gladio subjicerent,

[•] De eo in Vita S. Marcellini, 16 Januarii.

^bEuseb. I. viii, c. 9, 10, ex versione Ruff. qui plarima inseruit.

platione, nec virtutis eorum magnanimitate permotus, duci nihilominus omnes et cædi capite jubet. Verum hi constanter et fortiter cum lætitia et exsultatione mortem præsentem velut æternæ vitæ principia rapiebant. Denique cum priores quique jugularentur, reliqui non desidiæ aut torpori animos indulgebant, sed psallentes et hymnos Deo canentes. locum quisque sui martyrii exspectabat, ut hæc agentes, ctiam extremos spiritus in Dei laudibus exhalarent. O vere mirabilis et omni veneratione dignus grex ille beatorum, turma virorum fortium. corona splendoris gloriæ Christi! Hanc sane coronam pretiosior omnium lapis, et gemma nobilior adornabat; hanc turmam præibat ductor illustrior, hunc gregem pastor nobilor decorabat : Phileas huic nomen est, qui erat episcopus urbis ipsius. Hic nobilitatem primi generis, secundum animi virtutem de cœlestibus trahebat : de terrenis vero, quantum ad sæculum pertinet, primis in Romana republica honoribus fructus. Eruditione quoque liberalium litterarum, et omnibus quæ ad animi virtutem pertinent exercitiis, apprime eruditus. Hic cum plurimos propinquos et consanguineos nobiles viros in eadem urbe haberet, frequenter ad præsidem ducebatur : ejusque monitis acquiescere, tot et tantis proquinquis exorantibus, respectum habere uxoris et contemplationem suadebatur suscipere liberorum, neque in cœpta præsumptione persistere. Ast ille velut si saxum immobile unda allideretur, garrientium dicta respuere, animos ad cœlum tendere, Deum in oculis habere, parentes et propinquos sanctos martyres et apostolos ducere. Aderat tunc quidam vir agens turmam militum Romanorum, Philoromus nomine, qui cum videret Phileam circumdatum lacrymis propinquorum, et præsidis calliditate fatigari, nec tamen flecti aut infringi ullatenus posse, exclamat : Quid inaniter et superflue constantiam viri tentatis? Quid eum, cogitis negare Deum ut hominibus acquiescat? Non videtis quod aures ejus vestra verba non audiunt, quod oculi ejus vestras lacrymas non vident? Quomodo potest terrenis lacrymis flecti, cujus oculi cœlestem gloriam contuentur? Post hæc dicta, cunctorum ira in Pholoromum versa; unam eamdemque sententiam, eum cum Philca subire poscunt. Quibus Incivitate Ægypti, quæ appellatur Thmuis, passio D libenter annuens judex, utrumque plecti capite jubet. Passi sunt hi beati martyres sub persecutione Diocletiani •.

A. NONIS FEBRUARIL

(3 Febr.)

º In Sicilia civitate Catanensium, passio sanctæ Agathæ virginis, sub imperatore Decio, proconsule Quinctiano, quæ post alapas et carcerem, post equuleum et tortiones, post mamillarum abscissionem, sed a Domino sanationem, post volutationem in te-

° Male in ms. erat Deciana.

^d Vide libellum de Fest. Apost

225

stulis et carbonibus, tandem in carcere consum- A secutores omnes primum dentes excusserunt, mata deinde cum minarentur, constructo ac succenso

Viennæ, beati Aviti episcopi, cujus fide et industria atque admirabilii doctrina, tempore. Gundobaldi regis, ab infestatione Arianæ hæreseos Galliæ defensæ sunt.

B. VIII IDUS FEBRUARII. (6 Febr.)

Apud Cæsaream Cappadociæ, natalis sanctæ Dorothæ virginis, quæ sub Apricio [al. Sapricio.], provinciæ ipsius præside primum equulei extensione vexata, dein palmis diutissime cæsa, ad ultimun capitali sententia punita est. Cumque egrediens de prætorio duceretur ad mortem, Theophilus quidam scholasticus ait ad eam : Eia tu sponsa Christi, mitte mihi mala de paradiso sponsi tui. Quæ statim promi- B sit se esse missuram. Ubi ergo ventum est ad locum in quo, jugulanda erat, paulisper oratione facta, protulit orarium suum; et vocato ad se quodam puerulo annorum sex, misit Theophilo, dicens : Dic ei, Dorothea ancilla Dei mittit tibì mala de paradiso sponsi sui Christi. Accipiens ille, et gratias agens quod petitionem ejus implesset, cœpit sibi faciem tergere, tantaque repente suavitate perfususest, ita ut tota mente mutatus cum grandi exsultatione et clara voce sæpius replicaret : Benedictum nomen Domini mei Jesu Christi. Ob quam confessionnem mox et ipse tentus, ac suspensus in equuleo tanta crudelitate tort usest, ut omnes circumstantes horrescerent; novissime cæso capite martyrium consummavit.

Eodem die, natalis sancti Antholiani, qui apud C urbem Arvernam martyrio coronatus est.

C. VII IDUS FEBRUARII.

(7 Febr.)

In Britanniis civitate Augusta, natalis sancti Auguli episcopi et martyris.

Item sancti Moysetis venerabilis episcopi, qui primo quidem in eremo vitam solitariam ducens, meritis ac virtutibus et signis, quæ faciebat per illum Deus magnifice innotuerat. Qui postmodum petente Mauvia Saracenorum regina, episcopus gentis illius factus, fidei catholicæ custodivit intemerata consortia, et gentem cui datus fuerat episcopus, ex grandi parte ad fidem Christi convertit. Sicque perfectus in virtitutibus, in pace quievit.

D VI IDUS FEBRUARII.

(8 Febr.)

• Apud Armeniam minorem, natalis sanctorum Dionysii Æmiliani et Sebastiani.

Eodem die, apud Alexandriam, natalis sanctæ Cointhæ martyris. Hanc pagani correptam ad idola perducentes, adorare cogebant. Quæ cum illa exsecrans recusaret, vincula pedibus ejus innectentes, et per plateas totius civitatis eam trahentes, horrendo supplicio discerpserunt.

E. V IDUS FEBRUARII.

(9 Febr.)

^b Alexandriæ, sanctæ Apolloniæ virginis; cui per-

* Euseb. l. vi. c. 34, vel, 31, ex versione Ruffini.

secutores omnes primum dentes excusserunt, deinde cum minarentur, constructo ac succenso rogo, eam se vivam incensuros, nisi cum eis impia verba proferret, illa paululum, quid ageret, intra semetipsam deliberans, repente de manibus impiorum prorupit, et in ignem quem minabantur, sponte prosilivit.

F. IV FEBRUARII.

(10 Febr.)

Romæ, natalis sanctorum martyrum Zotici, Irenæ, Hyacinthi et Amantii.

Eodem die in Oriente, sanctæ Soteris virginis, quæ graviter et diutissime alapis cæsa, cum cætera quoque pænarum genera vicisset, gladio martyrium consummavit.

Item Romæ via Lavicana decem militum.

G. III IDUS FEBRUARII.

(14 Febr.)

Apud Viennam, sancti Symplidis episcopi, et confessoris.

Item apud Alexandriam, depositio sanctæ Euphrasiæ virginis, quæ in monasterio mira virtute abstinentiæ et miraculis claruit.

A. PRIDIE IDUS FEBRUARII.

(12 Febr).

In Hispaniis civitate Barcinona, natalis sanctæ Eulaliæ virginis et martyris, quæ passa est tempore Diocletiani imperatoris, sub præfecto Hispaniarum Daciano, quando sub eodem, apud Barcinonam sanctum Gucuphatum, et apud Gerundam sanctum Felicem, gloriosas constat martyrii accepisse coronas. Scriptum in passione sanctæ Leocadiæ. (9Dec.)

In Africa, passio sancti Damiani militis.

Et in Alexandria, Modesti et Ammonii infantum.

B. IDIBUS FEBRUARII.

(43 Febr.)

 Natalis S. Agabi prophetæ in Novo Testamento, apud Antiocham : de quo beatus Lucas in apostolicis Actibus ita dicit : Conservantibus nobis Antiochiæ, surgens, unus ex prophetis nomine Agabus, significabat per spiritum famem magnam futuram in universo orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio Cæsare (Act. x1). Et iterum, cum B. Paulus, Hierosolymam Pentecosten facturus pergeret, jamque Cæsa-D ream venisset : Commorantibus, inquit, nobis in Cæsarea per dies aliquot, supervenit quidam vir a Judæa propheta, nomine Agabus, et venit ad nos, et tollens zonam Pauli, lignans sibi manus et pedes, dixit : Hæc dicit Spiritus sanctus : Virum hunc cujus est hæc zona, sic alligabunt eum in Jerusalem Iudæi, et tradent in manus nationum.

Item in Militena civitate Armeniæ, natalis sancti Polyeucti martyris, qui Latine interpretatur Muitum orans.

C. XVI KAL. MARTII.

(14 Febr.)

Romæ, natalis S. Valentini presbyteri, qui post ^b Euseb. l. vi, c. 34, vel 31, ex versione Ruffini.

multa sanitatum et doctrinæ insignia, fustibus cæ- A spectu Domini pretiosam miracula crebra testansus, et sic decollatus est, sub Claudio Cæsare. tur.

Eodem die, natalis sancti Valentini Interamnensis episcopi, qui tentus a paganis, ac virgis cæsus, et post diuturnam cædem, custodiæ mancipatus, cum superari non posset, mediæ noctis silentio ejectus de carcere, decollatus est jussu furiosi Placidi, Urbis præfecti. Tunc Proculus, Ephybus et Apollonibus discipuliejus, transferentes corpus ejus ad suam ecclesiam Interramnæ urbis, noctu sepelierunt. Ubi cum quotidianis vigiliis incubarent, tenti a gentilibus custodiæ sunt traditi, consulante Leontio : quos ille jussit noctis medio suis tribunalibus præsentari; et cum a fide revocari nec blandimentis nec minis possent, jussit capite cædi. Qui non longe sunt a corpore S. Valentini sepulti.

Item apud Alexandriam, natalis sanctorum martyrum Bassi, Antonii, Protolici, qui in mare mersi sunt.

Item Cyrionis presbyteri, Moyseos, Bassiani lectoris, et Agathonis exorcitæ, qui omnes igne combusti sunt.

Item Dionysii et Ammonnii, decollatorum.

Eodem die Romæ, sanctorum martyrum Vitalis, Feliculæ et Zenonis.

D. XV KAL. MARTH. 45 (Febr.)

Romæ, sancti Cratonis martyris^a, qui cum haberet filium Chæremon nomine, scholasticum, qui inciderat in ægritudinem gravissimam, eumque beato Valentino episcopo ad sanandum obtulisset, sub C tali conditione, ut si puer sanaretur, ipse cum omni domo sua fieret Christianus, sanato puero, quod promiserat implevit atque cum uxore et universa domo baptizatus, non multis post diebus, martyrio est consummatus.

Et apud Sebasten civitatem, passio S. Blasii (ms., Blavii) episcopi, qui multorum patrator miraculorum, sub præside Agricolao, post diutinam cæsionem, post carcerem, atque inde suspensionem in ligno, ubi pectinibus ferreis carnes ejus disruptæ sunt, post iterum teterrimum carcerem, post demersionem laci, unde supervadens salvus exivit, jubente iniquissimo judice, capite ad extremum cum duobus pueris truncatur, felicia regna ita cum ipsis ingressus. Ipso autem adhuc agonizante, sep- D tem mulieres beatissimæ, quæ guttas sanguinis ejus præterfluentes de beatissimis plagis corporis ipsius colligebant deprehensæ quod essent Christianæ, post carminum ignis ubi plumbo superfusæ sunt, post pectines ferreos, quibus carnes earum disruptæ, post æreas tunicas excandentes, novissimæ sententia data, percussæ gladio, datoque pretio sanguinis, vitam mercantur æternam.

In Galliis, civitate Vasioni (al.. Wangionensi), depositio S. Quinidii episcopi, cujus mortem in con-

° Vide libellum de Fest. Apost. in quo 2 Maii. De

E. XIV KAL. MARTII

(16 Febr.)

^b Natale sancti Onesimi apostoli.

Et in Cumis, natale S. Julianæ virginis, quæ tempore Maximiani imperatoris, primo a suo patre Africano cæsa, et graviter cruciata, deinde et a præfecto Eolasio [Eleusio], quem sponsum habuerat, nuda virginis cæsa, et a capillis suspensa, et plumbo soluto a capite perfusa, ac rursum in carcerem recepta, ubi palam cum diabolo conflixit, et rursus evocata, rotarum tormenta, flammas ignium, ollam ferventem superavit ac decollatione capitis martyrium consummavit. Quæ passa est quidem B in Nicomedia, sed post paucum tempus Deo disponente in Campaniam translata.

Eodem die apud Ægyptum, Juliani cum aliis numero quinque millibus.

F. XIII KAL. MARTII

(17 Febr.)

In Perside, natalis beati Polychronii, Babyloniæ et Ctesiphontis, episcopi, qui præsente Decio persecutore, os lapidibus cæsus, manibus extensis, oculos ad cœlum elevans, emisit spiritum. Scriptum in passione sancti Laurentii. (10 Aug.)

G. XII KAL. MARTII.

(18 Febr.)

^c Hierosolymis, beati Simeonis episcopi et martyris, qui traditur propinquus Salvatoris secundum carnem fuisse.

Eodem die sanctorum martyrum Claudii et uxoris ejus Præpedignæ, ac filiorum Alexandri et Cutiæ et fratris Claudii beati Maximi : qui cum essent præclarissimi generis, agente fratre eorum Gabinio presbytero, baptizati sunt a beato Caio pontifice Romano, et postmodum tenti sunt, jubente Diocletiano, a judice impio Julio. Et Claudius quidem, cum uxore sua et filiis, deportatus est in exsilium; denique incendio concremati, odoriferum sacrificium martyrii Deo reddirerunt, ac sic postmodum apud Ostiam in rheuma jactati ; quorum reliquias Christiani perquisitas juxta civitatem sepelierunt.

A. XI KAL MARTII

(19 Febr.)

Romæ, sancti Gabinii ^d, presbyteri, patris beatissimæ Suzannæ qui a Diocletiano diu in custodia vinculis afflictus, pretiosa morte cœli gaudia comparavit.

B. X KAL. MARTII. (20 Febr.)

Apud Tyrum, quæ est urbs maxima Phœnicis, beatorum martyrum, quorum numerum solius Dei scientia colligit : quos, jubente Diocletiano, Veturius magister militiæ diversis tormentorum gene-

his in gestis Susannæ 11 August.

^d De hoc in Vita Susannæ 11 Aug.

^{*} De eo in gestis Valentini Inter. 14 Febr.

^b Vide libr. de Fest. Apost.

flagris per omne corpus martyres Dei carpebantur, post hæc tradebantur ad bestias, adhibebantur leones, ursi, pardi, atque omne ferarum genus; apri quoque, sed et tauri, quibus ferro et igni feritas addebatur. Statuuntur denique Dei cultores, nudatis membris, in medio arenæ loco, et bestiæ intra caveas incitatæ sævioresque in semetipsis effectæ, proruunt claustris, replent subito stadium, circumdant ecclesiam martyrum in medio sitam, circumeunt sæpius et oblustrant; ac divinæ virtutis adesse eis custodiam sentientes, procul ab corum corporibus abscedunt. Sed illico furor, qui reprimebatur in belluis, transit in homines : gladiis ergo peragunt quod bestiis nequiverunt, et ut in omnibebant etiam cadavera mandari terræ, scd jubebant fluctibus dari b. Horum gloriosissimam multitudinem, cœlique exercitum, ducebant, et incitabant ad victoriam beatissimi Tyrannio episcopus et Sylvanus episcopus, qui parvo tempore interposito °, bestiarum morsibus martyrium complevit; et Peleus atque Nilus episcopi, qui igne cum plurimis clericis consumpti sunt; Zenobius quoque venerabilis presbyter capite cæsus.

Item in Alemania beati Galli abbatis, miræ sanctitatis viri, discipuli sancti Columbani abbatis.

C. IX KAL. MARTII.

(21 Febr.)

Apud Siciliam, sanctorum martyrum septuaginta novem, qui sub Diocletiano per diversa tormenta, C confessionis suæ coronam, a Christo sibi paratam, percipere meruerunt.

D. VIII KAL. MARTII.

(22 Febr.)

Apud Antiocham Cathedra sancti Petri.

Eodem die apud Alexandriam S. Abilii episcopi, qui post beatum Marcum secundus episcopus, tredecim annos sacerdotium ministravit.

Apud Hieropolim, sancti Papiæ episcopi, auditoris S. Joannis apostoli.

Item B. Aristionis, qui fuit unus de septuaginta duobus Christi discipulis.

Viennæ, S. Paschasii confessoris atque pontificis, admirandæ sanctitatis.

E. VII KAL MARTII.

(23 Febr.)

Apud Syrmium, B. Syreni (al. Syneri) monachi, qui cum tempore Maximianis imperatoris, unius ex

^a Euseb. l. viii, c. 7, ex versione Ruffini.

^b Euseb. l. vm, c. 22 et 25.

^o Bestiarum morsibus martyrium complevit. Ita mss. Male vulgo, compleverunt. Nec enim Tyrannio et Sylvanus episcopi pari mortis genere palmam martyrii adepti sunt. Nam Tyrannio non bestiis fuit objectus, sed in mare demorsus. Eusebius, libro viii, Cap. 25 : Ο μέν θαλαττίοις παραδοθείς βυθοϊς ό ἐπίσλο- $\pi \circ \varsigma$. Tyrannio episcopus in profundos maris vortices demorgitur. De Sylvano vero et aliis sociis : 'Allà ούτος μέν θηρίων βορά μετ' έτέ ωυ έπ' αύτης 'Εμίσης

ribus sibi invicem succedentibus occidit ». Primo A domesticis ejus uxorem, hora incongrua in horto, quem ipse sibi excolebat, deambulantem, acrius increpando repulisset, jubente Maximiano tentus, et Christianum se esse confessus, capite cæsus est.

> Item aliorum sexaginta duorum, qui ibidem passi sunt.

> Ipso die sancti Polycarpi^d presbyteri et confessor:s, qui cum beato Sebastiano plurimos ad fldem Christi convertit, atque ad martyrii gloriam exhortando perduxit.

F. VI KAL. MARTII.

(24 Febr

. • Natalis S. Matthiæ apostoli.

Et inventio capitis Præcursoris, tempore Martiani principis, quando isdem præcursor duobus monachis bus ostenderent se belluis esse nequiores, prohi- B ubiidem caput ejus celatum jaceret, revelavit. Constat auten quia imminente festivitate Paschali fuerit, sicut in Evangelio apparet, decollatus; et anno post hunc sequente, cum denuo tempus Paschale rediisset, mysterium Dominicæ passionis esse completum. Et propterea quod ^r in libro Sacramentorum natale vi Kalendarum Septembrium die notatumest. et in Martyrologio, quod Eusebii et Hieronymi vocabulis insignitum est, legitur : Quarto Kalendas Septembris in Emeso civitate Phæniciæ provinciæ, natale sancti Joannis Baptistæ, quo die decollatus : non specialiter ipsum diem decollationis ejus sed diem potius, quo caput ejus in eadem Emesa civitate repertum, atque in Ecclesia conditum, designat. Siquidem duo monachi Orientales venerant adorare Hierosolymis et loca sancta videre. Quibus per revelationem assistens idem Præcursor Domini, præcepit, ut ad Herodis quondam regis habitaculum accedentes, caput suum ibi reduirerent, et inventum digno honore reconderent. Quod ab eis inventum et assumptum, sed non multo post culpa incuriæ perditum, perlatum est Emesan ab illis, et in quodam specu, in urna sub terra non pauco tempore ignobiliter reconditum, donec denuo sese suumque caput ostendit Marcello cuidam religioso presbytero, dum in eodem specu habitaret. Ex quo tempore cœpit in eadem civitate beati præcursoris decollatio ipso die, quo caput ejus inventum sive elevatum est, celebrari.

> Item apud Cæsaream Cappadociæ, natalis beati Sergii martyris, cujus gesta præclarissima haben-D tur.

G. V. KAL. MARTII.

(25 Febr.)

Apud Ægyptum, natale sanctorum Victorini, Vi-

γενόμενος, χοροίς ανεληφθη μαρτύρων. Hic Sylvanus cum aliis in eadem urbe Emesa bestiarum præda factus in martyrum chorum relatus fuit

^d De hoc in gestis S. Sebast. 20 Jan.

• Vide libellum de fest. Apost. Vide infra.

¹ In libro sacramentorum. Intelligit, opinor, librum Sacramentorum divi Gregorii, in quo iv Ka-lendarum Septembrium habes : Bodem die, decollalio seu passio Joannis Baptista. Quem librum D. Gregorio asserit doctissimus Pamelius in Prolegomenis ad tomum II Liturgicorum.

ctoris, Nicophori, Claudiani, Dioscori, Serapionis et A ut genua flectentes orarent cum ipso : cum com-Papiæ, sub Numeriano imperatore, agente Sabino duce. Quorum primus in pilam ex robore cavam, et undique circumforatam missus, ac per singula foramina diutissime transpunctus est; cumque nimius sanguis efflueret, eductus e pila, capite cæsus est. Secundus manibus ac pedibus amputatis, in eamdem pilam missus, prioris tormenta sustinuit, et novissime gladio cæsus est. Tertius cum ultro in pilam fuisset ingressus, indignatus Judex jussit eum inde produci, et super craticulam prunis substratam aliquantisper assari et inverti : cumque in confessione persisteret, sublatus inde, minutatim gladio concisus spiritum reddidit. Reliquorum quatuor, Claudianus et Dioscorus flammis incensi. Serapion et Papias gladio consummati sunt.

A. IV KAL. MARTII.

(26 Febr.)

Incivitate Perge Pamphiliæ, natale beati Nestoris episcopi : qui persecutione Decii, cum diu noctuque orationi insisteret postulans ut grex Christi custodiretur, comprehensus a quodam Irenarcho, qui erat princeps curiæ civitatis, velut aries sine malitia oblatus est præsidi Pollioni. Et cum nomen Christi mira libertate et alacritate confiteretur, deos autem gentium dæmonia pessima esse memoraret, jussus ab eodem præside suspendi in equuleo, et crudelissime torqueri, lætus psallebat, dicens : Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo (Psal. XXXIII.) Præses vero stupens super tanta tolerantia, et volens eum blandis verbis a fide re- C sortirentur. vocare dixit ei : Vis esse nobiscum, aut cum Christo tuo? Cui sanctus Nestor cum magno gaudio respondit, dicens : Cum Christo meo et eram, et sum, et ero. Tunc indignatus præses dedit adversus eum sententiam, ut quia Jesum crucifixum sub Pontio Pilato fateretur, tanquam devotus Deo suo illius subiret sententiam, et ligno crucifixus resolveretur a vita. Ille gratias agens Deo cum jam affixus esset patibulo, docebat assistentem populum Christianum, ut persisterent in fide et charitate Christi et libentissime compaterentur, ut et simul glorificarentur. Post hæc petens omnem astantem turbam fidelium,

* Euseb. J. x, c. 1, et Ruf. I. I. c. 1. ^b De eo Greg. in præfat. Moralium.

plesset orationem, et dixissent omnes, Amen, reddidit spiritum : consummavit autem martyrium quinta Sabbati, hora tertia.

• Eodem die B. Alexandri, Alexandrinæ civitatis episcopi, gloriosi senis, qui post B. Petrum, Arium presbyterum suum, hæretica impietatc depravatum. et divina veritate reconvictum, de ecclesia ejecit : et postea inter trecentos decem et octo Patres, eumdem in Nicæno concilio damnavit.

B. III KAL. MARTII.

(27 Febr.)

Apud Hispaniam. civitate Hispali, sancti Leandrib. episcopi et confessoris, ad quem beatus Gregorius libros Moralium scribit; cujus prædicatione et in-B dustria, tota Gothorum gens per Reccaredum regem ab Ariana impietate conversa est. Qui etiam fratrem ejus Erminigildum regem, vivente adhuc patre bæretico, ab eadem Ariana hæresi ad catholicam fidem correxit; atque usque ad gloriosam martyrii passionem, suis exhortationibus perduxit.

° item eodem die in Alcxandria, natalis sancti Juliani martyris, qui cum ita podagra constrictus esset, ut neque incedere neque stare posset, cum his, qui eum in sellula portabant, judici offertur : quorum unus guidem statim negavit, alter nomine Eunus, cum Juliano sene in Domini confessione perdurat : quique jubentur eamelis impositi, per totam eircumduci urbem, et flagris, hinc inde inspectante populo, laniari, usquequo finem ipsis verberibus

Item apud Lugunum, S. Baldemeris, viri Dei cujus sepulcrum crebris miraculis illustratur.

C. PRIDIE KAL. MARTII. (28 Febr.)

In territorio Lugdunensi locis Jurensibus beati Romani abbatis, qui primus illic vitam eremeticam duxit, et multis virtutibus ac miraculis clarus, plurimorum postea pater exstitit monachorum. Venerabile corpus ejus situm est in finibus Vesuntionum.

D ° Euseb. I. vi, c. 34.

LITANIÆ INDICENDÆ. MENSIS MARTIUS

HABET DIES XXXI; LUNA VERO, XXX.

D. KAL. MARTII.

(1 Mart.)

* Romæ, sanctorum martvrum ducentorum sexaginta, temporibus Claudii, qui via Salaria arenam

• De his in Vita S. Valent. presb.

PATROL. CXXIII.

fodientes, damnati fuerant pro Christi nomine (14 Febr.); quos jussit Claudius ut in figlina foris muros portæ Salariæ mitterentur, et eo loco inclusi, in civitatis amphitheatro militum sagittis interficerentur.

E. VI NONAS MARTII.

(2 Mart.)

Romæ, via Latina, sanctorum martyrum Jovini et Basilei, qui passi sunt sub Galieno et Valeriano imperatoribus.

Eodem die, martyrum plurimorum, sub Alexandro imperatore passorum, quos diu cruciatos, impius Alexander capitali sententia in extremo damnavit.

F. V NONAS MARTII.

(3 Mart)

Natalis sanctorum martyrum Emiterii et Cheledonii, qui primum apud Legionensem Gallæciæ civitatem milites, exsurgente persecutionis procella, pro confessione nominis Christi plurimis afflicti tormentis, Calagurrim usque perducti, atque ibi martyrio B coronati sunt. Cumque eorum capita lictor incideret, miraculum populis magnum apparuit. Nam unius annulus, orariumque alterius nube susceptum, et in cœlos evectum est. (Prud., hymn. 1.) Viderunt hæc omnes qui aderant, et usquequo acies oculorum intendere potuit, fulgorem auri, candoremque lintei, attonito sequebantur intuitu. Scribit hæc Aurelius Clemens in libro Coronarum.

Apud Cæsaream Palestinæ, sanctorum martyrum, Marini militis, et Asterii senatoris, sub persecutione Valeriani; quorum prior, cum accusatus fuisset a commilitonibus quod Christianus esset, et interrogatus a Judice Christianum se esse clarissima voce testaretur, tres illi horæ ad deliberandum indultæ sunt.Cumque a tribunalibus fuisset egressus, a beato C Theotecno, ejus dem urbis episcopo, plurimum in fide confortatus, repetens continuo tribunal judicis, confidentissime respondit : Obedire oportet Deo magis quam hominibus (Act. v). Illico martyrii coronam capitis abscissione suscepit. Cumque præfatus Asterius capite truncatum martyris corpus subjectis humeris et substrata veste, qua induebatur, exciperet, honorem quem martyri detulit, continuo ipse martyr accepit. Scriptum in Historia Ecclesiastica, libro septimo (cap. 14).

G. IV NONAS MARTII.

(4 Mart.)

• Natalis sancti Lucii papæ et martyris, qui persecutione Valeriani et Galieni, ob fidem Christi exsilio suam redire permissus, martyrium capitis obtruncatione complevit. Positus est autem via Appia ad sanctum Sixtum. Hic præcepit ut duo presbyteri et tres diaconi in omni loco episcopum non desererent, propter testimonium ecclesiasticum. Sedit autem in episcopatu annos tres, menses atque dies tres.

Item Romæ via Appia, sanctorum martyrum noningentorum qui positi sunt in cœmeterio ad sanctam Cæciliam.

- ^a Pontificale, c. 23. ^b Greg. Tur. de Gloria. Mart. c. 99.
- Hier. de Script. Eccl., c. 68.

Eodem die, sancti Caii Palatini, in mare morsi. A. III NONAS MARTII.

(5 Mart.)

^b Apud Antiochiam, passio sancti Phocæ mare.yris : qui post multas, quas pro nomine Redemptoris est passus injurias, qualiter de antiquo illo serpente triumphaverit, hodieque populis declaratur. Denique si in quempiam in his locis coluber morsum stringens, venena diffuderit, exemplo qui percussus est, ut januam basilicæ martyris credens attigerit, evacuata virtute veneni, salvatur.

Item ipso die, sancti Eusebii Palatini, et aliorum novem martyrum.

B. PRIDIE NONAS MARTII. (6 Mart.)

Nicomediæ, natalis sanctorum Victoris et Victorini, qui per triennium cum Claudiano, et Bassa uxore ejus, tormentis afflicti, et retrusi in carcerem, ibidem vitæ suæ cnrsum impleverunt.

C. NONIS MARTII.

(7 Mart.)

In Mauritania, civitate Tuburbitanorum, passio sanctarum Perpetuæ et Felicitatis martyrum, et cum eis Revocati, Saturini et Secunduli, quorum ultimus lin carcere quievit; reliqui omnes ad bestias traditi, sub Severo principe, die natalis ejus. Quique dum adhuc servarentur in carcere, et Felicitas parturiret, omnium sanctorum commilitonum precibus impetratum est, ut octavo mense pareret. Jam vero Perpetuæ inter alia concessum est, ut ejus mens quodammodo averteretur a corpore, in quo vaccæ impetum pertulit, ita ut adhuc futurum exspecta ret, quod in se jam gestum esse nesciret-

D. VIII IDUS MARTII.

(8 Mart.)

• Apud Carthaginem, sancti Pontii, diaconi beati Cypriani episcopi, qui usque ad diem passionis ejus cum ipso exsilium sustinens, egregium volumen Vitæ et passionis ipsius reliquit, atque Dominum in passionibus suis semper glorificans. coronam vitæ promeruit.

E. VII IDUS MARTII.

(9 Mart.)

^d Apud Nyssenam civitatem, sancti Gregorii epirelegatus et postmodum divino nutu ad ecclesiam C scopi, fratris beati Basilii Cæsareenis, viri doctissimi et eloquentia clarissimi.

> Apud Barcinonam, sancti Paciani episcopi, tam vita quam sermone clari, qui optima senectute mortuus est, Theodosii principis tempore in pace.

F. VI IDUS MARTII.

(10 Mart.)

Natalis sanctorum martyrum Alexandri et Caii de Eumenia, qui apud Apamiam, persecutione Antonini Veri, martyrio coronati sunt. Scribit Appollinaris

d Hieron. supra c. 128.

• Euseb. I. v, c. 15.

Hieropolytanus episcopus, in libro adversum Cata- A num inclinari si viveret, tollenseum super humeros phrygas. suos viriligressu sequebatur vehicula. Cumque fer-

In Perside, natalis sanctorum martyrum numero quadraginta duorum.

G. V IDUS MARTII. (11 Mart.)

Apud Sebasten Armeniæ minoris, natalis quadraginta militum, tempore Licinii regis, sub præside Agricolao. Qui post vincula et carceres creberrimos, post cæsas lapidibus facies, missi sunt in stagnum ubigelu constricta corpora eorum nocte dirumpebantur. Unus autem de numero quadraginta, effectus pusillanimis, refugit ad balneum; et mox ut attigit calorem, statim resolutus reddidit spiritum. Quod videntes cæteri, in laudes omnipotentis Dei, sancto Spiritu confortati, eruperunt. Et circa horam tertiam 🖗 noctis resplenduit velut sol lumen fervens super eos et glacies dissoluta est. Porro qui eos custodiebant, somnogravabantur, clavicularius tnntum solus vigilabat. Qui audiens eos orantes, vidensque tantum lucem, atque glaciem solutam, respiciens unde ortum lux ipsa haberet, vidit super sanctos coronas descendentes numero triginta novem. Cœpitque cogitare secum, dicens : Quadraginta sunt, unius corona ubiest ? Expergefaciens itaque reliquos custodes projecit vestimenta sua in facies eorum, et exsilivit in stagnum, c'amans et dicens : Christianus sum, Christianus sum. Mane autem facto impiissimi tyranni satellites invenerunt clavicularium ipsum connumeratum martyribus, unde unus ceciderat. Cumque vere fidelem eum comperissent, eosdem omnes C tractos ad littus, baculis crura eorum confregerunt, atque ita crurifragio martyrium consummaverunt.

Nomina vero horum martyrum hæc sunt : Domitianus, Eunoicus, Sisinnius, Heraclius, Alexander, Joannes, Claudius, Athanasius, Valens, Helian, Meliton, Hecditius, Achatius, Vibianus, Helius, Theodulus, Cyrillus, Flavius, Severianus, Cyrion, Valerius, Chudion, Sacerdon, Priscus, Eutychius, Smaragdus, Philoctimon, Aetius, Micallius, Lisimachus, Domnus, Theophilus, Euthycius, Xantius, Aggius, Leontius, Ysitus, Caius, Gorgonius, Candidus. Quorum unus Meliton nomine cum esset omnium ætate junior, et cruribus fractis adhuc superviveret, timens beatissima materejus, quæ martyribus adstabat, ne incruciatibus deficeret, virili animo hortabatur eum, D dicens: Filii, modicum sustine; ecce Christus ad januam stal adjuvanste. Cumque^b sanctorum corpora birotis, id est plaustris, superposita ferrent ad incendendum ministri diaboli, videns pia mater solum filium relictum, quem ministri ad hoc reliquerant, quia sperabant ejus animum posse culturis dæmo-

^b Sanctorum corpora birotis, id est plaustris, suporposita. Explicatio hæc birotarum, quæ Vulgato deerat, ita erat in mss. Birota, vehiculi genus, nomen suum a duabus rotis sortitur. Infra etiam occurrit xIII Junii, ubi non birota, sed birotis dicitur: Riper noctom in birote porduait ad casellam suam. num inclinari si viveret, tollens eum super humeros suos viriligressu sequebatur vehicula. Cumque ferretur puer, inter amplexus maternos animam cœlo reddidit. Perveniensque mulier ad locum ubi sanctorum corpora cremabantur, superjecit ossa ipsius super ossa martyrum, ut morte etiam et sepultura martyribus sociaretur. Combusta sunt igitur corpora eorum, et in fluvium projecta. Sed divina dispensatione reliquiæ eorum integræ sunt repertæ, et honore digno conditæ;

A. IV IDUS MARTII. (12 Mart.)

• Romæ, beatorum pontificum, Gregorii, doctoris et apostoli Anglorum, qui sedit ibi annos tredecim, menses sex, dies decem.

^d Et Innocentii, qui rexit Ecclesiam annos quindecim menses duos, dies unum et viginti.

• Apud Nicomediam, beati Petri martyris, qui unus fuit ex Dorothei et Gorgonii martyrum sodalibus, qui in cubiculo regis erant. Hic jubente Diocletiano, eo quod de immensis martyris sancti nomine suppliciis liberius causaretur, in medium educitur, atque immolare compellitur. Abnuens, imperatur appendi et flagris toto corpore laniari: videlicet ut doloris necessitate faceret, quod præcipiebatur invitus. At ille cum maneret immobilis, visceribus jam pelle nudatis, jubetur aceto et sale perfundi. Cumque etiam id tormenti genus constanter ac fortiter tolerasset, craticula prunis subterstrata poni jubetur in medio, ibique quod reliquum fuerat in verberibus assumpti corporis superponi; et non ad subitum, sed sensum paulatimque succendi; quo scilicet pœna protelaretur in longum. Cumque ministri scelerum, hinc modo corpus, modo inde versantes. per membra singula pœnas inciperent, et supplicia renovarent, sperantes ab eo elicere se posse consensum, ille firmus in fide, et quasi in spe consumptis jam et igne resolutis carnibus suis, ultimum spiritum in fide lætus exhalat. Tali Petrus (hocenim et nomen ejus) martyrio decoratus, vere Petri exstitit et fidei hæres et nominis.

Item Nicomediæ, natalis sanctorum Egduni presbyteri et aliorum septem, qui diebus singulis suffocati sunt ut cæteris metus incuteretur.

Eodem die, passio sancti Maximiliani martyris.

B. III IDUS MARTII.

(13 Mart.)

Apud Nicomediam, natalis sanctorum Macedoniipresbyteri, et Patritiæuxorisejus, et filiæ Modestæ.

Nicea civitate, sanctorum martyrum Theusetæ et Horris filii ejus, Theodoræ, Nymphodotæ, Marci' Arabiæ, qui omnes igni traditi sunt.

Mentio ejus in Cod. Theod. de Curs. publ.: «Statuimus rhedæ mille pondo tantummodo superponi, birotæ ducenta, veredo triginta. »

- Pontif. cap. 65. Bet Gregor. I.
- ^d Pontif. cap. 41. Bst Innocent. I.
- Euseb., lib. vm, cap. 6.

Basil, homil. 20.

C. PRIDIE IDUS MARTII.

(14 Mart.)

Romæ, passio sanctorum martyrum quadraginta et septem a qui baptizati sunt a beato Petro apostolo, cum teneretur idem apostolus in custodia Mamertini cum coapostolo suo Paulo ubi novem menses detenti sunt. Qui omnes sub devotissima fidei confessione, Neroniano gladio consumpti sunt.

D. IDIBUS MARTII.

(15 Mart.)

^b Romæ, Zachariæ pontificis, qui Romæ sedit annos decem.

Apud Thessalonicam civitatem, natalis sanctæ Matronæ, quæ cum esset Plautillæ cujusdam viduæ ancilla, et occulte Christum colens, quotidie furtivis orationibus ecclesiam frequentaret, deprehensa a B domina sua, et in scamno extensa et ligata, et pene usque ad mortem flagellata, atque ita vincta in scamno, obsignatis diligentissime januis, per noctem relicta, ibi die altero divinitus soluta, ac cum ingenti oris gratia orans inventa est. Rursumque nervis crudis in eodem scamno constricta, et loris quousque obmutesceret cæsa est, ibique per triduum obsignatis januis relieta. Facta autem die tertia, iterum soluta divinitus, et orans inventa est. Tunc robustis fustibus usque ad mortem cæsa, in confessione Christi incorruptum spiritum reddidit.

E. XVII KAL. APRILIS. (16 Mart.)

Romæ, natale sancti Cyriaci, qui post longam carceris macerationem, quam sub Maximiano pertulit. C cum Sisinnio condiacono suo, et Smaragdo, et Largo post multa facta miracula, in quibus filiam Diocletiani Artemiam, ipsius rogatu a dæmonio curavit. ac baptizavit; filiam quoque Saporis regis Persarum Jobiam, missus illo pro hoc Diocletiano, æque liberavit a dæmonio, ac baptizavit; cum ipso rege et aliis quadragintis: triginta, rediens Romam post mortem Diocletiani, tentus est inter alios Christianos a filio ejus Maximino, et in custodiam missus, eo quod sororem suam Christianam fecisset. Deinde præcepit ut die processionis suæ nudus catenisque obligatus, anterhedam ejus traheretur. Et post hoc, eductus de carcere cum sociis Largo, Smaragdo et Crescentiano, per Carpasium vicarium, pice reliquatuor, eductus denuo de carcere, in catasta extentus, ac tractus nervis, et fustibus cæsus, post dies jubente Maximiano capite truncatus est cum Largo et Smaragdo et aliis viginti. Scriptum est in gestis Marcelli Papæ (16 Jan.). Porro ipso tempore Maximinus interfecit sororem suam Artemiam.

Item apud Viennam, sancti Isicii episcopi.

F. XVI KAL. APRILIS.

(17 Mart.).

In Scotia, natale sancti Patricii episcopi et confes-

* De his in passione Processi et Martiniani-2 Julii.

A soris, qui primus ibidem Christum evangelizavit. Eodem die, natalis sanctæ Gertrudis virginis.

G. XV KAL. APRILIS.

(18 Mart.)

o Natalis sancti Alexandri episcopi, qui de Cappadocia civitate sua veniens, cum desiderio sanctorum locorum Jerosolymam pergeret, et Narcissus episcopus ejusdem urbis jam senex regeret Ecclesiam; et ipsi Narcisso, et multisclericorum ejus revelatum est, altera die mane intrare episcopum, qui adjutor sacerdotalis cathedræ esse deberet. Itaque re ita completa, ut prædicta fuerat, cunctis in Palæstina in unum congregatis, adnitente vel maxime Narcisso Jerosolymitanæ ecclesiæ cum eo gubernaculum suscepit. Quique persecutione Decii, cum jam longævæ ætatis veneranda canitie præfulgeret, ductus Cæsaream, et clausus carcere, ob confessionem Christi martyrio coronatus est.

A. XIV KAL. APRILIS.

(19 Marl.)

Apud Penarensem urbem, natale beati Joannis, magnæ sanctitatis viri, qui de Syria oriundus pervenit ad Italiam. Cumque quæreret locum habitationis suæ, orationem fudit ad Dominum : Te deprecor, Domine, qui lumen es verum, si prosperum facis iter meum, hoc mihi signum fiat : ubicunque ambulavero, si psalterium meum dedero, et eadem die midi redditum suerit, ibi sit permansionis meæ locus. Factum est. Recepit eum hospitio matrona quædam, cui vir Dei psalterium suum dedit; requisivit, eique mox a muliere redditur. Hoc itaque signo, ut stationem suam ibi vir Dei faceret, confirmatur; ac inde non longe plus minusve quam duarum sagittarum progressus, habuit angelum Dei obvium, qui ei dixit : Serve Dei, hic tibi locus permansionis a Domino parabitur. Erat autem hiems, et sedebat vir Dei sub arbore. Venatores vero cum per locum transitum facerent, viderunt eum sedentcm, atque arborem illam juxta illum foliis vestitam. Requirentes autem virum quis esset, ob Domini servitium se de ultramarinis partibus locisve venisse. morarique hic velle respondit. Nutiantibus igitur illis, famaque vitam beati viri longius spargente, tanta frequentia populi Dei undequaque illuc advenit, ut monasterio facto congregatio magna servoquata caput ejus perfusum est. Et rursum post dies D rum Dei simul habitantium ibi fieret. Cui præfuit multis clarus virtutibus beatus Joannes quadraginta quatuor annos requiescens in pace : depositus est sub die xiv Kal. Aprilium in loco ubi præstantur beneficia Dei usque in hodiernum diem.

Eodem die apud Surrentum, sanctorum Quinti, Quintilli, Quartillæ, Marci, cum aliis novem.

B. XIII KAL. APRILIS.

(20 Mart.)

In Britanniis, sancti Chutberti, qui ex anachoreta, Ecclesiæ Lindisfamensis antistes, totam ab infantia

- ^b Pontif. cap. 92.
- ° Euseb. I. vi, c. 7, 9, 16, 29, ex versione Ruffini.

usque ad senium vitam miraculorum signis inclytam A duxit. Cujus dum undecim annos maneret corpus humatum, incorruptum post hæc, quasi eadem hora defunctum, simul cum veste qua tegebatur, inventum est. Scripsit Beda presbyter de Vita ipsius.

C. XII Kal. APRILIS. (24 Mart.)

Apud Cassinum castrum, natale sancti Benedicti abbatis, cujus vitam virtutibus et miraculis gloriosam, in Dialogorum libris beatus papa scribit Gregorius ^a.

Eodem die, B. Serapionis anachoretæ.

Et in territorio Lugdunensi, sancti Lupicini abbatis Jurensium, cujus vita sanctitatis et miraculorum gloria illustris fuit. Corpus ejus in finibus Vesontionum, apud Laoconense monasterium celebratur

D. XI KAL. APRILIS. (22 Mart.)

^b In Galliis civitate Narbona, natale sancti Pauli episcopi et confessoris, discipuli apostolorum.

E. X KAL. APRILIS.

(23 Mart.)

• In Africa, sanctorum martyrum Victoriani, Frumentii, et alterius Frumentii, et duorum germanorum, qui omnes persecutione Vandalica, sub Hunnerico rege Ariano apud Africam pro constantia catholicæ confessionis immanissimis suppliciis excruciati, egregie coronati sunt.

F. IX KAL. APRILIS. (24 Mart.)

Romæ, natale sancti Pigmenii presbyteri. Hic Julianum apostatam et impium a puero nutrivit, et litteris etiam sacris erudivit. Sed factus imperator culturam pietatis postquam reliquit : audito quod corpora sanctorum martyrum, qui ab eo necabantur, idem Pigmenius sepeliret, mandavit ei : Perge quo volueris; hic enim non mercabitur vita tua, tamen servitiis tuis præmium reddo, non tibi. Tunc sanctus Pigmenius perrexit ad Persidem, ubidemoratus annos quatuor factus estcæcus. Inde monetur io somnis a Domino, ut reverteretur Romam. Cumque post quatuor menses reversus, clivum Sacræ viæ cum uno puero stipem petendo conscenderet, factum est ut offenderet Julianum imperatorem in D rbeda aurea sedentem. Qui eminus conspiciens Pigmenium, vocari eum præcepit dixitque ei : Gloria dis deabusque meis, quia te video. Cui vir Dei Pigmenius illico respondit : Gloria Domino meo Jesu Christo Nazareno crucifixo, quia te non video. Ad hane vocem iratus Julianus, jussit eum per pontem in Tiberim præcipitari. Cujus corpus inventum et collectum, sepultum est in cœmeterio Pontiani, non longe a sanctis Abdon et Sennes.

° Victor Afr. l. III.

G. VIII KAL. APRILIS.

(25 Mart)

Apud civitatem Galilææ Nazareth, Annuntiatio Dominica.

Et in Nicomedia, natalis S. Dulæ, ancillæ militis, quæ pro castitate occisa est.

Romæ, sancti Cirini, qui interfectus a Claudio, et in Tiberim jactatus, in insula Lycaonia inventus, et in cœmeterio Pontiani conditus est. Scriptum in passione sancti Valentini (14 Febr.)

Et apud Syrmium, natale sancti Irenæi episcopi, qui tempore Maximiani imperatoris, sub præside Probo, primo tormentis acerrimis vexatus, deinde diebus plurimis in carcere cruciatus, novissime abscisso capite consummatus est.

A. VII KAL. APRILIS.

(26 Mart.)

Romæ, via Lavicana, in cœmeterio ejusdem natalis S. Castuli, qui cum esset zætarius palatii, et hospes sanctorum, ut in gestis B. Sebastiani legitur (20 Jan.), a persecutoribus arctatus, et tertio appensus, tertioque auditus, in confessione Domini perseverans, missus est in foveam, et demissa est super eum massa arenaria, atque ita cum palma martyrii migravit ad Christum.

Eodem die apud Pentapolim Libyæ, Theodori episcopi, Irenæi diaconi, Serapionis et Ammonii lectorum.

Et apud Syrmium, natale sancti Montani presbyteri, qui cum Maxima uxore sua tentus, et in flu-C vium præcipitatus est; corpora eorum nono ab urbe lapide inventa et sepulta sunt.

B. VI KAL. APRILIS.

(27 Mart.)

Apud Ægyptum, beati Joannis Eremitæ, admirandæ sanctitatis viri, qui etiam prophetico spiritu plenus, Theodosio imperatori Christianissimo, victorias de tyrannis maximas prædixit⁴.

C. V KAL. APRILIS.

(28 Mart)

Apud Cæsariam Palestinæ, sanctorum martyrum Prisci, Malchi, et Alexandri : qui persecutione Valeriani, cum suburbanum agellum supradictæ urbis habitarent, atque in ea cælestis martyrii proponerentur coronæ : divino fidei calore succensi, ultro judicem adeuntes, cur tantum in sanguinem piorum desæviret, objurgant. Quos ille continuo, pro Christi nomine, bestiis tradidit devorandos.

Et apud urbem Cabillonensium, depositio Gunthranni regis Francorum, viri religiosi, qui ita se spiritualibus actionibus mancipavit, ut relictis sæculi pompis, thesauros suos ecclesiis et pauperibus erogaret.

• Item Sixti papæ, qui Romæ sedit annos octo. Hic criminatorem suum, Bassum nomine, nutu di-

^d Ruf. I. II, cap. 19. • Pontificale c. 43- Est Sixtus III.

[•]Lib. Π Dialog. Greg. Tur., de Vita PP., cap. 1. ^b Vide libellum de Fest. Apost.

aromatibus tractans, sepelivit apud beatum Petrum.

D. IV KAL. APRILIS. (29 Mart.)

Depositio abbatis Eustasii, discipuli sancti Columbani, qui pater ferme sexcentorum exstitit monachorum, et vitæ sanctitate conspicuus, etiam miraculis claruit.

• Eodem die apud Africam sanctorum confessorum Armogastis, Archimini, et Satyri : qui apud Africam tempore Vandalicæ persecutionis, sub Genserico rege Ariauo cum essent lucidissima membra Ecclesiæ Christi, et pravitatem Arianorum libertate catholica frequenter arguerent, pro confessione veritatis, multa et gravia perpessi supplicia atque opprobria, cursum gloriosi certaminis imple- B xandri papæ secundum jussionem ejus, cum pergeverunt.

E. III KAL. APRILIS.

(30 Mart.)

Romæ, natale sancti Quirini^b, tribuni et martyris, sub Trajano imperatore : qui cum ex præcepto ejus beatum Alexandrum papam (3 Maii), et Hermem præfectum in vincula conjecisset, haberetque filiam cujus collum struma circumdederat, auditis exhortationibus beati Hermæ de fide Christi, et visis signis, quæ Deus in martyribus suis Alexandro et Herme operabatur, ipsam eadem filiam suam obtulit ad sanandum. Cui dixit B. Alexander: Tolle boiam de collo meo, et impone ei. Quod cum obedienter pater ejus exsequeretur, divino nutu subito sanata est Vocabatur autem ipsa Balbina : atque ita pater ejus C Quirinus et ipsa, cum universis qui in custodia tenebantur, omnique domo sua, baptizatus est. Quod ut nuntiavit Commentariensis Aureliano judici, iratus jussit adduci Quirinum ad se, et dixit ei: Ego te quasifilium dilexi; tu autem irrisisti me deceptus

* Victor. Afr. sub finem 1. 1

vino mortuum manibus suis cum linteaminibus et. A es Alexandro. Dixit ei Quirinus : Ego Christianus sum factus; vis occidere, vis fustigare, vis incenderc? aliud non ero. Nam omnes qui erant in carcere, feci fieri Christianos, et dimisi eos, sed noluerunt usquam ire. Iratus Aurelianus, fecit ei linguam abscindi, deinde in equuleo suspendi. Qui dum Aureliani non cederet injuriis, jussit ei manus et pedes abscindi, et sic eum decollari, et canibus projici : sed Christiani corpus ejus raptum, in via Appia sepelierunt, in cœmeterio Prætextati.

F. PRIDIE KAL. APRILIS.

(31 Mart.)

Romæ, natale sanctæ Balbinæ, filiæ Quirini martyris. Qui beatus martyr tollens boiam de collo Aleret ut collo filiæ suæ strumam habentis imponeret, ecce subito puer cum facula apparuit : quem constat angelum Dei fuisse et venit ad puellam, dicens: Salva esto, et in virginitate tua permane, et ego te faciam videre sponsum tuum, qui pro amore tuo sanguinem suum fudit. Perveniens igitur pater ut perficeret, quod de boia ei jussum fuerat, videt subito filiam suam sanam, quæ postmodum a sancto Alexandro baptizata est, et instructa in virginitate, plena operibus bonis permansit. Cui sæpeosculanti boiam ipsam B. Alexandri dixit sanctus Alexander : Desine hanc boiam osculari, sed potius require Domini mei Petri vincula, et ea osculare. Tunc dedit operam, et summo studio post desiderium magnum pervenit ad illa tradiditque S. Theodoræ religiosissimæ feminæ, sorori S. Hermetis præfecti et martyris. Ipsa vero virgo Balbina post devictum sæculi hujus cursum, sepelitur juxta patrem suum martyrem Quirinum, via Appia, in cœmeterio Prætextatⁱ II Kal. Aprilis.

^b De eo in gestis Alexand. papæ.

LITANIÆ INDICENDÆ

MENSIS APRILIS

HABET DIES XXX; LUNA VERO, XXIX.

D

G. KAL. APRILIS.

(1 Apr.)

Romæ, beatissimæ Theodoræ a, sororis illustrissimi martyris Hermetis quam beatus Alexander papa et martyr instruxit, baptizavit, atque in fide Christi docuit. Qnæsub Aureliano imperatore martyrizavit. Sepulta juxta fratrem suum martyrem, via Salaria, non longe ab urbe Roma.

Eodem die S. Venantii episcopi et martyris.

Et in pago Wimnoensi, sancti Walarici confessoris, cujus sepulcrum crebris miraculis illustratur.

• De ea in gestis Alex. Papæ.

A. IV NONAS APRILIS.

(2 Apr.)

Natalis S. Nicetii, Lugdunensis episcopi, cujus et vita miraculis claruit, et pretiosa mors nihilominus miraculis commendatur.

^b Et apud Cæsaream Cappadociæ, passio sanctæ Theodosiæ virginis : quæ tempore Diocletiani, cum esset annorum octodecim, ultro se sanctis confessoribus in custodia socians, tenta ab Urbano præfecto, et in equuleo cruciata ; deinde ferro onusta, et in carcerem trusa : ibi virtute Dei, omnia vincula

^b Euseb. I. viii, c. 17.

ejus disrupta sunt. Post hæc saxo alligata, in mare A mersa est ; sed mox littoribus incolumis reddita, bestiis, in amphiteatro projectæ, et ab his intacta, martyrium capitis abscisione digne complexit.

B. III NONAS APRILIS.

(3 Apr.)

Thessaloniæ, natalis SS. virginum Agapis et Chioniæ, sub Diocletiano : quæ primo in carcere maceratæ, post in ignem missæ sunt, sed intactæ a flammis, post orationem ad Dominum fusam, animas reddiderunt.

Apud Scythiam, civitate Tomis natalis SS. Evagrii et Benigni.

Apud Tauromenium Siciliæ, S. Pancratii.

C. PRIDIE NONAS APRILIS.

(4 Apr.)

Mediolani, depositio B. Ambrosii episcopi et confessoris, cujus studio, inter cætera doctrinæ et miraculorum insignia, tempore Arianæ perfidiæ, tota Italia ad Catholicam conversa fidem est.

D. NONIS APRILIS.

(5 Apr.)

Thessalonicæ, natalis S. Irenis virginis, quæ post tolerantiam carceris, sagitta percussa et a Sisinio comite sub quo et sorores ejus simul Agapes et Chionia martyrizaverunt.

Item apud Ægyptum, natalis SS. Martianæ, Nicanoris et Apollonii.

Apud Cæsaream Lyciæ, natalis S. Amphiani.

E. VIII IDUS APRILIS.

(6 Apr.)

* Romæ S. Sixti papæ et martyris, qui rexit Ecclesiam annos decem, menses duos, diem unum. Passus est autem temporibus Adriani imperatoris.

F. VII IDUS APRILIS.

(7 Apr.)

Egesippi viri sanctissimi, qui vicinus apostolicorum temporum, omnes a passione Domini usque ad suam ætatem Ecclesiasticorum actuum texens historias, multaque ad utilitatem legentium pertinentia, hinc inde congregans, quinque libros composuit, sermone simplici, ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. Asserit se venisse sub Aniceto Romam, qui decimus D post Petrum episcopus fuit, et perseverasse usque ad Eleutherium ejusdem urbis episcopum, qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Isdem quoque Egesippus in libris suis refert de conversatione sua, quam habuit a gentili philosophia b. Nam et ego ipse, inquit, sectis platonicis institutus, audiens infamari Christionos, et videns eos impavidos ad suscipiendam mortem, atque omne supplicium tolerandum. considerabam quod impossible esset in malitia cos et in libidine conversari.

^a Pontificale, c. 8. Est Sixt.

^b Hieron, de Script. Eccl. c. 22. Euseb. l. IV,

G. VI IDUS APRILIS.

(8 Apr.)

Turonis, sancti Perpetui episcopi, admirandæ sanctitatis viri, cujus opera templum super veneranda ossa beati Martini episcopi, perfectum est; cujusque sacrum corpus de loco ubi primum tumulatum fuerat, ad locum ubi nunc condigne vencratur, translatum et reconditum est.

A. V IDUS APRILIS.

(7 Apr.)

Apud Sirmium, natalis septem virginum, quæ in unum meruerunt coronari quinto Idus Aprilis.

Apud Antiochiam, sancti Prochori diaconi º, qui unus fuit de septem primis.

B. IV IDUS APRILIS.

(10 Apr.)

Ezechielis prophetæ.

Et apud Romam, beatorum martyrum plurimorum quos beatus Alexander papa et martyr baptizavit cum teneretur in carcere, et ipsi relegati pariter cum illo. Hos omnes Aurelianus imperator, navi vetustæ impositos, in altum mare deduci, et illic collo ligatis lapidibus, mergi in profundum maris fecit quarto Idus Aprilis.

C. III IDUS APRILIS.

(11 Apr.)

Apud Cretam, urbe Cortynæ, beati Philippi episcopi, qui vita et doctrina claruit, temporibus Antonini Veri, et Lucii Aurelii Commodi imperatorum.

D. PRIDIE IDUS APRILIS.

(12 Apr.)

(Pontif. cap. 36.) Romæ via Aurelia milliario tertio, in cœmeterio Calepodii natale sancti Julii episcopi et confessoris, qui sub Constantio Ariano filio Constantini, decem menses tribulationes et exsilia perpessus : post ejus mortem, cum magna gloria ad suam sedem reversus est.

E. IDIBUS APRILIS.

(13 Apr.)

(Euseb. l. IV, c. 14.) Apud Pergamum Asize urbem, natalis sanctorum Carpi episcopi et Papirii diaconi, et Agathonicæ optimæ feminæ, aliarumque multarum quæ probatis confessionibus martyris coronatæ sunt. Cum quibus et vir mirabilis Justinus philosophus, qui habitu quoque philosophorum incedens, pro religione Christi plurimum laboravit, in tantum, ut Antonino Pio et filiis ejus, et Senatui, librum contra gentes scriptum daret, ignominiamque Crucis non erubesceret. Cumque jam secundum librum successoribus præfati imperatoris, id est Antonino Vero et Aurelio Commodo, pro religionis nostræ defensione porrexisset, remunerationem linguæ fidelis, martyrii munus accepit.

(Id., ibid., c. 8 et 11.) Apud Hispaniam, natalis sancti Hermenigildi, quem pater ejus, Leovigildus

c. 8, 10 et 12.

• Vide libellum de Fest. Apost.

B

С

Arianus, Gothorum rex, ob fidei Catholicæ confes- A et rapientes in suum territorium transtulerunt. Masionem, inexpugnabilem videns, in carcerem, et vincula conjecit; ubi nocte sancta Dominicæ resurrectionis, jussu perfidi patris, securi percussus in capite, regnum cœleste pro terreno, rex et martyr intravit. Scribit beatus papa Gregorius (l. III Dial., c. 31).

F. XVIII KALEND. MAII.

(14 Apr.)

Romæ via Appia, in cœmeterio Prætextati, natalis sanctorum martyrum Tiburtii, Valeriani, et Maximi - sub Almachio præfecto, quorum primi fustibus eæsi, et gladio sunt percussi (22 Nov.), ultimus tam diu ad plumbatas verberatus donec spiritum redderet.

Interamnæ, sancti Proculi martyris.

Item sanctæ Domnæ virginis, cum sociis virginibus coronatæ.

Apud Alexandriam, sancti Frontonis abbatis, cujus vita exstitit sanctitate et miraculis gloriosa.

G. XVII KALEND. MAII.

(15 Apr.)

In civitate Cordula, natalis sanctorum Olympiadis et Maximi^b nobilium, qui jubente Decio fustibus cæsi, et deinde plumbatis, ad ultimum capita eorum securibus tonsa, donec emitterent spiritum.

Item in Hispaniis (10 Aug.) civitate Cæsaraugusta, natalis sanctorum octodecim martyrum, Optati, Luperci, Successi, Martialis, Urbani, Julii, Qunctiliani, Publii, Frontonis, Felicis, Cæciliani, qui omnes Saturnini vocati referuntur.

Apud Italiam, natale sanctorum martyrum Maronis Eutychetis, et Victorini º qui cum beata Flavia Domitilla apud insulam Pontiam longum ducentes exsilium, eamque in Christiconfessione pio foventes solatio, invidia atque insectatione Aureliani sponsi, et persecutoris ejus quem illa ob Christum contempserat, postmodum a principe Nerva eidem Aureliano in servitutem traditi snnt. Quos ille primum quasi servos per sua prædia singulos divisit, jussitque eos terram fodere per totum diem, ad vesperam vero cantabrum manducare. Deinde cum plurimos ad fidem Christi converterent, et populum credentium ampliarent, repletus ira a diabolo, misit qui vario genere pœnarum interficerent eos. Nam Eu- D ticulam, et sartaginem oleo, pice ac resina ferventichia in media via tam diu cædi jussit, donec spiritum exhalaret. Cujus corpus rapuit populus Christianorum. Victorinum vero apud eum locum qui Cotilias appellatur, ubi putentes aquæ emanant et sulphureæ, capite deorsum per horastressuspensum teneri jussit. Quod cum per triduum pro nomine Christi passus fuisset, migravit ad Dominum. Cumque una die jussu Aureliani corpus ejus inhumatum acuisset, venerunt Amiternenses populi Christiani,

• De his, in gestis Cæciliæ. • De his, in Vita S. Laurentii,

° De his, in Vita Nerei et Achillei.

ronem autem, misso amico suo, nomine Turgio, jussit idem Aurelianus duci, et saxo ingenti opprimi. Sed protegente Domino, in nullo eum lædere potuerunt. Quem consularis accepto ab Aureliano præcepto interfecit, corpusque ejus Christianus populus rapuit, et condigno honore sepelivit.

A. XVI KALEND. MAII.

(16 Apr.)

Apud Corinthum, Callisti et Carisii cum aliis septem, omnium in mare mersorum.

B. XV KALEND. MAII.

(17 Apr.)

Apud Africam, natale S. Mappalici, qui cum aliis pluribus martyrio coronatus est. Scribit B. Cypria-B nus d in epistola ad martvres et confessores de illo hoc modo: Vox plena Spiritu S. de martyrisora prorupit, cum Mappalicus beatissimus inter cruciatus suos procousuli diceret: Videbis cras agonem. Et quodille cum virtulis ac fidei testimonio dixit, Dominus implevit. Agon cælestis exhibitus, et Dei serrus in agonis promissi certamine coronatus est. Et post pauca : Hunc igitur agonem per prophetas ante prædictum per Dominum commissum, per apostolum gestum, Mappalicus suo et collegarum suorum nomine, proconsuli repromisit : nec fefellit in promisso suo vox fidelïs; pugnam quam spopondit, exhibuit, et palmam quam meruit, accepit. Istum nunc beætissimum martyrem, et a lios participes ejus dem congressionis et comites, et fide stabiles, în dolore pa-Evoti, Primitivi, Apodemi, et reliquorum quatuor. C tientes, in quæstione victores, ut cæteri quoque sectemini et opto pariter et exhortor: ut quos vinculum confessionis, et hospitium carceris simuljunxit.jungat etiam consummatio virtutis, et corona cælestis.

> Apud Antiochiam, natalis sanctorum Petri diaconi et Hermogenis.

Apud Viennam, sancti Pantagathi espiscopi.

C. XIV KALENDAS MAH.

(18 Apr.)

Apud Messanam [al., Misenan] Apuliæ civitatem, natalis sanctorum martyrum Eleutherii episcopi et Anthiæ [al., Evanthiæ.] matris ejus : qui beatus episcopus cum esset et sanctimonia vitæ, et miraculorum virtute illustris, sub Adriano principe, in concessione Christi, lectum ferreum ignitum, cratem, superans, leonibus quoque projectus, sed ab his illæsus, novissime, una cum matre, gladio jugulatur.

(Euseb., lib. v, c. 20, 21, Ruffini.) Item eodem die Romæ, sancti Apollonii senatoris, qui sub Commodo principe a servo proditus quod Christianus esset, imperatus ut rationem fidei suæ redderet, insigne volumen composuit, quod in senatu legit. Et nihilominus sententia senatus, pro Christo capite

^d Cypr., epist. 9. Item Luciani, Epist. 22, apud eumdem de sociis.

truncatus est : veteri apud eos obtinente lege, abs- A in Christi testimonio immobilis persisteret, jussus que negatione non dimitti Christianos, qui semel ad eorum judicium pertracti essent. Est cum omnibus pariter decollari : ita ut cum cæteri jugularentur, astaret, et ipse ultimus trucida-

In Laubaco monasterio transitus sancti Ursmari, episcopi et confessoris.

D. XIII KALEND. MAII.

(19 Apr.)

In Armenia, civitate Militana, natalis sanctorum Hermogenis, Caii, Expediti, Aristonici, Rufi, Galate, una die coronatorum.

Caucoliberi Hispaniæ, natalis sancti Vincentii martyris.

Apud Corinthum, sancti Timonis, de jillis septem diaconibus primis (*Act.* vi).

Romæ, sancti Victoris episcopi, qui tertius decimus post beatum Petrum *, rexit Ecclesiam annis decem, et sub Severo principe martyrio coronatur.

Item Romæ, sanctorum martyrum Sulpitii et Serviliani^b, qui prædicatione et miraculis beatæ Flaviæ Domitillæ ad fidem Christi conversi sunt (quæetiam sponsas eorum Theodoram et Euphrosynam ad spem vitæ æternæ, et perseverantiam sanctæ virginitatis lucrata fuerat) persecutione Taiadi, cum nollent idolis immolare, a præfecto Urbis Aniano capite cæsi sunt. Quorum corpora Christiani rapientes, posuerunt in prædio eorum, via Latina, milliario secundo.

(Greg. Tur. de Gl. confess. cap. 69.) Eodem die C in Galliis civitate Ebredunensi, sancti Marcellini primi ejusdem urbis episcopi et confessoris, qui divino jussu, cum sanctis sociis Vincentio et Domino ex Africa veniens, maximam partem Alpium maritimarum et signis admirandis, quibus usque hodie refulget, ad fidem Christi convertit, ita ut baptisterium, quod ipse apud præfatam urbem condidit, in sacrosanctis Paschalis festi vigiliis, divina virtute, singulis annis aquis subitis inundetur, et per septem ejusdem solemnitatis dies, gratia exuberante permaneat. Venerabiles socii ejus apud Diniensium urbem conditi, gloriosis nihilominus miraculis commendantur.

F. XI KALEND. MAII. (21 Apr.)

D

(Cassiod. lib, π Histor.trip.) Apud Persidem, natalis sancti Simeonis episcopi Seleuciæ et Ctesiphonis, regalium civitatum : qui persecutione Saporis regis Persarum, jubente eodem tyranno, comprehensus, ferroque onustus, cum, iniquis tribunalibus exhibitus de Domino Jesu Christo voce libera ac constantissima testaretur, primum carcerali ergastulo cum aliis centum, e quibus alii episcopi, alii erant presbyteri, alii diversorum ordinum clerici, longo tempore maceratus est. Novissime, cum

Vide libellum de Festivitat. Apost.

^b De hts in gestis Nerei Achilei.

est cum omnibus pariter decollari : ita ut cum cæteri jugularentur, astaret, et ipse ultimus trucidaretur. Cumque omnes sub ejus aspectu cæderentur, et ille singulos paternis exhortationibus alacriter confortaret, extremo lictoris ictu et ipse occumbens, palmam martyrii adeptus est. Erat autem sexta feria septimanæ majoris in qua ante Resurrectionis festivitatem annua Christi Passionis memoria celebratur.' Passi sunt cum eo etiam Ustazadis eunuchus nutritius regis et major regiæ domus, et Abdella, atque Ananias, venerabiles senes ; et Pusitius princeps artificum regalium, eo quod videns præfatum senem Ananiam sub ictu gladii trementem, exclamaverit confidenter, dicens : Paululum, o senex, B claude oculos, et securus esto; mox Christi videbis aspectum. Filia quoque ejusdem Pusitii virgo sacra simul perempta est.

Apud Alexandriam, natalis sanctorum Fortunati, Aratoris presbyteri, Felicis, Silvii, Vitalis, qui in carcere quieverunt.

G. X KALEND. MAII.

(22 Apr.)

Romæ via Appia, in cœmeterio Callisti^o, sancti Caii papæ, qui cum Ecclesiam undecim annos, menses quatuor, dies duodecim rexisset, martyrio coronatus sub Diocletiano principe. Frater namque ejus beatus Gabinius presbyter, in multis clarissimis passionibus, jam finierat triumphum victoriæ suæ, sub eodem impio principe, undecimo Kalendas Martias.

(Cassiod. lib. III *Histor. trip.* c. 2.), Apud Persidem, sanctorum martyrum plurimorum, qui jubente Sapore Persarum rege, annuo die quo passionis Dominicæ memoria celebratur, per totam Persidis regionem tanti, ac pro Christi nomine gladio jugulati sunt. In quo fidei certamine passus est Melisius episcopus, sanctitate et miraculorum gloria insignis; Acepimas quoque episcopus cum presbytero suo Jacobo, et Mareas et Bicor nihilominus episcopi, cum clericis fere ducentis, et quinquaginta monachis, et sacratis virginibus plurimis, inter quas et Simeonis episcopi sororem nomine Tarbuam cum pedissequa sua, stipitibus alligantes, serraque findentes, crudelissime necaverunt.

Eodem die in Cordula civitate, natalis sanctorum Parmenii, Helimenæ, et Chrysoteli presbyterorum, et Lucæ et Mutii diaconorum de Babylonia. Quorum primus præcisa etiam lingua loquebatur. Omnes primo in equuleo suspensi, et nexibus attracti sunt; dein laminis ardentibus circa latera appositis, ustulati et unguibus lacerati, ac ultimum gladio trucidati sunt, præsente persecutore Decio. Scriptum in passione sancti Laurentii (10 Aug.),

(Greg. Tur. de Gloria Mart., c. 64.) Et Lugduno Galliæ natalis sancti Epipodii martyris, qui perse-

° De hoc gesta Sebastiani et Susannæ Aug. 11. Pontificale, cap. 29. cutione Antonini Veri, post gloriosos quadraginta oc-A to martyrum agones, qui in eadem urbe passi sunt, cum Alexandro charissimo collega tentus, ipso interim in carcerem truso, primo os diris pugnorum ict: bus cæsus, deinde equulei extensione vexatus, postremo martyrium capitis abscisioue complevit.

Viennæ, sancti Juliani episcopi et confessoris.

A. IX KALEND. MAII.

(23 Apr.)

Dist. 15, c. Sancta Bccl. Rom.) In Perside, civitate Diospoli, passio sancti Georgii martyris, cujus gesta passionis et si inter apocryphas connumeratur scripturas, tamen illustrissimum martyrium ejus inter coronas martyrum Ecclesia Dei venerabiliter honorat.

In Galliis, civitate Valentia, natalis sanctorum B Felicis presbyteri, Fortunatiet Achillei diaconorum, qui a beato Irenæo Lugdunensi episcopo et martyre ad prædicandum verbum Dei missi, cum maximam partem supradictæ urbis ad fidem Christi convertissent, a duce Cornelio in carcerem trusi; dein durissima nervorum flagellatione diutissime verberati; post etiam revinctis post terga manibus, cruribusque confractis, circa rotarum vertiginem astricti, fumi quoque amaritudine supposita, die ac nocte continuata equulei extensione suspensi, ad extremum gladio consummati sunt.

In Fontanella monasterio, sancti Wulfranni episcopi, præclari in miraculis et doctrina viri.

B. VIII KALEND. MAII. (24 Apr.)

Lugdumo Galliæ, natalis sancti Alexandri, qui tertio post passionem Epipodii die productus e carcere, primo ita laniatus est crudelitate verberantium, ut crate soluta costarum, patefactis visceribus, secreta animæ panderentur. Dein crucis affixus patibulo, beatum spiritum exanimatus emisit. Passi sunt cum eo et alii numero triginta quatuor. Sepulti ambo ex utroque altaris latere, in crypta, quæ in colle superposito civitati, pulchro et antiquo opere extructa.

(Beda, I. I. *Histor. Angl.*, c. 20 et 30, et I. III, c. 2 et seqq.) Eodem die, depositio Melliti episcopi in Britannia, qui tertius post Augustinum episcopum, Dorovernensem ecclesiam suscepit, quam rexit annos quinque; sepultus in monasterio, in ecclesia D beatri Petri octavo Kalendas Martii, anno ab Incarnatione Domini sexcentesimo vigesimo quarto.

C. VII KALEND. MAII.

(25 Apr.)

Apud Alexandriam, natale sancti Marci evangelistæ • qui martyr defunctus, sepultus est in loco lapidis excisi cum gloria. Ordinaverat autem pro se Alexandriæ episcopum Anianum, aliis quoque longe lateque ecclesiis episcopos, presbyteros, diaconos dederat.

• Vide libellum de Feşt. Apost.

Eodem die Romæ, litania major, ad sanctum Petrum.

Apud Viennam, sancti Clarentii episcopi et confessoris.

D. VI KALEND. MAII.

(26 Apr.)

(*Pontificale*, cap. 3.) Romæ, natalis sancti Anacleti papæ, qui secundus post beatum Petrum, cum rexisset Ecclesiam annis duodecim, persecutione Domitiani martyrio coronatus est.

(*Pontif.*, c. 30.) Ipso die, sancti Marcellini papæ, qui cum Ecclesiam novem annis et mensibus quatuor rexisset, temporibus Diocletiani et Maximiani, ab eodem Diocletiano, pro confessione veræ fidei, cum Claudio, Cyrino et Antonino, capite truncatus est, et post dies triginta et quinque, sepultus via Salaria, in cubiculo, a Marcello presbytero et a diaconibus cum hymnis. Quo tempore fuit magna persecutio, ita ut intra unum mensem decem et septem millia martyrio coronarentur.

E. V KALEŃD. MAII.

(27 Apr.)

(Pontif., c. 40.) Romæ, sancti Anastasii papæ, qui sedit annos tres, dies decem.

Apud Nicomediam, natalis sancti Anthimi episcopi et martyris, in memoriis piorum fulgentis in regno Christi. Hic persecutione Diocletiani, ob confessionem Christi, martyrii gloriam capitis obtruncatione suscepit. Quem tanquam bonum pastorem, viam C martyrii præeuntem, universa pene gregis sui multitudo secuta est; quorum alios præfatus tyrannus, eamdem civitatem tunc temporis residens, gladio obtruncari, alios ignibus conflagrari, alios naviculis impositos pelago immergi fecit. Ipsis fidelium turbis tanto per Dei gratiam fidei igne inflammatis, ut nec interrogari se paterentur, sed ultro in flammas irruerent, vel cædentibus gladiis cervices objectarent. Scriptum est in ecclesiastica Historia lib. viii (*Buseb.*-viii, c. 6).

F. IV KALEND. MAII.

(28 Apr.)

Apud Ravennam, natale sancti Vitalis martyris, patris sanctorum Gervasii et Protasii : qui militans cum Paulinojudice, Ravennam ingressus est. Et cum videret in conspectu judicis sui Christianum nomine Ursicinum, arte medicum, natione Ligurium, post nimia tormenta capitalem accepisse sententiam, et cum venisset ad palmam et expavisset, exclamavit : Noli, noli, Ursicine medice, qui alios curare consuesti, te ipsum æternæ mortis jaculo vulnerare ! Et qui per passiones nimias venisti ad palmam, coronam vis perdere a Domino præparatam ? Utque martyrium consummavit idem Ursicinus, statim beatus Vitalis corpus ejus rapiens intra Ravennatium urbem sepelivit, ad judicem ultra venire contemnens. Tentus itaque a Paulino consulari ob id maxime, quia præfatum Ursicinum in passionis A gentilium cæco furore et officiis militaribus ad tenagone positum suis exhortationibus roborasset, post equulei tormenta jussus est perduci ad palmam. Locus autem ubi decollabantur Christiani hoc habebat vocabulum, eo quod arbores palmæ illic essent. Et facta fovea quousque inveniretur aqua, ibi supinus depositus, et terra ac lapidibus oppressus est. Conjux quoque ejus Valeria, cum reverteretur ad urbem Mediolanensium, Sylvano sacrificantes incurrit ; cumque eam deponentes de sagmario hortarentur de idolothitis manducare, nec sibi omnino licitum testaretur, quia esset Christiana : nimia ab eis cæde mactata est, ut vix seminecem sui homines

fra biduum migravit ad Dominum. quæ sacrificare contemnens, in lupanar tradita, miro Dei favore erepta est. Astante guippe jam ad ostium cellulæ multitudine juvenum impudicorum, repente quidam ex fratribus, Didymus nomine, plenus fide, divinitus inspiratus, sumpto militari habitu, primus lupanar irrupit, et sanctæ virgini curvenisset exponens, illi militares imponit exuvias, ipse virginali veste induitur. Sic virgo egressa, et a nullo agnita, ad civitatem fugiens evasit. Didymus præsidi exhibitus, et omne fact um constanter exponens, Christianum se esse confessus, absciso capite igni traditus est. Beata quoque virgo, quæ protuenda virginitate ex lupanari fugerat, amore coronæ continuo ad stadium regressa, simul cum Didymo percussa, et simul est coronata.

eam ad Mediolanensem urbem perducerent. Quæin-

Eodem die Aphrodisii, Carilippi, Agapii et Euse- C bii martyrum.

Item in Pannonia, sancti Pollionis martyris.

G. III KALEND. MAII.

(29 Apr.)

Apud Paphum, Tychici apostolorum discipuli (*Epk.* v1; *II Tim.* IV).

In Numidia apud Cirthensem coloniam, natalis sanctorum martyrum Agapii et Secundini episcoporum : qui persecutione Valeriani, post longum exsilium apud præfatam urbem, in qua tunc maxime

* Ambr., lib. Π de Virgin. habet Antiochiæ.

tandam justorum fidem rabies diaboli infestantis inhiabat, ex illustri sacerdotio effecti sunt martyres gloriosi. Passi sunt in eorum collegio Æmilianus miles, Tertufla et Antonia sacræ virgines, et quædam mulier cum suis geminis.

A. PRIDIE KALEND. MAIL.

(30 Apr.)

Natalis sanctorum martyrum Mariani et Jacobi. ^b quorum prior lector, posterior diaconus erat. Et cum jampridem infestationes Decianæ persecutionis in confessione Christi evicisset Marianus, iterum cum charissimo collega tentus est, apud Cirthensem coloniam. Ubi post dira et exquisita supplicia (ita Alexandriæ *, natale sanctæ Theodoræ virginis, B ut Marianus per summos apices pollicum suspensus, ut gravi pondere pedibus nnexus, crudelissime torqueretur) diu in carcere macerati sunt. Sed divinis revelationibus mirabiliter confortati, deinde Lambesitanam urbem directi ad præsidem, ibi rursum longo tempore carcerali ergastulo mancipati sunt; sed iterum divinis revelationibus allevati, novissime cum multis aliis gladio consummati sunt.

(Gregor. Tur. de Gloria martyr., c. 56.) Eodem die apud civitatem Santonas, natalis sancti Eutropis martyris, qui a beato Clemente episcopo directus in Gallias; ab eodem etiam pontificalis ordinis gratia consecratus, impleto hujus officii ordine, peracta in incredulis prædicatione, insurgentibus paganis, quos auctor invidiæ credere non permisit, illiso capite victor occubuit. Denique post multa annorum spatia, cum Palladius ejusdem urbis episcopus, et cum eo alii viri Dei, corpus ejus, debiti honoris gratia, in basilicam novam transferrent, reserato sarcophago, contemplati sunt cicatricem capitis, quia in parte defixum fuerat securis acumen. Cumque sequentinocte stravissent sacerdotes membra quieti, apparuit eis per visum, dicens : Cicatricem quam contemplati estisin capite, scitote me per eam martyrium consummasse.

Apud Asiam, passio sancti Maximi martyris, cujus gesta habentur.

^b De his in gestis sanctorum Mariani et Jacobi.

LITANÆ INDICENDÆ

MENSIS MAIUS

HABET DIES XXX; LUNA VERO, XXX.

B. KALEND. MAII.

(1 Maii.)

Jeremiæ prophetæ. Et natalis apostolorum Philippi et Jacobi • filii

• Vide libellum de Fest. Apost.

Mariæ quæ fuit soror matris Domini, unde fratres Domini dicebantur.

In Galliis territorio Vivariensi, in loco qui vocatus est antiquitus gentibus, sancti Aneoli subdiaconi,

quem misit ab Oriente sanctus Polycarpus cum beato A et a grammatico sufficienter Athanasius fuisset ins-Benigno et Andochio presbyteris, et Thyrso diacono, ad prædicandum verbum Dei in Galliam. Cujus prædicatione Cæsar Severus comperta, spinosis fustibus crudelissime flagellatum in carcerem trudi præcepit, et alia die productum cum videret superarinon posse, jussit ad similitudinem gladii de ligno durissimo ensem fieri, et in crucis modum caput ejus scindi. Quod cum factum fuisset, eliso in terram cerebro, gloriosa morte translatus est.

Item civitate Sedunensi, loco Agauno, passio Sigismundi regis filii Gundebaldi, regis Burgundionum. Qui cum se corneret non posse Francis resistere, solus fugiens, coma deposita, habitum religionis suscepit, et jejuniis, vigiliis ac orationibus die nocteque vacans, captus a Francis est cum uxore ac _B mites, exercitus quoque ad investigandum eum mofiliis, in puteumque demersus occubuit. Post vero abbati cuidam revelatus, et ab eo reverenter sepultus, etiam miraculis claruit.

C. VI NONAS MAIL

(2 Maii.)

(Hieron. de Script. eccl., c. 15. Ruff. I. 1, c. 14.) Natalis sancti patris nostri Athanasii, Alexandrinæ urbis episcopi et confessoris. Qui multa Arianorum perpessus insidiis, quadragesimo et sexto anno sacerdotii sui, post multos agones, multasque patientiæcoronas, quievit in pace. Hic vir acris ingenii, et ecclesiasticis negotiis apprime vigilans fuit. Hujus origo et a puero institutio, tali modo narratur: Tempore quo apud Alexandriam Petri martyris diem C Alexander episcopus agebat, cum post expleta solemnia conventuros ad convivium suum clericos exspectaret, in loco mari vicino videt eminus puerorum super oram maris ludum, imitantium (ut fieri solet) episcopum, atque ea quæin ecclesiisgeri mos est. Sed cum intentus diutino pueros inspectaret, videt ab his geri etiam secretiora quædam et mystica. Perturbatus, illico vocariad se clericos jubet, atque eis quid eminus ipse videret ostendit. Tum abire eos, et comprehensos ad se adducere omnes pueros imperat. Cumque adessent, quis eis ludus, et quid egissent, vel quomodo percontatur. Illi (ut talis habet ætas) pavidi negare primo. Dein remgestam per ordinem pandunt et baptizatos a se quosdam catechumenos confitentur, per Athanasium, qui ludi D stitit mater. Inventionis autem pretiosi ligni historia illius puerilis episcopus fuerat simulatus. Tum ille diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebantur. quid interrogati fuerint, quidve responderint, simul et ab eo qui interrogaverat : ubi videt, secundum religionis nostræritum cuncta constare, collocutus cum consilio clericorum statuisse traditur illis quibus integris interrogationibus et responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismum non debere, sed adimpleri ea quæ a sacerdotibus mos est. Athanasium vero atque eos quos ludus iste vel presbyteros visus fuerat vel ministros, convocatis parentibus, sub Dei obtestatione eostradit Ecclesiæ nutriendos. Parvo autem exacto tempore, cum a notario integre,

tructus, continuo tanquam fidele Domini commendatum, a parentibus restituitur sacerdoti, ac veluti Samuel quidam in templo Domini nutritur; et ab eo pergente ad patres in senectu'e bona, ad portandum post se Ephod sacerdotale deligitur. Hujus tanti in Ecclesia pro fidei integritate agones fuerunt, ut etiam de hoc videatur dictum esse illud quod scriptum est, Bgo enim ostendam ei quantum pro nomine meo eum patioporteat (1 Reg. 1; Act. 1x). In hujus etenim persecutiones universus conjuravit orbis, et commoti sunt principesterræ: gentes, regna, exercitus coierunt adversus eum; multasque Arianorum perpessus insidias, toto orbe profugus agitur; nullus tutus ad latendum supererat locus. Tribuni, præpositi, coventur. (Ruff. lib. 1, c. 18 et 19.) Edictis imperialibus præmia delatoribus proponuntur, si quis vivum maxime, sin minus certe caput Athanasii detulisset. Ita totis regni viribus frustra adversus eum (cui Deus aderat) certabatur. Interea sex continuis annis ita latuisse fertur in lacu cisternæ non habentis aguam, ut solem nunquam viderit. Sed cum jam sibi nullum locum tutum videret (proditus siquidem fuerat per ancillam, quæ sola conscia erat dominorum officiis, qui ei latebras præbuerant), ad Constantem Galliarum principem fugit; a quo satis honorifice religioseque susceptus est. Quique causa ejus, quam fama compererat, diligentius cognita, scribit ad fratrem, pro certo comperisse quod sacerdos Dei summi Athanasius injuste fugatus, exsilia pateretur. Reversus itaque ad Constantium cum litteris, ad Ecclesiam suam permittitur ire. Et rursus post mortem illius fugatus, usque ad Joviniani imperium latuit; a quo honorifice et officiosissimis litteris requisitus ecclesiarum disponendarum, jam statutus in sede sua accepit potestatem. Moritur Valentiniani et Valentis imperatorum tempore.

Eodem die, natalis sanctorum Saturnini et Neopolis, qui in carcere requieverunt.

D. V NONAS MAII.

(3 Maii.)

Jerosolymis, inventio sanctæ crucis ab Helena regina, sub Constantino principe, cujus et ipsa excognitu digna ita se habet : Adrianus, qui undecimus Cæsar et imperator Romæ erat, existimans se fidem Christianam loci injuria perempturum, in loco passionis simulacrum Jovis consecravit. Et Bethleem Adonidis fano profanata est, ut quasi radix et fundamentum Ecclesiætolleretur, si in his locis idola colerentur in quibus Christus natus est ut pateretur, passus est ut resurgeret, surrexit ut regnaret, judex vel rex judicaret. In Bethleem quoque ubi agnoverat bos possessorem suum (Isa. 1), et asinus præsepe Domini sui, ibi principes hominum inficiati Salvatorem Domini, infames hominum amores moresque coluerunt. Prodita novo sidere regis æterni

MARTYROLOGIUM CUM ADDITAMENTIS. - MENS. MAII.

Chaldæi, ibi barbaras libidines sacraverunt Romani (Bzech. YII). Ubi natum Salvatorem cum exercitu Angelorum concinente, cœlesti gaudio salutaverant illustrata nocte pastores, ibi Veneris amasium mistæ semiviris planxere meretrices. Proh dolor ! quæ pietas hominum hanc impietatem compensare poterit! ubi sacra nati Salvatoris infantia vagierat, illic Veneris lamenta fingentium lascivis luctibus, infamis ritus ululabat; et ubi Virgo pepererat, adulteri colebantur. Mansit hoc sæculi prioris nefas in tempora Constantini, qui princeps ut esset principibus Christianis, non magis sua quam matris Helenæ fide meruit. Quæ divino, ut exitus docuit inspirata consilio, rogat filium ut sibi facultatem daret cuncta illic loca Dominicis impressa vestigiis, et divinorumerga 🖪 fuerat conscriptus, sed nec ipse satis evidenter Donos operum signata monumentis purgare, destructis templis et idolis, ab omni profanæ impietatis contagio, et religioni suæ reddere, ut Ecclesia tandem in terra originis suæ celebraretur. Itaque prompto filii imperatoris assensu, mater augusta, patefactis ad opera sancta thesauris, toto abusa fisco est, guantoque sumptu atque cultu regina poterat et religio suadebat, ædificatis basilicis, contexit omnia et excoluit loca, in guibus salutaria nobis mysteria pietatis suæ, incarnationis, et passionis, et resurrectionis, atque ascensionis sacramentis Dominus redemptor impleverat. Mirum vero inter hæc, quod in basilica ascensionis, locus ille tartum de quo in nube susceptus ascendit, captivam in sua carne ducens captivitatem nostram (Eph. IV), ita sacratus divinis vestigiis dicitur ut nunquam tegi marmore, aut paviri [ms. paveri] receperit, semper excussis, solo respuente, quæ manus adornandi studio tentavit apponere (Psal. cxxx). Itaque in toto basilicæ spatio solus in sui cespitis specie virens permanet, et impressam divinorum pedum venerationem calcati Deo pulveris perspicua simul et attigua venerantibus arena conservat, ut vere dici possit: Adoravimus in loco ubi steterunt pedes ejus. Regina illa venerabilis, ut venit Jerosolymam, diligenter et pie locis illic et circa omnibus divinorum curiosa insignium, et oculis haurire gestiens fidem, quam piis auribus litterisque perceperat, crucem Domini studiosissime perquirere adorsa est. Sed quæ via vel ratio inveniendi subesset, cum judex idoneus nemo inveniri posset, ubi memoriam et curam reli- D crucis ipsius mysterium celebratur, ipsa (quæ sacragiosæ conscientiæ vel observantiæ, et antiquitas ævi, et superstitionis impiæ diuturnitas abolevisset ? Verum ipso omnium et terris et animis opertorum conscio et teste Domino, fidelis mulier sanctum Spiritum per affectum pium meruit. Quo aspirante, cum rem ab humana conscientia divinitus remotam frustra diligens requisisset, de loco tantum passionis certior fieri studuit. Itaque non solum de Christianis doctrina et sanctitate plenos viros, sed et de Judæis peritissimos ut propriæ (qua miseri et gloriantur) impietatis indices exquisiv't, et accitos in Jerosolymam congregavit. Tum omnium una de

ubi cunabula supplices cum suis opibus adoraverant A loco testificatione confirmata est. Jussit illico, urgente sine dubio conceptæ revelationis instinctu, in ipsum locum operam fossionis accingi; parataque mox civium pariter et militari manu, brevi laborem istius molitionis hausit, et contra spem omnium, sed secundum ipsius tantum reginæ fidem, alta egestione reseratis terræ finibus, abditæ crucis arcana patuerunt. Sed cum tres pariter cruces, ut quondam fixæ Domino et latronibus steterant, repertæ fuissent, gratulatio repertarum cæpit anxia dubitatione confundi : justo piorum metu, ne forsitan aut pro cruce Domini patibulum latronis eligerent, aut salutare lignum pro stipite latronis abjiciendo violarent. Aderat quidem et titulus ille qui Græcis et Latinis atque Hebraicis litteris a Pilato minici prodebat signa patibuli. Respexit pias fideliter æstuantium curas Dominus, et ipsi potissimum, quæ tam piæ sollicitudinis princeps erat, hujus consilii lumen infudit, ut aliquem recens mortuum inquiri et inferri juberet. Macarius per idem tempus ecclesiæ illius episcopus præsens erat. Nec mora, verbum factum, cadaver illatum est. Deponitur jacenti una de crucibus, admovetur et altera. sed eorum ligna mors sprevit. Postremo dominicam crucem prodit resurrectio, et ad salutaris ligni tactum, morte profuga, funus excussum, et corpus erectum est; tremefactisque viventibus, stetit mortuus; et funebribus, ut Lazarus quondam, vinculis expeditus, illico inter spectatores suos redivivus incessit. Ergo crux Domini tot operta ætatibus et Judæis in tempore passionis abscondita, neque gentibus in ædificatione fani, terram sine bubio ad ipsam fabricam egerentibus, revelata, nonne divina manu latuit, ut nunc inveniretur, cum religiose quæreretur? Ita ut crucem Christi decuit, experimento

258

resurrectionis inventa et probata crux Christi est, dignoque mox ambitu consecratur, condita in passionis loco basilica, quæ auratis coruscat laquearibus, et aureis dives altaribus, arcano repositam sacrario crucis partem servat, quam thecis argenteis incomparabilis fide regina conditam dereliquit ibi. Namque partem ipsius ligni salutaris detulit filio, quam episcopus urbis ejus quotannis, cum Pascha Domini agitur, adorandam populo, princeps ipse venerantium promit. Neque præter hanc diem qua mentorum causa est) quasi quoddam sacræ solemni tatis insigne profertur : nisi interdum religiosissimi postulent, qui hac tantum causa illo perigrinati advenerint, ut sibi ejus revelatio, quasi in pretium longinquæ peregrinationis deferatur; quod solum episcopi beneficio obtineri ferunt. Quæ quidem crux, in materia insensata vim vivam tenens, ita ex illo tempore innumeris pene quotidie hominum votis lignum suum commodat, ut detrimentum non sentiat, et quasi intacta permaneat; quotidie dividua sumentibus, et semper tota venerantibus. Sed istam imputribilem virtutem et indestructibilem soliditapassa mortem, non vidit corruptionem. Clavos quoque, quibus corpus dominicum fuerat affixum, eadem venerabilis regina portavit ad filium. Ex quibus ille frenos composuit, quibus uteretur ad bellum; et ex aliis galeam, nihilominus belli usibus aptam.

(Ruff. lib. 1, cap. 8. Pontificale, c. 7.) Eodem die Romæ via Numentana, milliario septimo, sancti Alexandri a papæ, cum Eventio et Theodulo presbyteris sub Trajano principe, Judice Aureliano : qui Romanæ Ecclesiæ episcopatum, quintus post Petrum, tenuit annos decem, menses duos dies decem, et sanctitate incomparabilis, fide clarissimus, maximam partem senatorum Urbis convertit ad Dominum. Qui postmodum, jubente Trajano principe, ab Aureliano comite utriusque militiæ, carceri mancipatus, post stupenda et divina miracula, ubi per puerum, qui faculam ferebat ardentem, e carcere nocturno silentio per fenestram eductus, ad domum Quirini tribuni, ubi beatus Hermes præfectus sub custodiatenebatur, perducitur; et postquam sanata est filia ipsius Quirini, Balbina nomine, et ipse Quirinus conversus baptismi gratiam desideravit, postque liberationem et baptizationem eorum, quos vinculis arctatos in carcere Quirinus ipse tenuerat, inter quos duos quoque sanctissimos presbyteros inter reos constrinxerat, Eventium et Theodulum qui de oriente venerant; post ista omnia, et si qua sunt alia venerabiliter ab eo gesta, Aureliano comiti iterum, principe adhuc Trajano (siquidem Adrianus nondum imperabat), exhibitus est simul cum ipsis C beatis duobus presbyteris; primoque in equuleum levatus, et tortus ungulis, atque lampadibus attractatus gravissime fuit. Cumque nullas daret voces, dixit ei Aurelianus : Quare taces ? Sanctus Alexander respondit : Quia tempore orationis Christianus homo cum Deo loquitur. Deposito autem Alexandro, jussit impius judex applicari Eventium et Theodulum, et interrogavit beatum Alexandrum : Qui sunt isti ? Beatus Alexander dixit : Ambo viri sancti, ambo presbyteri. Tunc conversus ad beatum Eventium, judex interrogavit eum : Quando factus es Christianus ? Cui beatus Eventius : Ante annos septuaginta et annorum undecim sum baptizatus, et annorum viginti presbyter ordinatus fui, et nunc ago octogesimum et unum ætatis, quem in carcere D et vinculis complevi. Et postquam interrogavit etiam Theodulum, et in confessione manentem invenit, jussit furnum incendi fortiter, et beatum Alexandrum atque Eventium ligatos in medium præcipitari. Cum eis et beatus Theodulus sponte in Cammas prosiluit, decantans cum ipsis et pariter gratias agens : Igne nos examinasti, et non est inventa in nobis iniquitas (Psal. xvi). Quod cum nuntiatum impio Aureliano esset, fecit beatissimum Alexandrum punctis creberrimis per tota pungi membra,

• Ruff.lib.1, cap. 8. Pontificale, c.7. Est Alexander 1. ^b Gennadius de Viris illust. cap.69.

tem, de illius profecto carnis sanguine bibit, quæ A donec deficeret. Hujusmodi fine vir sanctus martyrium suum complevit. Sancti autem duo presbyteri gladio consummati sunt. Quorum corpora Sovera femina religiosa collegit, et beatum Alexandrum atque Eventium in uno sepulcro, sanctum vero Theodulum separatim in alio posuit via Numentana, in prædio suo, v Nonas Maii.

E. IV NONAS MAII.

(4 Maii.)

(Euseb. I. viii, c. 14, et I. ix, c. 6. Ruff.) In Palæstina civitate Gaza, natalis S. Silvani ejusdem urbis episcopi. Qui persecutione Diocletiani cum plurimis clericorum suorum martyrio coronatus est.

Item in metallo Fanensi, sanctorum martyrum B quadraginta qui simul capite cæsi sunt.

Nicomediæ, natalis sanctæ Antoniæ : quæ nimium torta et variis afflicta cruciatibus ab uno brachio tribus diebus suspensa, et in carcerem biennjo detrusa, a Priscilliano præside ad ultimum flammis exusta est.

Eodem die, in Norico Ripensi, loco Lauriaco, natalis sancti Floriani, qui præsidis jussu, ligato ad collum saxo, in flumen Anisi præcipitatus est, et mox, omnibus qui circumstabant videntibus, oculi præcipitatoris ejus crepuerunt.

Ipso die, beati Quiriaci episcopi et martyris gloriosi, sub Juliano imperatore.

> F. III NONAS MAII. (5 Maii.)

^b Apud Alexandriam sancti Euthymii diaconi in carcere quiescentis.

Thessalonicæ natalis sancorum Irenæi et Peregrini et Irenes ignibus combustorum.

In Galliis civitate Arelatensi, sancti Hilarii episcopi, magni, docti et præclarissimi viri. Qui paupertatis amator, et erga inopum provisionem non solum mentis pietate, sec et corporis sui labore sollicitus erat : nam pro reficiendis pauperibus, etiam rusticationem contra vires suas, homo genere clarus, et longe aliter educatus exercuit. Sed nec in spiritualibus neglexit : nam et in docendo gratiam habuit, et absque personarum acceptione omnibus castigationem ingessit. Inter sua vero opera ingenio immortali, ad multorum utilitatem necessario opere, Vitam sancti Honorati decessoris sui composuit.

Moritur Valentiniano et Martiano imperatoribus. Item Viennæ, beati Nicetii episcopi, venerabilis sanctitatis viri.

Antisiodori, passio sancti Joviniani, lectoris et martyris.

G. PRIDIE NONAS MAII. (6 Maii.)

° Natalis sancti Joannis apostoli ante portam Latinam Romæ, qui ab Epheso, jussu Domitiani fratris Titi, secunda persecutione, quam ipse post Neronem

• Hier., lib. 1 contra Jovinian. c. 14, et in c. XX Math., ex Tertull. de Præscr. c. 36.

exercuit, ad urbem Romam perductus, presente A senatu, ante portam Latinam in ferventis olei dolio missus est, agente hoc impio principe qui Christianorum infestissimus persecutor erat. Sed beatus apostolus tam liber a pœna inde exiit quam a corruptionibus carnis fuerat immunis. Tunc in Pathmum insulam relegatur exsilio, ubi Apocalypsim vidit. Ad commendandam ergo ipsius dignam memoriam, et pro fide apostolicam constantiam, Christiani ecclesiam, venerationem ejus gestantem in supradicto loco ante portam Latinam præclaro et miro opere construxerunt, ubi festivum concursum undecimo. Non Maii usque hodie faciunt.

Eodem die, beati Evodii, Antiochiæ episcopi, qui primus ab apostolis a ibi est episcopus ordinatus.

Item beati Lucii Cyrenensis, qui apud Cyrenem primus episcopus a sanctis apostolis institutus est, quem in Actibus apostolorum sanctus Lucas commemorat.

A: NONIS MAIL

(7 Maii.)

Natalis sancti Juvenalis martyris.

Et beatissimæ atque illustrissimæ Dei famulæ Flaviæ Domitillæ^b. Quæ cum esset Flavii Clementis consulis ex sorore neptis, et a sancto Clemente sacro velamine ad integritatis perseverantiam consecrata, persecutione Domitiani, anno principatus ejus quinto decimo, ob testimonium quod Christo C perhibebat, cum aliis plurimis in insulam Pontiam exsilio deportata, longum inibi martyrium duxit. Novissime, cum ab Aureliano sponso suo, quem pro Christo contempserat, et cujus accusatione exsilio fuerat relegata, translata esset ad Terracinam urbem Campaniæ, et doctrina ac miraculis primo Euphrosynam et Theodoram collactaneas et convirginales suas, deinde etiam alios ad fidem Christi convertisset, in er quæ magnalia, etiam prædictus Aurelianus infestissimus persecutor ejus, divina virtute exstinctus est; a Luxorio fratre ejus incenso cubiculo in quo simul præfatis cum virginalibus suis clausa morabatur, cursum gloriosi martyrii sui consummavit sub persecutione Trajani; altera namque die veniens sanctus diaconus nomine Cæsarius, in- D successorem sibi ipse delegit, quo ecclesiam gubervenit corpora sanctarum virginum illæsa; in facies enim suas prostratæ, orantes Dominum, recesse_ runt. Quarum corpora idem sanctus diaconus in sarcophago novo simul condiens, in profundo terræ infodiens sepelivit.

Eodem die apud Nicomediam, passio sanctorum martyrum Flavii, Augustini, et Augustini fratrum.

Vide libellum de Fest. Apost. Act. 19.

^b Gregor. homilia 27. De his in gestis Nerei et Achillei. 12 Maii.

Gregor. Tur. de gloria Martyrum, c. 45.

B. VIII IDUS MAII. (8 Maii.)

• Mediolani, sancti Victoris martyris : qui natione Maurus, et a primæva ætate Christianus, cum esset in castris imperialibus, miles etiam canitie decoratus, compellente Maximiano ut sacrificaret idolis. in confessione Domini fortissime perseverans, primo graviter fustibus cæsus, sed Deo protegente, doloris expers, deinde liquenti plumbo perfusus, sed nihil penitus læsus; novissime gloriosi martyrii cursum capitis abscisione complexit. Erat autem civis sanctorum martyrum Naboris et Felicis, qui in Africa decollati, simul cum Januario et Marino Mediolanum translati sunt.

C. VII IDUS MAII.

(9 Maii.)

^d In Perside sanctorum martyrum trecentorum decem.

Eodem die apud Nazianzi oppidum, beati Gregorii episcopi, qui theologus dicitur, nobilis Athenis eruditus, collega beati Basilii, Cæsareæ Cappadociæ postea episcopi. Quique, cum se totum Dei servitio mancipasset, tantum de collegæ amore præsumpsit, ut sedentem Basilium de doctoris cathedra deponeret, ac secum ad monasterium manu injecta perduceret, ibique per annostredecim omnium Græcorum sæcularium, libris remotis, solis divinæ Scripturæ voluminibus operam dabant. Igitur apud Nazanzi oppidum in loco patris episcopus subrogatus, hæreticorum turbinem fideliter tulit. Reddita vero pace, Constantinopolim ad ecclesiam docendam venire exoratus, non abnuit. Ubi brevi tempore in tantum ad emendandum populum, vetustis hæreticorum infectum venenis, profecit, ut tunc primum Christiani sibi fieri viderentur, et novellam lucem veritatis aspicere. Sed ubi gloriam subsecuta invidia est, obniti quidam et præscriptionibus minus sanis uti cœpere, ut ipso ad propria remeante, alius ordinaretur episcopus. Quod ille susurrari tantum et sub dente sentiens ruminari, ipse profert, quiadicere ei nullus audebat. Absit, inquit, ut mei causa, aliqua simultas in Dei sacerdotibus oriatur. Si propter me est ista tempestas, tollite, et mittite me in mare, et desinet a vobis quassatio. Tum regressus, in ecclesia sua quod superfuit vitæ tempus exegit. Et quoniam fessa jam ætate et corpore invalidus erat, nante, debilitatis et senectutis otio frueretur.

Constantinopoli, natalis S. Timothei •, quando ab Epheso ejus sacra ossa delata sunt.

D. VI IDUS MAII.

(10 Maii.) Job prophetæ.

Romæ via Latina in cœmeterio ejusdem, natalis sanctorum Gordiani et Epimachi; quos Julianus,

d Hier. de script. Eccles. 117. Ruff. 1. 1, cap. 9. • Vide libellum de Festivat. Apost.

B

blicis custodiis mancipavit, beatum vero Januarium senem presbyterum comprehensum cuidam Vicario Gordiano ad audiendum tradidit. Qui beatum Januarium patienter audiens, spiritu Dei illuminatus credere cœpit.Quem protinus beatus presbyter, cum uxore Marina nomine, et familia promiscui sexus numero quinquaginta et tres, et eo amplius, baptizavit. Quod factum audiens Julianus, plenus ira, damnavit inscriptionibus sanctum presbyterum Januarium; sanctum vero Cordianum similiter damnatum in custodia publica posuit; atque cuidam Clementiano, quem vicarium ejus loco dederat, tradidit. Uxorem porro ejus ad Aquas Salvias [al. Silmas] manere præcepit in servitio rusticorum. Clementianus autem pro tribunali residens, beatum Gordianum B vinctum catenis sibi præsentari fecit. Ille in confessione Christi fixus, diu plumbatis cæditur; in ultimo capite truncatur. Cujus corpus jussit iniquus judex ante templum Apollonis a in Tellude jactari, ut a canibus roderetur. Quod nocturno tempore Christiani rapientes, milliaro plus minus uno ab urbe Roma posuerunt in crypta, ubi jam pridem corpus beati martyris Epimachi sepultum fuerat. Hic Epimachus apud Alexandriam cum collega suo Alexandro multo tempore in vinculis et in cruciatibus carceris tortus, cum in frequentibus et diversis suppliciis confectus perdurasset in fide, ignibus postremum consumitur, deinde reliquiæ ejus Romam translatæ.

Item Romæ, natalis S. Calopedii senis presbyteri, sub Alexandro imperatore; qui eum fecit occidi a Laodicio, et corpus trahi per civitatem, atque injactari, die Kalendarum Maii. Quod inventum piscatores levaverunt, et narraverunt hoc Callisto episcopo. Acceptum itaque condivit illud aromatibus et linteaminibus, et sepelivit in cœmeterio ejus, milliario ab Urbe tertio, in crypta, vi Idus Maii. Tunc decollatus est ab Alexandro Palmatius consul cum uxore et filiis, et aliis promiscui sexus de domo sua quadraginta duobus. Cum quibus et Simplicius senator cum uxore et filiis suis, et familia sua, fere promiscui sexus sexaginta et octo, et Felix similiter cum uxore sua Blanda, qui per doctrinam Callisti papæ et Calepodii presbyteri, nuper suerant baptizati. Hic enim Palmatius consul Alexandro impe-Christianos cogeret sacrificare. Erat autem multitudo Christianorum collecta in quodam loco trans Tiberim, inter quos beatus Callistus episcopus urbis cum clero suo, et senex presbyter beatus Calepodius; ad quos tenendos Palmatius consul milites direxit. Qui ingressi ubi erat sanctorum multitudo,

" In Tellude. Idem occurit infra xxx Julii et vi Augusti. Acta mss. Cornelii papæ xxıv Septembris: «Exhibitusque est ei noctu, et in Tellude, præfecto quoque Urbis præsente, auditus. » Acta Hippolyti, Eusebii et sociorum, 11 Decemb. : « In Tellude sibi tribunal parari fecit. » Templum est, in quo sæpe senatus cogi consuevit, ut apparet ex Cicerone, Dione

imperator apostata, inter multos Christianos, pu- A subito cæci facti sunt. Palmatius hoc videns, timore perterritus, nuntiavit Alexandro, atque milites in conspectu ejus exhibuit. Tunc cœpit Alexander clamare: O cives optimi, videtis artem magicam? Respondit Palmatius: Si per magicam istud factum est, ubi sunt virtutes deorum nostrorum? Jubeat itaque pietas vestra offerri et immolari diis, ne pereat respublica per eorum incantationes. Statuitur itaque dies, et præconis voce jubentur omnes immolare Mercurio, qui in urbe Roma erant. Factum est autem, dum funderetur sanguis porcinus et vitulinus, et sacerdotes virginesque baccharentur per templum dæmonis, una ex illis Juliana nomine arrepta cœpit clamare : Deus Callisti, ipse vivus et verus, ipse indignatus est pollutionibus reipublicæ vestræ, et conteret regem mortalem vestrum, quia non adoratis veritatem. Audiens hoc Palmatius, cucurritad beatum Callistum trans Tiberim, ubi erat multitudo Christianorum, et cecidit ad pedes ejus : Cognovi, inquit, Dominum Christum Deum esse verum, quem dæmones confessi sunt hodie. Per ipsum te conjuro ut liberes me a cultura dæmonum, et baptizes mesicut prædicas.Quem B. Callistus, indicto jejunio, catechizavit, et allata aqua baptizavit. Qui baptizatus copit clamare : Vere vidi Dominum Jesum Christum, lumen verum, qui me illuminavit. Baptizata autemest et omnis domus ejus. Ab eadem die omnem facultatem suam cœpit pauperibus Christianis erogare, ubicunque invenirentur, ministrans eis victum et tegumentum. Post dies triginta requiritur ab Alexandro; nuntiatum enim est ei quod Christianus esset. Tentus igitur a quodam tribuno Torquato, missus est per triduum in custodia Mamurtini [al., Mamertini], et vinctus præsentatur Alexandro. Quem videns Alexander, jussit solvi, cui et dixit: Sic amens est, Palmati, ut deseras deos, et quæras hominem mortuum? Inter alia respondit Palmatius: Feci quasi infelix : modo autem cognovi quod verum est. Tunc Alexander tradidit eum cuidam senatori Simplicio, ut revocaret eum ad culturam deorum mollibus verbis. Sed Palmatius jejuniiis, orationibus et vigiliis studens, non cessabat lacrymis Deum Patrem omnipotentem et Dominum Jesum Christum Filium ejus deprecari. Veniens autem ad eum quidam Felix nomine, rogabat eum pro uxore sua, quæ a quatuor annis jacebat clinica. Beatus ratori adeo charus, acceperat ab eo potestatem ut D Palmatius, præsente uxore Simplicii et omni familia cecidit in terram, et cum lacrymis orare cœpit : Domine Deus, qui illuminasti servum tuum, et donasti mihi lumen æternum Dominum Jesum Christum, salva ancillam tuam Blandam, et alleva eam de lecto doloris, ut cognoscant omnes quia tu es Creator omnium rerum. Quæ illico sana surrexit.

> et aliis. Ubi locus hic fuerit, exprimunt Acta Abundii et sociorum : « Jussit Diocletianus produci sanctos de custodia Abundium et Abundatium, et præsentari in Tellude, in foro, ante templum. » Omnino videtur compositum, ut Telludis sit quasi Telluris ædes.

Quod videntes Simplicius et Felix, et reliqui qui in A domo Simplicii erant, cœperunt urgere beatum Palmatium ut baptizarentur. Qui mittens vocavit sanctum Callistum, et baptizati sunt omnes in nomine Domini Jesu Christi.

Item Romæ via Latina ad Centum aula, natalis sanctorum Quarti et Quinti.

E. V IDUS MAII.

(11 Maii.)

Romæ via Salaria milliario vigesimo secundo natalis sancti Anthimi.

Viennæ, beati Mamerti episcopi, qui ob imminentem cladem, solemnes ante Ascensionem Domini litanias instituit.

F. IV IDUS MAII. (12 Maii.)

Romæ, in cœmeterio Prætextati, natalis sanctorum martyrum Nerei et Achillei fratrum, qui fuerunt eunichi B. Blaviæ Domitillæ, quique cum ea apud insulam Pontiam longum pro Christo duxerum exsilium. Postmodum vero ab Aureliano sponso Domitillæ (quem ipsa ob amorem Christi spreverat) primo verberibus gravissimis attrectati, deinde Mommio [al Mummio, et Memmio] Ruffo consulari sunt traditi, a quo cum equuleo et flammis compellerentur ad immolandum et dicerent se a B. Petro apostolo baptizatos, nulla ratione posse idolis immolare, capite cæsi sunt. Quorum corpora rapuit Auspicius discipulus eorum, nutritor santæ virginis Domitillæ quæ etiam naviculæ imposita, adduxit, et in prædio Domitillæ in crypta C arenaria sepelivit, via Ardeatina a muro Urbis milliario uno semis.

Item via Aurelia, milliario secundo, natalis sancti Pancratii martyris: qui cum esset annorum viginti quatuor, sub Diocletiano martyrium capitis detruncatione complevit. Cujus reverendum corpus Octavilla illustris femina occulte noctu sublatum, aromatibus conditum sepelivit IV Idus Maii.

Eodem B. Dionysii a patrui beati Pancratii, cujus studio idem Pancratius et baptizatus, et in timore Domini confortatus ad martyrium animatus est, ipse cum præmiis cœlêstibus, charus et dignus Deo, in pace diem vitæ hujus clausit.

Sed et tunc temporis passa est virgo sacratissima Sotheris nomine, et genere nobilis sub Diocletiano Augusto.

Eodem die apud Cyprum, S. Patris nostris Epiphanii, Salaminæ.

G. III IDUS MAII. (13 Maii)

Natalis S. Mariæ ad Martyres. Phoca imperatore, beatus Bonifacius papa in veteri fano quod Pantheon vocabatur, ablatis idolatriæ sordibus, ecclesiam beatæ semper Virginis Mariæ et omnium martyrum dedicavit. Cujus dedicationis sacratissima dies agitur Romæ III Idus Maii.

• De eo in gestis ejusdem Pancratii.

Ipso die, sancti Servatii Tungrensis Ecclesiæ episcopi : qui tempore quo Hunni Germaniam vastabant, ne civitatis atque ecclesiæ suæ videret excid'um, Domini revelatione commonitus, transiit ad vicum Trajectensium ; ibique defunctus, atque in medio publicis aggeris est sepultus. Ob cujus meritum hominibus demonstrandum cum tempore hiemis omnia in circuitu nix repleret, nunquam sepulcrum ejus operuit, donec industria civium basilica super ipsum ædificata est.

A. PRIDIE IDUS MAII.

(14 Maii.)

Sancti Patris nostri Pachomii^b, qui cum esset factis apostolicæ gratiæ insignis, fundatoque Ægypti cænobiorum, scripsit monachorum regulas, quas B angelo dictante dedicerat, simul et de tempore Paschali.

Ipso die in Syria, natalis Victoris et Coronæ, sub Antonino imperatore, duce Alexandriæ Sebastiano. Erat autem Victor miles a Cilicia, cui Sebastianus in confessione fidei confringi digitos, et evelli jussit ungues a cute, deinde illum in caminum ignis mitti, ubi triduo permanens, non est læsus. Deinde venenum bibere jussus, non est mortuus, sed veneficum potius ad fidem convertit. Postea jussum est, nervos corporis ejus tolli; deinde oleum bulliens mitti in pudendis ejus. Post hoc jussit lampades ardentes suspenso ad latera applicari : post hæc acetum et calceum simul misceri, et dari ei in ore; deinde oculos erui. Deinde triduo jussit capite jusum (al., ioum, id est deorsum) suspendi; et dum adhuc spiraret, jussit eum excoriari. Tunc Corona cum esset uxor cujusdam militis, cœpit beatificare sanctum Victorem pro gloria martyrii. Et dum hoc faceret, vidit duas coronas de cœlo lapsas, unam Victori, et alteram sibi missam. Cumque et hoc cunctis audientibus protestaretur, tenta est a duce: jussumque est duas arbores palmæ curvari adinyicem, et canabinis funibus ligari Coronam in utriusque manibus et pedibus, et sic arbores dimitti. Quod dum fleret, divisa est Corona in duas partes, et sic æternæ vitæ coronam accepit. Erat autem sexdecim annorum. Tunc quoque Victor decollatus, et ipse victoriæ perennis triumphum meruit.

B. IDIBUS MAII.

(13 Maii.)

Natale sanctorum confessorum Torquati, Ctesiphontis, Secundi, Indalecii, Cæcilii, Esitii, Euphrasii. Qui Romæ a sanctis apostolis episcopi ordinati, et ad prædicandum verbum Dei ad Hispanos, tunc adhuc gentili errore implicatos, directi sunt. Cumque ad civitatem Accitanam venissent, et propter laborem itineris modicum quiescentes, causa victus emendi discipulos in urbem misissent; mox paganorum multitudo, qui tunc forte diis suis festa celebrabant, eos usque ad fluvium persecuta est, in quo ponsmiræ magnitudinis et firmitatis exstructus,

^b Gennad. de Viris illust. cap. 7.

transeuntibus sanctis, Dei nutu, cum omni perse- A navi, simulque canem et gallum projecerunt in de quentium multitudine funditus corruit. Ad quod miraculum cæteri territi, et cujusdam magnæ senatricis Ludariæ (quæ divinitus inspirata eos benigne suscipiens credidit) exemplum secuti, relictis idolis, Christo Domino crediderunt. Post hoc diversis urbibus evangelizantes, et innumeras multitudines Christi fidei subjugantes, Torquatus Acci, Ctesiphon Vergii, Secundus Abulæ, Indalecius Urci, Cæcilius Eliberri, Esitius Cartesæ (al., Carceræ), Euphrasius Eliturgi quieverunt. Exstat usque hodie illustre miraculum ad condemnationem pretiosæ mortis eorum. Nam eadem solemnitate apud præfatam Accitanam urbem, ad sepulcrum sancti Torquati arbor olivæ divinitus florens, maturis fructibus onustatur.

Apud insulam Chium, natalis sancti Isidori mar-B tyris. In cujus Basilica exstat puteus, in quo et fertur injectus. De cujus aqua energumeni, febricitantesque, vel reliqui infirmi sæpius potati salvantur.

Apud Lamosacum passio sanctorum Petri et Andrææ, Pauli et Dionysiæ a.

C. XVI KAL. JUNII. (16 Maii.)

Apud Isauriam, natalis sanctorum Aquilini et Victoriani, quorum gesta habentur.

Apud Antisiodorum, passio sancti Peregrini, episcopi primi civitatis ipsius.

Et in pago Forojuliensi, vico qui vocatur Calidianus, sanctæ Maximæ virginis, quæ multis clara C virtutibus in pace quievit.

D. XVI KAL. JUNII. (17 Maii.)

In Tuscia natale sancti Torpetis martyris sub Nerone principe. Hic magnus in officio Cæsaris Neronis fuit, et a beato Antonino presbytero baptizatus et in fide Christi eruditus est. Hunc Nero cum cognovisset esse Christianum, tradidit cuidam propinquo suo Satellico, ut impelleret eum sacrificare. Sed cum spiritu Dei confortatus, et in fide fundatus, vir beatus immobilis permaneret, fecit eum Satellicus alapis, cædi et ligatum ad columnam tandiu verberibus affici, quousque sanguis guttatim de corpore ipsius deflueret. Sed subito dum martyr cæderctur, columna cadens oppressit judicem, et quin- D quaginta cum co viros. Inde tentus a ministris, positus est in rota. Postea feris objicitur a filio Satellici, nomine Sylvio, sed minime ab his læsus. Cujus constantiam et virtutem quidam consiliarius Neronis Evellius nomine inspiciens, Christo credidit. Ac post paululum baptizatus decollatus est in urbe Roma v Kalendas Maii, martyrique honore coronatus. Sed et beatus Torpes jubente Sylvio foras civitatem Pisanam ductus decollatione martyrium suum complevit III Kalendas Maii. Hujus corpus ministri sceleris impositum pene fractæ et cariosæ

^a Gregor. Tur. de Gloria martyrum, 102.

cursum fluminis. Apparens autem angelus Domini cuidam venerabili feminæ cujus nomen Celerina, monuit ut perquireret martyris corpus, et sepeliret. Quod illa celerius complens inventum cum omni reverentia sepelivit et de facultatibus suis, cessante persecutione ecclesiam miro opere supra construxit. Agitur festivitas martyris et conventus civium xvi Kalend. Junii.

E. XV KAL. JUNII.

(18 Maii.)

Apud Ægyptum, natalis sancti Dioscori lectoris : in quem præses multa et varia tormenta exercuit, ita ut ungues ejus effoderet, et lampadibus ejus latera inflammaret; sed cœlestis luminis fulgore territi ceciderunt ministri. Novissime laminis ardentibus adustus martyrium consummavit.

F. XIV KAL. JUNII.

(19 Maii.)

Romæ, natalis sanctæ Pudentianæ vel Potentianæ virginis, quæ illustrissimi generis Pudentis discipuli sancti Pauli apostoli filia fuit; cujus mater Sabinella, soror vero Praxedis; quas piissimus pater earum Pudens in omni religione Christi erudivit, virginesque Christo reliquit. Quæ post obitum sancti patris in omni exercitatione pietatis ita excreverunt, ut nocte dieque incessanter hymnis et orationibus cum femina sua Domino inservirent, beatissimo Pio urbis episcopo cum eis in laudibus Dei participante. Remunerationem igitur pro piissimis laboribus suis percepturæ, quos per gratiam Christi fructuose consummaverant; post innumeros agones, post multorum martyrum venerabiliter exhibitas sepulturas, post omnes facultates suas in visceribus pauperum inclusas, Christoque fideliter commendatas, tandem de terris ad Christum migraverunt : Potentiana venerabilis quartodecimo Kalendas Junii, posita in cœmeterio Priscillæ via Salaria; Praxedis vero virgo æque sanctissima duodecimo Kalendas Augusti, et ipsa cum sorore juxta patrem sanctum Pudentem posita.

Eodem ipso die, beatissimi Pudentis patris supra nominatarum virginum, qui ab apostolis Christo in baptismo vestitus, innocentem tunicam usque ad coronam vitæ immaculate custodivit, et servavit.

Item Romæ, natalis sanctorum Caloceri, et Partheni eunuchorum uxoris Decii imperatoris : qui cum essent, unus præpositus cubili, alter primicerius, nolentes sacrificare idolis, a Decio occisi sunt. Corpora eorum juxta viam Appiam posita xiv Kalendas Junii.

G. XIII KAL. JUNII. (20 Maii.)

Romæ via Salaria, natalis sanctæ Basillæ virginis et martyris b. Quæ cum esset ex genere regio, et haberet sponsum illustrissimum nomine Pompeium

^b De ea in gestis S. Eugeniæ 25 Decemb.

per beatam Eugeniam et sanctos Dei viros Protam A [al., Protum] et Ilyacinthum conversa ad fidem, accusata est a præfato sponso suo quod esset Christiana. Decrevit continuo Gallienus Augustus, qui tunc Christi persequebatur Ecclesiam, ut aut sponsum reciperet, aut gladio interiret. Conventa de hoc respondit, se Regem regum sponsum habere, qui est Christus Filius Dei. Et cum hoc dixisset, gladio transverberata est.

• Eodem die in Galliis, civitate Nemauso, natalis Baudelii martyris : qui a paganis deorum suorum sacrificia celebrantibus comprehensus, cum sacrificare nollet, et in fide Christi immobilis inter verbera et tormenta persisteret, martyrii palmam pretiosa morte percepit.

A. XII KAL. JUNII. (21 Maii.)

In Mauritania Cæsariensi, natalis sanctorum Timothei, Polii et Eutychii diaconorum; qui apud præfatam regionem verbum Domini disseminantes, pariter coronari meruerunt.

Item apud Cæsaream Cappadociæ, natalis SS. Polyeucti, Victorii, Donati.

B. XI KAL. JUNII. (22 Maii.)

In Africa, SS. Casti et Æmilii, qui per ignem passionis martyrium consummaverunt. Scribit Cyprianus in libro de lapsis (*cap.* 6).

Eodem die apud Corsicam, S. Juliæ, quæ crucis supplicio passa est.

C. X KAL JUNII.

(23 Maii.)

Apud Lingones, passio sancti Desiderii episcopi, qui cum plebem suam ab exercitu Wandalorum vastari cerneret, ad regem corum, pro ea supplicaturus exivit : a quo statim jugulari jussus; pro ovibus sibi creditis cervicem libenter tetendit, et percussus gladio, migravit ad Christum. Percussor vero ejus mox amentia correptus interiit. Sepultus est ibidem beatus martyr, in basilica juxta urbis muros, quod fidelium populus a Christo ei commissus, præcipuo ipsius amore, et pia devotione ad tutelam civium fieri procuravit. Passi sunt autem cum eo et plures alii de numero gregis sui, et apud eamdem urbem conditi.

D. IX KAL. JUNII. (24 Maii.)

Natalis S. Manahen, Herodis tetrarchæ collectanei (*Act.* XIII), doctoris et prophetæ sub gratia Novi Testamenti, apud Antiochiam in Christo quiescentis.

Item beatissimæ Joannæ uxoris Chusæ procuratoris Herodis, quam commemorant evangelistæ (*Luc.* VIII, *et* xxIV).

Item in Portu Romano, natalis S. Vincentii martyris.

- * Greg. Tur. de Gloria mart., c. 78.
- ^b Greg. Tur. de Gloria mart., c. 6.

^o De eo in gestis S. Ceciliæ, 22 Nov.

^b In Galliis, civitate Nannetis, natalis SS. martyrum Donatiani et Rogatiani fratrum.

In Istria, natalis SS. Joelli, Sirvilii, Sylvani et Dioclis.

E. VIII KAL. JUNII. (25 Maii.)

• Romæ via Numentana, in cœmeterio Prætextati natalis sancti Urbani episcopi et martyris. Cujus doctrina, sub persecutione Alexandri, multi martyrio coronati sunt.

Mediolani, S. Dionysii episcopi et confessoris. Qui ab imperatore Constantio Ariano apud Cappadociam pro fide catholica damnatus exsilio ibidem requievit. Reliquias corporis ejus, per sanctum Basilium præfatæ urbis episcopum receptas, B. Am-B brosius condigno honore condidit.

^d Eodem die apud Mæsiam, civitate Dorostoro, natalis sanctorum martyrum Passicratis, Valentionis, et aliorum duorum coronatorum.

Romæ, Eleutherii papæ. Ilic accepit epistolas a Lucio Britannico rege, ut per ejus mandatum Christianus fieret. Sepultus est juxta corpus beati Petri apostoli.

F. VII KAL. JUNII.

(26 Maii.)

• Apud Athenas, natalis sancti Quadrati episcopi, discipuli apostolorum.

Item natalis S. Quadratimartyris, in cujus solemnitate S. Augustini sermone habiti inveniuntur.

^f Romæ, B. martyrum Symmetrii presbyteri, et C aliorum viginti duorum, quos Antonius imperator gladio pro Christo puniri fecit : quorum corpora nocte beata Praxedis collegit, et sepelivit in cœmeterio Priscillæ, sub die septimo Kal. Junii.

Tuder Tusciæ, natalis SS. Felicissimi, Heraclii, Paulini.

In territorio Antisiodorensi, passio sancti Prisci martyris cum ingenti multitudine.

In Britanniis, S. Augustini episcopi et confessoris. Cui missus a beato papa Gregorio, primusgenti Anglorum Christi Evangelicum prædicavit, atque illic virtutibus et miraculis gloriosus in Christo quievit.

G. VI KAL. JUNII.

(27 Maii.)

Apud Mæsiam, civitate Dorostorensi, natale sancti D Julii qui tempore persecutionis cum esset veteranus et emeritæ militiæ, comprehensus ab officialibus, et Maximo præsidi oblatus, nolens sacrificare idolis, et nomen Domini Jesu Christi constantissime confessus, capitali sententia punitus est. Cumque duceretur ad locum cædis implendæ, Esychius quidam miles, cum et ipse ob fidem Christi comprehensus detineretur, rogabat eum dicens : Memor esto mei, nam et ego subsequor te. Plurimum etiam saluta Passicratem et Valentionem famulos Dei, qui nos

- ^o Vid. libellum de Fest. apost.
- ^r Possidonius unius meminit.

d Ambr. eqist. 82 ad Vercell. Pontif., c. 14.

jam per bonam confessionem præcesserunt ad Domi- A sua circumirent, luctuosis ornatibus coronati, Sanum. Julius vero osculatus Esychium dixit : Frater, festina venire ; mandata enim tua jam audierunt quos salutasti. Sic accepto orario, ligans sibi oculos, martyrii palmam gladio cædente percepit.

In Galliis, civitate Arausica, S. Eutropii episcopi cujus vitam, illustrem virtutibus ac miraculis, Verus episcopus luculento sermone describit.

A. V KAL. JUNII.

(28 Maii.)

• Natalis sancti Joannis papæ, quem (quia orthodoxus erat, et a Justino imperatore orthodoxo Constantinopolim veniens gloriose susceptus fuerat) Theodoricus rex Arianus revertentem in Ravennam, in custodiam tantum, ad mortem usque, cum aliis R æque catholicis viris, perduxit. Hujus meminit S. Gregorius in libro Dialogorum. Cujus corpus, translatum de Ravenna, sepultum est in basilica. B Petri apostoli, quinto Kalendarum Januarii, Olybrio consule.

Eodem die apud Parisium, natalis sancti Germani episcopi et confessoris

Item apud Sardiniam, sanctorum Æmilii, Felicis, Priami et Luciani.

B. IV KAL. JUNII. (29 Maii.)

Romæ, via Aurelia, sancti Restituti.

Via Tirburtina, septem germanorum.

Treviris, beati Maximini episcopi, a quo Athanasius persecutionem Constantii fugiens honorifice C susceptus est.

Item passio sancti Cononis martyris, et filii ejus sub Aureliano imperatore, in Iconio, civitate provinciæ Isauriæ, judice Domitiano. Hic cum esset fide præclarus, exhibitus judici cum filio suo annorum duodecim, Spiritum sanctum in se habitare veraci confessione manifestaverunt. Primum itaque ignito ferro superpositi; deinde craticulam prunis suppositis et oleo superinfuso constanter superaverunt ; inde frixoriam; malleo ad extremum ligneo manus eis adhibito, malleo ad extremum ligneus manus eorum contritæ, in laudem omnipotentis Dei, spiritum emiserunt.

Eodem die, natalis sanctorum Sisinnii, Martyrii, atque Alexandri : qui in Anauniæ partibus perse- D beatissimi Petri apostoli, quæ post multa miracula quentibusgentilibusviris, martyrii coronam adepti sunt. Hos Vigilius Tridentinæ urbisepiscopus et martyr ad regionem vici nam (cui vocabulum Anauniam) ad prædicandum misit. Ex quibus unus Sisinnius senex venerabilis, genere Græcus, ex provincia Cappadociæfuit. Igitur dum per aliquod tempus verbum Dei prædicarent, turba gentium indigne ferens, adversus sanctos Dei pugnatura consurgit. Contigit autem, ut secundum gentilem consuetudinem, per quinquennium cultura ruris sui, diabolica pompa semína

• Pontif., c. 54; Gregor. Dial. lib. m. c. 2, et lib. IV, c. 30.

turno victimas immolaturi. Tunc et ipsi apprehensi a multitudine gentilium immolare jubentur. Quibus reluctantibus, tanta cæde sunt mactati, ut vix extremum spiritum traherent. Interim una nocte dilata, mox pervenitur ad coronam martyrii. Nam sanctus Sisinnius tuba ærea percussus in capite, atque securibus confossus, juxta ipsius ecclesiæ limina decubuerat. Sanctus vero martyrius comprehensus stetit immobilis, et agens gratias Deo, vulneratus capite securibus, atque subditus transforatus, ducebatur ad idolum; in quo itinere reddidit spiritum.Multitudo autem gentilium tunc apprehendentes sanctorum corpora, et in collo S. Sisinnii tintinnabulum suspendentes, insultabant dicentes: Modote vindicet Christus. Igitur inter corpora sancti Sisinnii et Martyrii vivus Alexander trahendus apponitur, ut per iter asperum membratim corpora disjungerentur. Ubi ergo pervenerunt ad aram Saturni, ignem copiosum factum, sanctorum corporibus immiserunt. Sanctum autem Alexandrum flagellantes, interrogabant, si vellet evadere flammas, ut sacrificaret Saturno. Sed ille contemnens impias voces, gloriosæpassionis excepit palmam. Hæc cum sexta feria acta fuissent quando Salvator fuerat crucifixus, umbra quædam nigra proxima terræ, mox totam texit regionem, fulminibus creberrimis discurrentibus, ut et ipsi impii confiterentur terrore perculsi, hoc sanctorum causa fieri. Quorum etiam reliquias cum postmodum Mediolanenses summa devotione susciperent, quidam cæcus ex littore Dalmateno adveniens, tacto loculo lumen recepit, ut sanctus Paulinus scribit in vita S. Ambrosii.

C. III KAL. JUNII.

(4 Apr., 30 Maii.)

^b Romæ via Aurelia in cœmeterio, natalis sancti Felicis papæ. Qui cum annis quinque rexisset Ecclesiam, sub Claudio principe, martyrio coronatus est.

Turribus Sardiniæ, natalis sanctorum martyrum Gabinii et Crispuli.

D. PRIDIE KAL. JUNII.

(31 Maii.)

° Romæ, R. Petronillæ virginis. Hæc fuit filia sanitatum, cum eam Flaccus comes suo vellet conjugio sociare, tridui inducias postulans, et cum sancta virgine Felicula collectanea sua continuis jejuniis atque orationibus vacans, tertio celebratis Dominicæoblationis mysteriis, mox ut Christi sacramentum accepit, reclinans se in lectulo, emisit spiritum.

Eodem die apud Aquileiam, natalis sanctorum martyrum Cantii, Cantiani, et Cantianillæ fratrum. Turribus Sardiniæ, natalis sancti Crescentiani.

^b Pontificale, c. 27.

° De ea in gestis Nerei.

MENSIS JUNIUS

HABET DIES XXX; LUNA VERO XXIX.

E. KAL. JUNII. (1 Junii.)

• Dedicatio sancti Nicomedis martyris et presbyteri apud urbem Romam, cujus martyrium celebratur xvII Kalend. Octobris.

Apud Cæsaream Palæstinæ, natalis sancti Pamphili presbyteri, viri admirandæ fidei et sanctitatis, qui sub persecutione Maximini martyrio coronatus est. Hujus vitam Eusebius Cæsariensis episcopus tribus libris comprehendit. Sed et beatus Hieronymus scribit quædam volumina manu ejus exarata se reperisse. Quæ tanto, inquit, amplector et servo gaudio, ut Cræsi opes habere me credam. Si enim lætitiæ est unam epistolam habere martyris, quanto magis tot millia ut suum, quæ mihi videtur sui sanguinis signasse vestigiis ? Ipso die, S. Caprasii B abbatis monasterii Lirinensis.

Apud Viennam, sancti Claudii II episcopi.

F. IV NONAS JUNII. (2 Junii.)

Romæ, Marcellini presbyteri et Petri exorcistæ, sub Diocletiano, judice Sereno. Factum est dum teneretur beatus Petrus in obscurissimo carcere vinculis ferreis astrictus, ut custos carceris nomine Artemius haberet filiam dæmoniacam, quam unice diligebat. Cui vir Dei Petrus dixit : Audi consilium meum, Artemi, et crede unigenitum Filium Dei vivi Dominum nostrum Jesum Christum, quiest liberator omnium in se credentium. Si credideris, salvabitur filia tua. Cui Artemius : Miror imprudentiam consilii tui. Te Deus tuus liberare non potest, cum illi C credas, et quotidie pro ejus nomine plagas et vincula perferas, quomodo poterit filiam meam liberare si ei credidero ? Si me vis credere Deo tuo, ecce ego duplicabo super te catenas, et claustra omnia carceris muniam; te autem ipsum in ipsa ima tenebrosa solum includam. Si de his omnibus liberaverit te Deus tuus, credam ei. Cui beatus Petrus assensum dedit, promittens ad domum illius se venturum : Hoc, inquam, faciam non ad libitum tentationis tuze, sed ad declarationem divinitatis Domini mei Jesu Christi. Agitans caput Artemius : Iste, inquit, homo nimiis passionibus fatigatus aliena loquitur, et hæc dicens abscessit. Narravitque gesta et dicta uxori suæ Candidæ. Et ecce subito noctis initio adest homo Dei Petrus Artemio et Candidæ, D indutus vestibus candidis, tenens in manu sua triumphum crucis. In cujus vestigia corruentes illi clamabant : Vere unus Deus est, et verus Dominus

* Hier. de Script. Eccles., c. 75.

A noster Jesus Christus. Statimque filia eorum, nomine et corpore vírgo Paulina, a spiritu immundo vexata, curata est. Et cum hoc fieret, omnes qui in domo Artemii erant, crediderunt. Convenitque multitudo vicinorum amplius quam trecentorum, mulierum vero abundantior numerus, clamantium : Præter Christum non est alius Deus. Cumque omnes cuperent fieri Christiani, adduxit vir Dei Petrus Marcellinum presbyterum, qui omnes unanimiter baptizavit. Sed Artemius omnes qui in vinculis erant absolvit, qui et omnes baptismi gratiam perceperunt.-Audiens hoc judex Serenus, jussit Marcellinum presbyterum et Petrum exorcistam præsentiæ exhiberi. Et auditum beatum Marcellinum jussit pugnis cædi in ambabus arteriis. At ubi defecerunt cædentes, eo Petro separato, jussit ut nudus super vitri fragmenta steneretur in custodia, et victus ei et lumen negaretur. Petrus conversus ad Serenum dixit : Cum sis nomine Serenus, totum te nubilum et tenebrosum factis ostendis. Tunc et ipsum Serenus jussit in vinculis recipi, et pedes in cippo arctissimo constringi.Factum est dum separati essent, apparuit angelus Domini Marcellino presbytero oranti nudo, et induit eum vestimentis suis, et adduxit eum ubi beatus Petrus erat in cippo et ferro. Sed et ipsum solvit, et ambos perduxit ad domum ubi nuper baptizati orabant. Non post multum vero, eum beatus Artemius cum uxore et filia sententiam capitalem suscepissent, comprehensi, et illi ab his qui sanctos Dei martyres punituri erant, alligati sunt manibus retro ad arborem, usque dum nuntiaretur judici Sereno de eis. Ille jussit eos duci in Silvam Nigram quæ hodie in honore sanctorum Silva Candida appellatur, et in eadem ambos pariter decollari. Cumque ventum fuisset in media silva, ipsi sibi manibus suis mundaverunt locum ab spinis, ubi orantes simul, et dantes sibi pacis osculum, genu posito decollati sunt; et qui eos decollavit, vidit animas eorum splendide ornatas ab angelis ferri ad cœlos; et pœnitentiam agens, sub Julio papa baptizatus est in senectute sua nomine Dorotheus. Quorum corpora, revelantibus se beatis martyribus, tulerunt postmodum Mucilla et Firmina christianissimæ feminæ, et juxta sanctum Tiburtium in inferiori parte cryptæ sepelierunt quinto Kalend. Septemb.

^b Ipso die Lugduni, sanctæ Blandinæ cum quadraginta octo martyribus, temporibus Marci Aurelii Veri et Antonini atque Lucii filiorum, ejus, quando per multas Romani orbis provincias ex acclama-

^b Euseb. I. v, c. 2, 3, Ruff.

tione, et seditione vulgi, persecutiones adversus A vel nomen saltem suum eis fateri. Sed de his sin-Christianos durissimæ concitatæ sunt, ita ut millia multa martyrum per loca singula fierent. Quo tempore apud Lugdunum et Viennam, urbes Galliæ erga Deiservos, supra omne narrationis genus, suppliciorum et cruciatuum modus exhibitus est: ita ut primo domorum illis prohiberetur habitatio; tum deinde usus balnearum: postetiam processus ad publicum: ad ultimum, ne omnio in quolibet loco, domi forisque, publico privatoque, viderentur. Denique quodam astante tribuno et primoribus civitatis pro solis acclamationibus populi correpti, et in carcerem trusi sunt Christiani, usque ad præsentiam præsidis : cuique advenienti offeruntur. In quos ille tanta crudelitate usus est, ut sævitiæ ejus species singulas nemo possit exponere.

 Vectus igitur Epagatus, unus e fratribus, zelo divino et fervore spiritus plenus, cum crudelia servis Dei supplicia videret inferri, et contra jus fasque tot pœnas humanis visceribus excogitari indignitatem rei ultra non ferens, poposcit se audiri. Erat enim inter suos nobilissimus et eruditissimus. Verum cum defensionem ejus non reciperet obstinatio judicis, inquirit tantum ab eo si et ipse Christianus esset. Utque Christianum se esse clarissima et libera voce testatus est : Tanguam advocatus. inquit, Christianorum et ipse vinctorum numero societur. Ille vero habens in se advocatum pro nobis Jesum, hoc nomine meruit honorari : sancti presbyteri Zachariæ (qui erga sanctos plenitudinem charitatis ostenderat) secutus exemplum. Qui et ipse dum fratribus adest, defensionem libertatis, quæ in nostra religione consistit, exsequitur, Dominicum secutus exemplum, animam suam pro ovibus suis posuit, et pro amicis.

Verum beatus Photinus Lugdunensium episcopus, cum nonagenario major esset ætate, et corpore, ut pote illius ævi, invalidus, cætera jam pene mortuus, solo martyrii amore vivebat; ducitur ad tribunalia, imo potius defertur, senio et languore resolutus. Impiæ plebis undique clamor attollitur. hunc ipsum esse insonant Christum. Tum vero a præside interrogatur, quisnam esset Christianorum Deus. Respondit : Si dignus fueris, seies. Hinc vero cunctos velut rabies immensi cujusdam furoris invasit, ita ut qui prope astabant, pugnis, alii calcibus subigerent senem. Illi vero qui longius erant, D quidquid furentibus telis venisset in manibus, eminus jaciebant. In hoc etenim vindicandos deos suos esse credebant. Quem cum seminecem projecissent in carcerem, incontaminatum paulo post reddidit spiritum.

Diaconus quoque Sanctus nomine, etiam ipse supra quam dici potest, et supra quam humanam fas est ferre naturam, acrius insistentibus ministris dæmonum, novagenera pænarum pertulit. Atillevir Deo plenus intantum crudelitates eorum risit, et ferinam in quæstione sævitiam, ut nunquam dignatus sit vel quis esset genere, unde domo, vel patria.

gulisinterrogatus, nihil aliud in omnibus tormentis, nisi Christianum se esse respondit. Hoc mihi nomen, hoc genus et patria est. Aliud, inquit, omnino nihil sum quam Christianus. Ad ultimum candentes laminas æris et ferri circa inguinis loca et delicatiora quæque membrorum instauratis ignibus adhibent. Ex quo carnes quidem ejus adustæ igne, defluebant, ipse vero permanebat immobilis, inconcussus, intrepidus; omnibus membris martyr erat, et toto corpore unum vulnus horrebat. Perit in eo formæ humanæ agnitio, et non solum quis esset, sed et quiesset, tormentorum crudelitas, ne agnosci posset, abstulerat. Christus tamen in eo solus per martyrii gloriam recognoscebatur. Sed artifices sce-B lerum nequaquam martyris erubuere virtutem. Post paucos etenim dies tormenta rursus inferunt, et denuo jam membra putrefacta vexari incipiunt. Verum (quod vix credi potest) restitutum est in primam speciem corpus per secunda tormenta, ita ut iterata supplicia non ei jam pœnam contulerint, sed medelam.

Attalus quoque Pergamenus civis, populi vocibus postulatur. Erat enim valde nobilis, et quod cunctis nobilius est, vir optimæ conscientiæ, et in fide Christi per omnia exercitia semper martyr. Cumque circumactus fuisset in amphitheatro, titulo se præcedente, in quo scriptum erat, Attalus Christianus : fremere in eum vulgi insanientis furor vehementius cœpit. Sed cum præsidi indicatum fuisset, esse eum Romanæ civitatis virum, jubet eum cum cæteris in carcerem recipi. Simul et ad Cæsarem refert, ejusque sententiam, quid de eo juberet, exspectat. Ex utraque autem ecclesia, Lugdunensi scilicet et Viennensi, omnes qui studiosi et magni videbantur, et quorum labore et industria regebantur ecclesiæ, universi pariter tenebantur. Talibus deinque diabolus machinis oppugnare parabat famulos Dei, quo scilicet afflictione, carceris, et pœnalis squalore consumpti, ac septimo (ut dicunt) puncto in nervo pedes, contra quam credi fas est, distenti, in intimo tenebrarum loco, per omnia pœnarum genera, quæ furentium sævitia excogitare poterat, deperirent. Quam plurimi ergo hoc genere in ergastulis consumuntur, Domino suscipiente eorum hujuscemodi exitum.

Alcibiades quidam erat in numero eorum, qui pro Christi vincti tenebantur. Hic vitam satis arduam et austeram gerebat, nihil cibi volens accipere, sed tantum sale et pane cum aqua utebatur. Cumque hunc vitæ rigorem vellet etiam in carcere positus obtinere, Attalo (post primam confessionem suam, quam in amphitheatro confessus est) revelatur, quia non recte faceret Alcibiades, creaturis Dei et ipse non uti, et aliis formam scandali derelinquere. Quibus cognitis, Alcibiades cœpit omnia cum gratiarum actione percipere. Igitur cum a Cæsare rescriptum fuisset, ut persistentes guidem punirentur. negantes autem dimitterentur; die guodam celeberrimo tribunal ascendens, præsentari sibi judex Chri- A apud Dominum ducuntur) gloriosissime coronatur. stianos, et introduci ad suppliciorum pompam præbendam cunctis qui aderant, jubet. Rursum itaque cruces, rursum pœnæ, rursum tormenta reparantur. Producebantur autem beatissimi martyres de suppliciis læti, et divinum nescio quid in ipsis vultibus præferentes, vincula sua sicut monilia pretiosa ducebant. Per squalorem carceris, Christi bonus odor effecti (II Cor. 11), ita ut viderentur sibinon in ergastulo, sed in myrothecio conclusi. Ingensque ab omnibus gloria Christo conferebatur, pro his qui ante negaverant, et dimitti neque negantes potuerant : siquidem decem ferme numero fuerant, qui lapsu suo luctum illis et ingentem tristitiam reliquerant: nunc vero (cum negantibus venia non præstagrege revocati in numero martyrum jungerentur. Decernit ergo judex, ut si qui forte cives Romani reperirentur, capite plecterentur: cæteri vero bestiis traderentur.

Igitur cum erga snpradictos questio haberetur, Alexander quidem genere Phryx, medicus diciplina, vir religiosus, et prudens, et vitæ ac morum probitate cunctis charus acceptusque, amore Dei concitatus, cum assisteret tribunali, nutibus hortabatur ad confessionem, in quos quæstio agitabatur; ita ut omnibus qui astabant palam fieret quid animo gereret. Cumque id populi notavissent, indignantes clamaverunt adversus Alexandrum. Qui jussus a præside in medium statui, et quis esset interrogatus, Christianum se esse libera professione testatur. Quem continuo præparandum bestiis condemnavit: C et postera die simul cum Attalo producitur. Quem contra præceptum Cæsaris, gratificari populis volens, etiam ipsum tradi bestiis jussit. Sed cum ferarum nulla sanctorum corpora contigisset, omnibus eos verberum cæterarumque pænarum suppliciis cruciarijubet, beato Alexandro in omnibus quæ perpessus est pœnis, ne unum quidem penitus proferente sermonem.

Attalus vero, cum prunis subterjectis in sella ferrea torreretur, cumque nidor adustæ carnis ad nares et ora inspectantis populi perferretur, voce magna clamat ad plebem : Ecce hoc est homines comedere, quod vos facitis. Nos enim neque comedimus homines, neque aliud quid mali agimus. Sipertimescerent, dæmoniis instinctu, hoc ipsum adversus dominos commentati sunt. Et cum interrogaretur quod nomen haberet Deus, respondit: Qui plures sunt, nominibus discernuntur; qui unus est, non indiget nomine. His igitur optimis et fidelissimis ducibus usus omnis reliquus sanctorum chorus, prompti et alacres, animas suas pro fidei liberlate ponebant.

Inter hos Blandina femina beatissima (per quam Christus ostendit, quia ea quæ apud homines despecta sunt, et in contemptu habentur, in magna gloria

* Euseb. lib. 1, c. 2 ex vers. Ruff.

Cui a prima luce ad vesperam tormenta semper innovantes, ad ultimum victos se tortores confitentur. Quæ et secundo die pulsata cruciatibus, non superatur. Tertio quoque die religata ad stipitem, atque in crucis modum distenta, bestiis pabulum præparatur. Quam cum nulla ex bestiis auderet attingere, rursum revocatur ad carcerem. Quarto etiam verberibus acta, craticulis exusta, et multa alia perpessa, ad ultimum gladio jugulatur.

Tunc et Ponticus puer annorum quindecim, per omnia tormentorum genera cum ipsa circumactus ejus cohortatione roboratus, ante illam martyrium consummavit.

Verum Mathurus, et Sanctus, et Attalus muneretur) in confessione persisterent, et de perditionis B rum diebus, innumeris millibus gentium diversarum ad spectaculum congregatis, statuuntur in medio arenæ. Et rursum Mathurus, neophytus quidem, sed in fide et patientia robustissimus, cum sancto diacono, quasi nihil prius passi fuissent, ad omnia tormentorum genera renovantur. Certantibusomnimodis adversariis, quatenus eorum patientiam frangerent, et ab ipso (ut ita dicam) vertice coronas eorum diriperent. Sed illis eo magis animas roborabat spes vicinæ jam gloriæ, quam sibi jamjamque manu contingere, et contrectare dextris videbantur. Cumque et suppliciorum genera, et spectaculorum pene jam tempus esset assumptum nec moveri ullatenus a sententia potuissent, cum etiam sellæ ferreæ superpositi, consumptam verberibus carnem ignis sub!er ministratus exureret, ad ultimum infatigabiles martyrum spiritus, ferro cæsis cervicibus effugarunt. Igitur inaudito sævitiæ genere, eorum, qui necabantur in carcere, corpora canibus jubebantur exponi, ad hibita simul custodia die noctuque, ne quis collectas religuias humanitatis intuitu traderet sepulturæ. Sed et si quid forte vel bestiis vel igni reliquum ex corporibus martyrum fuerat, ipsaque cum truncis suis capita punitorum, insepulta per custodiam militum servabantur. Neque vero muneribus suadere custodes, neque precibus, aut ullo alio genere copia erat: ita attente et sollicite curabant, ne daretur extremis ossibus sepultura. Hæc scripta, in Historia ecclesiastica, libro quinto.

Nomina vero quadraginta octo martyrum hæc quidem servi eorum comprehensi cum tormenta D sunt: Photinus episcopus, Zacharias presbyter, Epagatus, Macarius, Alcíbiades, Sylvius, Primus, Ulpius, Vitalis, Cominus, Octuber, Philuminus, Geminus, Julia, Albina, Grata, Rogata, Æmilia, Potamia, Pompeia, Rhodana Biblis, Quartia, Materna, Helpes, quæ et Amnas. Ili sunt autem qui bestiis traditi sunt: Sanctus, Mathurus, Attalus Alexander, Ponticus, Blandina. Hi vero qui in carcere spiritum reddiderunt: Aristæus, Cornelius, Zosimus, Titus, Julius, Zoticus, Apollonius, Germinianus, Julia, Ausonia, Æmilia, Jamnica, Pompeia, Domna, Justa, Trophima, Antonia. Hi omnes famuli Christi sub

præfatis imperatoribus pariter coronati sunt. Reli- A episcopi. Qui persecutione Maximiani pro fide quiæ, eorum a persecutoribus incensæ, et in Rhodanum fluvium dispersæ. Sed cum Christiani maximum mærorem haberent, guasi deperissent sacræ reliquiæ, nocte apparuerunt sancti viris fidelibus, in eo loco quo igni traditi sunt, stantes integri et illæsi. Et conversi ad viros dixerunt eis : Reliquiæ nostræ ab hoc colligantur loco, quia nullus periit e nobis. Sed ex hoc translati sumus ad requiem, quam nobis promisit rex cœlorum Christus, pro cujus nomine passi sumus. Hæc renuntiantes viri illi, gratias egerunt Deo, et confortati sunt in fide; colligentesque sacros cineres, condigno honore sub sancto altari condiderunt. Ubi semper virtutibus manifestis se cum Deo habitare declarant. Harum festivitatem cives Lugdunensis urbis omnibus undequaque lætanter accurrentibus, per descensum fluminis, cum hymnis et canticis gratulationis concelebrantes, missarumque solemnia in apostolorum ecclesia (ubi sancti cineres corum conditi servantur) festive Domino reddentes, ex antiquorum traditione, ipsam diem miraculorum appellant. Locus in quo passi sunt, Athanacho vocatur: ideoque dicuntur martyres Athanacenses.

G. III NONAS JUNII

(3 Junii.)

Apud Aretiam civitatem Tusciæ, natalis sanctorum martyrum Pergentini et Laurentini fratrum, qui persecutione Decii, sub judice Turtio, cum essent pueri, post dura supplicia tolerata, et magna miracula ostensa, gladio cæsi sunt, et apud eamdem C diversa supplicia, martyria ab impio carnifice diurbem conditi.

In Campania, natale beati Erasmi episcopi et martyris sub Diocletiano et Maximiano. Qui jussu impii Diocletiani imperatoris primo plumbatis crudeliter cæsus, deinde fustibus diutissime maceratus, post resina, sulfure, plumbo, pice, cera oleoque solutis perfusus, ingenti miraculo illæsus apparuit. Quod cum multi viderent fidem Christi, rejectis idolis, susceperunt. Inde immenso pondere ferri constrictus, in carcere reclusus est sub dira custodia. De qua angelica visitatione solvitur atque eripitur. Verum postmodum clarissima miraculorum ipsius gesta fama vulgante, tentus est ab altero imperatore Maximiano, a quo diversis suppliciis tortus fuit, intantum, ut tunica ærea ignita vestiretur. Iterumque in olla, quæ plumbo, pice, cera, resina. et D oleo fervefacta erat, missus, virtute Domini omnia superansillæsusexinde progreditur. Sicquetandem ad confirmandum cæteros a Domino servatus, Campaniam munitus angelico solatio pervenit. Ubi cum plurimos sive in fide roborasset, sive ad fidem Christi convertisset, vocante Domino, martyrio clarus sancto fine quievit.

A. PRIDIE NONAS JUNII (4 Junii).

- Apud Illyricum civitate Siscia, natalis S. Quirini
- Prudent. hymn. 7.

Christi, ligato ad manum molari saxo, in flumen præcipitatus est. Et cum circumstantibusdiu collocutus, ne ejus terrerentur exemplo, vix precibusu mergeretur obtinuit. Hujus reliquiæ translatæ sunt Romam, et positæ in Catacumbas.

B. NONIS JUNII. (5 Junii).

Apud Ægyptum, natalis sanctorum martyrum Mariani, Nicandri, et Apollonii quorum gesta habentur.

Eodem die natale S. Bonifacii martyris sub Diocletiano et Maximiano apud Tarsum civitatem passi, sed Romæ, in via quæ Latina nuncupatur, sepulti. Qui cum esset procurator rcrum cujusdam nobilis matronæ nomine Aglahes et cum in ea stupro misceretur, tandem utrique divino nutu compuncti, consilium habuerunt, ut ad requirendum corpora martyrum Bonifacius mitteretur, si quo modo servientes atque obsequentes eis, per eorum orationes salvari mererentur. Perveniens igitur post dies aliquot Tarsum civitatem, dicit ad eos, qui cum eo erant, Bonifacius : Viri, euntes requirite nobis hospitium, ego autem ibo videre eos, quos valde desidero, martyres certantes. Festinans itaque ad locum, videt beatissimos, alium suspensum per pedes igne subtus posito, alium in quatuor lignis extensum, et diutissime afflictum; alium ungulis exaratum; alium manibus abscisum; alium stipitem in collo habentem infixum, et a terra elevatum : et sic per sposita. Cum eminus fervens amore Christi et ipse respiceret, magnum Deum sanctorum martyrum clamare copit. Et accurrens consedit pedibus eorum deosculans vincula, et dicens: Certate, martyres Christi, calcate diabolum, modicum perseverate; parvus quidem labor, sed multa requies, et ineffabilis posmodum satietas. Aspiciens autem Simplicius judex, jussit eum applicari ad tribunal, cui et dixit : Qui es tu? Sanctus Bonifacius dixit: Christianus sum, et Bonifacius vocor. Tunc iratus judex, jussit eum suspendi, et tandiu corpus ejus ungulis radi donec ossa ejus apparerent? deinde calamos acutos sub ungulis manuum ejus affigi. Cumque sanctus Dei martyr in cœlum aspiciens alacriter dolores toleraret, videns impius judex, jussit aperiri os ejus, et plumbum bulliens infudi. Sanctus autem martyr dicebat: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, fili Dei. Deinde judex jussit afferri ollam, et eam pice impleri, atque sanctum martyrem verso capite in bullientem picem mitti. Sed cum nihil læsus esset, jussit impiusjudex, ut gladio caput e jus abscideretur. Quo facto, terræmotus magnus factus est ita ut multiinfideles virtutem Christi in martyre cernentes crederent. Conservi vero martyris Bonifacii circuibant ubique requirentes eum, et non invenientes, ad invicem dicebant :

MARTYROLOGIUM CUM ADDITAMENTIS. -- MENS JUN.

latur. Cum ergo inter se colloquerentur, contigit ut obviaret eis unus de commentariensibus, quem interrogaverunt : Vidisti aliquem virum peregrinum Romanum? Ille ait eis: Hesterno die vir peregrinus abscisus est capite in stadio. Et iterum interrogant: Qualis erat aspectus ejus? At ille dixit: Vir quadratus et crassus, robusto capillo, coccinea armelausia indutus. Et dicit eis : Ille quem quæritis, apud nos hesterno die martyrio est finitus. Aiunt illi: Homo, quem nos quærimus, adulter est et ebriosus. Dicit eis ille: Venite, videte eum. Cumque ostendisset eis corpus, et pretiosum caput ejus, dixerunt ei : Iste est quem quærimus; petimus ut des nobis eum. Qui respondit : Ego gratis corpus ejus dare vobis non possum. Illi autem dantes ei solidos quingentos, acceperunt corpus sancti martyris, et B ungentes aromatibus, involventes que linteaminibus pretiosis, posuerunt illud in basterna, et sic revertebantur gaudentes et glorificantes Deum. Angelus autem Domini apparens dominæ quondam ipsius, rem factam beati martyris indicavit. Quæ confestim cum omni veneratione obviavit sancto corpori, et ædificans ei domum dignam, reposuit illud in ea, ab urbe Roma stadiorum quinque. Martyrizatus est autem sanctus martyr Bonifacius quarto decimo die mensis Maii apud Tarsum metropolim Ciliciæ, et sepultus est Romæ Nonis Junii. Beata vero Aglahes abrenuntiavit mundo et pompis ejus, distribuens universa quæ possidebat egenis ac monasteriis, relaxans universam familiam suam a jugo servitutis, et tantam gratiam a Domino promeruit ut in ejus no- C mine virtutum signis claresceret. Supervixit autem inhabitu sanctimoniali annos tredecim, et sepulta est apud præfatum martyrem, operibus pils consummata.

Eodem die, sancti Bonifacii qui de Britanniis veniens, et fidem Christi gentibus evangelizans, cum maximam multitudinem in Frisia Christianæ religioni subjugasset, novissime a paganis, qui supererant, gladio peremptus, martyrium consummavit cum Eoban coepiscopo, et aliis servis Dei.

C. VIII IDUS JUNII.

(6 Junii.)

• Sancti Philippi diaconi qui fuit unus de septem. Eodem die apud Tarsum Ciliciæ, martyrum viginti, sub judice Simplicio, temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum qui per diversa supplicia glorificaverunt Dominum in corporibus suis.

Eodem die Romæ natale sancti Artemii cum uxore sua Candida, et filia Paulina. Hic Artemius cum esset custos carceris, et clausum teneret beatum Petrum exorcistam in custodia, essetque illi filia unica dæmonio vexata, beati Petri precibus mox ut sanata est, Christo cum uxore pariter et eadem filia

Ille modo in adulterio, aut in taberna positus epulatur. Cum ergo inter se colloquerentur, contigit ut obviaret eis unus de commentariensibus, quem interrogaverunt: Vidisti aliquem virum peregrinum Romanum? Ille ait eis: Hesterno die vir peregrinus abscisus est capite in stadio. Et iterum interrogant: Qualis erat aspectus ejus? At ille dixit: Vir quadratus et crassus, robusto capillo, coccinea armelausia indutus. Et dicit eis: Ille quem quæritis, apud nos hesterno die martyrio est finitus. Aiunt illi:

D. VII IDUS JUNII.

(7 Junii.)

Constantinopoli, natalis sancti Pauli, ejusdem civitatis episcopi, qui tempore Arianæ perfidiæ, a Constantino imperatore, apud civitatulam quamdam Cappadociæ, Cucusam nomine, ob catholicam fidem pulsus exsilio, Arianorum insidiis crudeliter strangulatus, ad cœlestia regna migravit.

In Cæsarea Cappadociæ, natalis sancti Luciani martyris.

E. VI IDUS JUNII.

(8 Junii.)

In Galliis Suessionis civitate, natalis sancti Medardi episcopi et confessoris.

Andegavis, sancti Lucinii episcopi, et confessoris. Item eodem die, sancti sancti Carilefi confessoris.

F. V IDUS JUNII.

(9 Junii.)

Romæ in monte Cælio, natale sanctorum Primi et Feliciani sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus. Qui gloriosissimi martyres in Domino semper viventes, a pontificibus templorum apud imperatores, quod Christiani essent, accusati sunt et inquisiti. Erant enim cives Romani, adductique sunt in conspectu imperatorum, et jusserunt eos ferro vinctos in carcerem recludi, ubi adfuit eis angelus Domini, qui eos consolaretur. Post aliquot vero dies jusserunt eosimperatores suis aspectibus præsentari, et jusserunt militibus, ut ducerent eos ad fanum Herculis et si sacrificare nollent, fortiter eos pœnis affligerent. Verum cum nulla possent eos ratione movere, sed pro Christi nomine optarent magis mori, extenderunt eos milites, et virgis fortiter mactaverunt. Et cum renuntiassent imperatoribus milites quæ gesta sunt, irati valde jusserunt eos tradi Promoto præsidi civitatis Numentanæ, ut diversis pœnis eos interficeret. Et accipientes eos milites, duxerunt in viam, quæ dicitur Numentana, milliario decimo tertio ferro vinctos et miserunt eos in carcerem juxta forum civitatis, ubi iterum angelica visitatione relevantur. Post multum vero temporis jussit sibi Promotus præses in foro civitatis tribunal præparari. Et cum intromissi fuissent Primus et Felicianus, et jubente præside fuissent post responsionem ab invicem separati, primo beatum Felicianum jussit præses cum plumbatis cædi, dicensei: Ut quid non

• Vide libellum de Festivitat. Aug. lib. xx11 de Civ. Dei, cap. 8. De his in gestis sancti Marcellini et Petri, 2 Junii.

deponis istam insaniam pectoris tui, ut eligas dies A pore quidam Vincentius nomine, nummorum arcabonos et jucundos, et diversis tormentis corpus tuum non maceretur? Beatus Felicianus dixit: Octoginta annos vitæ habeo, suntque anni triginta quod agnovi veritatem Dei, et nihil de blandimentis hujus mundi cogitans, elegi servire Creatori meo, æterno omnipotenti Deo. Tunc præses jussit eum ligari ad stipitem, et aculeos in manibus ejus ac pedibus figi, et diu torqueri. Et per tres dies neque aqua, neque ullum genus cibi ei ministratum est. Cumque per triduum continuo maneret in Dei laudibus, jussit eum præses flagellis cædi; et de stipite sic deponi, et in custodia recludi; ac postmodum applicari sibi sanctum Primum. Quem validissimis fustibus cæsum, deinde in equuleo levatum, lampades circa latera ejus jussit apponi, et depositum de equuleo, B sus ad sanctum Getulium, Licinius dixit : Sacrifica præcepit reliquari plumbum super beatum martyrem extensum, et bulliens in os ejus infundi. Tunc fecit præsentem esse beatum Felicianum.Sed cum in victissimi persisterent sancti martyres, angustiatus præses jussit eos ad amphitheatrum duci, et duos leones eis dimitti. Quibus ad pedes sanctorum ruentibus, laxati sunt et ursi ferocissimi : sed et ipsi martyrum virtute sævitiam perdiderunt. Quod videntes hi qui ad spectaculum venerant, pene mille quingenti viri miraculis perculsi, crediderunt in Domino Jesu Christo. Verum præses cum insuperabiles eos cerneret, gladio animadverti præcepit. Quorum corpora noctu a Christianis fidelibus rapta, sepulta sunt ad Arcus Numentanos, intra arenarium, quinto Idus Junii, ab urbe Roma milliario 👩 lio suo, in Arenario loco et oppido supra nominato. quartodecimo.

In Galliis, civitate Aginno, loco Pompciano, passio sancti Vincentii levitæ et martyris.

G. IV IDUS JUNII.

(10 Jun.)

Romæ via Aurelia, milliario decimo tertio, natalis sanctorum Basilidis, Tripodis, et Mandelis, sub Aureliano imperatore, præside Platone, et aliorum viginti martyrum.

Eodem die natale beati Getulii martyris, tempore Adriani imperatoribus, sub judice Licinio. Hic in omni lege divina erat doctissimus, et per ejus doctrinam multi in fide Christi erudiebantur. Cujus famam Adrianus imperator audiens, direxit Cerealemvicarium ad tenendum eum. Qui veniens, sanctum Getulium sedentem, et docentem multos reperit. Fuerat autem idem Cerealis in conspectu Adriani cum fratre beati Getulii Amantio acceptus, Amantius vero tribunus, ob metum Adriani absconsus latebat, quem Cereali beatus Getulius declaravit. Ille, eo viso, gavisus est valde, et instructus diligenter de Domino Jesu ab eis, cum jam fideliter crederet, venerunt ad urbem Romam, et accersito beato Sixto episcopo, assignaverunt ei locum ubi baptizaretur. Quem beatus Sixtus vere Christianam fidem amantem baptizavit. Eodem tem-

• Vide libellum de Fest. Apost.

rius, comperiens vicarium Cerealem Christianumiratus valde nuntiavit hoc Adriano. Qui mox Licinium consularem direxit, ut teneret Cerealem : qui, si immolare nollet, incendio cremaretur. Cum quo beatus Getulius, et Amantius, et Primitivus tenti sunt. Licinius consularis Cereali vicario dixit : Sic desperasti de vita tua, ut præcepta principum, qui dominantur in universo mundo contemnere videaris? Cui beatus Cerealis : Et thesauros publicos declinatione perfecta tradidi in publicum, et Domino Jesu Christo servire promitto, et via æternam me frui credo. Licinius dixit : Si desideras vivere, an mori. dicito. Cui beatus Cerealis : Ego si non desiderarem vivere, Christum non confiterer. Tunc converdeo Jovi et Marti. Cujus verba risit beatus martyr. Licinius vero accensus ira, jussit eos exspoliari, et cædi, deinde in carcerem diebus viginti septem recludi. Et veniens Romam, Adriano de eis iterum innotuit : quijussit cos incendio tradi. Sanctusvero Getulius cum igne superviveret, fustibus illiso capite martyrium complevit. Consummati sunt benti martyres in fundo Capreolis, via Salaria, ab urbe Roma plus minus milliario decimo tertio, supra fluvium Tiberim, et in partes Aviniensium [al. in parte Sabinensium]. Quorum corpora collegit beata Symphorosa, uxor beati Getulii martyris. Quæ non longe post cum septem suis filiis martyrizavit, videlicet vigesimo septimo die mensis Junii. Et sepultaest in præ-

A. III IDUS JUNII.

(11 Jun.)

Natalis sancti Barnabæ apostoli, cujus corpus tempore Zenonis imperatoris ipso revelante repertum est.

Eodem die apud Corinthum, sancti Sosthenis, discipuli sancti Pauli apostoli.

Apud Aquileiam, natale sanctorum martyrum Felicis et Fortunati, sub persecutione Diocletiani et Maximiani imperatorum, præside Euphemio. Qui cum essent germani fratres fide Christi ferventes, deferente Apamio, qui erat unus ex officio præsidis, vinci ferro, Aquileiam judici Euphemio perducuntur. Ubi cum Christum constantissime faterentur, abirato judice primum in equuleo sunt suspensi, ardentibus lampadibus circa latera appositis, sed mox psallentibus martyribus exstinctis, inde per ventrem ferventi oleo superfusi, ad ultimum, cum in confessione Christi durarent, foras civitatem ducti, ad fluvium qui civitati adjacet, capite truncantur. Inde nocle a religiosis viris ejusdem urbis Aquileiæ sub aromatibus et linteaminibus involuti, ablati sunt atque sepulti. At cives Vicetiæ supervenientes, eorum corpora perducere ad suam civitatem meditabantur. Non permittentibus autem Aquileensibus, et multum renitentibus, tandem pia contentio ita finita est nutu

divino, ut Felicem Vicetini, Fortunatum haberent A eam in tenebroso claudi cubiculo, sine cibo, per Aquileienses : ita tamen, ut caput beati Felicis Aquileia, caput vero Fortunati Vicetia sortiretur. Quod factum in laudem Domini nostri Jesu Christi usque hodie permanet.

B. PRIDIE IDUS JUNII. (12 Jun.)

Mediolani natale sanctorum martyrum Nazarii et Celsi pueri. Beati Nazarii pater Africanus, mater vero Perpetua, beato Petro apostolo baptizati : ipse vero sanctus Nazarius a sancto Clemente instructus et baptizatus est. Quem Anolinus sub rabie persecutionis quæ per Neronem excitata est, diu maceratum et afflictum in carcere, et cum eo beatissimum Celsum puerum, quem idem ipse nutrierat, gladio feriri lendas Augusti sepelierunt foris portam, quæ dicitur Romana, in propriis hortis. Revelabant autem se beatissimi martyres cuidam Ceratio nomine, cui uxor Fortunata, et per visum monuerant se occultari propter rabiem persecutionis quam Nero impius excitaverat. Latuerunt vero usque ad tempora llonorii et Arcadii imperatorum. Quos beatus Ambrosius Domino revelante reperit. Patefacto autem sepulcro in quo jacebat corpus sancti Nazarii (qui quando passus fuerit, ut scribit sanctus Paulinus, usque tunc temporis ignorabatur), vider unt sanguinem martyris ita recentem qui præsentes erant, quasi eodem die fuisset effusus. Caput etiam ipsius, quod ab impiis fuerat abscissum, ita integrum atque incorruptum, cum pilis capitis et barba, ut videretur eo tempore, C quo levabatur, lotum, atque in sepulcro compositum. Etiam odore tanto repleti sunt, ut omnium aromatum vinceret suavitatem. Quo levato, et lectica composito, statim ad sanctum Celsum martyrem, qui in eodem borto positus erat, ad orationem sanctus episcopus perrexit, et transtulit ad basilicam Apostololorum quæ est in Romana. Inventi autem et translati sunt pridie Idus Junii; festivitas vero agitur de martyrio, quinto Kal. Augusti. Commemoratio etiam eorum publica et celebris in die sanctorum Gervasii et Protasii a fidelibus populis frequentatur, et venerabiliter excolitur.

Item beati Basilidis, Cyrini, Naboris.

Sed et Nazarii et Celsi, quos duos passos fuisse apud Ebredunensem urbem, antiquitas memorando celebrat.

C. IDIBUS JUNII.

(13 Jun.)

Romæ natalis sanctæ Feliculæ • virginiset martyris. Quam cum Flaccus comes post excessum Petronillæ vellet ducere uxorem, atque ad terrendum proposuisset ei, dicens : Unum tibi e duobus elige, aut esto uxor mea, aut diis sacrifica, responsum ab ea accepit : Nec uxor tua ero, quia Christo sacrala sum; nec diis tuis sacrificabo, quia Christiana som. Tunc Flaccus tradidit eam vicario, qui fecit

• De hac in gestis Nerei et Achillei xxn Maii.

septem dies. Inde perseverantem in confessione Christicum ejecissent, duxerunt eam ad virgines Vestæ, ibique per alteros septem dies, sine cibo permansit, eo quod nulla ratione de earum manibus cibum pateretur accipere. Post hoc levata in equuleum clamabat, dicens: Modo cœpi videre amatorem meum, in quo amor meus fixus est. Cumque ei tortores dicerent: Nega te Christianam, et dimitteris, illa clamabat: Ego non negabo amatorem meum Christum, qui propter me felle cibatus, et aceto potatus, spinis coronatus, et crucifixus est. Post hæc deposita est, et præcipitata in cloacam. Sanctus autem Nicomedes presbyter in speculis positus, occulte levavit eam, et per noctem in birote perduxit ad casellam suam, jussit. Quorum corpora Christiani furati, quinto Ka- 🖪 septimo ab urbe milliario, via Ardentina, ibique eam sepelivit.

D. XVIII KALEND. JULII.

(14 Jun.)

Elisei prophetæ, quid apud Samariam Palestinæ, quæ postea Sebastea, id est Augusta, in honorem Augusti ab Herode vocari cœpit, situs est. Ubi et Abdias propheta requiescit, et quo major internatos mulierum non fuit Joanne Baptista. Ubi ad sepulcra sanctorum tam tremenda fiunt miracula, ut variis illic dæmones rugiant cruciatibus, et homines ab eis obsessi audiantur ululari luporum vocibus, latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentium, mugire taurorum. Cernuntur alii rotare cespite, et post tergum terra verticem tangere, suspensisque pedibus feminis vestes non defluere in faciem. Ubi etiam in monte vicino duæ visuntur speluncæ, in quibus persecutionis et famis tempore, Abdias centum prophetas aluit pane et aqua (III Reg. xvm). Scribit beatus Hieronymus in libro de Vita sanctæ Paulæ.

Suessionis civitate, passio sanctorum martyrum Valerii et Rufini.

b Apud Cæsaream Cappadociæ, sancti Basilii episcopi fratris Gregorii et Petri. Qui cum esset omnibus virtutibus fundatus, et quodam tempore a Valente imperatore in exsilium pro fide cogeretur : exhibitus ad tribunal præfecti, terroribusque (utilli moris est potestati) et minis maximis agi cœpit : et nisi præceptis principis obediret, interitum sibi lamiamque speraret impendere. Tunc ille intrepidus et absque ulla animi perturbatione hæc sibi minitanti præfecto respondisse fertur : Atque utinam aliquid mihi esset digni muneris quod offerrem huic, qui maturius Basilium de nodo follis hujus absolveret. Cumque daretur ei nox, quæ erat medía, ad spatium deliberandi : respondisse denuo perhibetur: Ego crastino ipse ero qui nunc, tu te utinam non mutares. Et illa quidem nocte uxor imperatoris velut tortoribus tradita cruciatur. Filius vero, qui eis erat unicus, exstinctus, paternæimpietatis solvit suppHcia. Ita ut ante lucem missi, qui rogarent Basilium ut precibus suis intercederet pro eis, ne etiam ipsi et

^b Hieron. epist. 27. ad Eust.

quidem multo justius interirent. Sic accidit, ut cum A accepit : deinde pariter clavis confixi, evulsis oculis omnes catholicos expulerit Valens, Basilius usque ad vitæ exitum intemerato communionis sacramento in Ecclesia perduravit.

Viennæ, sancti Etherii episcopi.

E. XVII KALEND. JULII.

(15 Jun.)

Apud Siciliam, natale sanctorum martyrum Viti, Modesti, et Crescentiæ. Qui beatus Vitus in puerili ætate virtutibus maturus, primum a patre suo sacrilego Hila, ut a cultura Dei recederet, tentatus est; deinde a Valeriano judice · catomis cæsus in confessione permansit. Inde redditus patri. At cum pœnis affligere illum pater meditaretur, monitu angeli navem conscendens, comitantibus se Modesto et Crescentia nutritoribus, ad Tanagritanum territo-B rium devenit. Inde propter filiam Diocletiani imperatoris a dæmonio vexatam quæsitus, et adductus ad Diocletianum, ipsam ejus filiam oratione curavit. Sed cummultis donis promissis ei impius imperator suadere vellet ut culturam diis impenderet, ejusque animum de bono proposito mutare non posset, arctissimis vinculis ferreis astrictum, in carcerem teterrimum induci jussit, et cum eo pariter Modestum atque Crescentiam. Deinde circumstante populo in amphitheatro sistuntur. Quos Diocletianus in ollam resina et pice succensam, et plumbo soluto fervefactam, jactari præcepit. Ubi sancti martyres psallentes in modum trium puerorum (Dan. III) hymnum Deo dicebant. Et egressi illæso vultu dé olla, dimissus est eis leo ferocissimus. Qui mox ad C pedes eorum cecidit, et lingua sua pedes martyrum lingere cœpit. Ad ultimum victus per omnia sacrilegus imperator, simul et videns multitudinem populi miraculo perculsam, ad Christum verum Deum conversam, catastam parari jussil, et servos Dei superextendi. Cumque cæderentur martyres Dei, ossague discinderentur, tonitruum magnum factum est, coruscationes, atque tam magnus terræmotus, ut templa deorum corruerent, et multos opprimerent. Florentia vero femina illustrissima, corpora sanctorum collegit, et in loco, qui dicitur Marianus, condita aromatibus sepelivit.

Eodem die apud Mæsiam civitate Dorostoro, sancti Esychii militaris, qui cum beato Julio comprehensus, sub præside Maximiano, postea martyrio D coronalus est.

F. XVI KALENDAS JULII.

(16 Jun.)

Apud Antiochiam, natalis sanctorum martyrum Cyrici et Julittæ matris ejus, quorum prior post dira verbera etiam calicem cum aceto et sinapi in os

• Catomis cædi. Infra xviii Novembris, catomo suspendi. Existimo catomis et catomo adverbialiter usurpata. Nihil enim est aliud quam suspendi vel cædi capite deorsum : quod fiebat maxime in pueris, cum ex alterius humeris, erectis in altum pedibus suspendebantur : quod et viris et feminis quandoque ignominiæ causa factum. Acta S. Afræ v Aug. Catomis nudam te cædi jubebo, quod inepte Scaliger in carcerem trusi sunt. Post hæc decalvati et excoriati, super carbones in lecto æreo assati sunt. Ad ultimum serris attriti, amputatis linguis, martyrii sui cursum obtruncatione capitis impleverunt. Passi sunt cum eis et alii quadringenti quatuor.

Apud urbem Visontionensem, sanctorum martyrum Ferreoli presbyteri et Ferrutioni diaconi, qui a beato Irenzo Lugdunensi episcopo et martyre ad prædicandum verbum Dei missi, sub Claudio judice ad trochleas extensi et flagellati, deinde in carcerem reclusi, et mane amputatis linguis prædicabant verbum Dei. Post hæc subulæ triginta utrisque infixæ manibus et pedibus et pectore : ad ultimum gladio feriuntur.

Civitate Nannetis, sancti Similiani episcopi et confessoris.

Lugduni, depositio sancti Aureliani episcopi Arelatensis.

F. XV KALENDAS JULII.

(16 Jun.)

Romæ, sanctorum Martyrum ducentorum sexaginta duorum, qui positi sunt via Salaria veteri, ad clivum Cucumeris.

Eodem die sancti Wultmari confessoris, admirandæ sanctitatis et religionis viri.

A. XIV KALEND. JULII. (18 Jun.)

Romæ via Ardeatina, natalis sanctorum martvrum Marci et Marcelliani, ^b præclarissimi generis, Tranquillini et Marciæ filiorum, qui primo carcerem pro fide passi, postmodum a Fabiano duce tenti, ad stipitem ligati, in pedibus clavos acutos acceperunt. Quibus cum diceret insanus Judex : Infelices ac miseri, deponite amentiam, et liberate vosmetipsos a cruciatibus imminentibus, responderunt: Nunquam tam bene epulati sumus, modo cœpimus esse fixi in amore Christi : utinam nos sic esse, sicut sumus, tandiu permittas, quandiu hujus regimur corporis indumento. Cumque transisset una dies et una nox, et illi in psalmis et hymnis laudantes Christum perseverarent lanceis per latera transfixi, cum gloria martyrii ad sidera regna migraverunt.

B. XIII KALEND. JULII.

(19 Jun.)

Mediolani, natalis sanctorum Gervasii et Protasii martyrum. Qui beatissimi cum per decem annos in uno cœnaculo conclusi lectionibus et orationibus atque jejuniis vacassent, undecimo ad palmam martyrii pervenerunt. Tenti ab Astasio comite, qui primum tam diu jussit plumbatis contundi, quam diu exhalaret spiritum; sequentem vero, id est Prota-

ad Manilii librum vinterpretatur, nudatam in cervice plumbatis crdi. Victor lib, 1 Persecut Wandal. : Quodam tempore venerabilem senem in publica facie catomis cæciderunt. » Aristoph. in Irene et Acharn. dicitur zatwzapa. Joseph lib. v, c. 10 Antiq. Judaic. xarouadóv.

^b De his in gestis sancti Sebastiani 20 Janu.

в

sum, fustibus cæsum capite truncari. Quorum cor-A pora Philippus vir religiosus una cum filio suo furtim abstulit, et in domo sua, in arca marmorea sepelivit. Quorum sepulcra multo post tempore Theodosio imperante, Domino revelante, beatus Ambrosius reperit. Et ita incorrupta eorum corpora, ac si eodem die martyres fuissent interempti. Quæcum in urbem introducerentur, quidam diu cæcus feretri tactu lumen recepit.

Apud Ravennam, sancti Ursicini martyris^a, qui sub judice Paulino post nimia tormenta in confessione Domini immobilis permanens, capitis abscisione martyrium consummavit. Sepultusque est in eadem urbe a beato Vitale, patre sanctorum Gervasii ac Protasii.

B. XII KALEND. JULII. (20 Jun.)

Romæ, natale sancti Novati fratris Timothei presbyteri, qui a beatis apostolis eruditi sunt. De quo Novato scribit Pastor in gestis Pudentianæet Praxedis virginum ad prædictum Timotheum germanum ejus. Venerabilis, inquit, virgo Praxedis post transitum germanæ suæ Potentianæ^b, valde afflicta erat. Ad guam consolandam veniebant multi nobiles Christiani, simul cum sancto Pio episcopo, inter quos germanus vester Novatus, et qui est frater noster in Domino, quique multos Christianos pauperes donis suis reficiebat, et vos frequenter cum beatissimo Pioepiscopo ad altare Dominicommemorabat. Post annum vero et dies viginti octo, ægritudine detentus est idem Novatus, et absens erat a conspectu virginibus Christianis una cum virgine, requiritur Novatus vir Dei. Et dum auditum fuisset, quia ægritudine detinebatur, contristati sumus omnes: beati Praxedis dixit ad Patrem nostrum sanctum Pium : Jubeat sanctitas vestra, ut eamus ad eum, et visitatione nostra una cum orationibus vestris salvabitur. Et facta constitutione, nocte una cum Pio episcopo et virgine Domini perreximus ad virum Dei Novatum. Cumque audisset vir Dei Novatus, omnes congregatos ad se venisse gratias cœpit agere Deo, quia meruit a sancto pio episcopo et virgine Domini, una cum nostra devotione visitari. Et fuimus in domo ejus diebus ac noctibus octo. Factumque est ut tertio decimo die ipse Novatus vir Dei transiret ad Dominum regni cœlestis gloriam percepturus.

D. XI KALEND. JULII. (21 Jun.)

Apud Siciliam, civitate Syracusis, natalis sanctorum martyrum Rufini et Marciæ.

Romæ, sanctæ Demetriæ virginis, quæ fuit beati Fausti filia. Hæc cum ante impium Ju'ianum pro fide Christi introduceretur, in confessione spiritum emisit. Sepulta a beato Joanne presbytero juxta matrem suam sanctam Daphrosam, et sororem Jovianam, juxta palatium Lucianum.

• Ambr. serm. 71, et l. x, epist. 83.

^b Al. Pudentianæ, vide 19 Maii.

° Gennad. de Viris illust. cap. 22.

E. X KALEND. JULII. (22 Jun.)

In Britannia, natale sancti Albini martyris, qui tempore Diocletiani in Verelamio civitate, post verbera et tormenta acerba, capite plexus est : sed illo in terram cadente, oculi ejus, qui cum percussit, pariter in terram ceciderunt. Passus est cum eo etiam unus de militibus, eo quod eum ferire jussus, noluerit, divino utique perterritus miraculo, quia viderat beatum martyrem sibi, dum ad coronam martyrii properaret, alveum amnisinterpositi orando transmeabilem reddidisse. Quo in tempore, persecutio crudelis, Oceani limbum transgressa, etiam Aaron et Julium Britanniæ, cum aliis pluribus viris ac feminis, felici cruore damnavit.

Item in civitate Nola Campaniæ natalis sancti Paulini ° episcopi et confessoris, qui se temporibus Wandalorum pro filio cujusdam viduæ in servitutem tradens, et terribili visione regi eorum quis esset agnitus, reddita sibi omni captivitate civitatis suæ, et oneratis frumento navibus, cum ingenti gloria ex Africa ad propriam sedem reversus est. Claruit autem non solum eruditione, et copiosa vitæ sanctitate, sed etiam potentia adversus dæmones.

Ipso die, depositio beati Niceæ Romatianæ civitatis episcopi.

Vigilia S. Joannis Baptistæ.

est idem Novatus, et absens erat a conspectu virginis Praxedis. Pio autem episcopo cogitante de omnibus Christianis una cum virgine, requiritur Novatus vir Dei. Et dum auditum fuisset, quia ægritudine detinebatur, contristati sumus omnes: beati

> Apud Britanniam, sanctæ Edeltrudis virginis et reginæ, cujus corpus cum annis undecim esset sepultum, incorruptum inventum est.

> > G. VIII KALEND. JULII. (24 Jun.)

Nativitas præcursoris Domini^d.

A. VII KALEND. JULII.

(25 Jun.)

Apud Pyrrhiberœam, sancti Sosipatris • discipuli sancti Pauli apostoli.

D Item apud Alexandriam, natale sancti Gallicani martyris. Qui cum triumphalibus infulis sublimatus acceptus esset Augusto Constantino et charissimus, filiam ejus sacratissimam virginem Constantiam sibi poscebat uxorem. Constantinus vero Augustus contristari cœpit sciens filiam suam positam in sancto proposito facilius occidi posse, quam vinci. Quæ cum patris sollicitudinem studio sanctitatis conaretur excludere, certa de Deo, dixit patri : Depone omnem sollicitudinem tuam, et te daturum illi conjugem repromitte, ut si Scytharum superaverit gentem, victor

^d Vide lib. de Fest. Apost.

• Act. xx, Rom. xvi. De eo in Gestis Joan. et Pauli. 26 Jun. sicut virgo disposuit ; et veluti subarrationis loco dantur duo fratres eunuchi Joannes et Paulus ex latere Augustæ Gallicano, et duæ sorores, Gallicani filiæ, Attica et Artemia ipsi Augustæ traduntur: quas virgo ad Dominum convertit. Igitur Gallicanus a Scythea gente in Thraciarum Philippopoli urbe conclusus.metuensconfligere cum eis, quod exigua illi esset militum manus, hostium vero esset innumerabilis multitudo, insistebat sacrificiis, et Martianas victimas offerebat. Quid multa? Ad ultimum crevit obsidio, et universi tribuni ejus ac milites se hostibus tradiderunt. Cumque cuperet fugiendi aditum reperire, Paulus et Joannes, ex quibus præpositus unus, alter primicerius erat Constantiæ Augustæ, dixerunt Christianus flas et eris victor melius quam fuisti. Mox ut votum ore prolatum est, apparuit illi juvenis statura excelsus, ferens in humeris crucem, dicens: Sume gladium tuum, et sequere me. Quem dum sequeretur, apparuerunt ei hinc et inde milites armati, confirmantes eum, dicentes : Nos tibi præbemus officium, tu ingredere hostium castra, et dextra lævaque gladium tenens evaginatum, respice quousque pervenias ad regem ipsorum. Quo cum pervenisset cum eis prostratus rex pedibus ipsius, postulavit nullum penitus ex suis occidi gladio. Quod Gallicanus nec fecit, nec jussit ita universæ Thraciæ liberatæ, et gens Scytharum tributaria facta est. Ipse vero ita Deo se devovit, ut etiam conjugio se promiserit abstinere. Revertens itaque Gallicanus, non prius C ingressus est Romam, quam ad sacra beati Petri apostoli limina perrexisset. Constantinus vero imperator misit se in amplexus ejus postquam cognovit omnia quæ Christi pietate circa illum perfecta sunt. referensei universa quæ gesta sunt circa filias ejus. quomodo sunt virgines Christo utiliter consecratæ. Tunc cum Augusto intrante palatium Gallicano, occurrit Helena cum filia Constantia, et filiabus ipsius Gallicani. Fundebantur lacrymæ gaudiis plenæ. Qui cum vellet privatus abscedere, rogatus ab Augusto consul processit : et in fascibus positus, quinque millia servorum liberos cives que Romanos fecit. Quibus prædia domosque donavit : cunctasque facultates suas, excepto jure filiarum, distrahi ac donari pauperibus jussit. Et se in Ostiensi urbe manenti cuidam sancto viro, Hilarino nomine, sociavit. Cujus D habitaculum ampliari fecit ad peregrinorum susceptionem, quam ipse plurimis impendebat. Huic adhæserunt multi ex servis suis, quos liberos fecit. Et divulgata est fama ejus per totum orbem, ita ut ab Oriente et Occidente venientes. viderent virum ex patricio, ex consule, qui erat amicissimus Augusto, lavantem pedes, ponentem memsam, aquam manibus effundentem, languentibus sollicite ministrantem, et exhibentem cætera sanctæ servitutis officia. Hic primus in Ostiensi urbe exstruxit ecclesiam et ditavit officia clericorum. Huic se sanctus Levita Laurentius revelavit, adhortans

simul et conjugem me accipiat. Facta sunt omnia A eum, utin ejus nomine ecclesiam fabricaret in porta. quæ nunc usque Laurentia nuncupatur. Rogatus autem ut ibi levaretur episcopus non consensit, sed ex sua voluntate ipse qui ordinaretur elegit. Tantam namque ei gratiam contulit Deus, ut dæmonibus pleni, mox ut visi fuissent ab oculis ejus, protinus mundarentur : multaque in eo erant sanctitatis insignia. Sed cum a Constantio Julianus Cæsar factus esset, dedit legem ut Christiani nihil in hoc seculo possiderent.Tunc Gallicanus habens in Ostiensi pago quatuor casas, quarum pensiones his operibus quibus diximus, ministrabat; ita habere Deum meruit defensorem ut quicunque ingrediebatur in eas malitiose aut ponere titulos fisci, aut exigere pensiones, statim a diabolo rapiebatur. Et quicunque actorum ei : Fac votum Deo cœli, quod si te liberaverit, B ejus esset exactor, leprosus flebat. Tunc interrogata dæmonia dederunt responsum, quod, nisi sacrificare coactus fuisset Gallicanus, exactores reddituum ejus ista pericula non vitarent. Et quoniam nullus audebat convenire Gallicanum de hoc scelere, mandavit ei Julianus Cæsar, dicens : Aut sacrifica diis, aut discede a finibus Italiæ. Qui statim relictis omnibus Alexandriam petiit, et ibi junctus est confessoribus Christiper continuum annum. Post etiam secessit in eremum, ibique a Raucianocomite templorum, cum cogeretur sacrificare, et contemneret, percussus gladio in corpore, Christi martyrem fecit, atque ita perrexit ad Dominum gaudens cum triumpho. Cui statim basilicam.construxerunt sui nominis : in qua exuberant beneficia martyris ex eo, et nunc usque in sæculum.

Item Romæ, sanctæ Luciæ virginis, cum aliis triginta duobus.

B. VI KAL. JULII.

(26 Jun.) Romæ, sanctorum Joanniset Pauli fratrum natale.

Quorum primus præpositus, secundus fuit primicerius Constantiæ virginis, filiæ Constantini. Qui cum omni die turmas Christianorum recrearent ex his opibus, quas sanctissima virgo Constantia reliquerat, pervenit hoc ad Julianum. Et misit qui eos convenirent, dicens debere sibi eos adhærere. Illi vero responderunt inter alia : Pro iniquitate tua destitimusatua salutatione, et a societate imperii tui nosmetipsos omnino subtraximus. Sumus enim nos non falsi, sed veri Christiani. Quibus Julianus mandavit : Considerare debetis, quia vos regia aula nutriti non debetis deesse a latere meo, ut habeam vos primos in palatio meo. Quod si contemptus a vobis fuero, necesse mihi erit agere, ut contemni non possim. Paulus et Joannes dixerunt : Non tibi facimus hanc injuriam, ut præponamus tibi qualemcumque personam; Deum tibi præponimus, qui fecit cælum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt. Et scire te volumus quia nunquam ad salutationem tuam, nunquam ad culturam tuam, nunguam ad palatium tuum veniemus. Quibus Julianus ait : Decem diebus vobis a me dantur induciæ : decima transacta Dei sponte ad me venientes : amicos vos habeam, non venientes

viri Joannes et Paulus Christianos ad se invitantes. ordinaverunt de omnibus quæ relinquere poterant, per totos decem dies incessanter die noctuque eleemosynis insistentes. Die vero undecima sunt constricti intra suam domum. Missus namque est Terentiadus compiductor ad eos cum militibus hora con andi. Qui ingressus, invenit eos orantes, et dixit eis : Dominus noster Julianus statunculum aureum Jovis ad vos misit, ut adoretis illud, et thura incendatis. Quod si non feceritis, ambo modo gladio feriemini. Non enim decet vos intra aulam nutritos, publice occidamini. Joannes et Paulus dixerunt : Julianus si tuus est Dominus, habeto partem cum eo:nobis autem dominus aliud non est, nisi unus Deus, Pater et Filius et Spiritus sanctus, quem ille negare non timuit. Et quia B semel a facie Dei projectus est, vult et alios secum in interitum devenire. Tunc Terentianus fecit fieri foveam intra domum eorum, ut sine strepitu famæ punirentur : et sic decollari, statimque involvi et reponi jussit; divulgans, quod jussu Cæsaris missi fuissent in exsilium. Statim autem ut Julianus in bello Persarum interfectus est, Joviano facto Christianissimo imperatore, apertæ sunt ecclesiæ, et cœpit religio Christiana gaudere. Dæmones autem ex obsessis corporibus intra domum Joannis et Pauli ejiciebantur, confitentes sanctam passionem eorum, ita ut unicus filius Terentiani, qui eos decollaverat. veniret intra domum sanctorum, et clamaret per os ejus dæmon, quod Paulus et Joannes incenderent eum. Tunc Terentianus veniens, prostravit se in faciem clamans, quod nesciens quid faceret homo C paganissimus, jussionem Cæsaris adimplesset. Unde factum est, ut dato nomine suo, proximo die Paschæ perciperet gratiam Christi. Et assidue orans et flens ad locum illum erat, in quo sanctorum corpora requiescunt, donec a sanctis Dei filius cjus emundaretur. Et ad ipso Terentiano descripta est passio horum martyrum. Passi sunt autem vi Kal. Julii.

C. V KAL JULII.

(27 Jun.)

Apud Galatiam, B. Crescentis, discipuli S. Pauli apostoli (II Tim. IV), qui ad Gallias transitum faciens, verbo prædicationis multos ad fidem Christi convertit, Viennæ civitate Galliarum per aliquot annos se-

cis ignominiæ causa Biothanati dicti, quod tam prompte se morti exponerent, et violenta morte e vita excederent, non naturali. Infra III Sept. Biothanata et male fica. Apud magicæ vanitatis auctores vox hæc usitata, ut ostendit Tertullian. lib. de Anima, cap 57. « Aut optimum est hic retineri, secundum Ahoros: aut pessimum, secundum Biothanatos, ut ipsis jam vocabulis utar, quibus auctrix opinionum istarum magica sonat. » Item apud Physicos. Servius, w Eneid. : « Dicunt physici, biothanatorum animas non recipi in originem suam. » Apud Genethliacos vox ea crebra. Lampridius in Heliogabalo : «Et prædictum eidem erat a sacerdotibus Syris, biothanatum se futurum. » Sic apud Julium Firmicum mors biothanata Græcis dicitur Bioláveros, et

vero, tanguam hostes publicos punio. Tunc sancti A dit, ibique Zachariam discipulum pro se episcopum ordinavit. Rediens vero ad gentem; cui specialiter fuerat episcopus datus, Galatas, usque ad beatum finem vitæ suæ in opere Domini confortavit.

> Apud Tiburtinam Italiæ suæ civitatem, natale sanctæ Symphorosæ: beati Getulii martyris uxoris, cum septem filiis, Crescente, Juliano, Nemesio, Primitivo, Justino, Stacteo, Eugenio, cum quibus simul passa est sub Adriano principe : qui ipsam Symphorosam jussit palmis cædi, deinde suspendi crinibus. Sed cum superari nullatenus posset; jussit eam alligato saxoin fluvium præcipitari. Cujus frater Eugenius curiæ principalis Tiburtinæ colligens corpus ejus sepelivit. Mane autem facto, imperator jussit septem figi stipites, ibique filios ejus ad trochlear extendi, et Crescentem in gutture transfigi, Julianum in pectore, Nemesium in corde, Primitivum in umbilico, Justinum per membra distentum scindi per singulos corporis nodos atque juncturas, Stacteum lanceis innumerabilibus, donec moreretur, in terra configi; Eugenium findi a pectore usque ad inferiores partes. Altera autem die Adrianus præcepit corpora eorum simul auferri, et projici in foveam altam. Et posuerunt pontifices sacrorum nomen loci illius: b Ad septem Biotanatos. Natale vero SS. martyrum est v Kal. Julii. Quorum corpora requiescunt via Tiburtina, milliario nono.

Eodem die Cordubæ in Hispaniis, natalis SS. Zolii et aliorum decem et novem.

Ipso die gesta Septem Dormientium.

D. IV KAL. JULII.

Vigilia apostolorum Petri et Pauli.

Ipso die, natalis S. Leonis Papæ.

• Apud Lugdunum Galliæ, natale S. Irenæi episcopi. Qui, B. Photino prope nonagenario ob Christi martyrium coronato, in locum ejus sucessit. Quem etiam constat beatissimi Polycarpi sacerdotis et martyris fuisse discipulum, et apostolicorum temporum vicinum. Postea vero persecutione Severi cum omni fere civitatis suæ populo gloriose coronatur martyrio. Sepultus est a Zacharia presbytero in crypta basilicæ beati Joannis Baptistæ sub altari. Cui ab uno latere Epipodius, ab altero Alexander martyr est tumulatus. Hujus cryptæ tam reverenda

Ado in Chron. ann. 110 Ad septem biothanatos. Christiani olim ab ethni- D ut est apud Isidorum lib. x Orig., littera B : « Biothanatus, quod est bis mortuus. » Imo a violenta morte, quam vel sibi qui conciscit, qui alias autoθάνατος vel quam quis sponte incurrit. Cassianus, collat. 11, de Discretione, cap. 5, de Herone sene, qui a diabolo deceptus se in puteum præcipitem dederat : « Quamobrem pro meritis laborum tantorum et annorum numerositate qua in eremo perduravit, ac miseratione et humanitate summa, ab bis, qui ejus compatiebantur exitio, vix a presbytero et abbate Paphnutio potuit obtineri, ut non (inter bio-thanatos reputatus) etiam memoria et oblatione pausantium judicaretur indignus.

° Pontif. c. 81. Bst leo. II. Hieron. de Script. Eccl. c. 45. et Euseb. I. v. c. 3, 4, 7, 8, 20, 26. Ruffin. Euseb. I. vi, c. 4, 5. Ruff.

⁽²⁸ Jun.)

est claritas, ut meritum martyrium signare cre-A datur.

Eodem die apud Alexandriam, sanctorum martyrum Plutarchi, Sereni, Heraclidis Herois, item Sereni, Potamiœnæ, Marcellæ, et Catechumenæ [*Rhais*] Heræ nomine, baptismum martyrii consecutæ. Inter quos præcipue emicuit Potamiœna virgo: quæ primo immensos et innumeros agones pro virginitate desudans, deinde etiam pro martyrio exquisita et inaudita tormenta perpessa, ad ultimum cum venerabili matre Marcella ignis supliciis consumpta, e terris migravit ad cœlum.

• Vide I. de Fest. apost.

E. III KAL. JULII.

Bomæ, natalis SS- Petri et Pauli.

F. PRIDIE KAL. JULII.

(30 Jun.)

b Natalis et celebratio iterum sancti Pauli apostoli.

Item natalis beatissimæ Lucinæ, discipulæ apostolorum.

Item Lemovico civitate, S. Martialis episcopi et confessoris.

b Vide I. de Fest. apost.

LITANIÆ INDICENDÆ.

MENSIS JULIUS

RABET DIES XXX; LUNA VERO, XXX.

G. KAL. JULII. (1. Jul.)

In monte Hor, depositio Aaron sacerdotis primi. Eodem die, S. Monegundis virginis.

Et in territorio Lugdunensi, loco qui Vallis Vebronna nuncupatur, depositio viri Dei, beatissimi Domitiani abbatis, qui primus illic eremiticam vitam exercuit, ut plurimos sibi in Dei servitio aggregans, monasterium instituit, magnisque virtutibus et gloriosis miraculis valde clarus, collectus est ad patres in senectute bona.

• Viennæ, B Martini, tertii ejusdem urbis episcopi, ab apostolis ad præfatam urbem missi.

A. VI NONAS JULII.

(2 Jul.)

• Romæ, in cœmeterio Damasi, natalis sancto- C rum Processi et Martiniani, qui a B. apostolis Petro et Paulo baptizati et instructi sunt, quorum passio in libello apostolorum supra notata est.

Eodem die, SS. trium militum, qui cum B. apostolo Paulo passi sunt.

Item ipso die SS. martyrum Aristonis, Crescentiani, Eutychiani, Urbani, Vitalis, Justi, Felicissimi, Felicis, Martiæ et Symphorosæ : qui omnes apud Campaniam glorioso martyrio coronati sunt.

Apud Edessam Mesopotamiæ, translatio corporis S. Thomæ apostoli.

Item ipso die apud Constantinopolim, natalis S. Eulogii.

Apud Laodiciam Syriæ, beati Anatolii episcopi. Item apud Neocæsaream Ponti, natalis sancti Gre-

Ado in Chron. an. 101.

^b Vide I. de Fest. Apost.

B gorii episcopi et martyris, beati Antenodori episcopi fratris. Qui Gregorius episcopus, doctrina et miroculis clarissimus fuit. Denique quoddam stagnum erat in Ponti regionibus situm, piscibus copiosum, ex quorum captura prædivites redditus dominis præstabantur. Ista possessio duobus fratribus sorte hæreditatis obvenerat, sed pecuniæ cupiditas, quæ pene omnium corda mortalium superat, etiam fraternam necessitudinem violavit. Cædes ac bella novebantur, humanus sanguinis pro piscibus fundebatur. Sed Dei providentia aliquando affuit: Gregorius videt prælia et mortes virorum, furentesque germanos. Cumque honore adventus sui utræque partes paulum siluissent, Nolite, inquit, o filioli, rationabiles animas pro mutis animantibus violare, fraternam pacem quæstus cupiditate dissolvere, Dei leges et naturæ pariter jura temerare : et una mecum ad oram stagni exitialis accedite, et ego jam vos per virtutem Domini ab omni certamine cruentæ contentionis absolvam.Et cum hæc dixisset, in conspectu omnium virgam quam tenebat in manu ad primas littoris undas defigit.et ipse positis genibus palmas tetendit ad cœlum, atque Dominum supplicat. Simul ut orandifinem fecit, statim se unda subducens, et cursu velociore refugiens, a conspectu superno jussa discedere, abyssis suis redditur : et arentem campum germanis jam concordibus derelinquit. Sed et in hodiernum frugum ferax esse dicitur. Iterum quodam loco ruris angusti, cum res posceret ecclesiam construi, rupes quædam vicini montis ex parte Orientis objecta ex alia vero præterfluens fluvius. spatium quantum ecclesiæ sufficeret denegabat. Et cum alius omnino non esset locus ad construendam ecclesiam, ille fide plenus pernoctasse in oratione

° Vide I. de Fest. Apost. Euseb. I. vII, c. 28. Ruffin. Hier. de Script. Eccl.

dicitur. Cumque plena fide ac devotione Dominum A deposceret, ad lucem coeuntibus populis, inventa est rupes importuna secessisse tantum, quantum spatii ad condendam quærebatur ecclesiam. Traduntur et hujus beati viri et alia quamplurima, quæ fidem et sanctitatem ipsius plurimum commendant. Sed et inter alia quæ luculentissime scripsit, etiam catholicæ fidei expositionem breviter editam dereliquit. Unus Deus Pater Verbi viventis, sap entiæ subsistentis, et virtutis suæ et figuræ, perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Dominus solus ex solo Deo figura et imago Deitatis, verbum penetrans, sapientia comprehendens omnia, et virtus qua tota creatura fieri potuit. Filius verus veri, et invisibilis ex invisibili, incorruptibilis, ex incorruptibili, immortalis ex immortali, sempiternus ex B sempiterno. Unus Spiritus sanctus ex Deo substantiam habens. Et qui per filium apparuit imago Filii perfecti perfecta, viventium causa, sanctitas, sanctificationis præstatrix, per quem Deus solus super omnia et in omnibus cognoscitur, et Filius per omnes. Trinitas perfecta, majestate, et sempiternitate, et regno minime dividitur neque abalienatur. Igitur neque factum quid, aut serviens in Trinitate, neque superinductum tanquam antehoc quidem non subsistens, et quasi postea sureringressum. Neque ita defuit unquam Filius Patri, neque Filio Spiritus sanctus, sed inconvertibilis et immutabilis eadem Trinitas semper manet.

C. IV NONAS JULII.

(4 Jul.)

Oseæ et Aggæi prophetarum.

^a Turonis, translatio sancti Martini episcopi, et ordinatio episcopatus ejus, et dedicatio basilicæ ipsius.

Eodem die, in Africa, natalis S. Jucundiani martyris in mare mersi.

Et in territorio Bituricæ civitatis, vico Justino, natalis S. Lauriani martyris : cujus caput H.spalim ad Hispanias deportatum est.

Apud Syrmium, SS. martyrum Innocent. et Sabbatiæ, cum aliis triginta.

D. III NONAS JULII.

(5 Jul.)

virtutibus suis multa incolis beneficia præstat.

^b Item Romæ, natalis sanctæ Zoæ uxoris beati Nicostrati martyris, quæ dum ad confessionem beati Petri apostoli oraret, a paganis arctata, ducta est ad patronum regionis Naumachiæ : a quo primum in custodiam obscurissimam trusa, et per dies sex omni solatio lucis et victus fraudata, septimo demum die a collo et a capillis in corpore suspensa, adhibito subter horribili fumo, in confessione Domini emisit spiritum.

* Greg. Tur. l. II Hist. Franc., c. 14.

^b De hac in gestis S. Sebast., 20 Jan.

E. PRIDIE NONAS JULII.

(6 Julii.)

Natalis Isaiæ et Joel prophetarum. Et Octavæ apostolorum.

Et primus beati apostoli Pauli ingressus in urbem Romam, anno secundo Neronis imperii. Qui cum jam hæc loca et has provincias prædicando perlustrasset, ab Antiochia ipse cum Barnaba præmissus a Spiritu sancto postquam jam in Arabia et Cilicia verbum Dei, aliisque provinciis annuntiaverat, pervenit Seleuci m, Cyprum, Salaminam, Paphos, Pergen Pamphyliæ, Antiochiam quæ est Pisidiæ, Iconium, indead civitates Lycaoniæ, Lystram, Derben, et universam in circuitu regionem. Inde revertentes Antiochiam Pisidiæ, devenerunt Pergen Pamphyliæ. Hinc Antiochiam, unde missi fuerant, revertuntur. Inde propter quæstionem circumcisionis in gentibus Hierosolymam proficiscuntur. Deinde rursus Antiochiam redeunt. Unde cum inter eos dissensio propter Joannem, qui Marcus cognominatus est, accidisset, solus Paulus, assumpto Silea, a fratribus gratiæ Dei traditus, has regiones et insulas peragravit prædicans, Syriam, Ciliciam, Derben, Lystram, Phrygiam, et Galatiam regionem, Mysiam, Troadam, Macedoniam, Samothraciam, Neapolim, Philippos, Amphipolim, Apolloniam, Thessalonicem. Beroen, Athenas, Corinthum. Et inde navigavit in Syriam, et venit Ephesum, et inde Cæsarcam et Antiochiam, et Galatiæ regionem, et Phrygiam. Hinc cum vellet ire Hierosolym m, dixit ei Spiritus C sanctus ut reverteretur in Asiam. Et cum peragrasset superiores partes, E; hesum venit. Hinc profectusest in Macedoniam, et accessit Philippos, Troadam, Asson, Mitilenem et contra Chium, Samon, Trogylion ° Miletum, Coum, Rhodum, Pataram. Et inde. visa Cypro et relicta ea ad sinistram, transfretavit in Syriam. Et inde venit Tyrum, Ptolemaidem, Cæsaream, Ilierusalem. Ibi ligatur a Judæis, et traditur gentibus. Et inde destinatur ad Felicem præsidem Cæsareæ^d. Hinc cum appellasset Cæsarem, Romam ad eumdem Cæsarem, quem appellavit, mittitur, et enavigavit Sidonem, Cyprum, cui juxta erat civitas Thalassa in insula Mitilene, Syracusas, Rhegium Putcoleos, Romam : et biennio in libera manens custodia, post hæc ad prædicandum dimit-Apud Syriam, natalis S. Domitii martyris, qui D titur. Quo tempore credibile est eum ad Hispanias perrexisse, necdum Nerone in tanta erumpente scelera quanta de eo narrant historiæ.

> Romæ, natalis sancti Tranquillini, patris martyrum Marci et Marcelliani, qui ad prædicationem beati Sebastiani credens in Dominum Jesum Christum; die Octavarum apostolorum, dum ad B. Pauli confessionem oraret, tentus a paganis, lapidatus, ac martyrium consummavit.

> Eodem die, depositio beatissimi Goaris confessoris.

° Est in Græco: deest textui Latino.

^d De eo in gestis sancti Sebastiani, 20 Jan.

F. NONIS JULII (7 Julii.)

• Apud Alexandriam, natalis sancti Pantæni, viri apostolici, et omni sapientia adornati, cujus tantum studii et amoris erga verbum Dei fuit, ut etiam ad prædicandum Christi Evangelium omnibus gentibus quæ in Orientis ultimis secessibus reconduntur, fidei, et devotionis calore profectus sit, et usque ad Indiam citeriorem prædicando pervenerit. Ubi reperit Bartholomæum, de duodecim apostolis, adventum Domini Jesu juxta Matthæi Evangelium prædicasse. Quod Hebraicis litteris scriptum, revertens Alexandriam secum detulit: ubi præclaram et nobilem vitam beato fine conclusit.

^b Romæ natalis beatorum martyrum Nicostrati Primiscrinii, Claudii Commentariensis, Castorii, J Victorini, Symphroniani, quos B. Sebastianus credere in Christum docuit, et sanctus Polycarpus presbyter baptizavit. Qui cum corpora sanctorum per ora Tiberina requirunt tenti sunt, et ad Urbis præfectum perducti. Erat judex Fabianus, qui eos hortabatur ad sacrificandum, per decem dies minis et blanditiis cum eis agens, et nullum penitus potuit commovere. Tunc fecit de eis suggestionem imperatoribus : quique jusserunt eos tertio torqueri. Cumque nulla ratione compulsi cederent, jusserunt eos in mare præcipites dari. Immensis itaque arctati ponderibus, pelagi fluctibus dati sunt, ut in loco mundo inter aquas coronam martyrii celebrarent.

Apud Viennam, Evodi episcopi, cujus industria delatæ sunt reliquiæ sanctorum martyrum Thebæorum ad urbem Viennam.

G. VIII IDUS JULII. (8 Julii.)

Apud Asiam minorem, sancti Aquilæ, et Priscillæ uxoris ejus de quibus in Actibus apostolorum scribitur : apud quos beatus Paulus apostolus propter artificium (erant enim ejusdem artis, id est scenopegiæ, cujus et Apostolus) morabatur et operabatur, postquam ipsi in Achaiam ab urbe Roma venerunt (*Rom.* xvi; *I. Cor.* xvi; *Act.* xviii).

In Palæstina, natalis sancti Procopii martyris, qui ab Scythopoli ductus Cæsaream, ad primam responsionum ejus confidentiam irato judice Fabiano, capite cæsus est.

A. VII IDUS JULII. (9 Julii.)

Romæ, ad Guttam jugiter manantem sancti Zenonis, et aliorum decem millium ducentorum trium.

In civitate Tyriæ, natalis SS. Anatoliæ et Audacis, sub Decio imperatore. Quorum Anatolia cum multos in Piceno infirmos, lunaticos, ac dæmoniacos curasset, ducta est, jubente Faustiniano, ad civitatem Tyriæ, et diversis plagarum generibus vexata. Deinde cum serpente tota nocte inclusa, nihil læsa est: quin et ipsum Marsum, qui serpen-

• Euseb. lib. v, cap. 10; Hieron. de Script. Eccl., cap. 36.

A tem dimiserat, nomine Audaoem, mane a suo serpente devorandum eripuit, et ad Christi martyrium convertit. Nam ipse post hæc ob confessionem veritatis in custodiam datus est. Ipsa quoque virgo Christi transverberata, cum staret extensis manibus in oratione, ita ut per dexterum latus gladius missus, per sinistrum exiret. Quæ passa est septimo Iduum Juliarum : sepulta autem mane a civibus Tyriensibus. Audax vero quia de Oriente erat, ab uxore sua et filiis illuc translatus est.

ventum Domini Jesu juxta Matthæi Evangelium prædicasse. Quod Hebraicis litteris scriptum, revertens Alexandriam secum detulit: ubi præclaram et nobilem vitam beato fine conclusit. ^b Romæ natalis beatorum martyrum Nicostrati Primiscrinii, Claudii Commentariensis, Castorii, Victorini Symphroniani, guos B. Sebastianus cre-

> In civitate Martulana, sancti Brictii episcopi et confessoris, qui sub judice Martiano, os lapide contusus est et in equuleo crudelissime excruciatus, in Domini confessione perdurans, in carcerem trusus est. Nocte autem terræmotu gravi civitas concussa, inter alios plures, etiam Martianum occidit. Et Christi confessor ab angelo sancto, et a beato Petro apostolo visitatus, atque ad prædicandum Evangelium confortatus, magnas populorum credentium multitudines omnipotenti Deo lucrifaciens, quievit in pace. Cujus animam viderunt adstantes in specie columbæ niveæ cœlo recipi.

> Item apud Ægyptum, S. Serapionis episcopi et confessoris.

B. VI IDUS JULII.

(10 Julii.)

Romæ septem fratrum filiorum sanctæ Felicitatis, id est Januarii, Felicis, Philippi, Sylvani Alexandri, Vitalis et Martialis, sub præfecto Urbis Publio, tempore Antonini principis. Primum auditi, deinde per varios judices, ut variis suppliciis laniarentur, missi. E quibus Januarius post verbera virgarum et carcerem ad plumbatas occisus est. Felix et Philippus fustibus mactati, Sylvanus præcipitio interemptus est. Alexander, Vitalis et Martialis capitali sententia puniti.

Eodem die in Africa natalis SS. Januarii, Marini, Naboris et Felicis, decollatorum : quorum corpora D Mediolanum translata sunt.

Romæ milliario decimo, natale Rufinæ, Secundæ sororum, patre clarissimo genitarum Asterio, matre clarissima Aurelia, sub persecutione Valeriani et Gallieni, judicibus, Junio Eonato præfecto, et Archesilao comite. Harum virginum sponsi Armentarius et Verinus a fide Christianitatis recesserunt.Pro qua re volentes beatæ virgines declinare eorum persuasiones insanas, ad prædiolum suum, quod in Tusciæ partibus videbantur habere, basternæ pergebant vehiculo. Quod audientes Armentarius et Verinus, comiti Archesilao suggesserunt qua de causa

^b De his in gestis S. Sebastiani, 20 Jan.

Urbem fugerent. Tunc sceleratissimus Archesilaus A mata corpora derelinquit. Sed Domini gratia nou cum militibus suis equestribus iter agens, sanctas Dei virgines in via Flaminia milliaro decimo quarto comprehendens, atque revocans ad urbem Romam, Junio Donato præfecto obtulit. Qui jussit eas in custodias redigi a se invicem separatas, et in die tertia in secretarium duci. In quo Rufinam ingredi jubens, dixit ad eam : Cum sis nobilis nata, quid est quod ad ignobilitatem devoluta es, et cupis esse captiva in vinculis, magis quam libera cum marito gaudere? Rufina respondit : Captivitas ista temporalis æternam captivitatem excludit ; et vincula temporalia, perpetua vinculorum ligamenta dissolvunt. Præfectus dixit : Istas vanas fabulas et aniles abjice, et sacrifica diis immortabilibus, ut possis tuo sponso cum gaudio perfrui, et usque ad senectu- B gentibus est vastatum, Domino revelante, repertum tem cum gaudio deliciarum attingere. Rufina respondit: Duo sunt inutilia quæ persuades, et unum dubium quod promittis. Nam dicis me debere idolis sacrificare ut in perpetuum péream? et post hoc maritum accipere ut gloriam virginitatis amittam. Post ista duo tam contraria promittis, quod usque ad senectutem cum gaudio deliciarum attingam, cum de te ipso incertus sis, an ad diem crastinum attingas. Præses adduci jussit Secundam, ut Rufina soror ejus in conspectu ipsius flagellis cæderetur. Quæ cum vidisset sororem suam flagellis cædi, clamare cœpit ad judicem: Quid est quod agis, sceleratissime, et regni colorum invisor ? quid est quod sororem meam glorificas et me exhonoras? Dicit ei præfectus : Ut video, insanior sorore tua es. Secunda respondit : Nec soror mea insana est, nec ego insanio, sed ambæ Christianæ sumus, et justum est ut simul Christum Dominum confitemur. Et cum libere fidem veritatis faterentur, tuncjussit eas præ fectus in tenebroso loco includi et fumum stercorum fieri. Cum hoc fuisset factum, fumus ille quasi thymiama exhalabat, et obscuritas illa quasi die medio vincebatur. Iterum jussæ sunt inde tolli, et in suis balneis includi, atque in solio ardente et non temperato jactari. Ubi cum fuissent post duas horas ingressi qui earum corpora tollerent, inveniunt intus solium frigidum et vaporatum. Quod audiens præfectus, obstupuit, et jussit eas duci, et in medio Tiberis mitti, et uno saxo ligato in collo ambarum, præcipitari. Cum quo post dimidiam fere horam mersæ sunt: et quæ nudæ missæ fuerant, in supe- D riore parte fluminis siccis vestibus apparuerunt indutæ, Christigloriam decantantes. Quod cum fuisset judici nuntiatum dixit Præfectus Archesilao comiti : Istæ quas mihi tradidisti, aut magica arte nos superant, aut vere in eis sanclitas regnat. Unde sicul eas mibi tradidisti, ita eas ego tibi reddo, ut tuo arbitrio vel sententiam accipiant, vel evadant. Tunc archesilans jussit eas duci in silvam in via Cornelia, ab urbe Roma milliario decimo, in fundo qui vocatur Buxo, et illic eas capite percuti, et sic earum inhu-

• Hujus translationis fit mentio in Vita S. Aigulphi, 3 Sept. Pontif., cap 12.

defuit in Christo credentibus nec defunctis. Nam Plautilla matrona, in cujus prædio hoc factum est. vidit eas in visu sedentes gemmatas in thalamo, et dicentes sibi : Plautilla, desine a flagitiis idolorum, et ab incredulitate impia cessa, et credens in Christum veni in rem tuam, et corpora nostra inveniens. ibi sepeli. Exsurgens autem Plautilla, pervenit ad locum, et inveniens sanctarum virginum corpora, adoravit, et credidit, et fabricavit sepulcrum virginum ad laudem Domini Jesu Christi.

C. V IDUS JULII. (11 Julii.)

Translatio S. Benedicti abbatis : postquam enim (sicut ipse vivens prædixerat) monasterium ejus a est corpus, et in Gallias translatum, atque in territorio Aurelianensi, monasterio quod vocatur Floriacum, condigne sepultum; translatum est pariter etiam corpus beatæ Scholasticæ virginis sororis ejus, atque in partibus Cenomanensium, religiosorum devotione, conditum. Cujus animam idem vir Dei e corpore egressam, vidit in columbæ specie cœli secreta penetrare : corpusque ejus secum in uno jussit poni sepulcro, ut quorum mens una semper in Deo fuerat, eorum quoque corpora nec sepultura separaret ».

Eodem die in Armenia minore, civitate Nicopoli, natalis sanctorum martyrum Januarii et Pelagiæ, qui, in equuleo, ungulis et testarum fragmentis die-C bus quatuor cruciati, martyrium impleverunt.

Romæ in Vaticano, S. Pii papæ, qui sedit in episcopatu annos octodecim. Sub hujus tempore Hermes librum scripsit, qui appellatur Pastor, quia in habitu pastoris ei angelus apparuit.

D. IV IDUS JULII.

(12 Julii.)

Apud Aquileiam, natalis sancti Hermagoræ, primi ejusdem civitatis episcopi, discipuli beati Marci evangelistæ (Act. xxi).

b Apud Cyprum, natalis B. Nasonis [al., Jasonis, vel Mnasonis] antiqui Christi discipuli.

Apud Cæsaream, sancti Dii.

Medioliani, translatio SS. martyrum Naboris et Felicis.

Item eodem die, S. Cleti papæ, qui Romæ sedit annos duodecim. Hic ex præcepto B. Petri apostoli viginti quinque presbyteros in urbe Roma ordinavit : sepultusque est justa corpus B. Petri.

E. III IDUS JULII.

(13 Julii.)

Esdræ et Joel prophetarum.

Item natalis S. Silleæ [al., Silæ] apostoli.

° Apud Africam natalis sanctorum confessorum Eugenii Carthaginensis episcopi, fide et virtutibus ac miraculis gloriosi, et universi cleri ecclesiæ

b Pontif., cap. 3.

• Vide lib. De Fest. Apost.

С

ejusdem. Qui cæde inediaqne macerati, fere quingenti, vel eo amplius (inter quos quamplurimi erant lectores infantuli), gaudentes in Domino, procul exsilio crudeli extrusi sunt. In quibus erant nobilissimi, archidiaconus nomine Salutaris, et Muritta secundus in officio ministrorum. Qui plurima pro confessione catholica perpessi supplicia, et tertio confessores effecti, gloriosæ in Christo perseverantiæ titulo illustrati sunt.

F. PRIDIE IDUS JULII. (14 Julii.)

^a Apud Pontum, natalis S. Phocæ episcopi civitatis Sinopis, qui sub Trajano imperatore, præfecto Africano, carcerem, vincula, ferrum, ignem etiam pro Christo superavit. Cujus reliquiæ in basilica apostolorum in Gallia civitate Vienna habentur. **B**

G. IDIBUS JULII.

(15 Julii.)

^b Nisibi, natalis S. Jacobi episcopi, magnæ virtutis viri, ita ut ad ejus preces sæpe urbs discrimine liberata sit. Hic unus fuit ex numero confessorum sub persecutione Maximiani, et eorum qui in Nicæna synodo perversitatem Arii homousii oppositione damnaverunt : atque intra muros urbissuæ ex præcepto imperatoris Constantini ad tutelam et munimentum sepultus, postea zelo Juliani apostatæ extra urbem elatus et conditus. Sed mox eadem civitas, tanti patroni orbata reliquiis, Persarum ditioni succubuit.

Romæ in Portu, Eutropii, Zosimæ, et Bonosæ sororum.

Apud Alexandriam, natalis SS. Philippi, Zenonis, Marsei, et decem infantum.

In Carthagine, Catulini diaconi, Januarii, Florenti, Juliæ et Justæ, qui sunt positi in basilica Fausti.

A. XVII KAL. AUGUSTI.

(16 Jul.)

• In Ostia, natalis sancti Hilarini, qui sub persecutione Juliani, cum nollet sacrificare, fustibus cæsus, martyrium sumpsit.

Apud Antiochiam Syriæ, natalis sancti Eustachii episcopi et confessoris, qui sub Constantio principe ob catholicam fidem in Trajanopolim civitatem Thraciæ pulsus exsilio ibidem requievit.

B. XVI KAL. AUGUSTI. (17 Jul.)

In Carthagine, natalis sanctorum martyrum Scillitanorum, id est Sperati, Nartali, Cythini, Bethurii, Felicis, Aquilini, Lethatii, Januariæ, Generosæ, Bessiæ, Donatæ et Secundæ, sub Saturnino præfecto. Qui post primam Christi confessionem in carcerem missi, et in ligno confixi, mane gladio decollati sunt. Horum reliquiæ cum ossibus beati Cypriani, et capite sancti Pantaleonis martyris, ex Africa in

Ado in Chron. an. 101.

^b Gennad. de Vir. illust., cap. 1.

• De hoc in gestis Joann. et Pauli.

ejusdem. Qui cæde inediaque macerati, fere quin- A Gallias translatæ, venerantur Lugduni in basilica genti, vel eo amplius (inter quos quamplurimi erant beatissimi Joannis Baptistæ.

C. XV KAL. AUGUSTI. (18 Jul.)

Apud Carthaginem, natalis sanctæ Guddenes virginis, quæ Plutiano et Zeta [Plautiano et Geta] consulibus, jussu Rufini proconsulis, quater diversis temporibus equulei extentione vexata, et ungularum horrenda laceratione cruciata, carceris etiam squalore diutissime afflicta, novissime gladio cæsa est.

Apud civitatem Metensium, S. Arnulphi episcopi, qui sanctitate et miraculorum gratia illustris, eremiticam vitam diligens, beato fine quievit.

I. XIV KAL. AUGUSTI. (19 Jul.)

^d Natalis beati Epaphræ.

Item eodem die. S. Patris nostri Arsenii, de quo in Verbis seniorum refertur quia, propter redundationem lacrymarum tergendam, sudarium semper in sinu vel in manu habuerit.

Eodem die Hispali apud Hispaniam, natalis SS. Justæ et Rufinæ: quæ a Diogeniano præside comprehensæ, equulei extensione et ungularum laniatione vexatæ sunt, dein trusæ sunt in carcerem, inedia et doloribus afflictæ. Post hæc jussit præses ut quocunque iret, ipsæ nudis pedibus sequerentur. Tandem Justa in carcere spiritum exhalavit. Corpus ejus in puteum projectum, et a Gabino episcopo levatum, in Hispalensi cæmeterio conditum est. Rufini cervix confracta, et corpus ejus igni traditum. Cujus-reliquiæ a fidelibus curatæ sunt.

E. XIII KAL. AUGUSTI.

(20 Jul).

Natalis beati Joseph, qui cognominatus est Justus Act. 1): qui cum beato Matthia, ut numerum duodenum impleret ab apostolis statuitur. Sed Matthia locum Judæ proditoris implente, beatus Joseph nihilominus prædicationis et sanctitatis officio inserviens, multamque pro Christi fide persecutionem a Judæis sustinens, victoriosissimo fine Judæa quievit. De quo refertur quod venenum biberit, et nihil ex hoc triste pertulerit, propter Domini fidem.

• Apud Damascum, natalis sanctorum Sabini, D Maximini, Juliani, Macrobii, Cassii, Paulæ, cum aliis decem.

F. XII KAL. AUGUSTI. (21 Jul.)

Danielis prophetæ.

Romæ, natale S. Praxedis virginis. Hæc cum sorore sua Potentiana a sanctissimo patre Pudente, qui fuit edoctus in fide ab apostolo Paulo, in omni castitate et lege divina erudita, post transitum parentis, vigiliis et orationibus atque jejuniis assidue vacans, omne patrimonium suum simul cum prædicta,

^d Vide lib. de Fest. Apost.

• Euseb. I. III, c. ult.

sanctorum erogavit. In titulo vero quem pater earum Pudens, nomine beati Pastoris dedicavit, una cum consilio B. Pii sedis apostolicæ episcopi, fontem baptismi construere soror et ipsa studens, ut familia eorum die sancto Paschæ baptizaretur. Quos ad nonaginta sex numero manumissos, beatus Pius aquis salutaribus abluit. Inde post innumera pietatis opera, post multorum martyrum sepulturas (inter quos beatum Symmetrium presbyterum cum aliis viginti duobus apud Titulum supradictum manibus suis sepelivit), qui per martyrii palmam ad regna cœlorum transierant : eadem beatissima virgo migravit ad Dominum, coronam justitiæ receptura, xn Kalend. Augusti. Sepulta in suam atque sanctum patrem Pudentem posita.

Eodem die in Galliis, civitate Massilia, natalis S. Victoris. Qui persecutione Diocletiani et Maximiani, cum esset miles, et nec militare, nec idolis sacrificare vellet, primum a tribuno suo Asterio in carcerem trusus, sed omni nocte ad consolandos et visitandos infirmos ab angelo eductus est. Deinde jussu Eutychii præfecti, retortis brachiis, loris subtilibus ligatus, et pedibus fune constrictus, per mediam tractus est civitatem. Post hæc fustibus crudelissime cæsus, ac suspensus et taureis cruciatus, cum exhibuissent aram in qua sacrificaret, et eam nec respicere sustinens, de manu sacerdotis calce excussisset, pedem ei præses jussit incidi. Ad ultimum in confessione persistens, missus est in molam pisto- C riam, in qua sparsum granum vertigine animalis macerari solet : atque ita contritus, martyrium consummavit. Passi sunt cum eo tres milites, Alexander, Felicianus, et Longinus. Qui dum eum nocturno silentio in carcere custodirent, visitantibus illum angelis sanctis, tanto claritatis fulgore obstupefacti, atque ad ejus genua provoluti, credentes in Christum nocte eadem in mari baptizati sunt; et sequenti die, ante consummationem B. martyris, gladio jugulati. Puer quoque Deutherius, qui dum ad sepulcrum ejus oraret, emisit et spiritum.

G. XI KAL. AUGUSTI. (22 Jul.)

Natalis S. Mariæ Magdalenæ.

Et beatæ Syntyches, quæ Philippis dormit se-D pulta : de qua beatus apostolus Paulus scribit Philippensibus : **Brodiam** rogo, et Syntychen deprecor idipsum sapere in Domino (Phil. IV).

Ancyra Galatiæ, natalis sancti Platonis martyris : cujus gesta habentur.

A. X KAL. AUGUSTI. (23 Jul.)

^b Apud Ravennam, natale sancti Apollinaris episcopi. Hic Romæ ordinatus a beato Petro apostolo, Ravennam directus est. Ubi cum pervenisset, non longe ab urbe Ravenna mansit apud qnemdam mili-

• Vide lib. de Fest. Apost.

beata sorore in sustentationem pauperum et Christi A tem Irenæum nomine, cujus filius erat cæcus. Quem ad se perductum facto signo crucis illnminavit, atque parentes illius postmodum baptizavit. Matronam vero cujusdam tribuni militum nomine Theclam, quæ plurimis annis gravissima tenebatur infirmitate, cum in nomine Domini nostri Jesu Christi, manum apprehendens ejus, de lecto sanatam erexisset, tribunum cum uxore eadem, et filios ac familiam ipsorum in Christum credentes baptizavit. In cujus domo postmodum intra urbem Ravennam missas et baptismata agebat cum discipulis suis per duodecim annos. Ordinavit autem duos presbyteros, Adheretum et Calocerum : Martianum vero nobilissimum virum, et Leucadium philosophum diaconos, et sex clericos statuit, cum quibus die nocteque psalmos cœmeterio Priscillæ, via Salaria, juxta sororem B canebat. Nuntiatumque est duci Saturnino. Qui producens eum, statuit ante pontifices capitolii Ravennatis : a quibus nimia cæde mactatus, ejectusque ad mare, semivivus relinquitur. Quem discipuli ejus colligentes, adhibuerunt ei curam. Post menses sex Bonifacium nobilissimum virum, qui obmutuerat, sanaturus ad domum ejus veniens, puellam immundum spiritum habentem, deinde Bonifacium, soluto vinculo linguæ ejus, sanavit. Ubi quingenti homines Christo crediderunt. Non post multos dies a paganis tentus, et diutissime fustibus cæsus est, ac nudis pedibus super prunas impositus, et inde ab urbe pulsus. Sed non longe a muro habebant Christiani tugurium, ubi missas faciebat, in mari vero baptizabat : ibique timentes Deum de facultatibus suis ministrabant ei. Post plurimos annos etiam ad Æmiliam perrexit verbum Domini prædicare, faciens multas virtutes in nomini Domini nostri Jesu Christi. Tempore quo reversus est, Rufi Patricii filiam a morte corporis suscitavit, quam Christo virginem firmavit, matre cum familia promiscuisexus trecentis quatuor baptizatis. Perventum est autem ad Cæsarem de beato viro, et guod domus Rufi Patricii obediret Christo. Et mittens Rufo successorem, scripsit Vicario præfecto prætorii Massalino, ut aut diis inclinaret Apollinarem, aut longe in exsilium traderetur. Quem accersitum Vicarius, post interrogationem exutum veste virgis cædi fecit. et aqua bulliente plagas ejus infundi, et equuleo suspensum torqueri, ac saxo os ejus contundi, et cum gravissimo ferri pondere oneratum includi in carcere horrifico, atque in ligno extendi : ubi ab hominibus quidem negligitur, sed ab angelo publice pascitur. Quarto die judex de carcere productum, catenatum, in navi positum, in exsilium direxit. Tres autem viri eum de clero secuti sunt, qui et ministrabant ei. Mortuis vero omnibus tempestate maris et naufragio, ipse cum clericis et duobus militibus evasit, quos Christo illico consecravit lotos aqua salutari. Et transitum faciens post Corinthum per Mysiam, leprosum cute mundatum in Christo lavit. Deinde ad ripam Danubii perveniens, multos fide sibi sociavit. Et quærentibus eum in-

^b Vide lib. de Fest. Apost.

S. ADONIS ARCHIEPISC. VIENNENSIS

cum ibi dies aliquot fecisset, et in templo Serapis præsentia ipsius obticuisset dæmon, tandem rogatus spiritus responsum dedit : Quia discipulus Petri apostoli Jesu Christi huc venit, et ligavit me, hic nisi fuerit ab his locis expulsus, vobis dare responsa non possum. Inquisitus inventus est beatus Apollinaris, et discussus diutissime fustibus cæditur, et usque ad mare perductus a rectore provinci:e, navi currenti ad Italiam cum suis hominibus superimpo-, nitur. Itaque post tertium annum Ravennam ingreditur : deinde post dies aliquot subita seditione orta in civitate irruentibus paganis, ligatus ad forum perducitur : ibi cæsns ac vulneratus est. Exinde pontifices capitolii egcrunt, ut ad templum Apollinis mulacrum solutum, et templum destructum est. Pagani hoc videntes, clamabant : Senex impius interficiatur. Et tradiderunt eum judici, cui nomen erat Taurus, qui habebat filium naturaliter cæcum natum, quem in nomine Christi sanctus Apollinaris illuminavit, multis stupefactis, ei conversis ad Dominum. Mansit autem in prædio Tauri præsidis annis quatuor. Erat enim ab urbe milliario sexto, ubi concurrebant Christiani, et docebantur ab eo. Et quæcunque infirmitate quis detinebatur, ad eum perductus sanabatur. Igitur invidiosa relatio pontificum capitolii cucurrit ad Cæsarem adversus beatum Apollinarem. Qui mox edixit, ut si diis guis temerario ore injuriam inferret, aut satisfaciat, aut urbe privetur. Quæ jussio mox percurrit ad Demo- C sthenem patricium. Qui, exquisitione missa, sanctum Apollinarem sibi exhiberi jobet : quem auditium tradidit in custodia cuidam centurioni occulte Christiano cogitans quibus cruciatibus eum perderet. Qui media nocte laxavit eum, ut fugeret. Cumque fuisset paganis cognitum, sequentes eum, non longe a porta apprehenderunt; et tandiu cæsus est, quo usque æstimaretur mortuús. Exinde collectus est a discipulis, et perductus est in vicum, ubi leprosimorabantur, et septem dies supervixit, admonens semper Ecclesiam, ne a fide Christi descenderet. Ita martyr gloriosissimus Apollinaris in laude Christi defunctus, sepultus est foris murum, et clausum in arca saxea sub terra corpus ejus missum est. Hic ab Anthiochia secutus apostolum Petrum, et ab urbe Roma ab eodem apostolo missus Ravennam, rexit Ecclesiem annis viginti octo, mense uno, diebus quatuor. Passus ultimum martyrium sub Vespasiano Cæsare, et Demosthene patricio, x Kalendas Augusti.

B. IX KAL. AUGUSTI.

(24 Jul.)

Eodem die apud Italiam in Tyro, quæ est circa lacum Vulsinum, natale sanctæ Christinæ virginis : quæ in Christum credens, deos aureos Urbanis patris sui præfecti contrivit, et pauperibus distribuit,

• De his in Vita D. Christophori.

credulis occidere, in partes Thraciæ descendit. Et A Ob hoc, jubente patre, alapis afflicta, verberibus dilaniata, ferro onusta, in carcerem conjecta est. Post hoc cum diutissime et crudelissime dilaniaretur, de carnibus suis patri in faciem projecit. Cumque alligata rotæ, igni supposito, et fuso desuper oleo torreretur, erumpens flamma mille gentilium interfecit. Iterum carceri tradita, angelo visitante, sanata est et refecta. Deinde cum magno saxi pondere in mare, id est in lacum Vulsinium jactata, angelico præsidio liberata est. Quam successor patris ejus Dion multis iterum suppliciis afflixit. Sed, orante illa, simulacrum Apollinis, quod adorare jubebatur, in favillam subito redactum est. Quo miraculo tria millia hominum ad fidem Christi conversa sunt. Novissime successor prædicti Julianus, post fornacem canduceretur. Quo cum pervenisset, data oratione si- B dentem, ubi quinque diebus illæsa permansit, post serpentes a venefico immissos, sed Christi fide superatos, post abscisionem linguæ, sagittis eam configi præcepit. Sicque martyrii cursum consumma-

> Romæ, via Tiburtina, milliario decimo nono, natalis sancti Vincentii.

vit, anno ætatis suæ undecimo.

Apud Emeritam Hispaniæ civitatem, natalis sancti Victoris militaris, qui cum duobus fratribus Stercatio et Antinogeno diversis exanimatus suppliciis martyrium consummavit.

Eodem die, natalis sanctorum virginum Nicetæ et Aquilæ: quæ ad prædicationem sancti Christophori martyris, ad Christum conversæ, martyrii palmam capitis abscisione sumpserunt.

Et apud Amiterninam civitatem, militum octoginta trium.

C. VIII KAL. AUGUSTI.

(23 Jul.)

^b Natalis B. Jacobi Zebedæi apostoli.

Eodem die in Lycia, civitate Samo, sancti Christophori, qui virgis ferreis attritus, et a flammisæstuantis incendii Christi virtute salvatus, ad ultimum sagittarum ictibus confossus, martyrium capitis obtruncatione complexit.

In Hispaniis, civitate Barcinona, S. Cucufatis martyris, qui ex civitate Sillitana oriundus fuit, et Barcinonæ sub Galerio proconsule, et Maximiano, et Rufino passus. Primo gravissime tortus et cæsus, deinde catenis astrictus in craticula superextensus, D aceto et sinapi perfusus assari jussus est. Cum vero ab igne et flammarum globis illæsus apparuisset, ex præcepto implijudicis extra civitem ductus, in ignem copiosum iterum projectus est. Quo divino nutu exstincto, iterum ferro vinctus in custodiam retrusus est ubi divino splendore consolatur. Iterum cardis ferreis et taureis crudelissime cæsus, in ultimo, dictata sententia, Cucufatem rebellem principum, et diis sacrificare nolentem, gladio feriri jubet; octavo milliario a Barcinona perductus ferroque animadversus martyrium consummavit. Cujus corpus a Christianis cum reverentia sepelitur. Unde postmodum trans-

^b Vide lib. de Fest. Apost. Prudent. hymn. 4.

beatorum martyrum Dionysii, Rustici, et Eleutherii, cum honore tumulatum est.

• Eodem die Parisiis, depositio sancti Germani episcopi.

Metis, natalis S. Glodesindis virginis.

D. VII KAL. AUGUSTI. (26 Jul.)

Romæ in Portu, natale sancti Hyacinthi, sub consulari Leontio, Luxurio primo civitatis Tarracinæ tradente. Qui, missus in ignem, nullo modo lædi potuit : inde præcipitatus in validissimum torrentem, incolumis ejectus est ad littus. Nuntiatur hoc consulari Leontio, et misit spiculatorem cum militibus, ut eum comprehensum gladio ferirent. Tunc quædam matrona religiosa, nomine Julia, ve- B niens nocte cum servis suis, collegit corpus ejus et cum honore sepelivit in prædio suo juxta urbem Romam, vii Kal. Augusti.

E. VI KAL. AUGUSTI. (27 Jul.)

Apud Nicomediam, natalis sancti Hermolai presbyteri, cujus doctrina beatus Pantaleon ad fidem conversus est. Qui tentus a Maximiano, capitali sententia ob confessionem Christi punitus est.

Eodem die, in Sicilia, sancti Simeonis monachi.

F. V KAL. AUGUSTI. (28 Jul.)

Nicomediæ, passio sancti Pantaleonis. Qui cum jubente Maximiano artem disceret medicinæ, a presbytero Hermolao ad fidem Christi conversus, multa C miracula fecit, patremque suum senatorem Eustorgium Christi fidei subjugavit. Ob quam causam tentus ab eodem Maximiano, equulei pœna et lampadarum exustione cruciatus (sed inter hæc Domino sibiapparente refrigeratus), tandem ictu gladii martyrium consummavit.

Eodem die, Lugduni, sancti Peregrini presbyteri, cujus beatitudinem miraculorum gloria testatur.

G. IV KAL. AUGUSTI. (29 Jul.)

^b Romæ, via Aurelia, beati + Felicis pontificis sub Constantio filio Constantini. Idem Constantius Augustus, consilium hæreticorum, ac Valentis et Ursacii Arianorum approbans, quia et ipse Arianus sanctum felicem Urbis episcopum de sede episcopatussui. Et facta est persecutio magna in clero, ita ut presbyteri et clerici plures necarentur et martyrio coronarentur. Depositus sanctus ac beatissimus papa Felix, habitavit in prædiolo suo, quod est via Portuensi. Et agentibus postmodum hæreticis, exinde levatus, ductus est ad civitatem, et capite truncato, martyrio coronatur iv Idus Novembris. Exinde raplum corpus ejus a presbyteris et clericis, et sepul-

Deo in Vita S. Pantal. 28 Jul.

+ Est Felix II pontif. cap. 37. b

^c De his in gestis S. Anshimi 11 Maii.

latum, non longe a Parisiorum civitate, in ecclesia A tum in basilica quam ipse construxit via Aurelia, quintodecimo Kalendas Decembrls, in milliario secundo. Cujus natalis celebratur quarto Kalendas Augusti. Sedit autem in episcopatu anno uno, mensibus tribus, diebus duobus.

> ° Item eodem die, natale sanctorum martyrum Simplicii, Faustini et Beatricis, temporibus Diocletiani et Maximiani : qui post multa ac diversa supplicia jussi sunt capitalem subire sententiam; et ligato saxo in collo eorum, jactari per pontem, qui vocatur Lapideus, in Tiberinis theumatibus. Quorum eorpora Dei nutu inventn sunt a beata sorore eorum Beatrice, et a beatls presbyteris Crispoet Joanne: et sepulta sunt in loco qui appellatur Sextum Philippi, via Portuensi, quarto Kalendas Augusti. Beatrix autem soror Martyrum cum moraretur apud venerabilem Lucinam, factum est ut quidam vicinus possessor Lucretius ambiret possessiunculam ejus. Pro hoc itaque fecit teneri sanctam Beatricem, et duci ad sacrificandum, Tunc beata Beatrix, exclamavit; Christiana sum, non sacrifico dæmoniis. Ducta est itaque, et carcerali custodiæ mancipata. Cumque in Dei nomine libere ageret, fecit eam ambitiosus Lucretius præfocari noctu. Quam venerabilis Lucina juxta sanctos martyres germanos ejus sepelivit, quarto Kalendas Augusti. Post hoc ingressus prædium sanctorum Lucretius, dum ibi epularetur, quædam mulier infantulum lactabat. Qui infantulus coramomnibus in convivio vocememisit : Audi, Lucreti ; occidisti, et invasisti, ecce datus es in possessionem inimici; ad hanc vocem invasus est a maligno spiritu ibi in convivio, et per tres horas vexatus emisit spiritnm.

> ^d Eodem die, depositio sancti Lupi episcopi de Trecas. Qui cum Germano venit Britanniam et quinquaginta duobus annis sacerdotio functus est. Qui tempore Regis Attilæ, Galliam vastabat (sicut in ejus hymno canitur, Dum bella, cuncta perderent), orando Trecas munivit.

A. III KAL. AUGUSTI.

(30 Jul.)

• Romæ, natale Abdon et Sennes subregulorum, sub Decio imperatore : quos Decius in Cordula civitate Persarum sibi præsentari jussit. Quibus et dixit: Sic stulti facti estis, ut non recordemini quia erat, ab Eusebio Nicomediensi rebaptizatus, ejecit D non colentes deos, traditiestis in manus Romanorum et nostras? Cui beatus Abdon : Magis nos victores facti sumus Deo favente. et Domino Jesu Christo, qui regnat in æternum. Jubente igitur Decio, vincti catenis reclusi sunt in arcta custodia. Tunc dixit Abdon ad Sennen : Ecce gloria quam semper speravimus. Post menses quatuor veniens Decius Romam, et adducens secum beatos Abdon et Sennen catenis vinctos jussit omnem senatum convocari, et fecit conventum in Tellude cum Valeriano præfecto v Kalendas Augusti, et jussit sibi præsentari Abdon et

d Gregor. Tur. de Glor. CC. c. 67, 68.

• De his in passione S. Laur. 10 Aug.

Sennem maceratos diversis pænis. Et dixit ad sena- A Noliteme dimittere, veniam vobiscum. Et simul cum tum: Dii deæque tradiderunt hostes ferocissimos in manus nostras. Ecce inimici Reipublicæ et Romani imperii. Et introducti sunt ornati auro et lapide pretioso, vincti catenis : omnisque senatus mirari cœpit in aspectibus eorum. Et cum constanter Christum in conspectu corum faterentur, Decius iratus jussit Valeriano præfecto, ut si non adorarent deum Solem, ferarum morsibus interirent. Qui denudavit eos, et duxitante simulacrum Solis. Tunc Valerianus jussit ut plumbatis cæderentur. Deinde introducti in amphitheatrum, et dimissi sunt eis leones duo, et ursi quatuor, qui rugientes venerunt ad pedes sanctorum, et nullatenus recedentes custodiebant eos. Valeriano vero, plenus furore, jussit gladiatores pedes eorum, et ante simu'acrum Solis jactare : ubi jacuerunt corpora sanctorum tribus diebus. Post triduum venit guidam Quirinus Christianus subdiaconus, qui manebat juxta amphitheatrum, et collegit noctu corpora, et recondidit in area plumbea in domo sua tertio Kalendas Augusti, ubi latuerunt usque ad tempora Constantini. Tunc se reserantes beati Martyres, levati sunt, et translati in cœmeterio Pontiani.

Eodem die apud Africam, civitate Tuburbo Lucernariæ, natale sanctarum virginum Maximæ, Donatillæ et Secundæ : quæ persecutione Gallieni sub Anolino judice passæ sunt. Qui interrogatione facta distulit audientiam, et beatas virgines et sorores, Maximam et Donatillam, ad civitatem Tuburbitanam G perduci jussit, quibus nec panem nec aquam subministrari præcepit, sed aceto et felle potari. Videns autem beatissimarum fiduciam, exarsit in iram, et jussit ut urgerentur ambulare. Frat quædam puella in superioribus domus suæ constituta, annorum duodecim, nomine Secunda : cui dum multæ nuptiarum conditiones offerentur, omnes comtempsit, et unum Deum dilexit. Hæc accensa spiritu Dei, cum v deret commartyres suas Maximam et Donatillam transeuntes (fuit enim in superioribus domus ejus mænianum, ubi stabat) et sanctarum virginum pulchritudinem fidei oculis consideraret, cogitavit et decrevit ad similem gratiam pervenire. Et ne aliquis prohiberet honeste descendere, ut impedimenta vitaret, nec opes, nec nationem suam contemplata est, nec Patrem car- D blandiore ad [Al. Cartemianum, vulgo Carternitanalem curavit : relictis omnibus, unum auctorem castitatis Deum quæsivit, quem in æternum possedit, et tenuit. Cum ergo egrederentur beatæ martyres et procederent, Secunda festina clamabat post eas :

* Bt stativam ad bibendum offeri. Ita mssomnes. Hactenus editum : et statuam ad libandum offerri : quod supposititium et affectum. ntelligit aquam

illis civitatem Tuburbitanam ingressa est. Alia die hora tertia Anolinus proconsul pro tribunali consedit, et Maximam et Donatillam sibi præsentari præcepit, et ad tormenta elidi. Et cum cæderentur, jussit calcem super plagas earum spargi, et fricari, deinde i · equuleo extendi et torqueri •, et stativam ab bibendum offerri : deinde in craticulam et ad carbones igneos sterni, et prunas ardentes super capita earum adjici : postmodum in theatro ad delubrum deponi, et ab omnibus conculcari. Tunc ex officio diclum est, esse cum eis puellam aliam, nomine Secundam: quam suo judicio Anolinus proconsul applicari jussit. Cumque adesset, ait : Christiana es, an pagana? Secunda dixit : Christiana sum. Statim introire, et beatos subregulos interficere, et ligare B Anolinus ipsam cum Maxima et Donatilla ad bestias damnavit, et eas ferro vinctas ad spectaculum populi adduci præcepit. Quæ cum inducerentur, in media arena osculatæ sunt se invicem ut martyrium pace complerent. Ursus autem ferocissimus ac sævissimus illico eis laxatus, in mansuetudinem versus, earum vestigia linxit potius quam momordit. Iratus Anolinus, quia se furente bestias mites vidit, locutus cum concilio, sententiam ex tabella recitavit. Maximam, Donatillam et Secundam, in superstitione sua perdurantes, quæ diversas pænas pertulerunt. et bestiis objectæ sunt, et diis nostris sacrificare noluerunt, gladio animadverti placet. Maxima, Donatilla et Secunda dixerunt : Deo gratias. Et consummatæ sunt tertio Kalendas Augusti.

B. PRIDIE KAL. AUGUSTI.

(31 Julii.)

Cæsaræ passio sancti Fabii martyris. Qui cum ferre vexilla præsidalia recusaret, primum diebus aliquot in carcerem trusus est, deinde productus sistitur ante tribunal. Interrogatus semel et iterum. in Christi confessione perdurat : et mox a furibundo judice capitali sententia condemnatur. Post hæc inhumatum corpus custodiri jubetur : quod post triduum reticulo insutum, in maris profunda, seorsum caput, seorsum cadaver immergitur. Sed Domini virtute rescisso reticulo, membra capiti revocantur, et scapulis cervix cum indiciis passionis adjungitur. Atque ita suæ integritati redditum corpus unda num.] Cartenarium litus evectum, condigno cultu a fidelibus tumulatum est.

Antisiodori, sancti Germani, episcopi et confessoris.

stativam, quæ Plinio stagnans, Varroni reses dicitur.

LITANIÆ INDICENDÆ.

MENSIS AUGUSTUS

HABET DIEŞ XXXI; LUNA VERO, XXIX.

C. KAL. AUGUSTI (1 Aug.)

• Romæ ad sanctum Petrum ad Vincula. Antiochiæ, natalis sanctorum Machabæorum.

Apud Italiam, civitate Vcrcellis, beati Eusebii episcopi et confessoris, qui ob confessionem fidei a Constantio principe Scythopolim, et inde Cappadociam relegatus, sub Juliano imperatore ad ecclesiam suam reversus est. Novissime persequentibus Arianis martyrium passus.

Apud Arabiam, civitate Philadelphia, SS. martyrum Cyrilli, Aquilæ, Petri, Domianiti, Rufi, Menandri, una die coronatorum.

^bIn Hispaniis, civitate Gerunda, natalis sancti Felicismartyris, qui de Scillitana civitate oriundus, cum persecutiones in Hispaniis adversus Christianos agi B bat autem missas atque concilia per crypta martycœpissent, as censa mercatorum navi, amore martyrii ocius accurrit. Et cum aliquandiu apud Barcinonam. Empurias, et Gerundam, verbum Dei prædicans plurimos in fide confortasset, et fama ejus longe lateque crebresceret, jubente Daciano, repente a Rufino officiali tentus est. Cumque nomen Christi confidentissime fateretur, primo fustibus cæsus, et in ima carceris trusus, deinde manibus pedibusque ligatis. negato cibo et potu, in loco squalido projectus, post hoc etiam catenis gravioribus vinctus, per totas plateas ab indomitis mulis tractus, et pene in frusta discerptus est. Deinde missus in carcerem, nocteque ab angelo visitatus atque sanatus, facto die ad certamina revocatus est. Tunc ungulis excoriatus, capite inverso ab hora tertia usque ad vesperam suspen- C sus, nullum penitus sensit dolorem. Deinde in carcerem Rufinus eum trudi præcepit, ubi per totam noctem splendor copiosus effulsit. Sed et voces angelorum psallentium auditæ sunt. Quod cum nuntiatum fuisset Rufino a custodibus, jussiteum, manibus post tergum ligatis, in maris profundum mergi. Ibi continuo vincula ejus dirupta sunt, et angelis sibi manum tenentibus, super undas deambulans ad littus pervenit. Tunc Rufinus jussit iterum cutem ejus ungulis detrahi, ac deinde usque ad ossa laniari, et tam diu vulnera vulneribus instaurari, usque dum invictum Christo spiritum reddidit. Corpus ejus Gerundæ in monumento, quod ipse sibi præparaverat conditum est, Nonis Augusti.

D. IV NONAS AUGUSTI. (2 Aug.)

° Romæ, in cœmeterio Callisti natale sancti Ste-

* 2 Mach. 7. Hier. de Scrip. Eccles. c. 96.

^b Greg. Tur. de Gloria Mart. c. 92.

A phani papæet martyris, sub Valeriano et Gallieno imperatoribus. Qui cum persecutio sæva grassaretur, beatus Stephanus, congregato universo clero suo, hortabatur eos ut pro Christo coronam martyrii alacriter susciperent; ordinaverat autem tres presbyteros, et septem diaconos, et clericos sexdecim, cum quibus de regno Dei assidue docebat. Divina autemgratia procurante, occurrebant multi ex gentilibus et honesti viri, ut baptizarentur ab eo. Inter quos Nemesius tribunus cum omni domo sua, filiaque ipsius nomine Lucilla, quæ cæca per beatum Stephanum illuminata fuerat, et Olympius alter tribunus cum uxore sua Exuperia, et filio Theodulo, et quotquot crediderunt in domo Olympii, qui postea gloriosa confessione martyrium meruerunt. Celebrarum. Factum est autem, ut Valerianus et Gallienus persecutores nominis Christi, summo requirerent studio beatum Stephanum, ut eum et clericos ejus diversis afficerent pœnis. Miserunt itaque multitudinem militum, et tenuerunt eum cum multitudine clericorum presbyterorum, et diaconorum. Qui veniens ad tribunal Valeriani, solus introivit. Cui Valerianus: Tues Stephanus, qui rempublicam conaris evertere, et persuasionibus atque hortationibus malis populum a deorum recedere suades cultura? Beatus Stephanus dixit : Ego quidem non everto rempublicam, sed hortor ut, derelictis dæmoniis quæ adorantur in idolis, ad Deum vivum et verum redeant creatorem cœli et terræ, et cognoscant Christum Jesum Filium Dei Deum esse, qui cum Patre et Spiritu sancto solus est sempiternus, ut non pereant cum diabolo in interitum sempiternum. Tunc Valerianus jussit eum duci ad templum Martis, et ibidem dictata sententia capite truncari, si non acquiesceret adorare nefandi Martis simulacrum. Perductus beatus Stephanus a militibus foras muros Appiæ portæ ad templum, levatis oculisad cœlum, dixit : Domine Deus pater Domini mei Jesu Christi, qui turrim confusionis Babyloniæ destruxisti, destrue nunc et hunc locum, ubi diabolica superstitione per idolorum culturam animæ pereunt populorum. Et statim facto fragore tonitrui cum terroribus coruscationum, corruit maxima pars templi, et milites pavefacti fugerunt. Beatus vero Stephanus perrexit cum omnibus Christianis ad cœmeterium sanctæ Lucinæ, et multis eos consola-D tos sermonibus, obtulit pro eis sacrificium Deo omnipotenti. Quæ gesta audiens Valerianus, misit

° Pontif. c. 24.

plurimos militum, qui beatum Stephanum punirent. A cum eo: Unus est, inquit, dominus Stephanus, a Ju-Qui venientes invenerunt sacrificium Deo offerentem. Quem intrepidum et constantem ante altaris solemnia, et cœpta perficientem, in eodem loco in sua decollaverunt sede sub die IV Nonarum Augustarum. Cujus corpus Christiani populi sepelierunt in eadem crypta cum ipsa sede, ubi astans sanguis ejus effusus est in loco, qui appellatur hodie cœmeterium Callisti. Sedit autem in episcopatu annos septem, menses quinque, dies duos.

Eodem die, natale S. Theodotæ cum tribus filiis suis in provincia Bithyniæ urbe Nicæa, tempore Diocletiani, sub consulari Niceto et comite Leocadio. Qui hanc per multos dies blandimentis et terroribus cogere voluit ut ejus conjugio necteretur. Sed cum sancta femina nullo modo consentiret, ferro p Ille vero qui hujus locello jacet contiguus, ipse est vinctam cum filiis consulari Bithyniæ Nicetio destinavit. At ille filium ejus primogenitum Evodium, Christum fiducialiter confitentem, in conspectu matris fecit fustibus cædi. Cui mater pia clamabat : Noli, fili, timere ista verbera; per ipsa enim ad æterna Chrisi gaudia pertinges. Tunc consularis Nicetius jussit cuidam Hirtaco, ut apprehendens beatam Theodoten, prius illi illuderet; et postmodum inter publicas meretrices constitueret. Quam ille volens tenere, de naribus ejus cœpit sanguis vehementer effluere. Qui clamans dixit Nicetio: Stat juxta eam juvenis pulcher, auratis vestibus indutus, ex cujus manu pugnum accepi in naribus. Consularis ergo Nicetius jussit ignem copiosum accendi, et beatam Theodoten cum tribus filiis suis immitti. Quæ gratias referens Deo, dicebat : Benedictum nomen pietatis tuæ, Domine, qui me nec in isto sæculo a filiis meis separasti, nec in tui nominis confessione disjungi passus es, nec in martyrio dividi permisisti. Consummata est igitur cum tribus filiis suis sancta Theodota, sub die quarto Nonarum Augustarum.

E. III NONAS AUGUSTI.

(3 Aug.)

• Hierosolymis, inventio corporis beatissimi Stephani protomartyris, et sanctorum Gamalielis, Nicodemi, et Abibon, sicut revelatum est a Domino beato presbytero Luciano, septimo Honorii principis anno. Nam dum queisceret in basilica baptisterii in stratu suo, die sexta feria illucescente, circa ho- D ram tertiam noctis, dum adhuc pervigilaret, tanquam in excessu mentis effectus, vidit virum senem, statura procerum, vultu decorum, prolixa barba, in vestitu candido, amictum pallio, in cujus summitatibus erant tanquam aureæ cruces contextæ; calceatum caligis, in superficie deauratis, et manu tenebat virgam auream, de qua tangens eum, dixit se esse Gamalielem, qui nutrivit apostolum Paulum, et inter alia dixit ei : Summa cum diligentia nostros patefacito tumulos, quia indecenter despecto loco reconditi sumus. Et cum interrogasset, qui essent

· Gennad. de Vir. illustr. cap. 46.

dæis pro fide Christi Hierosolymis lapidibus oppressus torrentis; jussuque sacerdotum relictus extra portam, via quæ mittit Cedar, bestiis ac avibus devorandus. Sed hoc omnino prohibuit ille cui illæsam idem martyr fidem servavit. Quo facto, rarescente Judæorum perfidia, convocans ascivi mihi religiosorum virorum turbam, conventumque fidelium, ac blandiens suadensque, affatus sum ita : Obsecro vos, fratres charissimi, ut neminem revereamini, colligentes sanctum pignus B. Stephani, deferte villulæ nostræ, quam nomine suo nominaverat Caphargamala, quæ vigesimo secundo lapide ab urbe Hierosolyma distat, et more solito, solemni cum funere sepelite. Quod et factum est. Nicodemus nepos meus, qui ut renasceretur ex aqua et Spiritu sancto a Salvatore audivit; qui a Petro mox et Joanne est baptizatus. Pro quo postmodum indignati principes sacerdotum, subtracto ei principatus honore, conabantur eum tradere morti. Sed nostri gratia nostræque propinquitatis jure repressi, non fecerunt. Verumtamen expulsum foras urbem, diripucrunt omnem supellectilem ejus, multisque afficientes plagis semivivum reliquerunt. Ego nimirum et hunc collegi, et curam ei adhiberi præcepi. Qui paululum fuit instanti superstes vita, ad optatam et ipse quietem migravit; quem exhibitis funeris exseguiis, ad protomartyris pedes jussit tradere sepulturæ. Ille autem tertius, qui mecum quiescendi possidet locum, ipse est Abibas filius meus, qui mecum Christo Jesu, vigesimum agens annum ætatis suæ, una credidit, et a præfatis apostolis æterni fontis unda perfusus. Is, dum esset legis doctrina plene eruditus, templo Dei cum Paulo sedulo vacans, divina meditando præcepta, ab illo vitio, cui se genus maxime subdere solet humanum. protectione tuente superna, exstitit liber et in hoc castitatis proposito pausavit in pace; cum quibus et ego jaceo. Conjux quoque mea Ethna, et Selemias primogenitus noster, nolentes credere Christo, sed religionis unitati et'fidei derogantes in possessione Capharselemia sunt tumulati. Veruntamen, quo nos repositi sumus cum fodere cœperis, inanes eorum reperies tumulos, quia nobiscum non fuerunt digni tumulari. Cumque venerabilis presbyter prædictum virum sciscitaretur : Ubivos, inquiens, inveniemus, Domine ? ait ille : In agello nostro, qui Syriace Delamgabrica, necnon Debatthalia vocatur, id est virorum Dei seu beatorum possessio. Quæ visio consimilis ei iterum iterumque apparuit. Surgens autem venerabilis presbyter, perrexit in civitatem ad antistitem Joannem, de quo per visionem monitus fuerat. Cumqueilli, cleroque ejus particulatim visionis seriem retulisset, ille lacrymis præ gaudio fusis, benedixit Dominum; reque veraciter ut erat per omnia comperta, beatus episcopus sub omni celeritate ad fratres et coepiscopos vicinarum urbium misit. Qui cum occurrissent, et locum præsignatum fodere

MARTYROLOGIUM CUM ADDITAMENTIS. - MENS. - AUG.

cœpissent, terræ motu statim facto, immensi odoris A davit hoc factum Valeriano tyranno. Cui Valerianus suavitas tanta exinde respersa est, quantam nullorum ætas hominum tunc temporís meminerat se sensisse ; ita ut putarent se præsentes in amænitate paradisi sitos. Et in hora de suavitatis odore septuaginta tres animæ sunt curatæ a diversis infirmitatibus. Aderant tunc temporis testes miraculorum, cum beato Joanne, Eustomius Sebastenus, et Eleutherius Jericontinus pontifices, cum clericorum sanctissimo comitatu. Qui osculantes beati Stephani pignus, locumque claudentes, cum gaudio ad propria sunt reversi. Post paucos autem dies corpus protomartyris Stephani in Sion ad sanctam ecclesiam, ubi archidiaconus fuerat ordinatus, vu Kalend. Januarii cum psalmis et hymnis detulerunt. Tunc temporis cum prolixæ siccitatis esset immensitas, sufficiens B ne reportavit, atque in urbe sacerdotii sui sepelivit. supernæ pietatis pluvia descendit, quæ sitientem largius terram madefaciens irrigavit. Quod meritis beati martyris Stephani nullus ambigit periclitanti populo concessum fuisse. Hanc revelationem Lucianus presbyter Græco sermone ad omnium ecclesiarum personam descripsit, quam Avitus presbyter, homo Hispanus, in Latinum vertit, et per Orosium presbyterum Occidentalibus dedit; qui etiam simul reliquias beati Stephani primus Occidenti detulit, ubi ad memorias S. martyris innumera miracula facta sunt. De quibus plurima beatus Augustinus = in libris de Civitate Dei memorat.

Constantinopoli, natalis sancti Hermelii martyris.

F. PRIDIE NONAS AUGUSTI.

(4 Aug.)

С Natalis beati Aristarchi, discipuli sancti Pauli apostoli.

^b Item Romæ in crypta Arenaria, natale Tertullini martyris, quem beatus pontifex Stephanus baptizavit, et in albis presbyterum consecravit, cui inter cætera monita, præcipue commendavit : Frater, inquit, cura sit tibi diversorum requirere sanctorum corpora martyrum. Qui post biduum ordinationis suæ tentus a Marco præfecto, eductusest ad Valerianum imperatorem. Quem ille extensum mactari fustibus jussit. Cumque impie cæderetur, clamabat : Gratias ago tibi, Domine Jesu Christe, qui me non separasti a domino meo Olympio servo tuo, qui me præcessit martyrio consummato. Cumque inter cædes hoc diceret, jussit Valerianus lateribus ejus ignem supponi. D Cumque lætus et constans perseveraret, diceret que : Fac, miser, quod facis celerius ut me de hoc incendio, licet peccatorem, tamen pro ejus nomine, Christo offeras sacrificium; jussit Valerianus elevari cum, et tradi præfecto Saprico. Qui primo jussit os ejus lapidibus conquassari, deinde extendi cum in equuleo, et nervis diutius torqueri, deinde ignibus concremari. Cumque perseveranter, Spiritus sancti gratia roboratus, Christum Dominum fateretur, man-

Exstat tom. X. S. Aug. Sigebert. in Chron. au. 418. Aug. de Civit Dei I. xxII, c. 8.

Vide lib. de Fest. Apost. De hoc in Vita Steph. papæ. 2 Aug.

remandavit, ut, data sententia, ejus caput abscinderetur. Tunc Sapricius depositum de equuleo jussit duci via Latina in secundo milliario, et ibidem decollari. Cujus corpus S. Stephanus pontifex colligens cum clericis, et hymnis redditis Deo sepelivit in eodem loco, in crypta Arenaria, secundo Kal. Augusti. Ubi concurus solemnis fit 11 Nonas Augusti.

Apud Lugdunum, adventus corporis sancti Justi episcopi de eremo. Qui cum aliquot annis in eremo angelis proximam egisset vitam et dignus adesset finis tantis laboribus, regnum scandens cœlorum, beato lucro promeruit. Cujus sanctum corpusculum venerabilium civium Lugduni urbis cura requisitum, a remotis terræ partibus cum alacritate et religio-

G. NONIS AUGUSTI. (5 Aug.)

° Apud provinciam Rhætiæ, civitate Augustana, natalis S. Afræ martyris. Quæ cum esset pagana et meretrix, per doctrinam S. Narcissi episcopi ad fidem conversa, et cum omni domo sua baptizata, pro confessione Domini igni tradita est.

Augustoduni, natalis S. Cassiani episcopi.

A. VIII IDUS AUGUSTI.

(6 Aug.)

^d Romæ, via Appia, in cœmeterio Callisti, natale S. Sixti episcopi et martyris. Et in cœmeterio Prætextati sanctorum Felicissimi et Agapiti, diaconorum ejusdem, sub Decio imperatore, Valeriano præfecto; qui tenuit beatissimum senem Sixtum episcopum Romanum cum omni clero suo, et reclusiteos in custodia publica, et fuerunt ibi clausi multis diabus. Factum est autem ut Decius Cæsar et Valerianus præfectus juberent sibi beatum Sixtum episcopum cum clero suo præsentari noctu intra civitatem in Tellude. Cui Decius Cæsar dixit : Scis cur tentus; et conventione publica nobis præsentatus es ? Respondit Sixtus : Scio, et bene scio. Decius dixit : Ergo si scis, fac ut universi sciant, et tu vivas, et clerus tuus augeatur. Beatus Sixtus respondit : Vere feci et facio ut clerus meus augeatur. Cui Decius: Ergo sacrifica diis immortalibus, et esto princeps sacerdotum. Ad hoc sanctus episcopus : Ego semper sacrificavi et sacrifico Deo Patri omnipotenti, et Domino Jesu Christo Filio ejus, et Spiritui sancto hostiam puram et immaculatam. Tunc ex præcepto Decii duxerunt eum milites ad templum Martis, ut sacrificiis coinquinaretur: Sed contemnentem sacrificare recluserunt eum in custodia privata, cum duobus diaconibus Felicissimo et Agapito. Cumque duceretur, his verbis beatus eum Laurenaius archidiaconus cœpit compellare : Quo progrederis sine filio, pater ? Quo sacerdos sancte sine diacono properas? Tu nunguam sine ministro sacrificium offerre consueveras. Quid in me ergo

° Greg. Tur. de Glo. CC. cap. 7, 9.

317

perirecerte utrum idoneum ministrum elegeris. Cui commisisti Dominici sanguinis consecrationem, cui consummandorum consortium sacramentorum credidisti, huic sanguinis tui consortium negas? Vide ne periclitetur indicium tuum, dum fortitudo laudatur. Abjectio discipuli detrimentum magistri est. Quid quod illustrius præstantes viri discipulorum certaminibus quam suis vincunt? Denique Abraham filium obtulit (Gen. xxII); Petrus Stephanum præmisit Et tu, Pater, ostende in filio virtutem tuam; offer quem erudisti, ut securus judicii tui comitatu nobili pervenias ad coronam. Tunc beatus Sixtus ait: Non ego te derelinquo, fili, nec desero, sed majora tibi dcbentur certamina. Nos quasi senes levioris pugnæ cursum recipimus, te quasi juvenem gloriosior ma- B cunt. net de tyranno triumphus, Mox veniens flere desiste, post triduum me sequeris. Inter sacerdotem et levitam hic medius numerus decet. Non erat tuum sub magistro vincere, quasi adjutorem quæreres. Quid consortium passionis mcæ expetis?totam tibihæreditatem dimitto. Quid præsentiam meam requiris? Elias Eliseum reliquit (IV Reg. 11), et virtutem non abstulit. Et dixit beatus Sixtus ad beatum Laurentium : Accipe facultates ecclesiæ vel thesauros, et divide pauperibus quibus tibi videbitur. Accepta potestate, beatus Laurentius cœpit per regiones curiose quærere, ubicunque sancti clerici vel pauperes essent absconsi, et portans thesauros, prout cuique opus erat, ministrabat. Igitur post hac beatus Sixtus reducitur in Telludem, ut audirent cum eo diaconi C Felicissimus et Agapitus. Et sedente Decio ac Valeriano, præsentatus est beatus Sixtus. Ad quem Decius iracundia plenus : Nos, inquit, consulimus senectuti tuæ, audi præcepta nostra, et sacrifica. Respondit beatus Sixtus : Miser, tu tibi consule, et noli blasphemare, sed age pœnitentiam de sanguine sanctorum, quem effudisti. Tunc monente Valeriano, jussit Decius ut ducerentur ad templum Martis, et si nollent sacrificare, in eodem loco capite truncarentur. Educti ergo foras murum portæ Appiæ, dixit beatus Sixtus ad templum Martis : Destruat te Christus Filius Dei vivi. Cumque respondissent omnes Christiani, Amen, subito cecidit aliqua pars templi, et comminuta est. Tunc beatus Laurentius cœpit clamare : Non me derelinquas, pater sancte, D quia thesauros tuos jam expendi, quos tradidisti mihi. Milites antem audientes de thesauris, tenuerunt beatum Laurentium archidiaconum; sanctos vero, Sixtum, Felicissimum, et Agapitum duxerunt in clivum Martis ante templum, et ibi decollati sunt octavo Idus Augusti. Noctu autem venerunt clerici, et maxima pars Christianorum, et collegerunt corpora sanctorum, et sepelierunt beatum Sixtum in crypta in cœmeterio Callisti in eadem via. Sanctos vero Felicissimum et Agapitum martyres sepelierunt in cœmeterio Pretextati. Decollati autem sunt cum eis et alii quatuor, ut in gestis Pontificalibus

^a Eulog. I. n. c. 14.

displicuit tibi, pater? Num degenerem probasti? Ex- A legitur, Januarius, Vincentius, et Stephanus subdiaconi. Passus et cum eis beatus Quartus, ut scribit beatus Cyprianus (ep. 82), Hic beatus Sixtus apud Athenas natus, et doctus, prius quidem philosophus, postea Christi discipulus fuit. Sedit in episcopatu anno uno, mensibus decem, diebus viginti tribus.

> Eodem die in Hispaniis, civitate Compluto, sanctorum Justi et Pastoris fratrum. Qui cum adhac pucri litteris imbuerentur, projectis inschola tabulis, sponte ad martyrium cucurrerunt; et mox a diacono teneri jussi, cum se mutuis exhortationibus constantissime roborarent, extra civitatem producti, et in Campo laudabili, a carnificibus jugulati sunt. Ubi etiam in basilica sui nominis quies-

B. VII IDUS AUGUSTI.

(7 Aug.)

^b Apud Tusciam, civitate Aretio, natalis sancti Donati episcopi et martyris : qui nutritus a sancto Pigmenio presbytero, in titulo beati pastoris, eruditus est, non solum in divinis, verum in humanis litteris sufficientissime. Cum quo et Julianus crevit, et subdiaconus ordinatus, rejecto postmodum gradu inutilis factus, ad imperium aspiravit. Quotempore beatum Pigmenium Romæ in custodia mancipavit, et sanctos patrem et matrem Donati gladio occidit. Donatus vero lector fuga petiit civitatem Aretium, et habitavit cum Hilarino gloriosissimo monacho, serviens Deo continuis orationibus et jejuniis. Factum est ut mulier nomine Surana gentilis et pagana, capta oculis, et corde vere cæca, cum unico filio suo Herculeo nomine, cellam beati Hilarini, cum quo beatus vir habitabat, requireret; quam fide Christi instructam, ad beatum Satyrum episcopum Hilarinus et Donatus perduxerunt. Qui fidem ipsius ut accepit, gratias Deo agens, indixit ei jejunium, ut humiliaretur in cilicio et cinere. Et sic deinde catechizavit eam, et baptizavit tam ipsam quam filium cjus. Et mox aperti sunt oculi Suranæ, cœpitque clamare : Vere Deus Christus est, qui illuminavit oculos meos. Quod factum audiens Apronianus, non multo post attulit filium suum dæmoniacum ad beatum Donatum. Quo orante simul cum Satyro episcopo et Hilarino, expulsus dæmon puerum sanum reliquit. Sed et non longo tempore post, vir quidam Eustasius, rector Tusciæ, et exactor fisci, dum occupatus aliubi teneretur, supervenientibus hostibus, uxor ipsius Euphrosina pecuniam fisciabscondit, et paucis diebus succedentibus, absente adhuc viro, defungitur. Rediens autem postmodum vir ejus, invenit uxorem suam mortuam, et pecuniam fisci sibi celari. Qua de re non parum tristis, simul pro requisita pecunia, cum etiam a principibus curiæ supplicia ipsi meditarentur, fugiens idem Eustasius, venit ad beatum Satyrum et Donatum, et indicavit eis anxietatem animi sui. Stans itaque Donatus super sepulcrum uxorisipsius, voce magna

^b Greg. Dial. 1, 6, 7.

320

olamavit : Euphrosina, per Christum crucifixum te A quibus et B. Cyriacum, octavo die mensis Augusti. conjuro ut dicas nobis quid factum sit de pecunia fisci, quia vir tuus pro ea ab exactoribus valde affligitur. Quæ mox de sepulcro respondit : In ingressu domus suffossa latet pecunia quam quæritis. Recepta igitur est pecunia, liberato Eustasio ab impositione calumniæ. Verum recepto beato Satyro cum patribus suis, ejus loco sacerdotium B. Donatus suscepit. Cumque die quodam missas celebrasset populo, et de corpore Christi ac sanguine ipsius populus venerabiliter recrearetur, diaconus quidam nomine Antimus tradebat sacrum sanguinem Christi, et subito paganorum impulsu cecidit, et sanctum calicem comminuit. Unde valde tristis tam ipse quam populus Christi efficitur. Cujus tristitiam Dominus per beatum illico Donatum revelavit. Nam collecta sunt B fragmenta Dominici calicis, et heato viro allata.Quæ flens ille suscipiens, oratione facta, vas in pristinam formam restauravit. Quo signo perculsi pagani, simul cum Christianis deitatem Christi confessi sunt, ac circiter septuaginta novem animæ in Christum credentes per baptismum salvatæ sunt. Multis ergo signis Dominus glorificans sanctum suum ad coronam martyrii provexit. Denique tentus tempore Juliani imperatoris a Quadratiano Augustali, simul et cum eo Hilarinus vir Dei, jubetur idolis sacrificare. Cui fideliter reluctanti, jussit Quadratianus os lapidibus contundi, Hilarinum vero monachum in conspectuejus tam diu fustibus cædi, donec spiritum emitteret; deinde beatum Donatum in custodia recludi. Ubi cum innumera miracula Dominus per servum suum operaretur, misit Quadratianus, et gladio percussit, vii Idus Augusti. Cujus corpus Christiani juxta civitatem cum veneratione sepelierunt. Martyris vero Hilarini ossa in Ostia civitate tumulata servantur.

Romæ, SS. Martyrum Petri, Julianæ cum aliis decem et octo.

Apud Mediolanum, S. Faustini [al., Fausti], tempore Aurelii Commodi martyrizati.

C. VI IDUS AUGUSTI.

(8 Auy.)

Romæ via Ostiensi, milliario septimo^a, natale S. Cyriaci martyris. Postquam Maximinus Augustus jussit ut omnes, qui erant in custodia, una cum Cyriaco diacono capite truncarentur, et promiscui D sexus numero viginti et unus decollati via Salaria intra thermas Salustii foras muros essent, eorum corpora collegit noctu Joannes presbyter, et sepelivit in eadem via, sub die septimo Kalendarum Aprilium. Post dies vero octo, veniens B. Marcellus epispus cum Lucina matrona Christianissima, corpora sanctorum condivit cum aromatibus et linteaminibus; deinde sustulit ea, et transtulit in prædium suum via Ostiensi, milliario ab urbe Roma septimo; et manu sua recondidit in sarcophagis lapideis, cum

* Translatio de Cyriaco et sociis ejus habetur in gestis Marcelli papæ, 16 Jan.

Carpasius vero vicarius petiit domum beati Cyriaci, quam donaverat ei Diocletianus Augustus, et eam statim Maximinus Augustus concessit. Et ingressus in eam, invenit locum ubi S. Cyriacus fontem ædificaverat, quem consecraverat S. Marcellus episcopus. ubi venientes ad fidem baptizabat S. Cyriacus. In quo loco Carpasius balneum sibi statuit. Et dum lavissent et epulas exhibuissent Carpasius et novemdecim pariter cum ipso, ac deriderent fidem Christianam, subito ceciderunt, et mortui sunt. Beatorum autem martyrum passiones, id est Cyriaci, Largi, et Smaragdi, suis locis in præsenti Calendario notatæ sunt xvii Kalendas Aprilis sub Maximino Augusto et Carpasio vicario.

Apud Viennam, Galliæ urbem, natalis sancti Severi presbyteri et consessoris : qui, ut ejus gesta testantur, natione Indus, fide Christi fervens, causa Evangelii prædicandi, laboriosissima peregrinatione suscepta, etiam ad præfatam urbem deveniens, ingentem paganorum multitudinem verbo et miraculis ad fidem Christi convertit. Dumque in pace quievisset, conditus in basilica S. Stephani, signis clarus, mira fidelium veneratione colitur.

D. A IDUS AUGUSTI. (9 Aug.)

^b Vigilia sancti Laurentii.

Eodem die, Romæ, sancti Romani militis, qui in confessione sancti Laurentii compunctus, petiit ab eo baptizari, et mox, jubente Decio, cum fustibus exhi-C bitus ac decollatus est.

E. IV IDUS AUGUSTI. (10 Aug.)

Romænatale sancti Laurentii archidiaconi et martyris sub Decio. Cui beatus Sixtus omnes facultates ecclesiæ et thesauros, pergens ad coronam martyrii, tradidit. Hic veniens in Cælium montem, ubi erat quædam vidua, in viduitate triginta duos annos habens, in cujus domo multi Christiani, et presbyteri, et clerici absconsi manebant, tulit vestes et thesauros Ecclesiæ, et cœpit erogare, et pedes omnium Christianorum lavare. Ad cujus pedes Cyriaca vidua cadens : Per Christum, inquit, te conjuro ut manus tuas ponas super caput meum, guia multas infirmitates capitis patior. Beatus Laurentius, facto signo crucis, posuit manus super caput viduæ, et linteum de quo extergebat pedes sanctorum. Transiens autem in vicum, qui dicitur Canarius, invenit multos Christianos in domo Narcissi Christiani congregatos, et lavit pedes omnium, et dedit eis de thesauro. Erat in eadem domo homo cæcus, nomine Crescentio, qui cœpit rogare beatum diaconum, ut poneret manum suam super oculos ejus. Tunc beatus Laurentius lacrymans dixit : Dominus noster Jesus Christus, qui aperuit oculos cæci nati, ipse te illuminet ; et facto signo crucis, aperti sunt oculi ejus. Cum jam ergo

^b De hoc in Vita S. Laurentii.

duceretur beatus Sixtus cum duobus diaconibus, ut A noli confidere in thesauris, quos habes absconditos. martyrium suum consummaret, et beatus Laurentius clamaret adveniens: Non me derelinguas, pater sancte (Joan. xvii, 24), quia thesauros tuos jam expendi, quos tradidisti mihi, tentus est a militibus et traditus Parthenio tribuno. Qui nuntiavit Decio quod Laurentius, qui haberet thesauros reconditos, archidiaconus Sixti in custodia teneretur. Qui gavisus, fecit eum sibi præsentari, et auditum tradidit Valeriano præfecto, qui et ipse dedit eum in custodiam cuidam Hippolyto; et Hippolytus reclusit eum cum multis. Erat autem ibi homo, Lucillus nomine, cæcus, ad quem sanctus Laurentius : Crede, inquit, in Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum, et baptizare, et illuminabit te. Respondit Lucillus: Ego Christi. Tunc beatus Laurentius cathechizavit eum, et accepta aqua baptizavit, et illuminati sunt oculi ejus. Hoc factum audientes, multi cæci veniebant ad beatum Laurentium, et ponebat manum suam super oculos eorum, et illuminabantur. Videns hoc Hippolytus, credidit, et cathechizatus atque baptizatus est. Itaque ex mandato adductus est beatus Laurentius ante conspectum Valeriani, qui dixit beato Laurentio : Jam depone pertinaciam, et da thesauros, quos apud te cognovimus esse reconditos. Cui sanctus Laurentius : Da mihi inducias biduo aut triduo. et proferam tibi thesauros. Ab eadem die cœpit colligere cæcos, et claudos, debiles et pauperes, et abscondit eos in domo Hippolyti. Valerianus autem nuntiaverat Decio, quia promisisset, datis sibi indu- C ciis, Laurentius thesauros. Completis igitur tribus diebus, præsentavit se in palatio Sallustiano. Et dixit ei Decius: Ubi sunt thesauri, quos pollicitus es præsentare? Beatus Laurentius collectam multitudinem pauperum introduxit in palatium, et voce magna dixit : Ecce isti sunt thesauri æterni, qui nunquam diminuuntur, nec decrescunt; qui in singulis aspergitur, et in omnibus invenitur. Valerianus præfectus dixit : Quid varias per multa? Sacrifica diis, et obliviscere artes magicas, in quibus confidis. Cui cum dixisset beatus Laurentius: Quare vos coarctat diabolus, ut Christianis dicatis : Sacrificate dæmoniis? Decius iratus jussit eum exspoliari, et cædi cum scorpionibus. Qui cum cæderetur, dicebat : Ego quidem gratias ago Deo meo, qui me dignatus est conjungere servis suis; tu, miser, torqueris insania tua $^{f D}$ et furore tuo. Tunc Decius, levate (inquit) eum, et date ante conspectum ejus omne genus tormentorum.Et allatæ sunt laminæ ferreæ, et lecti, et plumbati, et cardi. Post vinctus catenis ductus est beatus Laurentius in palatium Tiberii, ut ibi gestis audiretur. Et sedit Decius pro tribunali in basilica Jovis; et præsentato Laurentio cum dixisset : Sacrifica diis, et

* Batuli. Omnino intelliguntur, qui aliis dicuntur batilli, vel batilla. Plinius lib. xxxIII, c. 8 : « Argenti duæ differentiæ : batillis ferreis candentibus ramento imposito, quod candidum permaneat, probatur, » et lib. xxxiv, cap. 11 : Experimentum in batillo forreo. Trebellius Pollio in Claudio : Cocti-

beatus Laurentius libere respondit : Vere et confido, et securus sum de thesauris meis. Unde iracundia plenus Decius, jussit eum nudum fustibus cædi. Qui cum cæderetur, clamabat ad Cæsarem: Ecce, miser, vel modo cognosce quia triumpho de thesauris Christi, et non sentio tormenta tua. Adhuc Decius fustes augere, et dare ad latera ejus laminas ferreas ardentes jubet. Beatus vero Laurentius dixit : Domine Jesu Christe, Deus de Deo, miserere mihi servo tuo, quia accusatus non negavi, interrogatus te Dominum Jesum Christum confessus sum. Et cum diutissime cum plumbatis cæderetur, dixit : Domine Jesu Christe, qui pro nostra salute dignatus es formam servi accipere, ut, nos a servitio dæmonum lisemper desideravi baptizari in nomine Domini Jesu B berares, accipe spiritum meum. Et audita est vox : Adhuc multa certamina tibi debentur. Porro extensus in catasta, et scorpionibus gravissime cæsus est ; qui subridens, et gratias agens, dicebat : Benedictus es, Domine Deus, Pater Domini Jesu Christi, qui nobis donasti misericordiam, quam meriti non sumus. Sed tu, Domine, propter tuam pietatem da nobisgratiam, ut cognoscant omnescircumstantes, quia tu consolaris servos tuos. Tunc unus ex militibus, nomine Romanus, credidit Domino Jesu Christo, et dixit beato Laurentio : Video ante te hominem pulcherrimum stantem cum linteo, et extergentem membra tua ; adjuro te per Christum, qui tibi misit angelum suum, ne me derelinquas. Levatus igitur beatus martyr de castata et solutus, redditus est Hippolyto tantum in palatio. Veniensautem Romanus offerensaquam, misit se ad pedes beati Laurentii ut baptizaretur; gui. benedicta aqua, baptizavit eum. Quod factum audiens Decius, jussit eum sibi exhiberi cum fustibus. Non interrogatus cœpit clamare, Christianus sum. Et, jubente Decio, eductus foras muros portæ Salariæ, decollatus est quinto Idus Augusti. Cujus corpus noctu collegit Justinus presbyter, et sepelivit in crypta, in agro Verano. Decius autem Cæsar pergit noctu ad thermas juxta palatium Salustii; et exhibitus est ei iterum sanctus Laurentius, et allata sunt omnia generatormentorum, plumbatæ fustes, laminæ, ungues, lecti, a batuli; et dixit beato martyri : Jam depone perfidiam artis magicæ, et dic nobis generositatem tuam. Cui beatus Laurentius : Quantum ad genus, H'spanus sum, eruditus ac nutritus Romæ, et a cunabilis Christianus, eruditus omnem legem sanctam et divinam. Et Decius: Sacrifica diis; nam nox ista expendetur in te cum suppliciis. Mea, inquit Laurentius, nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt. Et cum cæderetur lapidibus os ejus, ridebat, et confortabatur ac dicebat : Gratias tibi ago, Christe, quia tu es Deus omnium rerum. Allatus est autem lectus cum tribus costis; et exspoliatus B. Laurentius vestimen-

> lium quotidiana batilla quatuor. Horatius, sat. 5 : pruneque batillum. Abdias lib. 1x Apostolicæ : Alii cum vatillis et thuribulis. Minora forte hac igniaria vascula *batilli* dicti; unde Gloss., *vatillum* πυράμμη vel πυράμης; majora *batuli*, uti hic bis habes quib**us** sancti superponuntur.

MARTYROLOGIUM CUM ADDITAMENTIS. - MENS. AUG.

tis suis, extentus est in cratem ferream; et allati A quasi nihil mali contigisset ei. Tuuc apprehendens sunt batulicum prunis, et miserunt sub cratem ferream. Qui cum furcis ferreis coarctaretur desuper, dixit Decio: Ego me obtuli sacrificium Deo in odorem suavitatis, quia sacrificium Deo est spiritus contribulatus. Carnifices tamen urgentes ministrabant, carbones mittentes subter cratem, et desuper comprimentes cum furcis ferreis. Sanctus Laurentius dixit; Disce, miser, quanta est virtus Dei mei. Nam carbones tui mihi refrigerium præstant, tibi æternum supplicium; quia ipse Dominus novit, quod accusatus non negavi, interrogatus Christum confessus sum, assatus gratias ago. Et vultu pulcherrimo dicebat: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, qui me confortari dignatus es. Et elevans partem, regyra aliam et man/luca. Gratias igitur agens et glorificans Deum, dixit: Gratias tibi ago, Domine Jesn Christe, quia januas tuas ingredi merui; et emisit spiritu:a. Mane autem primo adhuc crepusculo, rapuit corpus ejus Hippolytus, et condivit cum linteis et aromatibus; et hoc factum mandavit Justino presbytero. Tunc beatus Justinus et Hippolytus plorantes, et multum tristes, tulerunt corpus beati martyris, et venerunt in via Tiburtina, in prædium matronæ viduæ Cyriacæ in agro Verano, ad quam ipse martyr fuerat noctu, cui et linteum dedit, undepedes sanctorum exterserat, et illud ibi jam hora vespertina sepelierunt, iv Idus Augusti. Et jejunaverunt agentes vigilias noctis triduo, et multitudine Christianorum. Beatus autem Justinus presbyter obtulit sacrificium laudis, et participati sunt omnes.

Eodem die Romæ, militum centum et sexaginta quinque. Tunc passi sunt Claudius, Severus, Crescentio et Romanus, ipso die quo beatus Laurentius, post tertium post diem passionis sancti Sixti.

F. III IDUS AUGUSTI.

(11 Aug.)

Romæ, inter duas lauros, natalis sancti Tiburtii martyris, filii Chromatii urbis præfecti, quem erudierunt in fide B. Sebastianus et S. Tranquillinus, ac gloriosus presbyter Polycarpus, qui ipsum sacro fonte baptismatis innovavit, et familiam ejus promiscui sexus mille quadragentos cum eo pariter haptizavit. Hujus etenim filius Tiburcius, cum pro- D pter immanitatem persecutionis isdem pater ejus et ingens multitudo Christianorum cum illo in Campaniam ex consilio pontificis Caii perrexisset, amore martyrii flagrans, resedit in urbe Roma. Et cum jejuniis et orationibus ibi cum beato Caio papa occuparetur, guadam die transiens occurrit homini qui de alto lapsus fuerat, et ita caput et omnia membra quassaverat ut de sola sepultura ejus ageretur. Juxta quem ipse accessit, et cœpit dicere super vulnera ejus lente orationem Dominicam et Symbolum; et ita factus est homo, solidatis membris, incolumis

De his in gestis Sebast., 20 Jan.

parentes ejus, segregaviteos a turbis, et indicaviteis virtutem nominis Christi. Et videns animum eorum fixum fortiter in timore Domini, perduxit eos ad Caium papam. Qui juvenem sanatum Deo gratias referentem, et parentes ejus pariter baptizavit. Interea dum procella persecutionis graviter inundaret, junxit se quidam, simulata fide, beato Caio. Porro hic apostata exstiterat, et crat fraudulentus in omni sermone, et callidus in omni commissu. Qui, dum a beato Tiburtie viro scholasticissimo, et nobili et sancto, frequenter argueretur, quod capillos super apicem frontis tonsoris arte componeret, et quod assidue pasceret, et ludendo pranderet, quod libentius feminarum se aspectibus daret, quod a jejuniis et oratiooculos in Decium, dixit: Ecce, miser: assasti unam B nibus se tolleret, quod somno deditus non interresset pervigil in hymnis Dei; dum, inquam, pro his a beato Tiburtio acrius argueretur, simulabat se æquanimiter monitionem accipere. et egit arte quatenus orantem sanctum Tiburtium pagani comprehenderent; in qua comprehensione seipsum fecit teneri, et simul duci ad secretarium judicis. At ubi introducti snnt, Fabianus dixit ad eum, qui se arte tradiderat : Quis diceris ? Ille respondit : Torquatus. Quid profiteris? Christianus sum, inquit. Fabianus dixit: Ignoras quod jusserunt invictissimi principes, ut qui sacrificare diis noluerint diversis suppliciis macerentur? Torquatus ait : Hic magister meus est, et ipse me semper docuit; quod hunc videro facere, necesse est ut hoc faciam. Fabianus conversus ad Tiburtium ait : Audisti quid Torquatus asserit ? Sanctus Tiburtius respondit : Torquatus diu est quod se Christianum esse mentitur; virtus enim ipsa nominis sancti graviter fert et moleste suum nomen non a suis moribus usurpari. Revera enim, vir illustrissime, hoc Christianum vocabulum divinæ virtutis est, sectatorum scilicet Christi, qui vere philosophati sunt, qui vere Christiani dicti sunt, qui ad obterendas libidines fortiter militarunt. Ne credas, vir illustrissime, hunc esse Christianum qui in lenocinio sui molliendo capitis fibras omittit [al., vibras committit, vulgo fimbrias admittit], qui tonsorem diligit, qui in scapulis molliter gestit, quifluxum gressum improbo nisu distendit, qui viros negligenter agit, feminas diligentius intuetur. Nunquam tales pestes Christus dignatus est habere servos. Verum hic quoniam me se imitaturum asserit, hic in tuo conspectu probabis eum mentitum. Hic enim qualis semper fuerit nunc evidenter ostendet Fabianus dixit: Consultius facies, si saluti tuæ consulens, principum decreta non contemnas. Tiburtius respondit: Ego saluti meæ melius non consulo quam ut deos deasque contemnens, unum Deum Jesum Christum confitear. Torquatus adjecit : Non solum ipse Christianus crudelis est, verum etiam multis persuadet et decipit, ac cum suis sociis, cum quibus magicas artes exercet, diu noctuque incantationibus occupatur, Sanctus Tiburtius divit: Falsus testis non

Í

erit impunitus (Prov. xix) : iste quem vides, vir illu- A consobrinum eorum, ut Susannam suo filio Maxistrissime. malitiæ suæ curis æstuans, ad nihil aliud Christianis est junctus, nisi ut cogitaret quomodo se nobis quasi Christanum ostenderet et quomodo aliis se fidelissimum mentiretur. Reprehendebam tamen in eo Cyclopæam edacitatem, emersum vino putorem, et sepultam divini nominis sanctitatem. Ebrius patiebatur sitim, et esuriem vomens, nec ut Christianus, sed ut Antonianus quondam ille conviva, manducabat, bibebat, vomebat; et nunc Christianos arguit, Christianos accusat; in nos mitem judicem incitat, gladium nolenti judici porrigit, et ut dæmoniis cervices nostras inclinemus hortatur. Videmus votum tuum, videmus cruenta consilia, et scelerata arte verborum venena tui pectoris intuemur. Accingere nunc, o sceleratissime, utere carni- p ptizatus est una cum uxore sua nomine Præpedigna, ficis officio, vindica tibi et ipsius judicis vocem, applica equuleos, appende Christianos, damna, percute, incende, bene nos accipis; si exsilium minaris, hoc philosophantibus totus est mundus. Si supplicium, evadimus mundi careerem; si ignes, majora his incendia in cupiditatibus vincimus. Decerne quidquid libet. Omnis nobis vilis est pœna, ubi pura comes est conscientia. Post hæc Fabianus, cum verissime juvenis sanctissimus Christum confiteretur, jussit ante pedes ejus carbones ardentes effundi, dicens ad eum : Elige tibi unum de duobus : aut thura in istis carbonibus adjice, aut pedibus super eos nudis incede. Ille autem faciens signum crucis, constanter super eos nuda ingressus est planta, et cœpit dicere : Depone infidelitatem, et disce quia hic solus est Deus quem confitemur creaturis omnibus dominari; nam mihi in nomine Domini mei Jesu Christi videtur quod super roseos flores ingrediar, quia creatura ipsa Creatoris famulatur imperio. Cui Fabianus : Quis ignorat artem magicam vos docuisse Christum vestrum?Obmutesce, infelix, exclamat Tiburtius, et noli auribus meis hanc injuriam facere, ut au liam te rabido ore latrantem mellifluum nomen et sanctum nominare. Iratus Fabianus dictavit sententiam, ut gladio animadverteretur. Ductus autem in via Lavicana tertio milliario ab Urbe. uno ictu gladii percussus abscessit. In eodem autem loco a quodam 1 arente Christiano sepultus est tertio Idus Augusti.

Eodem die Romæ, natale sanctæ Susannæ virginis et martyris, sub Diocletiano et Maximiano Au- D gustis, judice Macedonio. Fuit autem filia gloriosi presbyteri et martyris Gabinii, fratris Gaii episcopi et martyris, nobili satis orta progenie, quam pater nutriverat, et divinis litteris imbuerat. Audiens itaque Diocletianus de puella quod pulchritudine et sapientia præcelleret, misit ad Gabinium quemdam qui erat ex genere ejus consobrinum suum, nomine Claudium, et petivit eam Auguste Maximino filio suo in conjugem. Veniens denique Gabinius ad filiam suam Susannam, rogavit interesse Gaium episcopum urbis, avunculum ejus, et narravit eis quomodo Diocletianus Augustus direxisset Claudium

1

mino in conjugem peteret. Quæ Spiritu sancto corroborata, conjugium hujusmodi respuit. Et respondens patri et avunculo, dixit : Pater, scio quia de ore tuo sum erudita, ut castitatem studeam servare, et pudicitiam Domino Jesu Christo exhibere; in ejus ergo timore jam constituta, nunquam coinquinabor virili commistione, sed cui me semel tradidisti ipsi servio, et in ipso confido. Ipse enim novit conscientiam meam. Proinde Claudius ipse respondens ei, et aperiens votum Diocletiani, cum nullo modo ejus animum potuisset inclinare, ut conjungeretur Maximino filio ejus, sed insuper eruditus et instructus in via Dei a beatis Gaio et Gabinio, pœnitentiam de sanguine sanctorum quem effuderat, poposcisset, ba-

et filiis Alexandro et Cutia, et in tantum in fide convaluit ut omnes facultates suas venderet, et pauperibus Christianis erogaret; et quoscunque adire poterat, qui in custodia tenebantur, victuet vestimentis relevabat, mittens se ad pedes singulorum atque orationis gratiam ab eis tantum exoptans. Interea dum post mensem unum et dies sexdecim requiritar a Diocletiano, et responsum est ei quod ægritudine teneretur, misitque fratrem ejus ad eum nomine Maximum, comitem rei privatæ, ut visitareteum, et ageret cum illo de puella Susanna. Veniens igitur Maximus invenit Claudium in cilicio orantem, et obstupuit; cumque rem pro qua venerat por ordinem enarrasset, perduxit eum Claudius ad domum beati Gabinii, et diligenter ei beatus Gabinius et sanctus Gaius viam Dominiexposuerunt. Unde compunctus credidit Maximus, et baptizatus est. Ab eadem vero die cœpit facultatem suam vendere per queindam amicum suum nomine Thrasonem Christianissimum rogatum, qui occultus Christianus erat, quem ante multos annos beatus Gaius baptizaverat. Qui circumiens nocturnis horis vicos et carceres, pauperibus Christianis necessaria ministrabat, et gesta eorum colligebat, memoriasque exornabat. Post dies quindecim, nota facta sunt omnia Diocletiano, et misit Julium, qui Claudium, et Maximum, Præpedignam, Alexandrum atque Curiam puniret; Gabinium vero et Susannam vinculis constringeret. Et post dies quinquaginta quinque jussit Diocletianus ut beata Susanna adduceretur ad Serenam uxorem suam, quæ occulte Christiana erat. Cum itaque hymnis et orationibus cum ea vacaret, et die noctuque in laude Dei psalmos recineret, nuntiatum est hoc Diocletiano. Tunc idem dixit Maximino filio suo ut revocaretur Susanna ad patris sui Gabinii domum, et ibi abuteretur ea, ut ipsi liberet. Ipsa vero nocte, postquam revocata est, ingressus Maximinus in domum, ubi orabat Susanna, vidit nimiam claritatem super ipsam, et extimuit, et cursim rediit ad palatium. Diocletianus vero hoc arti magicæ deputans, misit Macedonium, qui eam constringeret infra domum ejus, ut sacrificaret. Qui dum vellet eam flectere, ut diis immolaret, exspo-

327

lians eam cœpit fustibus cœdere. Beata vero Susanna A sumeret, venerunt milites et tenuerunt et perduxedicebat : Gloria tibi, Domine. Sicque beata virgo permanens in confessione Domini, gladio percussa est intra domum suam, et spiritum incontaminatum Deo reddidit. Ejus corpus collegit Serena Augusta noctu, et manibus suis cum linteaminibus et aromatibus ornavit, et posuit juxta corpora sanctorum in cœmeterio Alexandrum, tertio Idus Augusti. Sanguinem vero martyris, qui effusus fuerat in loco domus suæ, velamine detersit, et posuit in capsa argentea in palatio suo, ubi die noctuque furtivis orationibus semetipsam Domino effundebat. Passa est autem III Idus Augusti.

G. PRIDIE IDUS AUGUSTI. (12 Aug.)

In Sicilia, civitate Catanensi, natale sancti Eupli diaconi, Diocletiano et Maximiano Augustis. Cum enim esset extra velum secretarii beatus Euplus, Christianum se confessus, intromissus est, jubente Calvisiano consulari, in auditorium. Et cum ibi fidem suam profiteretur, Calvisianus dixit : Torqueatur Euplus quousque confiteatur deos veros, omnipotentes, Martem, Apollinem, et Asclepium. Beatus Euplus respondit : Bene dixisti, Calvisiane, ut adoraremTrinitatem inseparabilem, unum Deum. Audiens Calvisianus, putavit eum de diis suis dixisse, et gaudio repletus, ait : Ergo sacrifica. Cui beatus martyr : Ego sacrifico et immolo me ipsum Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Audiens hoc impius judex, commotus ira, jussit eum amplius torqueri. Et ul- C timo dedit sententiam, dicens : Jubemus Euplum justo judicio nostro gladio interfici. Beatus vero Euplus gratias egit Domino nostro Jesu Christo. Et cum duceretur, repletus Spiritu sancto canebat : Magna est gloria tua, Domine, in servis tuis, quos ad te vocare dignatus es. Flectens itaque genua sua, finita oratione, paravit cervicem, et decollatus est w Idus Augusti. Sepultum est corpus ejus conditum aromatibus, in loco venerabili Catanensis civitatis, 11 Idus Augusti.

Eodem die, sanctæ Hilariæ, matris sanctæ Afræ • martyris, quæ cum ad sepulcrum illius excubaret, ibidem pro fide Christi a persecutoribus igni tradita est cum Digna, et Eumenia, et Euprepia, quæ fuerant puellæ sanctæ Afræ.

In Syria natalis sanctorum Macarii et Juliani.

A. IDIBUS AUGUSTI.

(13 Aug.)

Romæ, sancti Hippolyti ^b martyris, sub Decio imperatore, Valeriano præfecto. Hunc beatum Hippolytum vicarium sanctus Laurentius, cum apud eum esset in custodia, baptizavit. Qui de sanctis exsequiis martyris, post tertium diem ad domum suam rediens, dedit pacem omnibus servis suis et ancillis; et communicavit de sacrificio altaris beati Laurentii martyris. Et posita mensa, priusquam cibum

• De his in Vita sanctæ Afræ, 5 Aug.

runt ad Decium. Quem ut vidit, subridens dixit ei : Nunquid et tu magus effectus es, quia corpus Laurentii abstulisse diccris ? Sanctus Hippolytus respondit : Iloc feci non quasi magus, sed quasi Christianus. Decius furore repletus, jussit ut cum lapidibus os ejus contunderetur. Et exspoliavit eum veste qua induebatur habitu Christiano, et dixit ei : Sacrifica, et vives; sin aliter peries per tormenta sicut Laurentius. Sanctus Hippolytus dixit: Exemplum merear beati Laurentii martyris fieri, quem tu, miser, ausus fuisti ore polluto nominare. Extensus igitur, fustibus et cardis diu cæsus est, donec cædentes deficerent. Inde levatus est a terra, et jussit eum Decius vestiri militari veste, qua gentilis ute-B batur, et dixit ei : Recole militiam, et esto noster amicus, et in conspectu nostro utere militia pristina quam semper habuisti. Cumque beatus martyr dixisset : Militia mea hæc est, Christianum firmum militare, unde cupio ad celerem palmam cum fructu venire; iracundia plenus Decius dixit Valeriano: Accipe omnes facultates ejus, et interfice eum crudeli exanimatione. Valerianus itaque, exquisita omni facultate ejus, invenit in domo Hippolyti omnem familiam Christianam, quam conspectui suo præsentari fecit. Et jussit beatum Hippolytum foras muros portæ Tiburtinæ cum familia sua duci. Beatus vero Hippolytus confortabat omnes, dicens : Fratres, nolite metuere, quia ego et vos unum Deum habemus. Et decollati sunt promiscui sexus numero decem et novem. Beatus vero Hippolytus ligatus pe. des ad colla indomitorum equorum, sic per carduetem et tribulos tractus, emisit spiritum. Nocte venit beatus Justinus presbyter, et collegit corpora, et sepelivit in campo eodem juxta Nympham, ad latus agri Verani, Idibus Augusti.

Eodem die natale sanctæ Concordiæ, nutricis ejusdem beati Hıppolyti. Cum Valerianus ad familiam beati Hippolyti sibi præsentatam dixisset : Considerate ætates vestras, ne simul pereatis cum Hippolyto domino nostro; respondit beata Concordia: Nos desideramus potius cum domino nostro pudice mori quam impudice vivere. Ad hoc Valerianus : Genus, inquit, servorum nisi cum suppliciis non emendatur. Et jussit ut beata Concordia cum plum-D batis cæderetur. Et cum cæderetur emisit spiritum, corpusque ejus est in cloacam projectum. Cumque diu quæreret illud sanctus Justinus, et non inveniret, ita tristis redditur ut non cessarent flere oculi ejus. Tertio decimo vero die post passionem sancti Hippolyti, venit quidam miles Porphyrius nomine, ad Irenæum cloacarium, qui occulte Christianus erat, et dicit ei : Si secretum possis custodire, divulgabo arti tuæ multum ad quæstum. Ante hos dies jussit Valerianus præfectus in conspectu suo quamdam creditariam Hippolyti plumbatis deficere, et corpus ejus in cloacam jactari IIæc in ve-

^b De hoc in gestis S. Laurentii, 10 Aug.

stibus suis spero quod margaritas habet absconsas, A que exhalaret spiritum. Et revoluto ejus corpore, vel aurum. Audiens hæc Irenæus, intimavit secreto beato Justino presbytero. Qui flectens genua gratias egit Deo. Porphyrius autem noetu venien ; cum Irenæb invenit cor bus sandtum. Sed in vestimentis nihil invenerunt. Beatus autein Irenæus vocavit ad se quo adam Christianu a Abun Jiu.n no.nine, et tuleruat corpus ejus, et perduxerunt ad beatum Justinum. Qui gratias agens Deo, illud suscepit, et juxta corpora martyrum Hippolyti et aliorum sepelivi', viii Kalendas Septembris.

Eodem die in Foro Syllæ, nata e sancti Cassiani. qui cum adorare idola nol nisset, interrogatus a persecutore quid artis haberet, respondit quia pueros notas do seret. Et mox, spoliatis vesti su sac manibus post terga revinctis, statuitur in medio. Vocatisque R pueris, quibus docendo exosus fuerat factus, data est facultas eum perimendi. At illi, quantum doluerant discentes tantum se ulcisci gaudentes, alii eum tabulis as buxis feriebant, alii stylis vulnerabant. Quorum quanto infirmior erat manus, tanto graviorem martyrii pœnam dilata morte faciebat. Seripsit Prudentius poeta (hymn. 9).

B. XIX KAL. SEPTEMBRIS (14 Aug.)

Vigilia Assumptionis sanctæ Mariæ.

Eodem die, nutale sancti Eusebii presbyteri et confesso is. Qui, presente Constantio, cum fidem Catholicam constantissi.ne desenderet, et Liberium papam doleret Arianæ perfili e consensisse, ab irato Constantio imperatore Ariano includitur in quodam G cubiculo domus suæ, habente in latituline reles quatuor, ubi multis diebus in oratione constanter perseveravit.Et nono decimo Kalendas Septembris. post menses septem, adhuc tamen inclusus, dormitionem accepit. Cujus corpus collegerunt Gregorius et Orosius presbyteri, et sepelierunt in crypta, juxta corpus beati Sixti martyris et episcopi, via Appia in cœmeterio Calixti. Ubi et titulum ipsius scribentes, posuerunt ita : Eusebio homini Dei. Audiens autem Constantius quod Gregorius et Orosius sepelissent corpus beati Eusebii, in eadem crypta ubi illu.n condiderant, præcepit vivum includi Gregorium. Hunc semivivum noctu Orosius presbyter excepit in Je. Et post paululum defunctum juxta corpus sancti Eusebii presby crisepelivit. Factaque D pora eorum in mare jactata, sub cadem hora illæsa est gravissima persecutio in catholica Ecclesia ab Arianis, seden apostolicam tunc tenente Liberio.

C. XVIII. KAL. SEPTEMBRIS. (15 Aug.)

Sanctæ Mariæ a dormitio.

Eodem die sancti Tharsitii acolythi et martyris. Quem paganicum invenissent Christicorporis sacramenta portantem, cœperunt discutere quid gereret. At ille indignum judicans porcis prodere margaritas, tam diu fustibus ac lapidibus mactatus est, quous-

• Vide libellum de Fest. Apost., 8 Sept., in ejus natali.

sacrilegii discussores nihil potucrant in eju: manibus vesti nentis jue invenire sacramentorum Christi b. Christiani autem colleger int corpus martyris, et sepelierunt in cœ.neterio Culixti, via Appia.

D. XVII KAL. SEPTEMBRIS.

(16 Aug.)

In Nicæa Bithyniæ, natalis sanchi Ursatii confessoris s ib Lucinio persecutore. Qui, derelicta militia, so itariam vitam in qualam turre præfatæ urbis egit, tantisque virtutibus claruit ut et dæmones expulisse, et ingentem d'aconem orando interemisse legatur. Scriptum in li oro quinto historiæ Ecclesiasticæ tripartitæ (c. 33).

Romæ, sanctæ Serenæ, uxoris quondam Diocletiani Augusti.

E. XVI KAL. SEPTEMBRIS.

(17 Aug.)

Apul Africam, natale sanctorum martyrum, Liberati abbatis, Bonifacii diaconi, Servi et Rustici subdiaconorum, Rogati et Septimii monachorum, et Maximi pueri. Qui persecutione Wandalica, jussit crudelissimi atque i.npiissimi regis II unerici, de territorio Capsensis civitatis, ex habitaculo monasterii abstracti, atque ab urbem · arthaginensem perducti sun!, ubi pro confessione Catholicæ filei, et unici baptismatis defensione, primo carcerali custodiæ mancipati, et crudelibus ferri ponderibus arctati, tenebrosis deputati sunt locis. Ubi cum die ac nocte Christianum populum in fidei constantia roborassent, jussit tyrannus furore succensus, navem lignorum manipulis adimpleri, atque omnes pariteralligatos in pelago, igne supposito, adcremari. Cum autem pro voluntate infandi regis, vel crudelium ministrorum, extensis eorum manibus, et pedi)us elevatis, lignis ignis fuisset injectus, statim imperio divino, videntibus cunctis, extinctus est; et dum sæpius renovaretur, iterum atque iterum exs'inguebantur globi flammarum. Unde magis tyrannns furore simul et pudore repletus, jussit eos remorum vectibus enecari, et ita singulos in modum canum, cerebris comminu'is, perimi. Sicque speciosum cursum certaminis sui, coronante Domino, perfecerunt. Corlittoribus reddita, a Christiano populo reverenter sublata, præeunte clero, cum hymno so'emnibus condita sun : in monasterio contiguo basilicæ, quæ dicitur Celerinæ. Scribit beatus Victor Africanus episcopus in historia ejusdem Wandalicæ persecutionis (l. 3), qua n et ipse cum cæteris sustinuit, et fileli atque illustri stylo digessit.

Apud Cæsaream Cappadociæ, natalis sancti Mammetis martyris, qui passus est, imperante Aureliano, sub Alexandro præside.

^b De hoc in Gestis Stephani papæ, 20 Aug.

F. XV KAL. SEPTEMBRIS. (18 Aug.)

Apud Prenestinam civitatem, milliaro ab urbe trigesimo tertio, natalissan sti Agapiti martyris, sub Aureliano imperatore, præside An'iocho; Cumesset annorum quin lecim, et amore Christi martyrio ferveret, jussu imperatoris tentus, et primo nervis crudis diu cæsusest, deinde presidi ut impelleretur sacrificare traditus. Qui in durissi no atque obscurissimp carcere eum reclusit, et per quatuor dies cibum omnem negavit; inde de carce e exhibitus est præsidi, qui prunas ardentes super caputejus jussitimponi. Et cu.n gratias Deo martyr ageret, flagellis est cæsus, et nulus suspensus capite deorstan verso, acri subter fuino facto. Et cum diceret præsidi: Sapientia tua et vanitas tua in fumo laborat, iterum flage lis B cæditura quatuor sibi invicem succedentibus; deinde bullientem aquam super ventrem ejus ministri diaboli effuderunt, et maxillas (jus confregorunt. Interea judex de tribunali suo cadens, collectus a ministris in lecto reclinatur, et sentiens Dei virtutem in martyre, post modicum tristem animam emisit. De beato vero Agapito renuntiatum est imperatori, qui beatu.n viru.njussit leonibus subjici; sed mansuetæ factæ feræ, pedibus martyris adlambendum se ihclinaverunt.. loc videntes sucleris ministri, tulerunt de medio sanctum mart; rem, et venerunt contra civitatem Prænestinam, ubi sunt duæ columnæ, et ibi eum glauio percusserunt, sub die xv Ka'endas Septembris. Corpus ejus noctu sublatumest a Christianis, sarcophago novo nutu divino ibi invento.

Eodem die Romæ, in Sexto Philippi, natalis heatorum presbyterorum Joannis et Crispi, qui persecutione Diocletiani et Maximiani multa sanctorum corpora officiosissime sep+lierunt. Quorum meritis et ipsi post.nodum sociati, gaudia vitæ meruerunt.

G. XIV KAL. SEPTEMBRIS.

(19 Aug.)

Natalis sancti Magni, seu sancti Andreæ martyris, cum sociis suis duobus millibus, quingentis nonaginta septe.n.

In Galliis, pago Sigisterico in monte qui dicitur Jura, natale sancti Donati presbyteri. Qui ab ipsis infantiæ rudimentis mira Dei gratia præditus, ex urbe Aurelianensi ad præfatu.nlocum, utsoli Christo 👝 sancti Timothæi. Qui Antiochio veniens Romam, vacaret, adveniens, anachoreticam illic vitam multis annis exegit, tanta miraculorum gloria clarus, ut inter cætera gesta magnifica, etiam draconem inmanem atque terribilem suis exinde orationibus effugatum exstingueret. Cu. nque dies vocationis ejus instaret, adveniente sancto abbate Mario, cui ita fuerat revelatum, inter verba orationis migravit ad Christum, sepultusque est ab eodem patre in loco suo.

Romæ, natale beati Julii senatoris et martyris, sub Com.nodo imperatore, judice Vitellio. Hunc docuerunt blati martyres Easebius et Vincentius, Pe-

q De his in Vita S. Eusebii, 25 Aug.

A regrinus et Pontianus ». Per quorum manus etiam facultates suas pauperibus distribuens, a beato Rufino presbytero baptismi gratiam percepit. Quod audiens Commodus, iratus jussit eum teneri, et cuidam Vitellio magistro peditum tra Ji, ut omnes facultates ejus requireret, et ad sacrificandu.n impelleret. Qui conjecit eum in carcerem, et post triduum catenis vinctum fecit sibi præsentari. Et auditnm jussit tam diu fustibus cædi, donec emitteret spiritum. Cuju; corpus collegerunt noctu beatus Eusebius, Pontianus, Peregrinus atque Innocentius, et sepelierunt in cœmeterio Calepodii, sub die xiv Kalendas Septembris.

A. XIII KAL. SEPTEMBRIS. (20 Aug.)

Natale Samuelis prophetæ. Cujus sacra ossa imperator Arcadius de Judæa transtulit in Thraciam, portantibus episcopis, et omnium coelesiarum populis tanta lætitia occurrentibus, quasi præsentem viventemque cernarent atque susciperent, ut de Palestina usque Chalcedonem jungerentur populorum examina, et in Christi laudes una voce resonarent. Scribit sanctus Hieronymus in libro contra Vigilantium (cap. 2).

Eodem die, beati Porphyri hominis Dei, qui sanctum martyre.n Agapitum erudivit in fide et doctrina Christi.

B. XII KAL. SEPTEMBRIS. (21 Aug.)

In territorio civita'is Gavalitanæ, vico Minatensi, et positu n mil iaro pri no a civitate in agro, in C natalis sancti Privati episcopi et martyris, qui passus est sub persecutione Valeriani et Galieni.

> Eodem die natalis sanctorum martyrum Bonosi et Miximiani, quorum ges'a habentur.

> Et in civitate Salona, natalis Anastasii b martyris. Qui cum videret sanctum Agapitum inter tormenta fortius Christum confitentem, exclamavit : Magnus est Deus; et non est alius præter eum. Erat autem cornicularius miles. Ad quem præses : Sicut video, ingui', seductus es. De quo præses imperatori Aureliano renuntiavit. Qui mox perire illum jubet, et ita martyr factus migravit ad Dominum.

C. XI KAL. SEPTEMBRIS.

(22 Aug.)

Romæ via Ostiensi in cœmeterio ejusdem, natalis sub Melchiade papa, susceptus est. Quique cum annum to'um et aliquot menses ibi prædicans, multos ad fidem Christi convertisset, tentus a Tarquinio Urbis præfecto, et longa carceris cus'o lia maceratus, cum sacrificare idolis noluisset, tertio cæsus, et gravissi.nis suppliciis attrectatus, ad ultimum decollatus, et juxta beatum apostolum Paulum sepultus est. Soriptum invenitur in historia sancti Silvestri.

Eodem die AugustoJuni, natalis sancti Symphoriani (31 Dec.), qui tempore Aureliani imperatoris, sub Heraclio consulari, cum idolis sacrificare nollet,

^b Greg, Tur., lib. 1 Hist. Franc., c. 34.

primo verberibus affectus, dein carceri mancipatus, A in Urbe mimus Themelæ d artis magister fuit. Et ad ultimum cæso capite martyrium consummavit.

In Portu Romano, natalis sanctorum peregrinorum martyrum Martialis, Epicteti, Saturnini, Aprilis, et Felicis, cum sociis eorum ^a.

Item Romæ, natale beati Antonii martyris, qui cum esset carnifex, vidit stantem juvenem cum spongia, et detergentem latera sanctorum martyrum Eusebii, Pontiani, Peregrini, atque Vincentii, cum suspensi in equuleo cæderentur, et mox clamare cæpit: Vere Deus Christus, quem hi prædicant. Fugiens occulte, a Rufino præsbytero baptizatus est. Et reversus ad Vitellium, cum se Christianum libere fateretur, capitis sententia damnatus, via Aurelia, juxta formam Trajanam, x1 Kalendas Septembris sepultus est.

D. X KAL. SEPTEMBRIS. (23 Aug.)

Natalis sanctorum martyrum Donati, Restituti, Valeriani, Fructuosæ, cum aliis duodecim, qui præclarissimo confessionis honore apud Antiochiam coronati sunt.

Eodem die, beati Theonæ b apud Alexandriam, venerabilis et vere Deo digni, qui beatum Petrum episcopum, post et martyrem, nutrivit, in omni puritate et animi virtutibus clari.

Eodem die, beati Zacchæi episcopi, qui quartus a Jacobo Jerosolymorum Ecclesiam clarissime rexit.

Lugduno Galliæ, natalis sanctorum martyrum Minerviiet Eleazari cum filiis octo, quorum corpora in crypta, quæ urbi ab occidente imminet, condita C habentur.

In Portu urbis Romæ, natalis sancti Hippolyti, Quiriaci, et Archillai.

Eodem die. natalis sanctorum Timothæi et Apollinaris °, qui apud Rhemensium urbem consummato martyrio, cœlestia regna meruerunt.

E. IX KAL. SEPTEMBRIS. (24 Aug.)

In India, natalis beati Bartholomæi apostoli.

Eodem die, apud Carthaginem, sanctorum martyrum Massæ candidæ, qui passi sunt tempore Valeriani et Gallieni. Ferunt enim, inter alia supplicia tunc a præside clibanum calcis accensum, et in ora illius prunas cum thure exhibitas, et præsidem dixisse Christianis: Eligite a duobus unum: aut D thura super his carbonis offerte Jovi, aut in calcem demergimini. Tunc trecenti viri fide armati se ictu rapidissimo Christum Dei Filium Deum fatentes, jecerunt in ignem, et inter vapores calcis pulverei sunt demersi. Ex quo etiam candidatus ille exercitus beatorum, Massa candida meruit nuncupari^d.

F. VIII KAL. SEPTEMBRIS.

(25 Aug.)

Romæ, natale sancti Genesii martyris : qui prius

De his in Vita sancti Eusebii.

Euseb., 23 Aug., l. vu Eccl. Histor., cap. ult.
Greg. Tur. de Gloria mart., c. 55.

quadam die cum vellet Diocletiano imperatori, cui Christiani, utpote sævissimo, exosi erant, de mysteriis Christianæ observantiæ ludum exhibere, et hujus rei gratia spectante imperatore et omni populo, in medio theatri quasi ægrotus decumbens se posceret baptizari, mimum in hæc verba proposuit : Eia nostri, gravem me sentio, levem me fieri volo. Illi responderunt: Quomodo te levem facimus si gravis es? Numquid nos fabri sumus, et ad runcinam te missuri sumus? Hæc verba exhibuerunt populo risum. Genesius iterum : Vesani, Christianus desidero mori. Quare? inquiunt. Quibus Genesius : Ut in illa die veluti fugitivus in Deo inveniar. Evocato autem presbytero et exorcista, repente a Deo inspiratus B credidit. Nam illí juxta lectum ipsius quasi ægrotantis cum resedissent, dicunt ei : Quid ad nos misisti, filiole? Genesius autem non simulate ac ficte, sed ex puro corde respondit : Quia accipere cupio gratiam Christi, per quam renatus liberer a ruina iniquitatum mearum. Cumque sacramentorum mysteria complessent, et indutus esset vestibus albis, veluti per ludum a militibus raptus, et ad similitudinem sanctorum martyrum de Christi discutiendus nomine imperatori fuisset exhibitus, stans in editiori loco ita concionatus est: Audi, imperator, et omnis exercitus, sapientes et populi hujus urbis. Ego quotiescunque Christianum vel nominatum audivi, exhorrui, et in confessione permanentibus insultavi. Ego etiam parentes meos, et affines causa nominis Christiani execratus sum, et in tanta derisione habui christianos ut mysteria eorum diligenti examinatione perquirerem, et ex eorum sanctificatione ludum vobis exhibere vellem. At ubi me aqua nudum tetigit, et interrogatus, credere me respondi, vidi super me manum cœlitus venientem, et angelos Dei radiantes juxta me stetisse, qui omnia peccata, quæ ab infantia feci, recitarunt de libro quem mox in ipsa qua laverunt, in qua ego in conspectu vestro perfusus sum, et mihi candidiorem nive postmodum ostenderunt. Nunc igitur, inclyte imperator, et vos omnes populi, qui de his mysteriis nescitis, mecum credite Deum verum esse Christum, hunc esse lumen, hunc veritatem, hunc esse pietatem, et per ipsum vos ad indulgentiam posse pertingere. Ad hæc imperator Diocletianus vehementissime indignatus, statim eum fustibus crudelissime cæsum Plutiano præfecto tradidit ad sacrificia compellendum; a quo in equuleo suspensus, et ungularum diutissima laceratione vexatus, lampadibus etiam inflammatus, cum in fide persisteret, dicens: Non est rex præter illum quem ego vidi et adoro et colo, pro cujus cultura si millics occidar, ipse ero ut cœpi. Christum mihi de ore, Christum mihi de corde auferre tormenta non poterunt; valde etenim pœniteo quod ante nomen sanctum, et in hominibus sanctis exhorrui, et satis

d Vide libellum De Festivitat. Apost. Prudent., hymn. 13.

• Male in MS. mimithemelæ.

les accessi. Martyrii coronam capitis obtruncatione promeruit viii Kalendas Septembris.

Ipso eodemque die, natalis sancti Genesii a, Arelatensis, qui ante tribunal judicis exceptoris functus officio, cum impia, quibus Christiani puniri jubebantur, edicta nollet excipere, projectis in publico tabulis, se Christianum esse testatus abscessit. Et post modicum intervallum deprehensus ab apparitoribus, atque in ripa fluminis Rhodani decollatus, martyrii gloriam, proprio cruore baptizatus, accepit.

Eodem die Romæ, natale sanctorum quatuor martyrum Eusebii, Pontiani, Peregrini atque Vincentii. imperante Commodo, Vitellio judice. Hi primo facultates suas omnes pauperibus disperserunt, ac deinde prædicationibus suis Julium quoque senatorem et B omnem domum ejus ad fidem Christi conversos, per beatum Rufinum presbyterum ad baptismi gratiam perduxerunt. Qui non multo post martyr factus, ab iisdem etiam sepultus est. Pro quo maxime, ipsi a Vitellio tenti, et in equuleo levati, nervis quoque distenti, ac deinde fustibus cæsi sunt; quibus et flammæ ad latera eorum postmodum appositæ. Sed cum in laude Christi fidelissime persisterent. tandem depositi ab equuleo sunt. Et cum nihilominus in confessione Christi permanerent, iratus Vitellius Eusebio jussit linguam radicitus abscidi quam tamen beatus Faustus colligens in sinu suo abscondit, et fugit. Præcisa lingua, clamabat Eusebius : Gloria tibi, Domine Jesu Christe, qui dignatus es me cum servis tuis ad gloriam connumerare. Reclusi in carcerem cum hymnis Dei die noctuque personarent, venit quidam jam quatuor annis cæcus sacerdos Capitolii, nomine Lupullus, ad eos; et credens, illuminatus, baptismi gratiam percepit. Hoc ipse, rejectis idolis, baptizatus est. Quæ gesta Vitellius Commodo cum renuntiasset, jussit eos puniri. Et post triduum de carcere educti, ad Petram sceleratam, plumbatis usque ad emissionem spiritus mactati sunt. Quorum corpora collegit beatus Ruffinus presbyter, et sepelivit ab urbe Roma milliario sexto, inter viam Aureliam et Triumphalem, octavo Kalendas Septemb. Sed multo post tempore b beatorum martyrum Eusebii et Pontiani (largitione papæ Nicolai) membra ad Gallias translata in monasteriis sancto apostolo Petro voto religioso collatis, reverenter tumulata venerantur.

G. VII KAL. SEPTEMBRIS.

(26 Aug.)

Romæ, sancti Zephyrini papæ °, qui rexit Ecclesiam annos octo, menses septem, dies decem.

Item natalis sanctorum Irenæi et Abundi d, Romæ; quos Deciana persecutione jussit Valerianus incloacari, eo quod corpus beatæ Concordiæ in cloacam missum levaverunt. Et ipsorum quoque corpora

- ^a Greg. Tur. de Gloria mart., c. 68. ь
- Sigibertus, in Chron., anno 865.

° Pontificale, c. 16.

tardius ad adorandum verum Regem superbus mi- A levavit Justinus presbyter, et sepelivit in crypta juxta beatum Laurentium.

> Apud Vintimilium castrum Italiæ, natalis beati Secundi martyris, viri spectabilis, et ducis ex legione sanctorum Thebæorum, qui ante beatum Mauritium et cæteros, post vincula et carceres martyrium capitis abscisione complexit.

Apud urbem Italiæ, quæ Bergamis dicitur, natalis sancti Alexandri martyris, sub Maximiano Cæsare; qui cum esset miles unus ex legione Thebæorum, Christianus factus est. Audiens hoc Maximianus post dies quindecim, mittens accersivit eum, dicens ei : Pro nulla re alia evocavi te nisi ut sacrifices. Comperienim te derelinquentem deos nostros, Christianum esse factum. Et hoc dicens, petit sibi mensam. Eaque apposita, et linteamine cooperta, cœpit agere cum beato Alexandro ut sacrificaret. Sanctus Alexander in cœlum aspiciens, dixit : Atque utinam tantam mihi Deus gratiam daret, qui cuncta per Jesum Christum postulantibus præstat, ut possem et tuam voluntatem ad Dei agnitionem convertere, et vanissimam istam incredulitatem a te avertere! Sed tu quidem insanabile habes malum; ex vetustate huic vanitati adhærens, credere non vis. Me autem vocavit ille qui ex gentibus ad suam gratiam olim vocare promisit. Parce consiliis tuis diabolicis, plange, et cognosce actus tuos malos, et crede in Deum vivum, qui fecit omnia. Tunc Maximianus, ad tantam ejus fiduciam commotus, jussit astantibus ut de apposito sacrificio invito ei offerent, applicitis armatis econtra; at ille beatissimus, confundens regiam iniquitatem, et ejus præcepta fide armatus contemnens, calce mensam percussit, evertens eam cum omnibus suprapositis. Iracundia repletus Maximianus jussit tradi uni ex ministris. Qui, evaginato gladio, stetit stupidus, ferire non audens. Cui Maximianus : Adhuc stas, male miles? At ille respondit : Caput ejus sicut mons est ante me, unde totus contremisco. Tunc Maximianus tradidit eum aliis ut occideretur. Gaudio itaque repletus martyr, aquam petiit

et manus suas lavit, flectensque genua, et cervicem in terra humilians, oratione fusa ad Dominum, animadversus est. Post aliquot dies quædam matrona castissima, nomine Gratia, collegit corpus ejus, et posuit illud in prædiolo suo, non longe a muro civitatis Bergamensis. Cujus passio completa est 7 Kal. D Septembris.

A. VI. KAL- SEPTEMBRIS. (27 Aug.)

Apud Capuam, natalis sancti Rufi • martyris, quem docuit et baptizavit beatus Apollinaris, Petri apostoli discipulus, cum esset idem Rufus patriciæ dignitatis.

Tomis, natalis sanctorum martyrum, Marcellini tribuni, et uxoris ejus Manneæ, et filii ipsius Joannis, et Serapionis clerici, et Petri militis f.

- ^d De his in gestis sanct. Laurentii, 10 Aug.
- De hoc in Vita Apollinaris, 27 Jul.
- ¹ Gennad., de Viris illust., c. 86.

In Galli's, civitate Arelatensi, sancti Cæsarii epi- A ses Chr'sto, filium tuum incolumem haberes. Cui ego scopi et confessoris, miræ sanctitatis, pietatis et studii viri.

Apud Augustodunum, S. Syagrii episcopi et conf.

B. V KAL. SEPTEMBRIS. (28 Aug.)

Romæ, natale beatissimi Hermetis a martyris. Hunc illustrissimum virum beatus Alexander pontifex et martyr (3 Maii), cum esset præfectus urbis Romæ, baptizavit cum uxore, et filiis, ac sorore Theodora, cumque eo pariter mille ducentos quinquaginta servos ejus, uxores quoque et filios eorum, prius ingenuitate ill's concessa. Et non multo post ab Aureliano imperatore trusus in carcerem, beato etiam Alexandro in custodia posito, tribuno Qu'rino commenda- 🖪 Christiani, dedi. Hæc et his similia cum egisset circa tur. Qui dixit ad beatum Hermem : Quæ ratio est, vir illustris. ut vice sacra judicans, non solum ad istam injuriam te redigi velis, verum etiam præfecturæ honore exspoliatum, in vinculis te tanguam privatum trudi æquanimiter feras? Sanctus Hermes ait : Præfecturam non perdidi, sed mutavi. Nam dignitas terrena a terris tollitur, ac mutatur; dignitas vero cœlestis æterna sublimitate subsistit. Dicit ei Qu'rinus : Miror te prudentem virum ad tantam stultitiam devenisse, ut credas extra istam vitam te aliquid habiturum, postquam cineres humani corporis ita ad nihilum redigantur ut nec ossa ipsa subsis' ant. Cui beatus Hermes : Et ego ante hos annos illam deridebam, et istam carnalem vitam utilem esse dicebam. Et Quirinus : Fac et me probare, ut si ita est sicut tu credidisti, et ego credam. Beatus IIer- C mes dixit : Sanctus Alexander, qui habetur in vinculis, hæc me docuit. Audiens hæc Quirinus cæpit maledicere Alexandro, et dixit ad Hermem : Ego te rogavi dicens : fac me probare juste te credidisse; et tu mihi nominasti hominem magnum, quem in vinculis habeo, et in carceris ima conclusum. Si verum est ergo quod dicis, vado ad eum ipse, et triplicabo illi vincula et custodes; si potuerit hora cœnandi ad te venire, credam quæ docuerit. Ivit, triplicavit vincula, custodes apposuit. Primo igitur noctis in tio, venit puer, qui videbatur esse non amplius quam quinque annorum, ferens faculam ardentem in carcere; et flectensgenua sua, cum beato Alexandro oravit, dicens orationem Dominicam, et apprehendens manum ejus eduxit per fenestram, et per- D duxit eum ad beatum Hermem in domum Quirini. Quirinus factum hoc ut vidit, exterritusest. Cui post alia beatus Hermes dixit : Ecce nos vides in unum, quos custodiis mancipasti. Causa cur ego sancto Alexandro crediderim ista est : Unicus cum mihi esset filius in nimio languore positus, qui adhuc ambulabat ad litterarum studia, hicque in Capitolium cum esset ductus a me et matre sua, ct sacrificassemus diis, et pontificibus præmia dedissemus mortuus est. Tunc increpare me cœpit nutrix ejus, dicens : Si eum ad limina sancti Petri duxisses, et credidis-

• De his in Vita sancti Alexandri.

respondi : Dum tu ipsa cæca sis facta et non sis curata, quomodo filium meum reddet incolumem? Si ante istos, inqu't, quinque annos credidissem Christo, redditi mihi essent opuli. Cui dixit : Vade et crede; et si tibi oculos aperuerit Alexander, credam quod et mihi reddat filium meum. Abiit ad ipsum cæca, et ecce reversa est ad me sana, imponensque humeris suis filium meum mortuum, cucurrit, et jactavit eum ante pedes beati Alexandri. At ille, oratione facta, resuscitavit eum. Ego confestim misi me ad pedes ejus, et rogavi me fieri Christianum. Patrimonium vero matris ejus ipsi contuli; aliquanta etiam de meo addidi. Cætera vero aut pauperibus erogavi, aut servis meis, qui mecum facti sunt Quirinum beatus Hermes, credidit Quirinus cum omni domo sua, et baptizatus est. Aurelianus cuncta hæc audiens, dictavit in ultimo sententiam ut beatus Hermes gladio puniretur. Qui decollatus, o beata sorore sua Theodora collectus, in Salaria vetere non longe ab urbe Roma sub die quinto mense Septembris sepultus est.

Ipso die in Africa, depositio sancti Augustini episcopi. Ex provincia ergo hie Africana, civitate Tagastensi, de numero curialium parentibus honestis et Christianis progeni us, alitusque est ac nutritus eorum cu a ac diligentia, impensisque sæcularibus artibus eruditus apprime, omnibus vi Jelicet disciplinis imbutus, quas liberales vocant. Namet Grammaticam prius in sua civitate, et Rhetoricam in Africæ capite Carthagine postea docuit; consequenti etiam tempore trans mare in Roma, et apud Mediolanum. In qua urbetuncepiscopatum administrabat acceptissimus Deo, et in opti nis v ris præclarissimus sacerdos Ambrosius. Ilujus interea verbi Dai prædicatoris frequentissimis in ecclesia disputationibus astans in populo, intendebat suspensus atque affixus.Et factumest, divina præstante opitulatione, utper illum talem tantumque antistitem Ambrosium, et doctrinam salutarem Ecclesiæ catho'icæ, et divina perciperet Sacramenta. Moxque ex intimis cordis medullis spem omnem quain habebat in sæculo dereliquit. Jam vero non uxorem, non filios, non carnis divitias, non honores sæculi quærens, Deo cum suis servire statuit. Unde cum his qui eidem adhærebant Deo, vivebat jejuniis, orationibus, bonis operibus in lege Domini meditans die ac nocte. Et de his, quæ sibi Deus cogitanti atque oranti intellecta revelavit. et præsentes et absentes sermonibusaulibris docebat. Factumque est ut ordinaretur presbyter in Ecclesia Ilipponensi, omnibus id uno consensu et desiderio fieri perficique petentibus, magnoque studio et clamore flagitantibus. Mox sibi monasterium intra ecclesiam instituit, et cum Dei servis vivere cœpit secundum modum et regulam sub sanctis apostolis constitutam : maxime ut nemo quidquam proprium in illa societate haberet, sed essent omnia communia,

341

jecto autem tempore, sancto episcopo Valerio id agente, omnibus gratulantibus, atque id fieri ingenti desiderio clamantibus, episcopatum suscipere, suo vivente episcopo, coactus est. Atque ita factum est ut episcopus multo instantius ac ferventius majo e auctoritate verbum salutis æternæ alacriter pullulanti atque crescenti Domini ecclesiæ prædicaret. Vixit in clericatu vel episcopatu annis ferme quadraginta, ætatis vero illins anni septuaginta sex. Verbum Dei usque ad extremam ægritudinem imprætermisse, alacriter et fortiter sana mente, sanoque consilio in Ecclesia prædicavit. Membris omnibus suicorporis incolumis, integro aspectu at que auditu, et astantibus, et videntibus, et orantibus fratribus, tute bona. Testamentum mullum fecit, quia unle faceret, pauper Dei non habebat. Tertio obsidionis mense (nam civitas ejus quotuordecim mensibus conclusa et obsessa est a Wandalis, Alanis, aliisque commistis gentibus) decubuit febribus, et illa ultima exercitatur ægritudine. Hic beatus episcopus spiritu divino tactus, in sancta Ecclesia catholica ad instructionem animarum fecit libros, tractatus, epistolas numero mille triginta, exceptis qui numerari non possunt, quia nec numerum designavit eorum. Hujus corpus venerabile, primo de sua civitate propter barbaros ad Sardiniam translatum, nuper a Leutprando rege Longobardorum, dato magno pretio, Ticinis relatum, et honorifice conditum est. Brivate, natale saucti Juliani martyris a. Qui tempore persecutionis hortatu b.ati Ferreoli, cujus in militia comes erat, ex Viennensi urbe clandestino discessu ad præfatu.n Arvernæ urbis territorium commigravit. Ubi ab insequentibus persecutoribus tentus, desecto gutture, morte horibili necatus est.

Constantinopoli, sancti AlexanJri episcopi et confessoris b gloriosi senis: cujus virtute orationis Arius divino judicio condemnatus, crepuit medius, et effusa sunt vi cera ejus. Dormivit vero idem beatus pontifex vitæ suæ anno nonagesimo octavo, episcopatus trigesimo tertio.

Eodem die apud Santonas, sancti Bibiani [al Viviani] episcopi et confessoris.

D. IV KAL. SEPTEMBRIS.

(29 Aug.)

Romæ in Aventino in oppido Vindinensi ad Arcum Faustini, natale beatissimæ et illustrissimæ Sabinæ martyris, quæ fuit uxor præclarissi ni quondam Valentini, et filia llerodis Metalarii, quæ passa est, Adriano imperante, sub præfecto flelpidio. Hanc beata virgo Seraphia, cum in domo conversaretur, persuasit in fide Domini nostri Jesu Christi. Quæ postmodum eamdem virginem usque ad locum passionis secuta est, et cum ei præses Barilus diceret: Quid tibi ipsa derogas, aut quare temetipsam

• Greg. Tur. de Gloria mart., lib. 11, per totum. ^b Greg. Tur. de Gloria confess., e. 58.

et distribuerentur unicuique, sicut opus erat. Inter- A vilem reddis, aut quare non consideras cuæest aut cujus filia es ? Conjunxisti enim te Christianis, et oblita es natales tuos, et memoriam tanti viri, cujus fuisti; et deorum, quorum iram vereor ne incurras. Revertere magis ad domum tham, et dimitte hanc nefandam, quæ maleficiis te et plurcs demutavit a deoru.n cultura. Beata Sa ina respondit : Illius sanctæ puellæ, de qua dicis, maleficiis utinam et tu suadereris, sicuti et ego suasa sum, ut ab immundis recederes idolis, et verum et certissimum agnosceres Deum, qui bonos ad æternam vocat vitam, et malos in pœnam relinquit perp tuam. Quod præses audiens, reveritus illam dimisit. Ut vero beata Seraphia gloriosissimo martyrio coronata est, illustrissi na Sabina colligens reliquias obdormivit cum patribus suis, enutritus in senec- R ejus, celebratis venerabilibus exsequiis, thesaurum sempiternum vel pretiosam margaritam reposuit in monumonto suo, quod ipsa sibi cum summo studioet ornatu fecerat. Deinde, interpositis aliquot diebus, comprehensaju lici ffelpidio præsentatur. Quamille videns : Tu es, inquit, Sabina uxor quondam Valentini illustrissimæ memoriæ, et filia Ilerodis? Cui sancta matrona respondit : Ego sum et gratias ago Domino meo Jesu Christo, qui me peccatricem per sanc'am famulam suam Seraphiam de multis sor Jibus et potestate dæmonum liberare dignatus est. commotus postmodum præfectus, cum videret in confessione Christi constantiam ejus, dictavit sententiam dicens: Sabinam dii 3 inobedientem, dominos

quoque et Augustos nostros blasphemantem, gladio percuti decrevimns, atque omnes facultates ejus publicis titu is præsignari. Passa est autem beata famula Christi Sabina quarto Kalendas Septembris; et a Christianis sublatum corpus ejus sepultum est in monumento, ubi ipsa venerabiliter reposuerat magistram fidei suæ virginem Seraphiam, ad arcum Faustini, juxta aream Vindiciani, in oppido Vindinensi.

Eodem die veneratur decollatio sancti Joannis Baptis'æ °, qui primo in Samaria est conditus, nunc in Alexandria. Porro caput de Jerosolymis ad Phœniciæ urbem Emesam delatum est.

D. III. KAL. SEPTEMBRIS.

(30 Aug.)

Romæ, via Ostiensi, milliario secundo ab Urbe. na'ale bca'issimorum martyrum Felicis et Adancti, D sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus, præfecto et judice Draco. Fuere autem duo fratres nomine et opere Felices ambo presbyteri. Horum senior Felices ambo presbyteri. Horum senior Felix ex jussione imperatorum cum ad secretarium judicis esset perductus juxta templum Serapis, dum cogeretur ad sa rificandum, exsuffavit in faciem sta'uæ æreæ, et statim cecidit. Item ductus ad Mercurii statuam in aliam ædiculam, simili modo in illam exsuMavit. et mox cecidit. Item ad simulcrum Dianæ, quod pari modo dejecit. Reductus ad præfectum imponi-

° Vide libellum. de Fest. Apost. Item hic ante 24 Febr.

tur equuleo, et inquisitus quibus hæc maleficiis fe- A Adauctum eum appellaverunt, quod sancto martyri cisset, beatus Felix respondit: Non maleficiis diaboli, sed beneficiis omnipotentis Dei hoc egi. Furore itaque accensus præfectus, jussit eum duci extra Urbem via Ostiensi, quia illic arbor excelsissima stabat dæmonibus consecrata, juxta quam erat templum, ut ibi ad sacrificandum impelleretur. Quo perductus, oratione facta, dixit ad arborem : Præcipio tibi in nomine Domini mei Jesu Christi, ut radicitus corruas, et templum ac simulacrum, vel aram ejus funditus comminuas, ut amplius cultu tuo animæ non decipiantur. Quæ statim ad verba ipsius ita eversa est ut et templum ac simulacrum comminueret, et quod fuerat, non pareret. Quod cum nuntiatum fuisset præfecto, statim jussit eum decollari, et corpus sententia, obvius fuit ei quidam vir Christianus, hominibus quidem absconsus, Deo vero manifestus. Hic cum didicisset quod beatus Felix duci fuisset jussus, cœpit clamare et dicere : Et ego ex eadem lege sum, et ipsum quem hic sanctus presbyter confitetur Dominum Jesum Christum colo. Mox et ipse ab officio præfecti comprehensus, pariter dato sibi osculo, cum beato Felice decollatus est; hujus nomen quia non innuerunt Christiani, post modum

Felici auctus sit ad coronam, ipsique pro fidei confessione corona martyrii aucta. Christiani itaque noctu venientes, in eodem loco ubi arbor steterat, quæ cadens nimiam terræ altitudinem aperuerat, eos sepelierunt. Quorum corpora volentes pagani exinde effodere, quicunque manus apposuerunt a diabolo correpti sunt. bi postea pacis tempore basilica fabricata est, et martyrum memoria digne exculta. Complexerunt autem martyrium suum m Kal. Septembris.

E. PRIDIE KAL. SEPTEMBRIS. (31 Aug.)

Treviris natalis sancti Paulini a episcopi confessoris, qui tempore Arianæ infestationis, a Constanejus inhumatum canibus et lupis derelinqui. Data _B tio imperatore, ob catholicam fidem exsilio relegatus, et usque ad mortem, etiam extra Christianum nomen mutando exsilia fatigatus, ad ultimum apud Phrygiam defunctus, beatæ passionis coronam percepit a Domino.

> Eodem die apud Athenas, beati Aristidis, fide, sapientiaque clarissimi. Qui Adriano principi de religione Christiana libros obtulit, et quod Cbristus Jesus solus esset Deus, præsente ipso imperatore, luculentissime peroravit.

^a De hoc in vita sancti Maximi episcop. Mog., 18 Nov. Hieron de Script. Eccles., cap. 20.

LITANIÆ INDICENDÆ.

MENSIS SEPTEMBRIS

HABET DIES XXX; LUNA VERO XXIX.

F. KAL. SEPTEMBRIS. (1 Sept.)

Jesu nave et Gedeon prophetarum.

Apud Capuam, via Aquaria, natalis sancti Prisci martyris, qui unus fuit de illis antiquis Christi discipulis.

Eodem die natalis Annæ prophetissæ;

Item eodem sancto die apud Senonas, beati Lupi episcopi, sanctitate et signis miraculorumillustravit.

Item apud Cæsaream Cappadociæ, beati Longini a militis et martyris; quem tradunt illum esse qui lancea latus Domini Jesu Christi pendentis in cruce aperuit (Joan. xix). Hic postmodum baptizatus ab apostolis, cum apud Cappadociam sanctitate præcipuus degeret, tandem ab Octavio præside comprehensus, post confessionem fidei, lingua abscisa, et D dentibus excusis, capite truncatus est. Simul cum eo coronatus est Aphrodisius Commentariensis, cui et præses linguam abscidi jusserat; quique post abscisionem expedite Christum clara voce loquebatur.

G. IV NONAS SEPTEMBRIS.

(2 Sept.)

Natale sancti Justi Lugdunensis episcopi, miræ

• Vide libellum de Festivitat. Apost.

C sanctitatis et prophetici spiritus viri. Hic clam episcopatum suum relinquens, ascensa nave, comitante se uno tantum puero, qui officio lector erat in ecclesia, nomine Viator, pervenit ad Ægyptum. Ubi per aliquot annos, sanctis monachis cœlum tantum spectantibus consociatus, humilitate ac sanctitate vitæ incomparabilis vixit. Cursu itaque temporis consummato, ipse quoque virtutibus consummatus, repositam sibi coronam justitiæ percepturus migravit ad Dominum pridie idus Octobris. Corpus ejus religiosis civibus Lugdunum cum ossibus beati Viatoris ministri ejus relatum, et condigno cultu in basilica beatorum septem fratrum Machabæorum martyrum glorio- sissimorum conditum est quarto nonasSeptembris.

Eodem die, beati Helpidii episcopi apud præfatam urbem venerabilis depositio. Cujus sacrum corpus honorifice sepultum, in ipsa eademque ecclesis, ubi sancti confessoris Justi tumulata sunt sacratissima membra, quiescit.

Apud Apamiam, beati Antonini martyris.

A. III NONAS SEPTEMBRIS.

(3 Sept.)

Natalis sanctæ Phæbes.

344

343

Romæ, passio et natalis beatæ Seraphiæ * virgi B digne dedicatus tertio nonas Septembris, quando et nis, sub Adriano imperatore, judice Berillo. Hæc Antiochena genere, cum in domo Sabinæ præclarissimæ feminæ apud urbem commaneret, rapta ab officio præsidis, exhibita est in conspectu ipsius. Cui præses dixit : Sacrifica diis immortalibus quibus sacrificant domini imperatores. Beata Seraphia respondit : Timeo, et colo omnipotentem Deum, qui fecit cœlum et terram, et omnia quæ in eis sunt. Nam dii quos jubes adorare non sunt dii, sed sunt dæmonia; et ideo non licet mihi adorare eos, quia Christiana sum. Cumque perseverantissime fidem veritatis prosequeretur, jussit eam præses duobus juvenibus lascivis tradi, ut ei nocturno furto insultarent. A guibus perductam in cubiculum obscurissimum cum vellent eam tangere, subito terræ motus factus est magnus, B cecideruntque exanimes in terram, membris omnibus resoluti. Diluculo autem cum venissent a præside missi, qui requirerent, seu de juvenibus, seu de virgine ; ingressi invenerunt sanctam Dei orantem, juvenes vero impudicos velut mortuos terræ prostratos. Itaque ad rei factum cum plurimiconcurrerent. iterum præses jussit pro tribunali eam sibi adduci-Et imperante præside deportati sunt iidem juvenes, et positi ante conspectum ipsius. Ad quos beata virgo, facta oratione, accedens tetigit illos dicens : In nomine Domini mei Jesu Christi erigite vos in statu vestro; ad cujus vocem illi steterunt super pedes suos. Quos præses interrogavit : Quid faciendo hæc mulier dementes vos fecit et resolutos? Ingressus est, inquiunt, quidam juvenis decorus, miræque magni-С tudinis, qui totus splendebat sicut sol, stansque inter nos et puellam hanc, tremore et defectione claritate sua concussit. Præses ad beatam Seraphiam conversus: Sacrifica diis, inquit, ne morte plectaris. Cui virgo : Non facio voluntatem patris tui Satanæ, quia Christiana sum. Tunc præses jussit lampades ardentes lateribus ejus apponi, sed statim qui eas tenebant, ceciderunt retrorsum. Præses vero iterum beatæ virgini dixit : Biothanata et malefica, audi imperiale præceptum, sacrifica diis immortalibus, et libera te de cruciatibus et morte. Beata Seraphia boc illi redidit : Biothanati et malefici vos estis, qui negatis Deum vivum et verum et dæmonia adorando, cum ipsis pariter estis morituri ; Deo autem **i mmortali ego memetipsam offero sacrificium, si me** dignatur suscipere licet peccatricem, tamen Chri- D stianam. Tunc fustibus cæditur : et ecce subito terræmotus factus est magnus. Et excussa de fuste, de quo cædebatur virgo, Dei astella exsilivit in oculum præsidis, quem post dolorem luscum fecit. Et iratus dictavit sententiam : Seraphiam imperialis præcepti contemptricem, et in tantis meleficiis deprehensam gladio percuti jubemus. Passa est autem quarto Kalendas Augusti, et sepulta juxta aream Vindiciani in monumento illustris martyris Sabinæ, 11 Kalendas Augusti. Compositum vero et ornatum est venerabile sarcophagum ambarum, et locus orationis con-

• Vide libellum de Fest. Apost.

memoria passionis ejus celebrior agitur.

Apud Capuam, natalis sanctorum martyrum Antonini pueri, annorum viginti, et Aristei episcopi quorum gesta habentur. Eodem die depositio sancti Remacli episcopi et confessoris; et beatissimi Mansueti Confessoris atque pontificis Tullensis.

B. PRIDIE NONAS SEPTEMBRIS.

(4 Sept.)

Moysis prophetæ.

Et apud Aneyram Galatiæ natalis sanctorum martyrum trium puerorum, Rufini, Sylvani, et Vitalicæ^b.

Cabilone natale sancti Marcelli qui temporibus Antonini Veri, ex numero quinquaginta martyrum qui Lugduni in ergastulum trusi fuerant, cum Valeriano patefactis custodiæ, cui mancipati erant, divinitus claustris aufugit. Et cum Latinum quemdam, a quo hospitio susceptus erat, cum omni domo sua ad fidem Christi convertisset, Cabilonensium expetens civitatem Priscum quemdam præsidem, diis suis immolantem incurrit : Cumque ab eo ad profanum convivium fuisset invitatus, et ipse hujusmodi exsecrans epulas, omnes qui aderant, cur idolis deservirent, libera increpatione corriperet, inaudito crudelitatis genere, defodiri eum cingulo tenus erectum præses jussit : sicque sanctus Dei martyr tertio die in Dei amore ac laudibus perseverans, in se cundo ab oppido Cabilenensi milliario incontaminatum reddidit spiritum.

C. NONIS SEPTEMBRIS.

(5 Sept.)

In suburbano Romæ natale beati Victorini martyris. Fuerunt autem duo fratres Victorinus et Severinus. Hi post utriusque parentis obitum se invicem pædagogantes pari custodia se mutuis obsequiis æmulantes germanitatis vinculo probabiles, Deo seipsos hostiam vivam obtulerunt. Cumque in tantum excrevissent, ut sua omnia perfectionis intuitu relinquerent, et vendentes res suas, censum carum pauperibus erogassent Deo expeditius servituri, nudi facultatibus omnibus remanserunt. Alter itaque serviens alteri, mutua vice, et æmula charitate serviebat. Imperium, libertas. Nihil deerat illis cum nil haberent. Igitur Victorinus spirans altius, et idipsum quod sibi parebant, imperfectum computans, nec satis sibi factum, si alteri liceret in altero, aut alter alteri servitium exhiberet, èremum ingreditur, seditque in specu excelsæ rupis, quam subterfluentis aquægeminum sinuarat abruptum uni tantum hospitium viro ut sedens somnum caperct, vel si reciperet alterum, stans oraret. Texerat ostiolum vimine: assiduus in lectione et oratione manebat. Cernit interim invidus omnis boni profectum viri, et ferre non valens, simulat se puellam et ante fores viri verba gementia ingeminat : Heu, inquit, me miseram, silvis errare, et tenebris vagam, locus non

^b Greg. Tur., de Gloria martyr., c. 53.

agnoscitur, iter quæritur. Quisquis es loci hujus in. A cola, cœlum undique et silvæ famam virtutum tuarum opusque ferunt ; eripe me a frendentibu ; apris, eripe a sævientibus lupis, et a rictibus ursorum. Quod victura sum tuum erit, si moriar tuum. Satis superque sufficiat operiri limine tuo. Non longum quæro habitaculum : uniustantum noctis hospes ero Reserat Victorinus cellam, et hostem, dum miseretur secum includit. Vix horæ spatium intercesserat, dum inter molimina, et assiduum corporis motum protenso pede tetigit hominem Dei, et velut compungens vulnere noxio calcre succendit. Addit i miculum dulcedo sermonis, urg t facinus solitudo. Quid moro"? facit casum columna arboris alta radice quæ dia fundata steterat. Furtivus amor scelus perficit. Exclamat jam victor Victorini diabolus: Quid agis, B Tune etiam deercto publico per diversas provincias inquit, vir perfectissime, cui etiam frater gravis fuit! Jam jungeris alteri qui recessisti a tuo. Quil agis, qui novum dogma silvis constituens suadebas scopulis castitatem ? IIæc jactans ex oculis decepti velut famus evanuit. At is qui ceciderat, velut exsanguis jacuit. In se autem aliquando reversus silvas deseruit, ad fratrem Severinum repedavit; pudore diu vocem supprimens, tan lem causam facti exposuit : ipse pænam sibi statuens. Findens namque arborem manusque per fissuram inferens, præduratam cuneis pessulans, cicatricem arboris claudi'. Sed mox Severinus factum pœnamque fratris episcopo suo nuntiat. Ille veniens primum eum solvere tentat; sed ut repugnantem vidit, orat, benedici', consolatur, discedit. Vir autem Domini, qui se gravissima pœnitentia damnaverat, Dominica tantum die modicum panis et aquæcoactusa fratre percipiebat, qui etiam se simili cibo et jejunio macerabat. Igitur in hujusmodi constructione, triennium volvitur. Cumque jam omnes pene movisset ejus in Christo imitan la humilitas, episcopus civitatis rediens, vix agere potuit, ut sese a pœna, qua ille memor tremendi judicii se damnaverat, absumptis pene carnibus, permitteret resolvi. Quantæ autem sanctitatis postea fuerit, quamque potens in miraculis, non facile lingua alic ijus explicabit. Electus dein le ab universo populo Amiterainæ urbis sacerdotium adipiscitur. Inde postmodum sub imperatore Nerva, cum aliis Dei servis Euthyche et Marone, ab Aureliano judice primo relegatus in sexagesimo milliario ab urbe via Salaria : deinde apud eum locum qui Cotilias appel- D ti chiam oblati sunt ei quidam Christiani, fide ac latur, ubi putentes aquæmanant et sulphureæ, in ipsis capite deorsum per horas tressuspensum teneri, ab impio judice jussum est. Quod cum per triduum pro Christi nomine passus fuisset, gloriose coronatus migravit ad Dominum. Cumque una die jussu Aurcliani corpus ejus inhumatum jacuisset, venerunt Amiternenses pepuli Christiani, et rapientes in suum territoriu.n transtulerunt, et honorifica sepultura condiderunt nonis septembris.

Item Romæ in portu, natalis sancti Herculani.

Vide lib. de Fest. Apost. ; Victor African., lib. II. ^b Euseb. lib. vm, cap. 5.

Capuæ natalis sanctorum martyrum Quinti, Arcontii et Donati.

D. VIII IDUS SEPTEMBRIS, (6 Sept.)

Zachariæ prophetæ.

Item natalis sancti Oneciphori apostolorum discipuli ª.

Et apud Africam, beatissimorum confessorum et episcoporum, Donatiani, Præsidii, Mansucti, Germani, Fuscoli, qui persecutione Vandalica apud Africam jussu Hunnerici regis Ariani, pro assertione catholicæ veritatis, durissime fustibus cæsi, et exsilio damnati sunt. Inter quos etiam episcopum nomine Lætum, strenuum ac doctissimum virum, post diuturnos carceris squalores, incendio concremavit. exsecutores cirigens, episcopis quasi ad conci ium Carthagine congregatis, una die universas ecclesias Africæ clausit, universamque substantiam episcoporum et ecclesiarum suis episcopis condonavit.

E. VII IDUS SEPTEMBRIS.

(7 Sept)

Nata'i3 beati Joannis ^b apud Nicomediam sub Diocletiano imperatore.Qui de nobilibus ortus honore ct dignitate illustris, ut vidit adversus cultores Dei inforo crudelia edicto pendero, calore nimis fidei ignitus, publice populo inspectante injecta manu, librum inique legis detraxit, ac minutatim discerpsit, Augusto Diocletiano in eadem urbe simul cum Maximiano Casare constituto. Ad quos cum relatum esset religiosi et ill stris viri factum, continuo omni in eum-crudelitatis genere desævientes, ne hoc quidem solum efficere quiverunt, ut eum mæstum aliquis videre in prenis : sed læto atque hilari vultu, cum jam viscera in supplic'is defectionent, spiritus tamen lætabatur in vultu. Ex quo tortores sui gravius cruciabantur, quod omnia suppliciorum genera consumebant in eum, quem ne tristem quidem ex his reddere poterant.

F. VI IDUS SEPTEMBRIS. (8 Sept.)

Nativitas sanctæ Dei Genitricis °.

Eodem die apud Nicomedium, natale sancti Adriani martyris cum aliis tribus et viginti. Maximianus cum gravissime persequeret ur Christinos, apud Anreligione insignissimi, quos ille post veritatis confessionem extensos lignis et nervis crudis cædi jussit, ac deinde lapidibus ora ipsorum contundi, et linguas eorum præcidi. Hæc omnia cernens Adrianus, qui erat prior officii, dixit ad eos : Adjuro vos per Deum vestrum, pro quo hæc patimini, dicite mihi in veritate, quæ est remuneratio vestra, quam exspectatis pro his tormentis ? videtur enim mihi magna et mirifica esse. Cui viginti tres martyres dixerunt : Exspectamus quod nec oculus vidit, nec

• Vide libellum de Festivitat. Apost.

rabile bonum, quod præparavit Deus his qui diligunt eum (Isa. LXIV; I Cor. 11). Audiens hæc Adrianus, statim exsiliens stetit in medio eorum, et dixit his qui gerebant exceptoris officium: Annotate confessionem meam cum his sanctis et athletis Dei : quia et ego Christianus sum. Post non multum spatium, cum audisset Maximianus nomen ejus r. citari inter nomina sanctorum martyrum, evocato ad so dixit ei : Insanis, Adriane? nunguid et tu vis tam male perire? Adrianus respondit : non insanio, sed de multa insania ad sanam mentem revertor. Cumque perseveranter quæ sunt fidei et veritatis prosequeretur, furore repletus Maximianus, jussit eum ferro vinctum cum reliquis sanctis martyribus ad carcerem pertrahi. Erat autem juvenis annorum B dicerer conjux transgressoris. Ad horam fuit exsu!viginti octo. El fama celeriter currente, didicit uxor il'i is Natalia cuncta quæ circa Adrianum maritum proveneran'. Et gaudio plena, quia erat mulier Christianissima, cucurrit ad carcerem, procidensque ad pedes viri sui osculabatur vincula ejus, dicens illi : Beatus es, domine meus Adriane, quia invenisti divitias, quas tibi non di niserunt parentes tui. Vere jam securus pergis ad Christum, bene recondens in ipso divitias, quas invenies in tempore necessitatis, ubi de pœnis damnatorum neminem quisquam liberabit : non pater filium, non mater fiim, non divitiæ transcuntes, non ulla servorum ambitio et patrimonii amp'iludo, ad extremum nec amicus amicum. Omnes enim tucc propria sarcina comitabitur. Tu, domine meus, tecum habens Christum, in quo omnia tua repo uisti, perge fiduciali.er, perge ne timeas ut percipias promissa ipsius. Non revocet te ullus intuitus rerum velut umbra transeuntium, non affines, non parentum gemitus, non pulchritudo ipsa corporis tui; exsecra seductorum adulationes amicorum; non te terreant species tormentorum. Horum qui tecum sunt martyrum constantiam et patientiam aspice, his solis intende. Hæc postquam gloriosissima femina persecuta est, singulorum martyrum vincula d osculans : Rogo vos, inquit, servi Christi, confortate hunc Adrianum beatissimis monitis, et lucrifacite animam ejus in Christo : vos sitis ei patres, per vos nascatur æternæ vitæ. Ad quam beatus Adrianus dixit : Perge nunc, soror mea, in domum tuam, et cum agnovero fieri interrogationem nostram, accer am te, ut videas D finem rei. Post aliquot dies cum quæstio immineret, beatus Adrianus dato pretio custodibus, et datis fldejussoribus, perrexit ad domum suam vocare beatam Nataliam. Cumque pergeret, vidit eum qui bene illum noverat, et præcurrensdomum, nuntiaviteum venire. Quod uxor audiens, primo non credidit, Quis, i iquit, potuit eum absolvere de vinculis illis? Non mihi contingat, ut absolvatur, nequando separetur a sanctis illis et cam puer domesticus superveniens affirmaret eum dimissum, suspicata illa, quod martyrium refugisset, contristata flebat amarissime. Et cum jam videre Adrianum inciperet,

auris audivit, nec in cor ho ninis ascendit, inenar- A projecit quæ erant in manibus, et accurrens claus't ostium domus, clai a is et dicens : Longe efficiatur a me hic qui corruit, et m ntitus est Domino Deo suo. Non loquatur mihi, nec audiam linguam, quæ do'ose egit in conspectu Factoris sui. Et conversa dicit in eum : O sine Deo præ omnibus hominibus, quis te coegit apprehendere opus, quod non potuisti perficere ; quis te separavit a sanctis, aut quis te seduxit, ut recederes a conventu pac's vel repausationis? Die mihi, quare in fugam conversus es antequam fieret pugna? quare projecisti arma, an'equam videres host m tibi repugnantem? Quomodo vulneratus es, necdum emissa sagitta : Quid faciam infelicissima, qua conjuncta sum impio? Non est mihi concessum ut vocarer uvor martyris, sed ut

> tatio mea, et ecce per sæcula erit opprobrium meum. Cui beatus Adrianus pro foribus stans dicebat : Aperi mihi, soror mea Natalia, quia non sicut tu æstimas effugi martyrium. Veni autem propterea, quia instat tempus quæstionis nostræ, ut sicut promisi præsens flas. At illa non credens : Vide, inqu't, quomodo me seducit transgressor? Ec :e quomodo mentitur alter Judas? Ri cedas a me, homo : nam ante me ipsam interficiam, quam tibi socier. Cumque beatissimus mar yr de zelo piæ conjug slætus, sermonibus suis ei satisfaceret, et nisi citius aperiret, moras se facere non posse assereret, tandem ei illa aperiens, provolvitur pedibus ejus. Inde vero citiu : excuntes, proporabant ad confessionem, ut in C numero coro atorum Adrianus nveniretur. Cumque adhuc essent in via, dixit beatus Adrianus : Soror mea, dic quomodo ordinasti substantiam tuam? Cui illa : Noli, inquit, domine meus, noli memorare quæ sunt mundi hvjvs, ne attrahant animum tuum: auferantur ab animo tuo omnia corruptibilia, solummodo illa festina videre, quæ reposita sunt tibi et sanctis, cum quibus ambulas in via Dei. Completa itaque die ut produceretur, exhibiti sunt beat's simi martyres in conspectu Maximiani, putrefactis ita jam carnibus eorum præ acerbitate tormentorum, ut vermes de ulceribus eorum scaturirent. Natalia vero applicans se beato Adriano, dicebat : Vide, don.i 1e meu3, ut solummodo ad Deum flat mens tua; nec tuum cor in aliquo trepidet, dum videbis tormenta tibi proposita. Labor qui lem nunc modicus, sed in sæcula sæculorum æterna repausatio. Maximianus respiciens Adrianum, ait : Adbuc tu permanes in insania! Beatus martyr respondit : Pro hac amentia et insania paratus sum hanc vitam finire. Iratus post piam confessionem ipsius tyrannus, jussit cum tame rudeliter invicem sibi succedentibus flagellatoribus cædi, done c apertis costis viscera patefierent.Iterum constrictus ferro in carcerem mittitur. Et cum aliquibus diebus eum reliquis sanctis Dei claususibi fuisset, tandem reductus, simul et cum eo alii, quos immensitas pœnarum pene ab umpserat, sistitur Maximiano.Quos ille jam vidensirrevocabiles, jussit ut vecte magno ferreo confringerentur tibiæ

incisis, insuper beato Adriano manu incisa, orantes et gratias agentes Domino, emiserunt spiritum. Corpora eorum jussit tyrannus incendi. Sed subito factæ sunt coruscationes, tonitrua, ac pluviæ, et exstinctus est ignis. Plurimique de apparitoribus fulminibus percussi, pauci fuga vix evaserunt. Accurrentes interea Christiani, rapuerunt ex igne jam exstincto reliquias martyrum, et ascensis navibus fugerunt, perveneruntque Byzantium, et reverenti honore sepelierunt eas ibi. Non longo post tempore beati Adriani corpus Romam etiam translatum honorabili quoque templo exornatum cst. Natalia vero ipsa de Nicomedia sanctorum martyrum amore Byzantium enavigans, post paucos dies adventus sui, ctorum corpora sepulta est Kalendis Decembris. Passio horum martyrum sexto Idus Septembris celebratur.

G. V IDUS SEPTEMBRIS. (9 Sept.)

^a Passio beatorum martyrum Dorothei et Gorgonii, apud Nicomediam, sub Diocletiano imperatore. Horum prior Dorotheus magister in officiis quæ intra palatium exhibebantur, erat cubiculi regii præpositus, habens secum officio, fide, et magninimitate parem Gorgonium. Quorum institutionibus optimis omnes pene cubiculi ministri in fide Dei vigilanter et libere persistebant. Hi denique cum viderent quemdam martyrem crudelibus atque immanibus suppliciis cruciari, constanter et libere aiunt : C Cur, imperator, in hoc solo punis sententiam, quæ in nobisomnibus viget?ut quid in illo crimine ducitur, quod a nobis omnibus confitetur? Hæc nobis fides, hic cultus, et unanimis eademque sententia. Quos ille cum in medium nihilominus venire jussisset, jussit eos appendi, et flagellis toto corpore laniari et visceribus jam pelle nudatis jubentur aceto et sale perfundi. Cumque etiam hoc tormenti genus constanter et sortiter tolerassent, craticula prunis subterstrata poni jubetur in medio, ibique quod reliquum tuerat in verberibus absumpti corporis superponi, et non ad subitum, sed sensim paulatimque succendi. Ad ultimum laqueo appensos jussit necari. Interjecto tempore beatus Gorgonius Romam transfertur, positusque est venerabiliter via Latina D inter duas lauros. Compleverunt autem martyrium suum quinto Idus Septembris.

In Sabinis milliario ab urbe tricesimo, natalis sanctorum Hyacinthi, Alexandri, Tiburtii.

A. IV IDUS SEPTEMBRIS.

(10 Sept.)

Apud Africam, natalis sanctorum episcoporum, Nemesiani, Felicis, Lucii. Item Felicis, Litei, Po. liani, Victoris, Jaderis et Dativi : qui, sub Decio et Valeriano exsurgente persecutionis rabie, ad pri-

* Euseb. l. viii, cap. 6

^bDe his in Vita sanctæ Euphemiæ, 16 Sept.

ipsorum. Confractis itaque cruribus, ac pedibus A mam confessionis Christi constantiam graviter fustibus cæsi; deinde compedibus vincti, et ad fodienda metalla deputati, gloriosæ confessionis agonem consummaverunt. Quorum etiam exempla secuta multiplex plebis portio, cum eis confessa pariter est et coronata. Exstat epistola beati Cypriani ad ipsos (epist. 77), et de ipsis scripta.

^b Eodem die in Chalcedonia, natalis sanctorum Sosthenis, et Victoris : qui, cum beata Euphemia sub Prisco consule pro Christi nomine decertaret, apertis sibi divinitus oculis, viderunt circa illam angelorum præsidia, sanctarumque virginum chorum. Atque hoc viso ad Christum conversi, ob insuperabilem fidei confessionem trusi in carcerem, et inde producti, ad stipites religati sunt; quibus dormitionem accepit in Domino, et juxta san- B primum ursi, ac deinde ferocissimus leo, dimissi, cum in nullo eos læderent, misit proconsul ad deferendam cupam, in qua eos pariter concremaret. Illi vero interea incumbentes orationi, vocati de cœlo, datoque sibi mutuo pacis osculo, spiritum emiserunt,

B. III IDUS SEPTEMBRIS. (11 Sept.)

° Romæ via Salaria vetere, in cœmeterio Basillæ. natale sanctorum Proti et Ilyacinti, qui erant eunuchi beatæ Eugeniæ virginis cum qua ab Heleno episcopo baptizati, aliquanto tempore divinis solum eruditionibus vacantes, in sancto proposito perstiterunt, atque in servorum Dei monasterio mira humilitate conversati sunt ; et hoc apud Ægyptum. Inde cum beatissima virgine Romam reversi, sub Gallieno imperatore, quod essent Christiani, comprehensi, coguntur sacrificare. Sed non consentientes dirissime verberantur. Cumque Deo fidem servantes gauderent, pariter decollantur tertio Idus Septembris. Post hæc tenetur sancta Eugenia, et jubetur a præfecto urbis Nicetio, Dianæ sacrificia exhibere. Quæ stans ante templum, extensis manibus fudit orationem. Qua orante, ita simulacrum Dianæ comminutum est, ut sola pulverisejusindicia remanerent. Sed magicis artibus hoc reputantes, ingenti saxo circa scapulas ejus constricto, Tiberi eam præcipitem dederunt. Quomodo autem agonem passionis suæ compleverit, breviter supra notatum est vnı Kalendas Januarii.

G. PRIDIE IDUS SEPTEMBRIS.

(12 Sept.)

Apud Ticinum urbem, quæ et Papia dicitur: natale sanctorum Eyri et Evantii. Qui a beato Hermagora Aquileiensi pontifice, discipulo sancti Marci evangelistæ, ad præfatam urbem directi, primi illic Christi Evangeliuum prædicantes, et magnis virtutibus ac miraculis coruscantes, etiam vicinas urbes, Veronensem scilicet, Bryxenam, et Laudensem divinis operibus illustrarunt. Sicque in pontificali honore, fundata et confirmata fide credentium populorum, glorioso fine quieverunt in pace.

° De his in gestis sanctæ Euphemiæ, 25 Dec.

D. IDIBUS SEPTEMBRIS.

(13 Sept.)

* Apud Ægyptum, civitate Alexandria, natale B. Philippi episcopi et martyris qui præfectus primum fuit, deinde baptismi gratia sanctificatus, episcopi dignitatem, suffragium ferentibus Christianis populis, assequitur. Et sub Volusiano et Gallieno imperatoribus dirigitur Perennius præfectus Alexandriam, cui imperatum est ut Philippum occideret. Sed cum hoc implere non posset, quia omnis populus civitatis Philippo veluti quibusdam vinculis amoris videbatur astrictus, immisit quosdam in ecclesiam, qui se fingerent Christianos. Quique ingredientes, pereusserunt eum in oratione constitutum. Sepultus modo est in Nitria, basilica condigna martyri supra corpus ejus fabricata. Sedit autem in episcopatu B anno uno, mensibus tribus. Passus est Idibus Septembris.

Item sancti Amati presbyteri, abbatis monasterii S. Romerici : qui miræ abstinentiæ, et anachoreticæ vitæ sectator, virtutum et miraculorum gratia illustrem conversationem duxit.

E. XVIII KAL. OCTOBRIS.

(14 Sept.)

^b Romæ via Appia, in cœmeterio Callisti, natale sancti Cornelii episcopi; qui sub persecutione Decii cum presbyteris et diaconibus Centumcellis exsillio deputatur. Ad quem confortandum multi Christianorum veniebant. Quo tempore beatus Cyprianus scripsit ei de Calerino lectore quanta pro fide et confessione Christi sustinuerit. Decius Cæsar audito C quod multi ei scriberent, de beato Cypriano rogavit eum sibi exhiberi. Exhibitus Decio interroganti, cur a Cypriano contra Rempublicam litteras accepisset respondit : Ego de corona Domini litteras accepi, non contra Rempublicam. Iratus Decius, jussit ut os ejus cum plumbatis cæderetur, deinde ad templum Martis, ut sacrificaret, duceretur. Quod si comtempsisset, illic capite puniretur. Cumque duceretur, unus ex militibus nomine Cerealis, rogare cœpit beatum papam, ut visitaret uxorem ejus quæannis quinque paralytica jacebat. Ingressus autem domum ejus, tenuit manum Salustiæ, et erexit eam, dicens: In nomine Jesu Christi Nazareni, surge, et sta super pedes tuos. Quæ protinus erexit se, clamans et dicens : Vere Christus est, Dei filius. Et B dixit beato Cornelio : Baptiza me, per Christum te conjuro; et currens implevit vas aqua, et attulit ei. Tunc miserunt se omnes milites ad pedes ejus orantes se baptizari. Quos ut baptizavit, obtulit pro eis sacrificium laudis: et participati sunt omnes corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi. Audiens hæc Decius, mittens tenuit omnes eos, et jussit ut cum beato Cornelio ducerentur ad sacrificandum, et si nollent parere, capite plecterentur. Ducti autem foras muros portæ Appiæ, expuentes in templum, decollati sunt una cum beatissimo papa nu-

• De his in passione sanctæ Eugeniæ, 25 Dec.

A mero viginti unus. Sed et Cerealis cum uxore sua Salustia sub die xvIII Kalend. Octobris. Eadem vero nocte venit beata Lucina cum clericis et famillia sua, et rapuit martyrum corpora et sepelivit ea in agro suo in crypta, in cœmeterio Callisti. Hujuc beatæ Lucinæ rogatu, idem beatus Cornelius corpora apostolorum de catacumbis levavit noctu, et posuit, Pauli quidem via Ostiensi, ubi decollatus est, Petri autem juxta locum ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum intemplo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano palatii Neroniani, III Kalendas Julias.

Item apud Africam natale beati Cypriani episcopi, Valeriano et Gallieno imperatoribus, Galerio Maximo proconsule. Qui agentibus et elaborantibus gentilibus comprehensus ex præcepto Aspasii Paterni consulis, et in exsilium in civitate Corubitana missus est. Habitavitque ibi suspensa ad cœlum mente. tantum ad calcandas passiones hujus temporis amore Christi animatus. Quo conveniebant ad eum plures egregii clarissimi ordinis et sanguinis, sed et sæculari nobilitate gloriosi : qui propter amicitiam ejus antiquam, secessum subinde suaderent, et ne parum esset nuda suadela, etiam loca, in quæ secederet, ei offerebant. Post dies autem multos regressus de exsilio, habitabat in hortis suis. Et cum illic moraretur, venerunt ad eum principes duo ex officio consulis Galerii Maximi, qui Apasio Paterno successerat, et levantes eum in curriculo, uxerunt ad proconsulem in locum Sexti, ubi pro reparanda sanitate degebat, collectusque ab astatore officii, secessit in hospitium ejus in vicum Saturni. Convenit autem ad eumomnis populus fratrum. Quod cum comperisset beatissimus martyr, præcepit custodiri puellas quæ advenerant audire verbum Dei, quoniam ante ostium manebant principis ob amorem martyrisgloriosi. Altera die xviii Kalendas Octobris mane Galerius Maximus sanctum Cyprianum episcopum offerri sibi præcepit in atrio secutiolo, Cuiinteralia cum dixisset proconsul : Jusserunt te sacratissimi principes cæremoniari. Sanctus Cyprianus dixit : Non faciam. Maximus proconsul dixit : Consule tibi. Sanctus Cyprianus dixit : Fac quod tibi præceptum est; nam in retam justa nullo est consultatio. Maximus proconsul dixit : Diu sacrilega mente vixisti, et nefarios tuæ conspirationis homines aggregasti, et inimicum te diis Romanis et sacris religionibus constituisti, nec te pii imperatores ad sectam cæremoniarum suarum evocare potuerunt : cum sis neguissimi criminis auctor et signifer deprehensus, eris ipse documento cum his quos scelere tuo tecum aggregasti, sanguine tuo sanctientur disciplinæ. Et his dictis, decretum ex tabella recitavit : Tascium Cyprianum gladio animadverti placet. Sanctus Cyprianus, hoc audiens, dixit : Deo gratias ago. Et cum duceretur, populus fratrum plangens dicebat. Et nos cum eo decollemur. Et ita perductus gloriosus martyr post prætorium in agrum Sexti, cxuit se la-

^b Pontif., cap. 22; Cyprian., epist. 34.

cerno birro, et complicans posuit ad genua sua, de- A dus venerabilis Lugdunensis episcopus, gloriosum bine dalmaticam tubicam tulit, et diaconibus tradidit, et stans in linea, sustinebat spiculatore.n, cui et viginti quinque aureos dari præcepit. Fratres vero flentes, linteamina et oraria ante eu n ponebant nesanctus cruor defluens absorberetur a terra.Qui cum lacinias manuales sibi ligare non potuisset, Julius presbyter et Julianus subdiaconus ipsi l'gaverunt. Ipse autem sibi manu propria oculos texit, et genua in terra posuit, orationemque ad Dominum fudit, et sic gladio percussus migravit. Corpus ejus propter gentilium curiositatem in proximo collocatum est. Sed ne a gentilibus tolleretur, nocte a Jveniente ex eodem lo.o, ubi positum fuerat, sublatum est. Et inde cum cereis et scolacibus », in area cujusdam cinas cum magno triumpho sepu'tum est.

Post multa vero curricula annorum, gloriosissimo Carolo Francis imperante, contigit, legationem Francorum ferentibus, illustr. sac sapientia circumspectos legatos transitumper Africam fecisse. Hi cum Carlhaginem dirutam et loca venerabilia sanctorum martyrum revertentes a rege Persaru.n Aaron, qui, excepta India, totum pene tenebat Orientem, vidissent, facila sibi conciliato principe, ac favorem in re tali præstante, pro magno munere rogaverunt, ut ossa B. Cypriani eis ferenda permitteret. Quodille, non magni ducens, continuo postulata concessit; ut que pio imperatori, cujus gratiam omnium qui in toto terrarum orbe erant regum ac principum amicitiæ præpo ieret , ipsi ea ferrent, libenter assensit. Cumque venerabiles legati ingentia dona, mari yrum scilicet reliquias ferentes (nam et beati Sperati martyris membra, qui unus fuit ex illis duodecim præclarissimis martyr bus Scillitanis, caput etiam martyris g'oriosi Pantaleonis secum cum beatis ossibus Cypriani habebant) reverterentur, prosperis usivelis tandem pervenerunt Arelaten. Ubi sacra martyrum membra signata interim relinquentes, legationem suam glorioso imperatori renuntiare festinarunt, et, ut animum regis amplius sibi de legatione strenue perfecta conciliarent, inter alia de sanctorum reliquiis ab Africa deportatis ejus animos attollunt. Unde ille plurimum l.etus, eas tam diu apud Arelaten digna veneratione reservari jussit, douec ipse magno aliquo opere in regno suo templum con natu reponcret. Sed, emergentibus causis, dum opustardius construi. ur, occasionem nactus Leidra-

Dum cereis et scolacibus. Ilæc sincera lectio, atqueita vetustissimi I bri mss. de Vita S. Cypriani. Vu:gohactenus in omnibus libris impressis fu t scholaribus, quod Baronio in Notation. Roman. vi Februarii occasionem ded t u. scholures interpretaretur diversarum classium clericos. Sed vera lectio est quam dixit: quæ nunc explicanua, quia apud pacos auctores mihi hactenus occurrit. Isidorus, Orig. lib. xx, c. 10: « Funalia s nt, quæ intra ceram -sunt, picta a funibus, quos aute usum papyri cera circumdatos habucre majores; unue et funera dicuntur. Funalia autem Graci scolaces dieunt, quod sint imperatorem rogavit, ad civitatem suam deferre beata ossa martyrum eil ceret. Annuit imperator. Sed et isdem ocius votum suu n pius perficit : cum honore infra civitatem Lugduni deportata sunt, ibique in majori eccles a beati Joannis Baptistæ ac sancti martyris S.ephani aliquanto tempore custodita; et ad defensionem civium, Deo id miscricorditer operante, et imperatore jam volum suum de ædificatione templi in longe alia transferente, santus episcopus beatissimas reliquias gloriosorum martyrum in prædicta ecclesia post venerabile et sacrum altare decentiss ma sepultura recondidit ac posteris civibus suis profuturas honorabiliter commendavit.

Sed post, interposi o tempore, regnante gloriosio Candidi procuratoris, in via Mappaliensi juxta pis- B roge Carolo Ludovici imperatoris filio, iterum reliquiæ B. Cypriani ad monasterium novum, quod idem rex augusto opere construxit, in compendio pilatio suo, eo jubente, translatæ sunt.

> R feruntur autem cu.n beato Cypriano passi, Grescentianus, Victor, Rosula et Generalis.

Eolem die, Exaltatio sanctæ crucis, quæ ab Helena Constantini matre inventa, ita per medium est secta, ut et crux Constantinopolim sit portata, et crux llierosolymis thecis argenteis sit reservata. Multorum itaque annorum labente curriculo, Phoca Romanis imperante, Pers e adversus rempublicam, Chosroe rege, gravissima bella gerentes, multas Romanorum provincias, et psam Hierosolymam invadunt.Et destruentes ecclesias, sancta quoque loca profanantes, inter ornamenta sacra, que abstulerunt ctiam vexillum Dominicæ crucis abducunt. Fecerat namqu Chosroe rex eorum turrim argenteam, in g a interlucentibus gemmisthronum exstruxerat aureum, ibique solis quadrigam et lunæ vel stellarum imaginem collocaverat, atque per occultas fistulas aquæ meatus adduxerat, ut quasi Deus pluviam desuper videretur infundere. Et dum subterraneo specu equis in circuitu trahentibus, circumacta turris fabricata moveri videbatur, quasi quodam modo rug tum tonitrui, juxta possibilitatem artificis, mentiebatur. In hoc itaque loco sedem sibi paraverat, atque juxta eam, quasi collega Dei sibi crucem Dominicam posuit, filio que suo regno tradito, ipse in fano hujuscemodi residebat. Mortuo vero Phoca, Heraclius imporator creatur, vir strenuus et armis exercitaderet, ubita n pre-iosum pignus ingenti cultu et or- D tus. Qui adversus Persas bellum agressus, occiso Chosroe, quem in turre jam dicta sedentem invenit, Persas in deditionem recepit, lignumque glorio-

> sis scolicize, hoc est mortis. » Lege, quod sint hoc est intorti. AJ eam lectionem viam aperiunt Glossæ Is dori : « Scoluces, quod nos funalia dicimus, co quod sint scollae, hoc est intorti. os Romani funeset fuualia nominabant. » Petrus Dam anus lib. vi, epis. 17 : « Qu s enim acceudit lucernam ut videat solem ; quis scolacibus utitur ut stellarum micantium viueat claritatem. » Cypriani igitur funus et cereis et s olacibus cohonestatum est. Sic in faneribus antiquorum sæpissime junctum cerei et faces uti hic cerei et scolaces.

solymam, unde sublatum fuerat, cum magna veneratione restituit. Et renovante Deo antiqua miracula, inter alia mira quæ tunc cœlitus ostensa fuerunt, die eodem mortuus unus recepit vitam, paralytici quatuor sanati sunt, leprosi decem mundati, cæci quindecim illuminati, plurimi quoque a dæmonio erepti, mu'tique a variis infirmitatibus liberati. Offerens igitur imperator ecclesiis Dei multa donaria, ex regiis sumptibus eas reparari fecit. Simul et decreto statuit omnibus episcop's id assentientibus, ut dies relationis et exaltationis sanctæac venerabilis Dominicæ crucis, in omni imperio suo ab omnibus fide'ibus populis per singulos annos solemniter ageretur Sed et procurrentibus annis, Leone Romanis imperante, apud urbem Romam Sergius in sacrario B. B superare posset, post tormenta et carceres, etiam Petri Apostoli capsam argenteam in angulo obscurissimo diutissime jacucrat, et in ea crucem diversis ac pretiosis lapidibus adornatam, Domino revelante, reperit. De qua tractis quatuor petalis quibus gemmæ inclusæ crant, miræ magnitudinis portionem ligni salutiferi Dominicæ crucis interius repositam inspexit. quæ ex tempore illo omnibus annis in basilica Salvatoris, Quæ appellatur Constantiniana, die exaltationis ejus, ab omni osculatur et adoratur populo.

F. XVII KAL. OCTOBRIS. (15 S .pt)

• Natale sancti Nicomedis martyris. Quem Flaccus comes, cum ad eum perlatum fuisset, quod corpus sanctæ virginis Feliculæ, quam ipse pro Christo C punierat, sepaliaset, fecit teneri, et ducit ad sacrificandum. Qui cum diceret : Ego non sacrifico, nisi Deo omnipotenti, qui regnat in cœlis: non his excis's lapidibus, qui in templis quasi in carceribus clausi custodiuntur, plumbatis diutissime cæsus, migravit ad Dominum. Corpus ejus in Tiberim præcipitatum est. Quod a clerico ipsius nomine et opere Justo co'lectum, perductumque ad horticellum suum, sepultum est juxta muros via Numentana.

• Eodem die, in territorio Cabilonensium, castro Trenortio, natale sancti Valeriani martyris, qui unus fuit ex numero sanctorum quinquaginta qui temporibus Antonini Veri Lugduni in carcerem trusi fuerant, quique cum B. Marcello, patefactis custodiæ, qua detinebatur, divinitus claustris, aufugit. Cum- 👝 nammihi propitiabitur Dominus meus Jesus Christus que ad præfatum castrum pervenisset, et Domini Jesu Chri ti nomen prædicans, plurimos ipso inspirante, ad ejus fidem convertisset, revertentiab urbe Cabilonensium, ubi Priscus B. Marcellum martyrem necaverat pro Christi nomine, Præsidi Prisco delatus est. Quem ille suis faciens conspectibus præsentari, primum minis et terroribus frangere conatus est ; deinde suspensum, et gravi ungularum laceratione cruciatum, cum in Christi confessione videret immobilem, ac læto animo in ejus laudibus permanentem, protinus in eo loco, ubi nunc sacrum ip-

* De hoc in Vita Sanctorum Nerei et Achil., 12 Naii.

sime crucis exinde repedans secum tulit, et Iliero- A sius corpus debita veneratione excolitur, gladio animadverti fecit.

> Eodem die, depositio beatissimi Apri Tullensis episcopi et confessoris.

G. XVI KAL, OCTOBRIS.

(16 Sept.)

Natale sanctæ Euphemiæ virginis : quæ martyrizata est sub Diocletiano imperatore, proconsule autem Prisco in civitate Chalcedona. Quæ, deferente iniquissimo Apel.i mo, cum aliis quadraginta novem, trad ta est proconsuli Prisco. Cui Priscus dixit: Honora teipsam et generis tui dignitatem ne amittas, et immola deo Marti. Beata Euphemia ejus iniquam suasionem contemnens, pectus suum signaculo crucis muniens, imperterrita stetit. Priscus iratus, ut eam verbero et argumenta rotarum, ignes et pondera lapidum angularium, bestias et plagas virgarum, secures et sartagines igneas ei adhibuit; ad ultimum in theatrum duci et leones ac bestias ei laxari jussit. Tunc beata virgo fundens orationem ad Dominum, dixit: Tu, Domine, notus omnibus qui te invocant fide pura et integra, suscipe animam ancillæ tuæ. Et sicut suscepisti sacrificium patris nostri Abrahæ, ita suscipere digneris sacrificium humil.tatis meæ, quod tibi ob confessionem laudis tuæ immolatur. Tunc una solummodo de bestiis accurrens, morsum sancto corpori ejus infixit, et immaculatum spiritum virgo Domino reddidit. Veniens autem mater ejus Theodora, et Philosophron pater ejus, curatum corpus ipsius sepelierunt, quasi mille passus a civitate Chalcedona. Completum est autem martyrium ejus, decimo sexto die mensis Septembris.

Eodem die, Romæ, natalis sanctorum Luciæ et Geminiani, imperatore Dioc'etiano, judicibus Apofrasio et Megasio. Manserat autem beala Lucia in viduitate annos triginta sex. Totius autem vitæ ejus fuerunt anni septuaginta quinque. Quæ accusata a filio suo Euprepio, quod Chr stiana esset, jussit eam Diocletiauus imperator sibi adduci, et dixit ei : Audio quia reum illum crucifixum confiteris, et deos nostros derides. Nunc ergo si parata es vivere, parati sunt dii omnipotentes, ut eis offeras thura, ut possint tibi esse propitii, et vivas. Sancta Lucia respondit : Nec sibi sunt propitii, nec cultoribus suis; pro cujus amore parata sum ignem, vincula, et quas volueris pœnas, sufferre. Audiens Diocletianus con. stantiam fidei ejus, jussit eam trahi ad carcerem, ubi consolationem divinam promeruit. Reducta autem iterum ante Diocletianum sedentem pro tribunali, extensa est gloriosa femina, et fustibus diutissime verberata. Et ecce terræmotus subito factus est, et templum Jovis ita subrutum, ut nec lapis super lapidem ædificii remanserit. Diocletianus autem ollam æream adduci fecit, eamque pice et plumbo jussit impleri, et in circuitu ligna aggregari, et suc-

De eo in Vita S. Marcelli 4 Sept.

cendi, sanctamque Luciam infra ollam demergi: ubi A et dixit: Comple votum meum, ut laventur pedes sancta Dei psallens, triduo vixit. Mittens vero Diocletianus, qui renuntiaret ei si tota jam in cineres esset resoluta, is qui missus fuerat, intimavit rediens imperatori, quod absque ulla læsione sana viveret. Tunc impius, tanto miraculo nullo modo ad credendum Christo incitatus, jussit ut onerata ferro et plumbo per civitatis plateas duceretur. Pervenit autem ante domum hominis præpotentis, nomine Geminiani, in cujus domo dæmonum innumera simulacra erant. Dumque sancta Lucia domum ipsam pertransisset, subito columba alba velut nix descendit de cœlo, et super caput Geminiani tertio figurans crucem resedit; Geminianus respiciens, vidit sibi patere cœlum, et statim arripiens cursum pervenit ad locum ubijam sancta Dei torquebatur. Et proster- B nens se pedibus ejus, cœpit narrare quod viderat, et baptismi lavacrum expetere. Reducta est igitur beata Lucia in carcerem. Erat vero quidam sacerdos Protasius nomine: cui nocte apparens angelus Domini, monuit utiret ad carcerem, et Geminianum, qui fontem salutis requirebat, baptizaret. Qui cum evigilasset, festinus abiit, et beatum virum aqua salutari lavit. Post diem tertium exhibita est S. Lucia Diocletiano, et cum ipsa Geminianus, de quo jam imperator audierat. Quos ille pœnis gravissime afflictos, diuque tortos, tradidit cuidam perversissimo judici, ut quod deerat pœnarum, ipse suppleret. Qui primo jussit cervices eorum fustibus contundi, et mox terræmotu facto, camera domus judiciariæ cecidit, et judicem impium oppressit. Deinde sancti martyresexhibiti sunt Apofrasio, sub quo et septuaginta quinque martyrium implevere, qui visis miraculis, quæ circa sanctos suos Dominus operabatur, crediderant. Hic judex implissimus, post sanctorum horum martyrum necem, a diabolo equum ejus incitante, de Lapideo ponte præcipitatus in flumen est. Corpus ejus postea nullo loco repertum. Deinde beata Lucia et sanctus Geminianus, a Megasio viro consulari arctati, post laudabilem victoriam martyriigladio animadversi sunt sub die sexto decimo Kalend. Octobris. Quorum corpora rapuit quædam mulier Christiana, nomine Maxima, et, ut decuit, martyres sepelevit.

A. XV KAL. OCTOBRIS.

(17 Sept.)

^a In Britanniis, sanctorum Socratis et Ste. phani.

Nividuno, natalis sanctorum martyrum Valeriani, Macrini, et Cordiani.

Item Romævia Tiburtina, ad sanctum Laurentium, natale B. Justini presbyteri, quem beatus Sixtus ordinavit. Ad quem beatus Laurentius in vico Patricii in crypta Nepotiana nocte venit, ut thesauros sibi a sancto Sixto commendatos pauperibus erogaret. Cui

.

^b De his in gestis S. Laurent. 30 Aug.

• Hieron. de Script, Eccl., cap. 83.

sanctorum et vestri per manus meas. B. Justinus respondit: Hoc Dominicum præceptum est ; flat voluntas Domini nostri Jesu Christi. Et posita pelve, misit aquam, et lavit omnium virorum pedes. Veniens autem ad beatum Justinum, cœpit primo osculari pedes ejus et lavare. Et ubi lavit omnium pedes commendavit se beato Justino. Hic ejusdem martyris corpus honorifice sepelivit in prædio Cyriacæ viduæ. Quam idem martyr facto signo Christi, et posito super caput ejus linteo, de quo exterserat sanctorum pedes, ab infirmitatibus capitis sanavit. Hic sanctum Hippolytum et Concordiam, Irenæum, Abendium, Cyrillam filiam Decii Cæsaris, martyres, et alios plurimos sepulturis condivit. Et persecutione Decii, Galli et Volusiani, confessionis gloria insignissimus fuit.

Romæ in Crypta arenaria, sanctorum martyrum [•]Narcissi et Crescensionis.

^b Tungrensi diœcesi, in Leodio [ms., Leogio], villa publica Natalis S. Lamberti episcopi. Qui dum regiam domum zelo religionis accensus increpasset. cum rediens orationi incumberet, ab iniquissimis viris de palatio regio missis, improvisè conclusus intra domum ecclesiæ occiditur. Cujus sepulcrum creberrimis miraculis illustratur, ac morsejus nihilominus pretiosa in conspectu Domini commendatur.

B. XIV KAL. OCTOBRIS. (18 Sept.)

° Natalis S. Methodii, Olympi Lyciæ, et postea C Tyri episcopi, qui sub Diocletiano in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est.

Viennæ, natale sancti Ferreoli. Qui persecutionis tempore, cum esset tribunitiæ potestatis, jussu impiissimi præsidis tentus, primo crudelissime verberatus, dein gravi catenarum onuștus pondere, in teterrimum carcerem trusus cst. Undè solutis Dei nutu vinculis, et januis patefactis carceris, aggerem publicum ingressus, usque ad Jarem fluvium pervenit. Ubi denuo tentus, vinctis post tergum manibus, ad territorium usque Brivatensc perductus est, atque ibi martyrii palmam capitis obtruncatione percepit. Corpus ejus cum capite beati Juliani ad urbem Viennensium relatum est, et condigno cultu in basilice conditum, quam Castulus, vir præcipui nominis de primoribus urbis Viennensis, adhuc catechume-D nus, in honore ejusdcm martyris condiderat. tanto opere, quanta et fide, in ripa ulteriore Rhodani d.

C. XIII KAL. OCTOBRIS. (19 Sept.)

• In Neapoli Campaniæ, natale sanctorum Januarii, Beneventanæ civitatis episcopi, cum Sosio diacono Mesenatæ civitatis, et diacono suo Festo, et lectore suo Desiderio. Qui post vincula et carceres capite

^d Sidonius Apoll. 1. 7. cap. 1. De hoc in passione Sosii. 23 Sept.

[•] De hoc in gestis S. Laur.

czesi suntincivitate Puteolana, sub Diocletiano principe, judice Dracontio. Qui cum ducerentur ad mortem, viderunt inter alios Proculum, Puteolanæ civitatis diaconum, et duos laicos Eutychem et Acutum, et iuterrogaverunt quare justi juberentur occidi. Quos judex ut vidit Christianos jussit decollari. Tulerunt autem corpora Christiani. Neapolitani Januarium posuerunt juxta civitatem in basilica : Messenates, Sosium æque in basilica; Puteolani, Proculum, Eutychem et Acutum, juxta basilicam sancti Stephani; Festum vero et Desiderium Beneventani collegerunt.

 Eodem die, in Palæstina, natalis sanctorum martyrum Pelei et Nili episcoporum, qui persecutione Diocletiani, cum plurimis clericis, pro Christo igni consumpti sunt.
 Eodem die, in Palæstina, natalis sanctorum marstianorum multitudinem destinarentur, solicrudelitatis ministerium detrectare ausi sunt, atque hujusmodi præceptis se obtemperaturos negant.

Apud Nuceriam, natalis sanctorum martyrum Felicis et Constantiæ, qui sub Nerone passi sunt.

In territorio Linguonicæ civitatis, sancti Sigonis presbyteri.

D. XII KAL. OCTOBRIS. (20 Sept.)

In Cyzico, natale sanctorum Faustæ virginis, et Evilasii sub Maximiano imperatore. Quam idem Evilasius, cum esset primus palatii, jussit decalvari ct radi ad turpitudinem, dein suspendi ac torqueri. Quo tempore coruscatio de cœlis multos ministrorum percussit. Dein jussit loculos afferri, et eam immissam ac fixam quasi lignum secari mediam. Sed non eam carnifices serris suis lædere valebant. Quæ inter stupens Evilasius Christo credere cæpit. Et hoc ubi imperatori nuntiatum est, misit præfectum, qui eum suspensum fortiter torqueret. Qui etiam jussit Faustam nudam, et sine mavorte educi de carcere, et ei caput terebrari, ac clavis infigi. Cui postmodum non solum caput et facies, sed pectus ac totum corpus, usque ad tibias clavis impletum est. Post hoc, sartaginem jussit igniri, sed hæc, illa psallente, refriguit. Hæc interveniens vox de cœlo, vocavit eos, et sic tradiderunt spiritum. Erat autem Fausta annorum viginti trium; Evilasius octoginta.

E. XI KAL. OCTOBRIS. (21 Sept.)

^b Natalis sancti Matthæi apostoli ct evangelistæ. Eodem die, passio S. Alexandri episcopi, sub D Antonino imperatore.

F. X KAL. OCTOBRIS.

(22 Sept.)

In Galliis, civitate Seduno, loco Agauno, natale sanctorum martyrum Thebæorum, Mauritii, Exuberii, Candidi, Victoris, Innocentii, Vitalis cum sociis suis, qui sub Maximiano passi pro Christo, gloriosissime ceronati sunt. Ut igitur beatissimæ passionis eorum causa breviter loquamur, sub Maximiano, qui Romanæ Reipublicæ cum Diocletiano collega imperium tenuit, per diversas fere provincias laniati sunt at-

* Euseb. I. vin, c. 22 et 25.

PATROL. CXXIII.

mianus erga Dominum cœli profanus impietatem suam ad exstinguendum Christianitatis nomen armaverat. Si qui tunc veri Dei cultum profiteri audebant, sparsis usquequaque militum, turbis, vel ad supplicia, vel ad necem rapiebantur. Erat eodem tempore in exercitu legio militum. qui Thebæi appellabantur. Legio autem vocabatur, quæ tunc sex millia ac sexcentos viros in armis habebat. Hi in auxilium Maximiano ab Orientalibus partibus accersiti venerant. Viri in rebus bellicis strenui, virtute nobiles, sed fide nobiliores ; erga imperatorem fortitudine, erga Christum devotione certabant. Itaque cum hi, sicut et cæteri milites, ad dilaniandam Christianorum multitudinem destinarentur, soli crudelijusmodi præceptis se obtemperaturos negant. Maximianus non longe aberat : nam se circa Octodorum itinere fessus enebat. Igitur, cognito Thebæorum responso, præcipiti ira fervidus, ob neglecta imperia decimum quemque ex eadem legione gladio feriri jubet, quo facilius cæteri, rebus certis territi, metu cederent. Redintegratis mandatis, edicit ut reliqui in persecutionem Christianorum cogantur. Ubi vero ad Thebæos denuntiatio iterata pervenit, cognitumque ab eis est injungi sibi rursus exsecutiones profanas, vociferatio passim ac tumultus in castris exoritur, affirmantium nunquam se ulli in hæc tam sacrilega ministeria cessuros. His deinde compertis, Maximianus, omni bellua cruentior, rursus ad ingenii sævitiam redit, atque imperat ut iterum decimus eorum neci detur; cæteri nihilominus ad hæc quæ spernerent compellerentur. Quibus jussis denuo in castris perlatis, segregatus est atque percussus qui decimus sorte obvenerat. Reliqua vero se militum multitudo mutuo sermone instigabat, ut in tam præclaro ordine persisteret. Incitamentum tamen maximum fidei penes S. Mauritium fuit primicerium legionis ejus, qui cum Exuperio (ut in exercitu appellant) campiductore, et Candido senatore militum, accedebat exhortando singulos et monendo, fidelium commilitonum etiam martyrum exempla ingerens. His itaque primoribus suis atque auctoribus animati beatissimi viri, Maximiano, adhuc insania æstuanti, mandata mittunt sicut pia, ita et fortia : Milites, inquiunt, sumus, imperator, tui ; sed tamen servi, quod libere consitemur, Dei; tibi militiam debemus, illi innocentiam. A te stipendium laboris accipimus, ab illo vitæ exordium sumpsimus. Sequi imperatorem in hoc nequaquam possumus, ut auctorem negemus Deum: utique auctorem nostrum Dominum ac auctorem, velis nolis, tuum. Si non ad tam funesta compellimur, ui hunc offendamus, tibi, ut fecimus hactenus, adhuc parebimus; sin aliter ipsi parebimus potius quam tibi. Offerimus nostras in quemlibet hostem manus, quas sanguine innocentium cruentare nefas ducimus. Dexteræ ipsæ pugnare

b Vide lib. de Fest. Apost. De eo infra 26 Nov.

12

cives nesciunt. Meminimus nos pro civibus potius quam adversus cives arma sumpsisse. Pugnavinus semper pro justitia, pro pietate, pro innocentium salute : hæc fuerunt hactenus pretia periculorum. Pugnavimus pro fide; quam quoque pacto conservemus tibi, si hanc Deo nostro non exhibemus ? Juravimus primum in sacramenta divina, juravimus inde sacramenta regia. Nihil nobis de secundis, credas, necesse est, si prima perrumpimus. Christianos ad pænam per nos requiri jubes, jam tibi ex hoc alii requirendi non sunt. Hahes nos hic confitentes Deum Patrem auctorem omnium, et Filium ejus Jesum Christum Dominum credimus. Videmus laborum periculorumque nostrorum socios, nobis quoque eorum sanguine aspersis, trucidari ferro, et sanctissi- 🩀 ctitate et prudentia ejus visitare consueverat), vidit morum commilitonum mortes, et fratrum funera non flevimus, non doluimus, sed potius laudavimus, et gaudio prosecuti sumus quia digni habiti essent pati pro Domino Deo eorum. Non nos vel hæc ultimæ vitæ necessitas in rebellionem cogit. Non nos adversum te, imperator, armavit ipsa saltem, quæ fortissima est in periculis, desperatio. Tenemus ecce arma, et non resistimus; quia mori quam occidere malumus, et innocentes interire quam noxii vivere præoptamus. Si quid in nos ultra statueris, si quid adhuc jusseris, si quid admoveris, ignem, tormenta, ferrum subire parati sumus. Christianos nos fatemur : persegui Christianos non possumus. Cum hiec talia Maximianus audisset, obstinatosque in fide Christi cerneret animos virorum, desperans gloriosam eorum cons-tantiam posse revocare, una sententia interfici om- ^C Quam sibi cum jussisset judex adduci, et proposines decrevit, et rem confici, circumfusis militum agminibus, jubet. Qui cum missi ad beatissimam legionem venissent, stringunt in sanctos impium ferrum mori non recusantes vitæ amore. Cædebantur itaque passim gladiis, non reclamantes saltem aut repugnantes, sed et, depositis armis, cervices persecutoribus præbentes, et jugulum persecutoribus vel intectum corpus offerentes. Victor autem martyr nec legionis ejusdem fuit, ncc miles, sed emeritæ jam militiæ veteranus. Hic cum iter agens subito incidisset in hos qui passim epulabantur lætimartyrum spoliis, atque ab his ad convescendum invitatus, prolatam ab exsultantibus per ordinem causam cognoscens, detestatur convivas, detestatusque convivium refugiebat ; requirentibusque ne et ipse D mine Triphena. Sequenti die productæ sunt bestiæ forsitan Christianus esset, Christianum se, et semper futurum esse respondit. Ac statim ab irruentibus interfectus, cæteris martyribus sicut morte, etiam honore conjunctus est. Quid deinde circa Maximianum tyrannum sit consecutum, brevi colligere placuit. Cum, dispositis insidiis, genero suo Constantino mortem moliretur, deprehenso dolo, apud Massiliam captus est. Nec multo post strangulatus, teterrimoque supplicio affectus, impiam vitam digna morte finivit. At vero beatissimorum martyrum corpora post multos passionis annos sancto Theodoro episcopo revelantur, et in eorum honorem basilica

adversus impios et inimicos sciunt, laniare pios et A honeste componitur. Sed et per longum temporis tractum beati Innocentii martyris membra Rhodanus revelavit. Quæ non ideo a sinu terræ protulit ut in gurgitis sui procella demergeret, sed ut cæteris martyribus sepultura venerabiliter sociaretur.

G. IX KAL. OCTOBRIS. (25 Sept.)

Natale sancti Sosii diaconi Mesenatæ civitatis in Campania. Qui cum esset annorum triginta, martyrium cum beato Januario Beneventi episcopo, capitis decollatione suscepit, tempore Diocletiani imperatoris. Is, cum tempore quodam Evangelium legeret in ecclesia Mesenatæ civitatis, præsente episcopo Januario (frequenter enim eum pro sansubito idem episcopus de capite ejus flammam exsurgere, quam nemo alius vidit : pronuntiavit eum martyrem futurum. Et post non multos dies diaconus tentus, et in carcerem missus est. Ad quem visitandum cum venisset episcopus cum diacono Festo, et lectore suo Desiderio, et ipse cum eis simul tentus, ac pariter omnes cum aliistribus occisi sunt.

Eodem die natale sanctæ Theclæ virginis, apud Seleuciam quiescentis : quæ de civitate Iconio a beato Paulo aposto'o instructa est. Quam mater ejus cernens Christianam, et nuptum repudiare; malentem Christo sponso adhærere quam corruptioni carnis subjacere, pergens ad judicem, accusavit virginem filiam suam esse Christianam, dicens vivam tum castitatis ejus perdidicisset, rogum fecit parari, ut illam incenderet. Rapta igitur ab apparitoribus ut in focum jactaretur. sponte pyram ascendit, ot signo crucis facto, virili animo inter medias flammas stetit, subitoque facta inundatione pluviarum, ignis exstinctus est, et beata virgo illæsa virtute superna eripitur. Iterum cum jejuniis, vigiliis et orationibus vacaret, a quodam viro potente comprehensa, perducta est ad præsidem, quod se Christianam diceret. Quam idem proconsul interrogans si vere esset quod accusabatur, respondit omnino Christianam se esse. Quam continuo præses ad bestias damnavit. Interim tamen quo subrigeretur, commandatur cuidam nobili feminæ, quæ propingua Cæsaris erat, node caveis; sistitur beata Thecla in arenis mediis, stupente populo, quod eam bestiæ minime tangerent. Reducitur beata Thecla ad domum Triphenæ, ut in crastimum iterum feris objiceretur. Quam ministri cum de domo repeterent, Triphena doloris plena sequitur eam usque ad spectaculum, ubi clamor vulgi et tumultus erat immensus beatam Theclam spectantium. Nudata vero beata virgine, dimittuntur ei leones pariter et ursi. Sed nulla ferarum eam lædere præsumpsit. Deinde in fossam aqua plenam, ubi serpentes adunati et collecti fuerant, a furentibus populis cum urgeretur, signo crucis munita in-

384

siluit : sed nec ab eis ullo pacto læsa. Iterum atro- A mihi, quemadmodum victi estis a virgine Justina? ciores bestiæ parantur, sed ullo modo tangere eam non sunt permissæ. Verum nec adhuc sibi crudelitas modum ponit. Alligatur duobus tauris ferocissimis, ferro candente stimulatis, ut eam discerperent. Qui, funibus diruptis, vagabundi huc illucque discurrunt, ac martyrem nullius mali passam relinquunt. Accersitam deni que proconsul eam requirit, quæ aut unde esset, quia nulla bestiarum eam lædere potuisset. B. Thecla respondit: Dei vivi tantum sum ancilla. Territus autem proconsul, quod tantæ virtutis esset, induens eam vestibus, edixit sententiam : Theclam, inquit, pietatis ac Dei cultricen relaxo. Dimissa vero, reversa est in domum Triphenæ, ubi requievit paucis diebus, docens Triphenam et doegressa, venit Seleuciam ibique exemplo et conversatione vitæ alque etiam doctrina plurimos erudiens, post multa certamina duplicis coronæ, virginitatis et martyrii, requievit in pace.

A. VIII KAL. OCTOBRIS. (24 Sept.)

Conceptio S. Joannis baptistæ Domini.

Et in Augustoduno, nutalis S. Andochii, presbyteri, Thyrsi diaconi, et Felicis. Qui a sancto Polycarpo episcopo ab Oriente directi ad docendam Galliam, sub Aureliano principe sunt glorirsissime coronati. Siquidem flagellis cæsi, in ultimo, toto die inversis manibus suspensi, et in ignem missi, sed non combusti, tandem vectibus colla feriuntur. atque ita martyrium suum gloriosissime comple- C verunt, octavo Kalendas Octobris.

B. VII KAL. OCTOBRIS. (25 Sept.)

Natalis B. Cleophæ, cui Dominus post resurrectionem in via apparuit.

Laugduni, sancti Lupi episcopi ex anachoreta.

C. VI KAL. OCTOBRIS.

(26 Sept.)

Natale sanctorum martyrum Cypriani episcopi et Justinæ: qui passi sunt sub Diocletiano imperatore judice Entolmio. Justinæ pater erat Dusius apud civitatem Antiochiam. Qui viam religionis a diacono nomine Prophelio audientes, baptizati sunt a sancto episcopo Optato. Virgo autem Justina, Domino serviens, frequentabat ecclesiam. Hanc Agladius scho- D lasticus videns, exarsit ob amorem ejus. Et cum nullo modo posset pertingere ad illam, rogavit Cyprianum magum, promisitque ei duo talenta auri, si virginem Justinam in amorem ejus excitare posset. Cyprianus autem magus, vocatis dæmonibus, cœpit agere ut virginem Christi ei adducerent. Qui semel, bis et tertio venientes ad beatam Justinam nibil apud illam suis deceptionibus valuerunt; scd, signo crucis repulsi, victi recesserunt. Cyprianus vero cum illorum virtutem adversus virginem hand quaquam valuisse videret, dicit ad diabolum : Dic

* Vide lib. de Fest. Apost.

Cui diabolus : Dicere tibi non possumus, nisi prius jures mihi. Cumque Cyprianus illi jurasset, ait diabolus : vidi signum Crucifixi, et extimui. Cyprianus dixit : ergo, Crucifixus major te est ? Dicit ei diabolus: Etiam, major enim est omnium. Quod audiens Cyprianus, contemnens virtutem diaboli et currens venit ad episcopum Anthimum, ceciditque ad pedes ejus, rogans ut doceret eum, et baptismo Christi consignaret. Beatus autem episcopus, gratias agens Deo, catechizavIt eum. Et revertens Cyprianus in domum suam, omnia idola confregit. Tunc rediens ad ecclesiam, diligenter salutis verbum auscultare cœpit Hora deinde residens, qua catechumeni foras mittebantur ecclesiam, monitus est a diacouo ut mum ejus in fide Domini nostri Jesu Christi. Inde _B cum reliquis catechumenis egrederetur. Conversas vero ad diaconum, dicit ei : Servus factus sum Christi, et foras me mittis? Dicit ei diaconus : Factus es perfectus servus Dei? Cyprianus dixit : Vivit mihi Christus qui dæmones confudit, et mihi misertus est; quia non exeo binc nisi perfectus fuero servus Christi. Diaconus vero Anthimo episcopo hæc renuntiavit; qui secundum ordinem instructum baptizavit eum, et non multo post etiam diaconum ordinavit. Qui doctrina et moribus, plusquam dici possit, excrescens miraculorum gratia præclarissime floruit. Vero, non multo interjecto tempore, factus est episcopus, sanctamque Justinam matrem virginum constituit. Quorum virtutem non ferens diabolus, per satellites suos apud Eutolmium comitem Orientis egit ut comprehenderetur Cyprianus episcopus, et virgo Christi Justina. Cujus ante conspectum vinculis ligati, cum fuissent adducti, comes dixit ad beatum Cyprianum : Tu es Cyprianus doctor Christianorum, qui per maleficia multos errare fecisti ? Beatus Cyprianus dixit : Aliquando in perditione dæmonum positus, multos luxuriosos feci: sed salvavit me Deus per virginem Justinam, dum eam per dæmonia tentare vellem, quæ illa fide Christi armata per omnia contempsit. Comes iniquus jussit sanctum episcopum post hæc suspendi, et exungulari; beatam vero Justinam post alapas, crudis nervis immaniter cœdi; deinde sanctum episcopum in carcere recludi, et sanctam virginem in domo cujusdam matronæ custodiri. Qui post aliquot dies in sui præsentiam reductos, in sartagine ferrea jussit torreri, picem, adipem et ceram desuper ministris infundentibus. Et cum ibi laudem omnipotenti Deo dicerent, Athanasius sacerdos idelorum postulavit comitem, dicens: Jubeat claritas tua, et in nomine deorum vincam virtutem Christianorum. Et cum appropinquasset ad sartaginem, erupit flamma et consumpsit illum. Comes, acceptistot miraculis, quæ Christus in servis suis operabatur, scripsit imperatori quid super eis jnberet. Qui rescripsit ut dirigerentur Nicomediam, et ibi gladio ferirentur. Perducti igitur ad locum sunt decollationis, et vidit eos quidam Christianus Theognitus (Theognidus), et accurrens osculatus est Cyprianum. Quod cernens Servius cognatus regis, iratus egit ut cum sanctis Cypriano et Justina Theognitus decollaretur. Et jacueruut corpus sanctorum projecta feris sex diebus insepulta. Quidam autem nautæ Christiani nocte rapuerunt ea, et navigantes deportaverunt ad urbem Romam. Et matrona venerabilis Rufina, reverenter excipiens illa, sepelivit in prædio suo. Passi sunt autem sexto Kalendas Octobris.

D. V. OCTOBRIS. (27 Sept.)

Apud Ægæam civitatem, natale sanctorum martyrum Cosmæ et Damiani, persecutione Diocletiani, sub præside Lysia. Hi venerabili matre geniti, sacris litteris eruditi, professione artis medici, virtutibus erant clarissimi. Horum religionem audiens præses B Lysias, misit apparitores, qui eos adducerent. Quos aspiciens interrogavit ex qua provincia, aut quæ essent eorum nomina. Beatus Cosmas et Damianus responderunt ei : Ex Arabia sumus, Nomina nostra Cosmas et Damianus; Cbristiani sumus; sunt nobis et alii fratres, Anthimus, Leontius, Eutropius. Quos, misso officio, jussit sibi præses illico præsentari, et cœpit agere ut sacrificarent. Et cum nulla ratione fundatos animos eorum supra petram Christum movere posset, manibus et pedibus vinctos jussit eos fortiter torqueri, deinde sicut erant concatenati in mare mergi. Quibus statim angelus Domini affuit, et diruptis vinculis, e pelago liberavit. Hoc videntes milites renuntiaverunt præsidi. Ille mox, eis ad se reductis: Docete, inquit, me maleficia vestra, et C ego sequor vos, communicans operibus vestris. Sancti vero responderunt: Christiani sumus, maleficia nescimus, et in Cbristi nomine maleficiorum virtutem contemnimus. Recepti sunt, jubente præside, in carcerem. Et sequenti die proconsul, sedens pro tribunali, fecit copiosum ignem parari, et beatos martyres de carcerc productos in medio jactari. Sed, orantibus sanctis, ignis virtutem suam amisit. Superatus præses, et quæ circa martyres Dei provenerant magicis artibus designans, suspendi ac torqueri eos iterum jubet. Sed cum grato et hilari vultu superiores tormentis persisterent, paratis crucibus, impius proconsul gloriosos martyres suspendi atque extendi, ac lapidibus in cruce levatos persequi jubet. Sed cum ietus lapidum in jacientes retor- n qu rentur, præses furoresu, census, sagittiseosaggred jussit, ut saltem leviori volatu ferrum eis infigeretur. Verum cum nec in aliquo sanctos læsissent, plurimi mittentium ac circumstantium vulneribus earum defecerunt. ernens itaque præses malitiam suam virtute divina superari, gladio animadverti illos jubet. Martyrizati sunt beati Cosmas et Damianus, Anthimus, Leontius, et Eutropius, xxvii die mens's Septembris. Quorum corpora religiosi viri sepelierunt in loco venerabili, non longe a civitate Ægæa. Duorum autem fratrum Cosmæ et Damia-

• Gregor. Tur. de Gloria martyrum, cap. 98.

currens osculatus est Cyprianum. Quod cernens A ni memoriam Roma etiam, templo præclaro opere Servius cognatus regis, iratus egit ut cum sanctis nomini eorum ædificato, solemniter agit.

E. IV. KAL. OCTOBRIS.

(28 Sept.)

In Hispaniis, civitate Corduba, natale sanctorum Fausti, Januarii et Martialis: qui primo equulei pœna cruciati, deinde rasis superciliis et auribus ac naribus præcisis, dentibus quoque superioribus evulsis deturpati, ad ultimum ignis passione maryrium consummaverunt.

F. JII KAL. OCTOBRIS.

(29 Sept.)

In monte Gargano, venerabilis memoria beati archangeli Michaelis, ubi ipsius consecrata nomini habetur ecclesia, vili facta schemate, sed cœlesti prædita virtute. Vertice siguidem montis excelsi posita, de corpore ejusdem saxi, speluncæ instar præcavato, ostenditur. Est autem locus in Campaniæ finibus ubi inter sinum Adriaticum et montem Garganum civitas b Sipontus posita est, qui a mœnibus civitatis a duodecim millibus præerectus, in cacumine suo supremo hanc toto orbe venerandam gestat ecclesiam. Quæ hoc modo mortalibus cognita est. Quidam vir prædives, nomine Garganus, qui ex adventu suo monti vocabulum indidit, infinita pecorum multitudine pollebat. Contigit autem taurum armenti gregis consortia spernentem, singularem incedere solitum et ad extremum redeunte pecore domum non reverti. Quem dominus per devia quæque requirens invenit tandem in vertice montis foribus cujusdam as-

sistere speluncæ, quem cum sagitta appetiisset, illa velut flamine venti retorta, cum a quo jactata est mox reversa percussit. Turbati cives et stupefacti, qualiter res fuerit effecta (non enim accedere propius audebant) consulunt episcopum, quid facto opus sit. Qui, indicto jejunio triduano, a Deo monuit esse quærendum. Quo peracto, sanctus Michael angelus apparuit episcopo per visionem, dicens : Ego sum Michael archangelus qui in conspectu Dei semperassisto; ipsius loci esse me custodem, atque omnium quæ ibi geruntur inspectorem hoc volui indicio probare. His revelatione compertis, consuetudidem fecerunt cives hic Deum precibus, sanctumque intercessorem poscere Michaelem. Duas quidem januas ibi cernentes, quarum Australis, quæ et major erat, aliquot gradibus in Occasum vergentibus adiri poterat. Sed nec ultra cryptam intrare ausi, præ for bus quotidie orationi vacabant. Interea Neapolitæ Beneventanos bello lacessere tentant. Qui antistitis sui monitis edocti, triduanum jejunium agunt : et ecce nocte ipsa quæ belli præcedebat diem, idem in visione sanctus Michael apparens antistiti, preces dixit coru n exauditas, spopondit victoriam, seque eis affuturum. Quod mox veritas facti demonstravit; domumque victores reversi, vota Domino gratiarum ad templum festinant referre, videntque manejuxta januam septentrionalem, instar posterulæ pusillæ,

^b Ms. semper Sepontus.

quasi hominis vestigia marmori arctius impressa, A ministris erepti, deinde in ignem missi sunt. Veagnoscuntque beatum Michaelem præsentiæ suæ signum voluisse monstrare; ubi postea culmine apposito, et altari imposito, ipsa ob signa vestigiorum Appodonia est vocata. Et postmodum collatione facta Sipontini, ad Orientem loci illius, B. Petri apostolorum principis nomine condunt ecclesiam. Iterum Romano pontifice et Sipontino episcopo de consecratione loci ipsius quærentibus, ac propterea triduanum jejunium cum civibus suis celebrantibus, nocte jejunii suprema sanctus Michael episcopo Sipontino per visionem apparens, monuit ut intrarent ecclesiam, quam ipse dicavit, et missas juxta morem ibi agerent. Meum, inquit, erit ostendere quomodo per memetipsum locum consecraverim. Adveniunt mane cum oblationibus, et magna instantia precum B tur. Dumque per triennium continuum charus acceintrant regiam Australem. Et ecce longa porticus in Aquilonem porrecta, atque illam attingens posterulam, extra quam vestigia marmori diximus impressa. Sed priusquam huc venircnt, apparet ad Orientem basilica pergrandis, qua per gradus ascenditur. Hæc cum ipsa porticu sua quingentos fere homines capere videbatur, altare venerandum, rubroque coopertum palliolo, prope medium parietis Meridiano ostendens. Erat autem ipsa domus angulosa, non in morem operis humaniparietibus erectis, sed instar speluncæ præruptis, et sæpius eminentibus asperata scopulis. Culmine quoque petroso diversæ altitudinis; quod hic vertice tangi, alibi manu vix possit attingi: credo, docente archangelo, Dominum

on ornatum lapidum, sed cordis quærere et diligere puritatem. Nullus autem huc nocturno est tempore ausus ingredi; sed aurora transacta, matutinos ibidem cantant hymnos. Ex ipso autem saxo, quo sacra contegitur ædes ad Aquilonem altaris, dulcis et nimium lucida guttatim aqua dilabitur, quam incolæ Stillam vocant. Ob hoc vitreum vas cjusdem receptui præparatum. Denique nonnulli post longas febrium flammas, hac hausta stilla, celeri confestim refrigerio potiuntur salutis. Innumeris quoque et aliis modis ibi et crebro sanantur ægroti ; et multa, angelica tantum illic potestate, geri miracula comprobatur. Sed non multo post Romæ venerabilis etiam Bonifacius pontifex ecclesiam sancti Michaelis nomine constructam dedicavit, in summitate Circi cryptatim miro opere altissime porrectam. Unde et idem locus in summitate sua continens ecclesiam, D Internubes situs vocatur.

G. PRIDIE KAL. OCTOB. (30 Sepl.)

In Galliis, castro Solodoro, quod est super [Aurulam] Arulam fluvium, passio sanctorum martyrum Victoris et Ursi, ex gloriosa legione Thebæorum. Qui cum illuc furorem Maximiani tyranni declinantes secessissent, ipsius jussu tenti ab Ilyrtaco exsecutore, primo diris suppliciis excruciati; sed cœlesti super eos lumine coruscante, ruentibus in terram

· Jenavensium, vulgo Januensium.

niente autem mox pluvia vehementi, exstincta pyra in nullo penitus læsi, novissime gladio consummati sunt. E quibus sanctus Victor ad urbem . Janavensium translatus, miraculorum gloria et veneratione fidelium celebratur.

Item apud Bethlehem Judæ, depositio sancti Hieronymi presbyteri. Hic natus in oppido Stridonis, quod Dalmatiæ quondam Pannoniæque confinium fuit, patre Eusebio, vestem Christi puer Romæ suscepit, ibique litteris Græcis ac Latinis a primævo eruditus est. Postquam autem omne mundanarum studium litterarum adeptus est, probatissimorum quoque monachorum habitum factumque imitatus est, Romanæ Ecclesiæ presbyter postmodum ordinaptusque populis veneraretur, omniumque judicio dignus esse summo sacerdotio decerneretur, quidam ex clericorum monachorumque ordinibus, pro petulentia, proque ingluvie discursantes, ad effugandum Urbe Hieronymum, qui utrumque eorum scribens vilium deprehenderat, insidias paraverunt. Verum ipse propter cœlorum regna, domum, parentes, sororem, cognatos Roma, egressus, dereliquit, et Hierosolymam militaturus Deo pergens, primo ad Gregorium Nazianzenum, tunc Constantinopolitanæ urbis episcopum, supplex docilisque discipulus accessit, ut sanctarum Scripturarum studiis erudiretur. Inde in Syriam perrexit, in possessione Evagrii presbyteri aliquantulum commoratus. Ad deserta deinde loca ita lætus accinctusque accessit, ut volasse eum magis quam measse crederes. Quadriennium itaque in illa vasta solitudine, quæexusta solis ardoribushorridum monachis præstat habitaculum, exegit; indeque ad Bethlehem oppidum remeavit, ubi prudens animal ad præsepe Domini se obtulit permansurum. Bibliothecam sane suam, quam sibi summo studio ipse condiderat, omniumque librorum orationes, quas pene memoriter retinebat, iterum relegens, diem jejuniis ducebat ad vesperam. Plures ad eum religiosorum, quibus vita ejus fama comperta est, protinus confluxerunt, bonumque doctorem, parvo adhuc sub tugurio, boni observavere discipuli. Nec multo post cellulas ibi ob discipulorum suorum copiam, et propter frequentiam adventantium, ad Bethlehemiticam portam, quæ ad Occidentem conspicit, et egredientibus ad Septentrionem videtur, parvulum habitationis locellum construxit. Quibus vero nisibus, quantisve laboribus Hebraicam linguam atque Chaldaicam, litterasque Hebræas didicerit, verbis ejus edicam. Dum essem, inquit, juvenis et solitudinis me deserta vallarent, incentiva vitiorum ardoremque naturæ fere non poleram. Quam cum crebris jejuniis frangerem, mens tamen cogitationibus æstuabat. Ad quas edomandas, cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in disciplinam dedi; ut post Quintiliani acumina, et Cice onis Auvium, gravitatemque Frontonis, et lenitatem Plinii,

verba meditaret. Quid ibi laboris sumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperaverim, et contentione discendi rursus inceperim, testis est conscientia mea. Armatus itaque fide, gratiamque Christi adeptus, Hebræorum volumina, quæ in Canon continentur, de Hebræoin Latinam linguam vertit, eaque pene omnia commentatus est. Ut ergoopera ejus valde utiliter confecta breviter commemoremus, scripsit Vitam Pauli monachi, Epistolarum ad diversos librum unum, ad Heliodorum exhortatoriam; Altercationem Luciferini et Orthodoxi, Chronicon omnimodæ historiæ; in Jeremiam et Ezechielem Homilias viginti octo quas de Græco in Latinum vertit. De Seraphin, de Osanna, de frugi et luxu-Homilias in Cantica canticorum duas, adversus Helvidium de Mariæ virginitate perpetua, ad Eustochium de virginitate servanda, ad Marcellam Epistolarum librum unum, Consolatoriam de morte filiæ ad Paulam, in epistolam Pauli ad Galatas commentariorum libros tres, in epistolam ad Titum librum unum, in Epistolam ad Philemonem librum unum, in Ecclesiasten commentarios, Quæstionum Hebraicarum in Genesim librum unum, de Locis librum unum, Hebraicorum nominum librum unum. De Spiritu sancti Dydimi, quem in Latinum trans-

alphabetum discerem, ac stridentia anhelantiaque A tulit, librum unum, in Lucam homilias triginta octo, in psalmos a decimo usque ad sextum decimum tractatus septem, Captivum monachum, Vitam beati Hilarionis, Novum Testamentum Græcæ fidei reddidit; Epistolarum autem ad Paulam et Eustochium incertus est numerus. Sexdecim prophetarum volumina quatuor et septuaginta libris editis commentatus est. Inter has itaque numerosas operis sui paginas, centum et triginta quinque virorum illustrium ecclesiasticorum scriptorum nomina, a passione Christi usque ad quartum decimum Theodosii imperatoris annum ordine digessit. Item contra Jovinianum libros duos, Apologeticum ad Pammachium, in Matthæum commentariorum libros quatuor, Enchiridion in psalterium. Adversus Vigilanrioso filio, de tribus quæstionibus Legis veteris, B tium contraque Pelagium luculentissima volumina edidit. De mansionibus quoque filiorum Israel, et alia quamplurima ad ædificationem Ecclesiæ catholica pietate composuit. Tanta denique lassitudine fatigatus est ut etiam in stratu suo jacens, funiculo trabe suspenso supinus apprehenso erigeretur, ut scilicet officium monasterii prout poterat.exhiberet. Tandem, post perfectam placitamque Deo conversationem, nonagesimo octavo ætatis anno, apud Bethlehem oppidum in pace quievit pridie Kalendas Octobris, duodecimo Honorii imperatoris anno. Libros suos per quinquaginta et sex annos confecit.

LITANIÆ INDICENDÆ.

MENSIS OCTOBER

HABET DIES XXXI; LUNA XXIX.

A. KAL. OCTOBRIS. (1 Oct.)

Apud Antisiodorum, natalis sancti Germani episcopi, qui multis virtutibus, doctrina et continentia clarus exstitit. Qui ad confirmandam fidem gratiæ cœlestis, Britannias venire, judicio omnium Gallicanorum antistitum compulsus est, adjuncto sibi beato Lupo Trecassinæ civitatis episcopo. Siguidem hæresis Pelagiana fidem Britannorum fæda peste commaculaverat. Dum per medium sinum, quo a Gallico Britannias usque tenditur, secundis flatibus ferretur, subito inimica vis ventorum concitavit procellas, cœlum diemque nox nubium subduxit, et casu ipse pontifex fractus corpore, lassitudine ac sopore resolutus, nave jacebat. Tum beatus Lupus Christum invocat, et assumptum in nomine sanctæ Trinitatis oleum misit in mare, fluctusque sævientes opprimit, ac tranquillam serenitatem reddit. Decursis vero spatiis pelagi, optati littoris sacerdotes Dei quiete potiuntur, ac mox Britannorum insulam, opinione, prædicatione, virtutibusque impleverunt, ita ut passim et fideles catholici firmarentur, et depravati viam correctionis agnoscerent. Interea quidam tribunitiæ potestatis filiam decem annorum cæcam sacerdotibus curandam offert. Nec mora, beatus

C Germanus invocato Domino, adhærentem lateri suo capsulam cum sanctorum reliquiis collo avulsam manibus comprehendit, eamque in conspectu omnium puellæ oculis applicuit, quæ statim lumen recepit. Beatus præterea vir dum aliquandiu uno loco infirmitatis necessitate teneretur in vicina qua manebat casula, exarsit incendium; sed hospitium sancti viri expavescens flamma, haudquaquam ausa tangere transilivit, et interglobos flammantis incendii incolume tabernaculum, quod habitator inclusus servabat, emicuit. Et cum idem ipse nihil remedii debilitati suæ pateretur adhiberi, quadam nocte can dentem niveis vestibus vidit sibi adesse personam, quæ manu extensa, jacentem videbatur attollere, eumque consistere firmis vestigiis imperabat. Post omnesque turbati, excitant seniorem. Qui confestim D horam itaque, fugatis doloribus, recepit pristinam sanitatem ut, die reddito, itineris laborem subiret intrepidus. Sed et bellum, Saxonum Pictorumque ad Britones eo tempore junctis viribus, susceptum divina virtute retunditur, cum Germanus ipse dux belli factus, non tubæ clangore, sed clamore Alleluia, totius exercitus voce ad sidera levata, hostem immanem in fugam convertit. Composita vero insula, reditum moliuntur pontifices, fitque ut tranquilla navigatione suorum desideriis felix carina eos restitueret; nec multo interposito tempore, nuntiatur ex

C

eadem insula, Pelagianam perversitatem iterato A toriæ suæ, ignibus velut aurum examinetus, compaucis auctoribus dilatari. Rursusque ad beatissimum virum preces sacerdotum omnium deferuntur, ut causam Dei, quod prius obtinuerat, tutaretur. Quorum petitioni festinus obtemperat. Namque adjuncto sibi Severo, totius sanctitatis viro (qui erat discipulus beatissimi patris Lupi, Trecassenorum episcopi, et tunc Treviris ordinatus episcopus, gentibus primæ Germaniæ verbum prædicabat), mare conscendit, et consentientibus elementis, tranquillo navigio Britannias petit; exspulsisque pravitatis auc. toribus, compositisque omnibus, beatisacerdotes ea qua venerant prosperitate redierunt. Porro Germanus post hæc ad Ravennam pro pace Armoricanæ gentis supplicaturus advenit, ibique a Valentiniano et Placida matre ipsius summa reverentia suscep- B tus, post aliquot dies migravit ad Christum. Cujus corpus honorifico agmine, comitantibus virtutum operibus, suam defertur ad urbem.

Tomis civitate, sanctorum Prisci, Crescentii et Eyagrii.

Rhemis civitate, sancti Remigii episcopi et confessoris, viri præclarissimæ virtutis (t sanct tatis. Hic gentem Francorum, idolorum calturis deditam, convertit ad Christum, rege ipsorum sacro fonte baptismatis et sacramentis fidei prius initiato. Septuaginta et eo amplius in episcopatu annos explevit. Hic, inter cætera facta, puellam a morte corporis suscitavit.

B. VI NONAS OCTO BRIS.

(2 Oct.)

Apud Nicomediam, natalis sancti Eleutherii martyris, sub Diocletiano. Cujus tempore contigit aliquam partem palatii incendio conflagrari. Hocimperator a Christianis factum falsa suspicione præsumpsit. Ex quo inæstimabili furore succensus, jubet omnes Christianos acervatim collectos alios quidem gladio obtruncari, alios ignibus conflagrari. Horum primus, et qui omnes hortaretur pro Christo fortiter animas ponere, erat Eleutherius. Denique cum assistentes ministri rogarent singulos, si forte sacrificaturi vellent dimitti, tam viri quam mulieres ne interrogari se quidem patiebantur, sed ultro vel flammis irruere, vel cædentibus gladiis certatim objectare cervices. Cumque jam illis ipsis spectatoribus nimietas crudelitatis horresceret, ministri scelerum partem D populi naviculis injectam in medium pelagus abducunt, ibique in sententia fidei persistentes præcipitant in profundum. In tantum vero rabies crudelitatis apud eos exarsit, ut regios pueros martyres effectos, cum secundum humanitatis ordinem fuissent sepulturæ mandati, effoderent denuo, et corpora eorum projicerent in mare, dicentes: Ne forte efficiantur di-Christianorum. Verum beatus Eleutherius, immanisi simis tormentis diu excruciatus, cum ipse per singula tormenta validior redderetur, martyrium vic-

^b Vide lib. de Fest. Apost.

plevit. Cujus reliquias furtim Christiani auferentes. Nicomediæ sepultura venerabili reposuerunt.

In Atrebatis, villa Siricinio, passio sancti Leodegarii, Augustoduneņsis episcopi, quem variis injuriiset diversissuppliciis pro veritate afflictum, Ebroinus major domus regiæ interfecit. Cujus sacrum corpus in diæcesi Pictavorum translatum, in monasterio beati Maxentii honorifice est humatum.

C. V NONAS OCTOBRIS.

(3 Oct.)

^b Natalis sancti Dionysii Areopagitæ, qui ab apostolo Paulo instructus credidit Christo, et primus apud Athenas ab eodem apostolo episcopus est ordinatus, et sub Adriano principe, post clarissimam confessionem fidei, post gravissima tormentorum genera, glorioso martyrio coronatur, ut Aristides Atheniensis, vir fide sapientiaque mirabilis, testis est in eo opere quod de Christiana religione composuit. Hoc opus apud Athenienses summo genere colitur. et inter antiquorum monumenta clarissimum tenetur, ut peritiores Græcorum affirmant.

Apud antiquos Saxones, natalis sanctorum Ewaldorum duorum presbyterorum, qui cum sancto Willibrordo episcopo venientes in Germaniam. transierunt ad Saxones, et cum prædicare ibi Christum cœpissent, comprehensi a paganis occisi sunt. Ad quorum corpora noctu multa diu lux apparens, et ubi essent, et cujus essent meriti declaravit.

D. IV. NONAS OCTOBRIS. (4 Oct.)

 Apud Corinthum, natalis sanctorum Crispi et Caii, quorum meminit beatus apostolus Paulus Corinthiis scribens.

^d Apud Ægyptum, natalis sanctorum martyrum Marci et Marciani fratrum, et cum eis innumerabilium aliorum non inferioris gloriæ, tam virorum quam feminarum. Sed et pueri et senes, pro fide Domini nostri Jesu Christi, præsentem vitam parvipendentes, futuræ gloriæ beatitudinem quæsiere. Quidam ex ipsis post verbera, post ungulas, post flagella aliosque diversi generis horribiles cruciatus, flammis traditi sunt, alii in mare præcipitati, nonnulli inedia consumpti, nonnulli etiam capite cæsi, ita ut sponte cervices suas securibus darent; alii patibulis affixi, ex quibus nonnulli more perverso capite deorsum presso, ac pedibus in sublime sublatis, passionis beatissimam coronam promeruerunt.

E. JII. NONAS OCTOBRIS.

(5 Oct.)

• Apud Siciliam, natalis sanctorum Placidi, Eutychii et aliorum triginta.

In Galliis, civitate Valentia, sancti Appollinaris episcopi, cujus et vita virtutibus insignis fuit, et mors nihilominus signis ac prodigiis decoratur.

- d Euseb., I. vn, c. 8 et 9
- ^o Euseb., I. v. c. 24. Ruff.

^{*} Euseb., I. viii c. 5 et 6.

[°] Vide ibid.

Apud Eumeniam, beati Thraseæ episcopi apud A iterum jussit in custodia recipi, Bacchum vero Smyrnam martyrio consummati, qui unus ex antiquis, quasi ex traditione priorum se accepisse asseruit : Salvatorem præcepisse apostolis suis, ut ante duodecimum annum ab Jerosolymis ne discederent.

F. PRIDIE NONAS OCTOBRIS.

(6 Oct.)

Apud Capuam, natalis sanctorum Marcelli,
 Casti, Æmiliii et Saturnini.

In Galliis, eivitate Agenno, natalis sanctæ Fidis, virginis et martyris, cujus exemplo beatus Caprasius ad agonem martyrii animatus est.

Eodem die, beati Sagaris, martyris et episcopi Laodicensis, qui unus fuit de antiquis sancti Pauli apostoli discipulis.

G. NONAS OCTOBRIS. (7 Oct.)

Romæ, via Appia, natalis S. Marci, papæ et confessoris, qui sedit in episcopatu annos duos, menses novem, dies viginti. Sepultus in cœmeterio Balbinæ, via Ardeatina, quod ipse insistens fecit.

Eodem die natale sanctorum martyrum Juliæ, Sergii et Bacchi, sub Maximiano imperatore. Cujus honoribus sublimati, in palatio ejus clari habebantur. Nam Sergius erat primicerius, Bacchus vero secundicerius scholæ gentilium. A quibusdam ergo apud imperatorem accusati, quod essent Christiani, vocati sunt ab imperatore, ut sacrificantes Jovi, de sacrificiis oblatis cum eo degustarent. Ingressus imperator templum, gustavit de sacrificiis, et circumspiciens, non vidit Sergium et Bacchum : neque C enim ingressi fuerant templum. Mittens igitur milites de adstantibus sibi imperator, jussit eos introduci. Quibus et dixit : Ut video, facti estis deorum inimici. Accedite ad aram Jovis magni, et sacrificate, ac de sacrificiis ejus sicut et cæteri manducate. **Responderunt beati Sergius et Bacchus : Habemus** regem verum æternum in cælis, Jesum Christum Filium Dei. Huic per singulos dies offerimus sanctum vivumque sacrificium, atque rationabilem culturam: lapides autem et ligna non adoramús. Imperator tunc indignatus jussit exutos chlamyde indui eos muliebri colobio, et per mediam civitatem ad palatium pertrahi, catenis in cervicibus positis. Et cum pervenissent ad palatium, dixit eis imperator : Sceleratissimi, scitis quia quem colitis Chri- n stum fabri filius fuit, et antequam nuptiæ legitimæ fierent, de adulterio facto mater eum procreavit ? Cuimilites Christi responderunt : Erras, imperator; nam quem colimus Deus verus est, et vita æterna, qui fecit cœlum et terram et quæ in eis sunt. Amplius igitur veris prosecutionibus eorum iratus Maximianus, jussit eos Antiochio duci tradi, ut constringeret eos in cippo. Et facto mane, sedit in prætorio. Et adducti sunt ante illum Sergius et Bacchus. Et cum nec blanditiis, nec minis eos a proposito incurvare posset, beatum quidem Sergium

^a Euseb., 1. v, c. 24. Ruff.

^b Pontific., c. 35.

extensum nervis crudis tam diu cædi quousque cædentes lassi deficerent. Et vicissim succedentibus sibi cæsoribus, martyr gloriosus in confessione Christi, totus corpore discissus, emisit spiritum, et relicto corpore avibus et feris, abiit Antiochus. At Christiani furtim venientes tulerunt corpus martyris, et in spelunca quadam sepelierunt. Sequenti vero die beatus Sergius eductus de custodia, præsentatur Antiocho; qui cum verbis eum flectere non posset, primo cothurnos confixos clavis vestiri eum fecit, et novem millibus ante se currere. Postmodum in sententia fixum manere videns, decollari jussit, quem tunc Christiani in eodem loco sepelierunt. Parvo autem tempore interposito, beatum quoque B Bacchum a loco quo tumulatus fuerat elevantes, honorabili Martyribus loco juxta sanctum Sergium composuerunt. Ubi et virgo Julia, quæ sub Martiano

præside martyrium consummavit, sociata Martyribus sepulta quiescit. Eodem die, sanctorum martyrum Marcelli et A pulei, qui quidem primo adhæserunt Simoni mago; sed videntes mirabilia quæ Dominus operabatur per apostolum suum Petrum, relicto Simone, doctrinæ apostolicæ se tradiderunt. Et post martyrium apostolorum, confessione Christi et ipsi decorati, Aureliano consulari viro sententiam ferente, martyrii coronam reportarunt. Sepulti non longe ab urbe Roma.

A. VIII IDUS OCTOBRIS.

(8 Oct.)

 Apud Cretam, urbe Gortinæ, beati Philippi episcopi, magnis virtutibus et optimis studiis præditi viri.

Thessalonicæ, S Demetrii martyris.

Et beatistimi senis Simeonis.

B. VII IDUS OCTOBRIS.

(9 Oct.)

Abrahæ Patriarchæ.

Apud Parisi im, natalis sanctorum martyrum Dionysii episcopi, Eleutherii presbyteri, et Rustici diaconi : qui beatus episcopus a pontifice Romano ad Gallias directus, ut prædicationis operam populis a fide Christi alienis exhiberet, tandem Parisiorum civitatem devenit, et per aliquot annos sanctum opus fideliter et ardenter exsecutus, a præfecto. Fescennino Sisinnio comprehensus, et cum eo sanctus presbyter Eleutherius et Rusticus diaconus, gladio animadversi martyrium compleveruut.

C. VI IDUS OCTOBRIS.

(10 Oct.)

Apud Coloniam Agrippinam, natale sanctorum martyrum Gereonis, et aliorum trecentorum octodecim, quos ferunt Thebæos fuisse, et cum legione illa beati Mauritii, inde jussu Maximiani imperatoris in Gallias transitum fecisse, atque circa Rheni littora consedisse, et funestum tyranni imperium respuendo pro vera pietate colla patienter gladiis subdidisse.

° De hoc supra 11 Apr. Hier. de Scr. Eccl., cap. 30. Vide lib. de Fest. Apost. Loth prophetæ.

Apud Cretam, beati Pinyti, inter episcopos nobilissimi, a qui in scriptis suis velut in quodam speculo viventem sui reliquit imaginem.

Item apud Agrippinensem urbem, natalis sanctorum martyrum Mallosi et Victoris : quorum prior, cum longo tempore ubinam sepultus fuerit latuisset. sancto episcopo ejusdem loci ex divina revelatione manifestatus est. Cumque corpus ejus ex loco abdito levaretur, tanta odoris suavitas emanavit, ut astantes fideles velut immensi aromatis fragrantia replerentur.

Ita Britannia, ^b sancti Paulini episcopi Eboraci, qui ordinatus episcopus a beato Justo, qui a sancto Augustino, quem beatus Gregorius ad prædicandum Anglorum genti direxerat, consecratus episcopus B fuerat, gentem Nordanhumbrorum, hoc est eam nationem Anglorum, quæ ad aquilonem Umbri fluminis habitabat, cum rege suo Eduino, verbum fidei prædicando convertit. Et clarus vita, doctrina, et miraculis, vi Idus Octobris in pace quievit.

D. V IDUS OCTOBRIS.

(11 Oct.)

Apud Tarsum metropolim Ciliciæ, natale beatissimorum martyrum Tharaci, Probi et Andronici: qui persecutione Diocletani sub Maximo præside, longo tempore carceralis qualore afflicti, et tertio diversis tormentis et suppliciis examinati, in confessione fidei triumphum gloriæ adepti sunt. Nam nervis crudis graviter cæsi, et testis asperrimis defricati, etiam papyro ardenti circa ventrem et latera adusti, post C maxillarum confractionem, post tormenta tibiarum, post aceti et sinapis naribus infusionem, post obeliscos ignitos, post confixionem digitorum clavis acutissimis, post oculorum transpunctionem, ac linguæ abscissionem, novissime in amphitheatro ursis et leonibus projecti sunt. Sed cum nulla ex bestiis sanctorum corpora auderet attingere, Maximus, ira accensus, jussit eos gladio jugulari et corpora eorum inter corpora gladiatorum projici. Noctuautem venientes fideles, et deprecantes Dominum ut eis ostenderet sanctorum reliquias, viderunt subito velut stellam splendidam de cœlo missam super singula sanctorum corpora residentem. Sicque cum ingenti gaudio rapientes ea, præcedente se ejusdem stellæ splendore, gloriosos Christi athletas loco aptissimo D curavit. Quod audiens Alexander, ipsum quidem micondiderunt.

E. IV IDUS OCTOBRIS.

(12 Oct.)

Apud Ravennam via Laurentina, natalis sancti Edistii.

Apud Africam, csanctorum confessorum et martyrum quatuor millium nongentorum septuaginta sex, qui persecutione Vandalica, apud Africam, cum essent ecclesiarum Dei episeopi, presbyteri et diacones, associatis sibi turbis fidelium populorum,

• Hier. de Script. Eccles., cap. 28.

Beda Hist. Angl. I. 2, c. 9, 14, 16, 17, 20; et I. 3, c. 14.

A jussu Hunnerici regis Ariani, pro defensione catholicæ veritatis, in horribilis eremi exsilium trusi, et inter Mauros ferocissimos deputati sunt; inter quos erant Cyprianus et Felix præcipui Domini sacerdotes. E quibus plurimi cum crudeliter minarentur, et hastilium cuspidibus ad currendum ac lapidibus tunderentur, sive ligatis pedibus, velut cadavera per dura et aspera loca traherentur, tam atro supplicio per singula membra discerpti, dum per gladios acutos petrarum huic caput conterebatur, aliis latera findebantur, inter manus trahentium spiritum exhalabant. Exstat per to'um aggerem publicum, tumulis loquentibus, visis sepultura sanctorum.

F. III IDUS OCTOBRIS.

(13 Oct.)

Natalis beati Carpi, discipuli ApostoliP auli, apud Troadam.

Apud Antiochiam, beati Theophili, qui sextus ab apostolis Ecclesiæ pontificatum tenuit, viri eruditissimi d.

C: PRIDIE IDUS OCTOBRIS.

(14 Oct.)

Natalis sancti Callisti papæ, • qui sedit in episcopatu annos septem, menses duos, dies decem, et sub persecutione Alexandri imperatoris martyrii gloriam adeptus est. Postquam enim Palmachium proconsulem, cum omni domo sua baptizavit, et senatorem Simplicium ad domum ejus, et Felieem cum uxore Blanda, quam a paralysi curavit, et iidem ipsi ab Alexandro universi occisi, gloriam martyrii consecuti sunt; sed et postquam Calepodius presbyter ejus gladio martyrium sumpsit, tentus est ab Alexandro, et diutissime fame cruciatus, et quotidie fustibus cæsus ; atque prohibitum fuit ne quis ad cum veniret ; si vero aliquis venire noctu auderet, comprehensum occiderent. Qui cum multis diebus csset in custodia, venit ad eum beatus Calepodius per visum, et consolabatur eum, dicens : Firmus esto, pater, quia corona tua jam persecta est. Erat ibi miles quidam nomine Privatus, ulceribus plenus, qui doloribus continuis cruciabatur. Hic misit se ad pedes sancti Callisti, rogans ut sanaret eum ab ulceribus et doloribus suis; quem mox sanctus pontifex ab ulcerum dolore ac sœditate, simul et ab infidelitate in nomine sanctissimæ Trinitatis baptizatum litem secit plumbatis deficere; beatum vero Callistum per fenestram domus præcipitari, et ligato ad collum ejus saxo, in puteum demergi, et in eum per rudera cumulari. Post dies vero decem et septem presbyter ejus Asterius cum clericis noctu veniens,

levavit corpus ejus, et sepelivit in cœmeterio Calepodii, via Aurelia, pridie Idus Octobris. Eodem die, trans tus sancti Justi in eremo : qui cum aliquot annis in eremo Angelicam egisset vitam, et dignus adesset finis, tantis laboribus regnum spon-

• Pontif., cap. 17.

[°] Vict. Afr. I. II.

^d Hier. de Script. Eccl. cap. 25.

dens cœlorum atque illis jam extremis sanctæ com- A animas emisere. Ubi usque in hodiernum diem nou migrantis animæ, flens et consternatus mente Viator astaret dicens: Cur me, Domine, derelinquis? respondisse dicitur, ne conturbaretur quasi destitutus solatio, quia brevi se illo quoque ipse sequeretur. Quam utique prophetiam ac revelationem cito transitu sanctissimi invenis ministri ejus qui solus ardore fidei eum episcopatum fugientem et latere cupientem secutus fuerat, constat fuisse completam.

A. IDIBUS OCTOBRIS.

(15 Oct.)

In Galliis, a apud Coloniam Agrippinam, sanctorum Maurorum de militibus S. Gereonis. Qui ex legione sacra Thebæorum, cum essent numero guinguaginta, apud eamdem urbem martyrium consummantes, conditi sunt in basilica, quæ admirabili opere B scopi, qui multis clarus virtutibus in pace quievit. exmusivo quodammodo deaurata resplendet ; unde et incolæ sanctos aureos eos vocitare consueverunt.

Eodem die apud Lugdunum, natale beati Antiochi episcopi, qui cum adhuc presbyter Lugdunensis esset, pio incitatus officio, usque ad visendum episcopum suum, in eremo jam morabatur, nomine et actione vere Justus, pergere animo intendit. Vir districtione præcipuus, et qui non immerito, tempore interjecto ad ejusdem pontificii culmen assumptus est. Quo strenue administrato, regnum cœleste adeptus est. Sepultus in ecclesia martyrum Machabæorum, in qua et sanctus Justus tumulatus quiescit.

B. XVII KALEND NOVEMB.

(16 Oct.)

In Africa b, natale sanctorum martyrum CCLXX C pariter coronatorum et sanctorum martyrum Martiani et Satyriani, cum duobus fratribus eorum, et egregiæ Christi ancillæ Maximæ virginis. Qui tempore Wandalicæ persecutionis, sub Genserico rege Ariano, pro constantia fidei Catholicæ primum nodosis fustibus cæsi, et usque ad ossa laniati, cum multo temporetalia paterentur, sequenti die semper incolumes reddebantur. Post etiam dura carceris custodia damnati, cum fuissent arctati in nervum. mira Dei virtute, ingentium lignorum putrescens soluta est fortitudo. Ad quod miraculum Maxima Christi famula suæ libertati dimissa, mater postmodum multarum virginum Dei effecta, in veritatis confessione gloriosa consenuit. Reliqui inter ferocissimos Mauros exsilio relegati, cum prædicatione sua multitudinem barbarorum Christo Domino lucrati fuissent, jussu impii Genserici, ligatis pedibus, post terga currenti m quadrigarum, inter spinosa loca silvarum pariter jussi sunt interire. Cumque ducta atque reducta dumosis lignorum aculeis innocentium corpora carperentur, vicino currentibus indomitis equis, vale sibi invicem his verbis dicebant : Frater, ora pro me; implevit Deus desiderium nostrum. Taliter pervenitur ad regnum cœlorum. Sicque orando et psallendo, gaudentibus angelis, pias

desinit ingentia mirabilia Jesus Christus Dominus operari.

C. XVI KALEND. NOVEMBRIS. (17 Oct.)

Marthæ sororis Lazari.

Item beati Aristonis, qui fuit unus de septuaginta Christi discipulis °.

Item beati Heronis, de quo beatissimo Ignatio pergenti ad passionem revelatum est quod Antiochenam post eum recturus esset ecclesiam. Erat enim bic beati martyris Ignatii tunc diaconus ; episcopus factus, viam magistri pius imitator sequitur, et pro commendato grege amator Christi occubuit.

In Falliis, civitate Arausica, sancti Florentii epi-

D. XV KALEND. NOVEMBRIS.

(18 Oct.)

Natalis S. Lucæ Evangelistæ.

Eodem die d, sancti Asclepiadis Antiocheni episcopi, qui unus fuit ex præclaro confessorum numero, qui sub Decio gloriose passi sunt.

Item Romæ sanctæ Triphoniæ^euxoris Decii Cæsaris. Quæ, viro suo post interfectionem beatorum Sixti et Laurentii divinitus punito, petiit baptizari cum filia Decii Cyrilla, a Justino presbytero; et alia die defuncta est, ac juxta sanctum Hippolytum in crypta sepulta, quinto decimo Kal. Novembris.

D. XIV KALEND. NOVEMBRIS.

(19 Oct.)

Apud Antiochiam Syriæ¹, natalis sanctorum Beronici, Pelagiæ, et aliorum quadraginta novem.

Item ipsa die, beati Ptolomæi, sed et beati Lucii martyrum. Qui beatus Ptolomæus, comprehensus a quo lam centurione, interrogatur si Christianus esset. IIoc Ptolomæus tanquam amator veritatis, nequaquam gloriam suæ professionis occultans, percontanti Christianum se esse confessus est. Hunc continuo centurio in vincula conjecit, et multo tempore squalore carceris maceratum ad eltimum Urbiciojudici obtulit. A quo simili modo hoc solum interrogatus est si esset Christianus; qui rursum tanti boni sibi conscius, divinam religionem præ se tulit, et de Christi magisterio ac totius boni institutionibus publica confession · testatus est. Qui enim negat quod est sine dubio culpabile, judicat esse quod negat. Continuo ergo post confessionem ab Urbicio ducijubetur. Lucius autem quidam Christianus vir, videns tam temere latam sententiam, ait ad Urbicium : Quid, quæso, causæ est, quod neque adulterum, neque corruptorem, aut homicidam, vel latronem, raptoremve, aut alterius cujus libet facinoris reum, sed tantum pro nomine Christiano, quod hoc se vocabulo confessus est nuncupari, ad mortem hominem duci præcepisti? Non sunt hæc digna pio imperatore, nec sapientissimo puero filio ejus, neque sacro sena-

- ^d Vide librum de Fest. Apost. Euseb. I. vi, c. 9.
- De ea in Actis S. Laurent., 10 Aug.
- ^f Euseb. I. Iv, c. 16. Ruff. 17.

[•] Gregor. Tur. de Glor. m., c. 62.

b Viçi. Afr. lib. I.

[°] Euseb. I. III, c. 30. Ignat. epist. 10.

tu que agis, Urbici. Atille nihil aliud inquirens, ait A ad vigesimum ætatis suæ annum, æstus et pluvias ad Lucium: Videris mihi et tu Christianus esse. Cumque Lucius respondisset : Hoc plane sum, etiam ipsum duci jussit ad mortem. Ille, gratias, inquit, ago, quod me nequissimis dominis absolutum ad bonum et optimum Patrem, et Regem omnium Dominum remittis. Sed et tertius quidam, pari modo libertate usus, pari quoque sententia punitus est. Passi sunt autem sub Antonio, cognomento Pio, et filo ejus, hi beati martyres, et sepulti apud Alexandriam metropolim Ægypti.

F. XII KAL. NOVEMBRIS. (20 Oct.)

In Galliis, civitate Agenno, sancti Caprasii mar-Christo fortiter agonizare, animatus ad tolerantiam passionum, oravit ad Dominum ut si pro certo eum dignum gloria martyrii judicaret, ex lapide speluncæ illius agua limpidissima emanaret. Quod cum Dominus continuo præstitisset, ille securus ad aream certaminis properavit, et palmam martyrii fortiter dimicando promeruit.

G. XII. KALEND. NOVEMBRIS. (21 Oct.)

Apud Nicomediam, natalis SS. martyrum Dasii, Zotici, Caii, cum duodecim militibus.

Eodem die, sancti patris nostri Hilarionis, cujus vitam Hieronymus virtutibus plenam scribit . Hic ortus vico Thabata, qui circiter quinque millia a Gaza urbe Palæstinæ ad Austrum situs est, cum pa- C rentes haberet idolis deditos, rosa, ut dicitur, de spinis floruit. A quibus missus Alexandriam, grammatico traditus est, ibique quantum illa patiebatur ætas, magna ingenii et morum documenta præbuit. Brevi, charus omnihus, et loquendi arte gnarus: quodque his majus est omnibus, credens in Domino Jesu ; tota illi voluntas in Ecclesiæ congregationibus erat. Audiens autem celebre nomen Antonii, quod per omnes Ægypti populos ferebatur, incensus visendi eum studio, perrexit ac eremum; et statim ut eum vidit, mutato pristino habitu, duobus mensibus juxta eum mansit, comtemplans ordinem vitæ ejus, morumque gravitatem; quam creber in oratione, quam humilis in suspiciendis fratribus, severus in tinentiam cibique ejus asperitatem nulla unquam infirmitas frangeret. Reversus autem cum quibusdam monachis ad patriam, parentibusjam defunctis, partem substantiæ fratribus, partem pauperibus largitus est, nihil sibi omnino servans. Erat antem tunc annorum quindecim. Sic nudus et armatus in Christo solitudinem ingressus est, sacco tantum coopertus, et pelliceum habens ependyten, et tenattem quem illi beatus Antonius proficiscenti dederat, sagumque rusticum; quindecimtantum caricas post solis occasum comedens. Igitur a sextodecimo usque

Hieron. 1. I.

usque hodie permanet, latitudine pedum quatuor. altitudine pedum quinque, hoc est statura sua humiliore, porro longitudine paulo ampliore quam ejus corpusculum patiebatur, ut sepulcrum potius quam domum crederes. Capillos semelin anno Paschæ die totondit. Super nudam humum in stratu junceo usque ad mortem cubitavit. Saccum quem semel fuerat indutus, numquam lavans; nec mutavit aleram tunicam, nisi cum prior penitus scissa esset. Scripturam quoque sanctam memoriter tenens, post orationes et psalmos quasi Deo præsente recitabat. A vigesimo primo anno usque ad vigesimum sextum, ret in spelunca, audiens beatam Fidem virginem pro- B tribus annis dimidium lentis sextarium madefactum aqua frigida comedit; aliis tribus, panem aridum cum sale et aqua. Porro a vigesimo septimo usque ad trigesimum, herbis agrestibus et vigultornm quorundam radicibus crudis sustentatus est. A tricesimo autem primo usque ad tricesimum quintum sex uncias hordeacei panis, et coctum modicum olus absque oleo in cibo habuit. Sentiens autem caligare oculos et totum corpus impetigine et pumicea quadam scrabredine contrahi, ad superiorem victum adjecit oleum, et usque ad sexagesimum tertium vitæ suæ annum, hoc continentiæ cucurrit gradu, nihil extrinsecus aut pomorum, aut leguminis, aut cujuslibet rei gustans. Hinc cum se videret corpore desatigatum, et propinquam putaret imminere mortem, a sexagesimo quarto anno usque ad octogesimum pane abstinuit, iucredibili mentis fervore, ut eo tempore quasi novus accederet in servitutem Domini quo solent cæteri remissius vivere. Fiebat autem ei de farina et comminuto olere sorbitiuncula, ciboet potu vix quinque uncias apopendentibus. Sicque complens ordinem vitæ nusquam ante solis occasum, nec in diebus festis nec in gravissima valetudine solvit jejunium. Igitur potentissimus in miraculis, et sanctitate incomparabilis, octogesimo ætatis suæ anno, cum absens esset Hesychius (qui eum semper familiarissime colebat quasi in testamenti vicem, brevem manu propria scripsit epistolam, omnes divitas suas ei derelinquens: Evangelium scilicet et tunicam saccinam, cucullum et palliolum. Itaque modicus calor tepebat corripiendis, alacer in exhortandis esset, et ut con- D in pectore, nec præter sensum quidquam vivi homi nis supererat, et tamen apertis oculis loquebatur: Egredere, quid times? Egredere, anima quid dubitas? Septuaginta prope annis servisti Christo, et mortem times? Inter hæc verba exhalavit spiritum, statimque humo obrutus, quia ipse s'c omnes, qui

ad ægrotantcm venerant, adjuravit ne puucto qui-

dem horæ post mortem reservaret ur. Quod postquam Palestinæ sanctus vir Hæsychius audivit, perrexit

Cypram, et cum ingenti vitæ suæ periculo, post

decem ferme menses, corpus ejus furatus est. Quod

Majumam in Palæstina deferens, totis monachorum

brevis tuguriunculo declinavit, quod junco et

carice texerat. Structa deinceps brevi cellula, quæ

381

et oppidorum turbis prosequentbus, in antiquo mo- A Januarii presbyterorum et Fortunatiani et Septimi nasterio condidit; illæsa tunica, cucullo et pallio, et toto corpore, quasi adhuc viveret, integro, tantisque fragrante odoribus ut delibutum unguentis putares.

Eodem die, natalis sancti Asterii, presbyteri Callisti: qui cum corpus ejus levatum de puteo sepelisset, post dies sex audiens hoc imperator Alexander, præcepit eum per pontem præcipitari. Cujus corpus inventum est et a quibusdam Christianis in eadem civitate sepultum. Scriptum in passione sancti Callisti papæ (14 Oct.)

Et ipso die, transitus sancti Viatoris a lectoris, in eremo comitis sancti Justi.

A. XI KAL. NOVEMRRIS.

(22 Oct.)

Jerosolymis, natalis beati Marci (qui primus Jero- B solymis ex gentibus, post episcopos ex circumcisione, sacerdotium civitatis illius accepit) clarissimi et doctissimi viri, ac non multo post martyrio consummati.

Item beatæ Salomæ, quæ in Evangelio (Math. xv, xvi) legitur cum reliquis sanctis feminis circa Domini sepulturam sollicita.

Apud Adrianopolim Thraciæ, natalis sanctorum Philippi episcopi, Eusebii, et Ilermetis.

B. X. KAL. NOVEMBRIS.

(25 Oct.)

Apud Anthiochiam Syriæ, natale sancti Theodoreti ^b presbyteri, qui persecutione Juliani impii, sub præfecto et avunculo ejus Juliano, cum ab eo Antiochenorum ecclesia spoliata, et religiosi quique C cum multitudine Christianorum, in via Salaria in clifuissent ejus terrore dispersi, in Ecclesia spoliata mansit intropidus, atq e ab eo teneri jussus, post equulei pœnam, ac multos ac durissimos cruciatus, etiam lampadibus circa latera appositis, inflammatus est. Sed his divina virtute restinctis, cum milites qui eas tenebant, angelorum aspectu territi ruissent in faciem, et credentes in Christo, impium ministerium recusarent, jussit eos Julianus pelago immergi. Quibus beatus Thoodoretus ait : præcedite, fratres; ego vos superans inimicum sequar ad Dominum. Sicque in confessione persistens, et prophetico spiritu repletus, Juliano Apostatæ, quem apud Persidem divina ultione incurrit, prædicens interitum, occisione gladii martyrium consummavit.

In Hispaniis, natalis sanctorum Servandi et Gerac famis injuriam, et longissimi itineris laborem, quem jubente Viatore præside, ferro onusti pertulerunt; novissime martyrii sui cursum, ferro cæsis cervicibus, impleverunt. Ex quibus Germanus Emeritæ juxta beatam Eulaliam sep ltus; Servandus vero Hispalim translatus, circa sanctas Justam et Ruffinam conditus est.

C. IX KAL. NOVEMBRIS.

(24 Oct)

In Venusia, civitate Apuliæ, natalis sanctorum Felicis episcopi civitatis Tubzocencis, et Audactis et

• De hoc in Vita Justi, 2 Sept. Euseb. lib. rv, c. 7.

lectorum. Qui temporibus Diocletiani, in sua civitate tenti, a Magnelliano procuratore, inde multis diu vinculis et carceribus macerati, et in Africa, et in Sicilia, tandem in occisione gladii consummati sunt. Sunt autem honorifice sepulti inter Carthaginem et Uticam. Felix quinquaginta sex annnorum obiitvirgo.

D. VIII KAL- NOVEMBRIS.

(23 Oct.)

In Galliis, civitate Suessionenensi, natalis sanctorum Crispini et Crispiniani, qui persecutione Diocletiani et Maximiani, ad trochleas extenti, et fustibus cæsi, postquam digiti eorum subulis transfixi sunt, et de dorsoeornm lora præcisa, ad ultimum gladio trucidati, coronam martyrii consecuti sunt.

Eodem die Petragoricas civitate, natalis sancti Frontonis episcopi, qui Romæ a beato Petro ordinatus, cum Georgio presbytero ad prædicandum Evangelium missus est. Cumque tertio die itineris idem Georgiusesset mortuus, mærens Fronto reversus est ad Apostolum, acceptoque ejus baculo, etsuper corpus defuncti posito, socium de morte recepit. Sicque ad prædictam civitatem veniens, magnam gentis illius multitudinem ad Christum convertit, et multis miraculis clarus, in pace quievit.

Ipso die Romæ, via Salaria, natalis, guadraginta et octo militum, qui simul baptizati a beato Dionysio papa, et mox, jubente Claudio, imperatore decollati sunt. Quorum corpora noctu collegerunt beatus Justinus presbyter et Joannes, et sepelierunt in crypta vum Cucumeris, viii Kal Novembris, ubi positi sunt et alii martyres centum viginti et unus. Inter quos fuerunt quatuor milites Christi, Theodosius, Lucius, Marcus et Petrus. Hi videntes ad se venire armatos. rogabant ut primi decollarentur. Scriptum in passione sanctorum martyrum Sixti, Laurentii et Hippolyti.

E. VII KAL. NOVEMBRIS. (26 Oct.)

Apud Africam, natalis sanctorum martyrum Rogatiani presbyteri, et Felicissimi, qui persecutione Decii et Valeriani, illustri sunt martyrio coronati. De quibus etiam scribit beatus Cyprianus in Epistola ad confessores, his verbis: Ut sequamini, inquit, in omnibus Rogatianum presby terum gloriosum senem mani: qui post verbera squalorem carceris, et sitis D viam vobis ad gloriam temporis nostri religiosa virtute et divina dignatione facientem, qui cum Felicissimo fratre nostro quieto semper et sobrio excipiens ferocientis populi impetum, primum vobis hospitium in carcere præparavit, et melalor quodammodo vester nunc quoque vos antecedi

> Commemoratio agitur ipsa die sanctorum episcoporum Vedasti et Amandi, quorum vita et mors plurimis existit miraculis gloriosa.

F. VI KAL. NOVEMBRIS. (27 Oct.)

In Hispaniis, Abela civitate natalis sanctor am Vin-

^b Sozom. lib. v, cap. 7.

centii, Sabinæ et Christetes, qui primo adeo in A f git ecclesiæ multitudinem, et in desertis locis equuleo sunt extenti ut omnes compages membrorum eorum laxarentur; deinde capita eorum lapidibus supposita, usque ad excussionem cerebri validis vectibus sunt contusa; atque ita martyrium compleverunt, agente præside Daciano.

Eodem die apud Tyle castrum, natale sancti Florentii martyris.

Romæ, Evaristi a papæ, qui sedit in episcopatu annos novem, et sub Trajano martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano.

Eodem die, vigilia apostolorum Simonis et Judæ.

G. V KAL. NOVEMBRIS.

(28 Oct.)

sub Claudio principe jugulata et necata est gladio, ac sepulta a Justino presbytero cum matre sua, juxta sanctum Hippolytum.

A. IV KAL. NOVEMBRIS.

(29 Oct.)

Natalis beati Narcissi Hierosolymorum episcopi, viri sanctitate, et patientia, ac fide laudabilis. Accidit º aliquando in die solemni vigiliarum Paschæ, oleum deesse luminaribus; cumque id per ministros innotuisset, mœror populi maximus fuit ; sed Narcissus in fide confidens, ministris imperat haurire aquam, sibique deferre; cumque tullssent, oravit, et benedixit aquam, et infundi luminaribus præcepit. Tunc repente miro et sæculis inaudito genere C virtus, natura in pinguedinem olei versa, splendorem luminum etiam solito reddidit clariorem. Ad fidem autem rei, a plurimis religiosorum fratrum ex eodem oleo. quod versum de aqua fuerat, reservatum est. Is namque cum inter cætera virtutum suarum bona esset valde constantis animi, et justi rectique indeclinabiliter tenax, quidam homunc li nequam male sibi conscii, metuentes ne criminum suorum si arguerentur, non possent effugere vindictam, præveniunt factionibus et circumvenire parant eum, cujus judicium verebantur. Concinnant igitur adversus eum infame satis et noxium crimen. Conveniunt auditores; testes ex semetipsis producunt, qui sub sacramenti juramento, quæ objiciebantur confirmarent. Quorum unus testis ita, ne igni consumeretur, vera se dicere testabatur. Alius ita, ne regio morbo corrumperetur. Tertius ita, ne luminibus orbaretur. Et quamvis nec juramentis quidem istis quisquam fidelium et Dominum timentium crederet, eo quod vita Narcissi et institutio, ac pudicitia, ab omnibus nosceretur; ipse tamen eorum quæ mota sunt indignitatem ac molestiam non forens, simul et secretam ac philosophicam vitam semper habere desiderans, subter-

* Euseb. l. m, c. 34. Pontific. cap. 6.

^b Vide lib. de Fest. Apost. De ea in passione sencti Laurent., 20 Aug.

^c Euseb. lib. x1, c. 78 et 9 Ruffin.

atque agellis secretioribus delitescit annis quam plurimis. At non ille magnus divinæ providentiiæ oculus quiescit in long im, sed in impios ultionem per ea ipsa quæ sibi in perjuris statuerant maledicta molitur. Primus namque ille testis, parva ignis scintilla noctis tempore domo sua succensa, cum omni genere et omni familia flammis ultricibus conflagratur. Alius repente ab imis pedibus usque ad summum capitis verticem, morbo regio, quo fuerat imprecatus, repletur atque consumitur. Tertius autem priorum exitium videns, et oculum divinum non latuisse perspiciens, proripit in medi :m, et audientibus cunctis, sera pœnitentia, universum concinnati sceleris ordinem pandit. Tantisautem lacry-

Romæ, sanctæ Cyrillæ, filiæ Decii Cæsaris, quæ B mis immanis commissi facinus deflet, et in tantum bus orbaretur. Hi igitur figmenti sui hujuscemodi pænas dederunt. Narcissus vero cum ita desertum petiisset, ac locis secretioribus se abdidisset, ut ubi jam degeret, nullus agnosceret ; necessarium visum est episcopis ut alium pro ipso ordinarent, cujus nomen erat Dius, cuique (cum parvo tempore præfuisset Ecclesiæ) succedit Germanio, et Germanioni Cordius ; cum ecce subito velut redivivus cœloque redditus ex improviso apparuit Narcissus; et rursus a fratribus ad præsidendum rogaturecclesiæ. Verum cum ipse jam senio fessus, pontificatus ministerio sufficere non posset, Alexandrum qui jam episcopus esset alterius loci, divina dispensatio in adjutorium senis evidentissimis revelationibus vocavit. Expletis autem centum et sexdecim annis, relicta sede ipsi Alexandro, fructum laborum suorum a Domino recepit.

> Ipso die, apud Sidonem urbem, natalis sancti Zenobii ^a presbyteri, qui persecutione Diocletiani martyrio coronatur.

> In Gallia, Vienna civitate, depositio sancti ac beatissimi Theodarii, abbatis et confessoris; et translatio ipsius in loco ubi dicitur vallis Rupiana, iv Kalendas Novembris.

B. III KAL. NOVEMBRIS.

(30 Oct.)

Civitate Tingitana, passio sancti Marcelli centurionis, qui capitis abscisione martyrium consummavit, D sub Agricolao agente vices præfectorum prætorio.

Apud Africam, natalis martyrum numero ducentorum et viginti.

Apud Antiochiam, beati Serapionis • episcopi, eruditi viri et fide clarissimi.

C. PRIDIE KAL. NOVEMBRIS.

(31 Oct)

Romæ, natale beati Nemesii diaconi, et Lucillæ filiæ ejus f guos sanctus pontifex Stephanus bapti-

^d Euseb. lib. vm, c. 25.

• Euseb. lib. v, c. 18 et 21. Ruff. 19. Hieron. de Script. Eccl., cap. 41, 31 Oct. b De his in Vita sancti Stephani papæ, 2 Aug.

zavit; quippe ipsum Nemesium diaconum constituit, A semper deserui veritatem, et effudi sanguinem innotemporibus Valeriani et Gallieni; qui decreverunt ut ubicunque invent s fuisset Nemesius, sine audientia puniretur. Nemesius autem Christi gratia roboratus, circuibat cryptas, et concilia martyrum, ut ubicumque reperisset Christianum aliquem egentem, prout, poterat, de facultatibussuis ministraret. Veniens vero in via Appia noctis silentio juxta templum Martis, comperit Valerianum et Maximum in templo Martis sacrificare. Flexis itaque genibus, oravit Dominum, dicens : Domine, Deus creator cœli et terræ, dissipa consilia artis diabolicæ in nomine Domini nostri Jesu Christi Filii tui, quem misisti in hunc mundum, ut resipiscant hi infelices a laqueis diaboli. Statim igitur Maximus consul a diabolo arripitur, et magna voce clamare cœpit Nemesius R Christianus me incendit, ejus oratio me affligit. Egressi vero quidam de templo, tenuerunt Nemesium, et dum contumeliis eum afficerent, subito Maximus exspiravit. At illitenentes Nemesium duxerunt ad Valerianum. D.citque ei Valerianus: Nemesi, ubi est prudentia tua, quam semper cognovimus, et in consilio, et in actibus? Nos te hortamur, cogita veritatem, non deseras deos quos semper ab ipsis cunabulis coluisti. Nemesius diaconus plenus lacrymis respondit : Ego quidem infelix atque peccator

* Gregor. Turon. de Glor. martyrum, c. 73.

centem, et jan nimis oneratus atque cumulatus peccatis, licet sera pœnitudine cognoverim Creatorem meum, misericordiam Christi Filii Dei adeptus ; hunc timeo, ipsum adoro, ipsi cultum meæ servitutis offero; nam omnia idola lapidea atque ærea manufacta abjicio. Iratus Valerianus, jussit eum in privita custodia mancipari; et post tertium diem exhibetur Valeriano et Gallieno, et filia ejus Lucilla quam ante patris interrogationem fecerunt puniri, credentes quod sic potuissent animum beati Nemesii emollire. Sed ipse, cujus interiora possidebat Spiritus sanctus, lætior de martyrio filiæ factus, in confessione Christi ardentior efficitur. Et cum nullo modo a fide Christi flecti eum posse viderent, jusserunt eum duci ad supplicium. Decollatus vero est via Appia ante templum Martis, viii Kalendas Septembris; ejusque corpus a beato quidem Stephano papa in eodem loco scpultum, sed a beato Sixto pontifice postea levatum, pridie Kalendas Novembris juxta eamdem viam Appiam in crypta venerabilius curatum.

In Gallis, oppido Virmandensi, natalis Quintini martyris : qui sub Maximiano imperatore martyrium passus est ; et post annos quinquaginta quinque inventum est, revelante angelo, corpus ejus et sepultum oetavo Kalendas Julias.

LITANIÆ INDICENDÆ

MENSIS NOVEMBER

RABET DIES XXX; LUNA VERO, XXX.

D. KAL. NOVEMBRIS. (1 Nov.)

Festivitas sanctorum omnium. Petente namque papa Bonifacio, jussit Phocas imperator in veteri fano, quod Pantheon vocabatur, et a Domitiano prius factum erat, ablatis idololatriæ sordibus, ecclesiam beatæ semper virginis Mariæ, et omnium martyrum fieri : ut ubi quondam omnium, non deorum, sed dæmoniorum cultus agebatur, ibi deinceps omnium fieret memoria sanctorum; quæ ab illo tempore Kalendis Novembris in urbe Roma celebris et generalis agitur. Sed et in Galliis, monente sanctæ recordationis Gregorio pontifice, piissimus Ludovicus imperator, omnibus regni et imperii sui episcopis consentientibus, statuit ut solemniter festivitas omnium sanctorum in prædicta die annuatim per- n petuo ageretur. Quam sanctam constitutionem reverenti amore suscepit omnis Ecclesia.

* Et in castro Divione, natale S. Benigni presbyteri. Qui cum Andochio compresbytero, et Thyrso diacono, missus est in Galliam ab Oriente, a sancto

· Gregor. Taron., de Gler. mart.

C episcopo Polycarpo. Cujus prædicatione comes Terentius comperta, vinctum eum et cæsum ad se adduci præcepit. Et rursum audita sermonum ejus constantia, nervis durissimis cædi fecit. Post hæc ad trochleas extensus et cæsus, ac rursum carceri mancipatus, mane idola orando dextruxit, et reductus est in carcerem. Cui subulas decem calentes in manibus infixerunt, et cum plumbo remisso pedes in lapide perforato fixerunt, et canes duodecim feroces cum eo incluserunt per sex dies; et attulit ei angelus panem cœlestem, subulas abstulit, et eum de plumbo ac ferro eripuit. Ad ultimum collum ejus vecte ferreo tundi, et corpus lancea forari jubetur. Quo facto, columba nivea de carcere, Christianis aspicientibus, ad cœlos ascendit, et odor suavissimus quasi paradisi secutus est. Venit autom beata Leonilla, et conditum aromatibus corpus non longe ab ipso carcere sepelivit.

Eodem die, natate sancti Cæsarii diaconi, et Juliani presbyteri. Qui videlicet Cæsarius temp**ore** Claudii veniens ex Africa ad Tarracinam Campania civitatem, dum contra idolalatras proclamaret in A publico, tentus est a Firmino pontifice, et in custodiam reclusus. Ubidiebus multis maceratus, deinde traditus est Leontio consulari Campaniæ. Quem ille com verbis superare nequiret, jussit ante carpentum suum duci, ligatus manibus, vinctum, et nudum usque ad templum Apollinis. Quo cum pervenisset. ad orationem ejus corruit templum, et occidit pontificem Firminum. Post hoc reclusus in carcere a Luxurio primo civitatis, fuit ibi anno uno, et mense uno. Deinde eductus in forum ab eo, dum oraret, cœlesti est luce circumdatus, ita ut ipse Leontius crederet, et Cæsarium qui erat nudus, sua chlamyde indueret, et ab eo baptizaretur, et corpus et sanguinem Domini acciperet de manu Juliani presbyteri. Nec mora, dicta super eum ora- B Felicis presbyteri, et Eusebii monachi, temporibus tione, tradidit spiritum III Kalendas Novembris. Tunc Luxurius jussit Julianum et Cæsarium mitti in saccum et præcipitari in mare. Qui eo die rejecti sunt ad littus, et sepulti ab Eusebio servo Dei, juxta urbem Terracinam. Et idem Eusebius postea martyrium passus est cum Felice presbytero.

Item eodem die, depositio S. Severini monachi, de Tiburtina civitate.

Item natale S. Mariæ virginis : quæ cum esset ancilla, et die natalis filii domini sui jejunaret, nec ullo modo flecti potuisset ut manducaret de idolothytis; primo duris verberibus afflicta, deinde longa carceris custodia; equulei extensione, et ungularum laniatione vexata, martyrium consummavit.

E. IV NONAS NOVEMBRIS.

(2 Nov.)

* Natalis sancti Victorini, Pitabionensis episcopi, qui persecutione Diocletiani martyrio coronatus est.

Apud Laodiciam, natale beati Theodori episcopi, viri non solum verbis, sed etiam rebus et virtutibus, ornati. Hic arte medicus quidem fuit, sed ad animarum a Domino translatus est medicinam. Vere incomparabilis, qui super omnes pene homines fide, misericordia, studio, vigilantia, atque omnibus optimis institutionibus claruit, In Scripturis quoque divinis laborem quamplurimum gessit; quievit autem in senectute bona.

Eodem die, natale S. Ambrosii, abbatis monasterii Agaunensis, qui prius apud Lugdunum monasterii insulæ Barbaræ pater, et magnis virtuti- n illis ne torqueretur; cum sensu apud Dominum, bus clarus, cum illuc ob religionis egregiæ normam translatus fuit, beato fine ante in Domino requievit.

F. III NONAS NOVEMBRIS.

(3 Nov.)

Natalis S. Quarti, discipuli apostolorum.

Apud Cæsaream Cappadociæ, natalis SS. Germani, Theophili, Cæsarii, et Vitalis : qui optime duxerunt martyrium, sub Deciana persecutione. Eodem die, depositio S. Huberti episcopi.

• Hieron. de Script. Eccles., c. 74; Euseb. lib. VII, C 29. Ruff. 5 Enseb lib

Euseb. lib. vii, c. 29 Ruff. Hier de Script.

G. PRIDIE NONAS NOVEMBRIS. (4 Nov.)

^b Apud Alexandriam, beati Hierii presbyteri, viri acris ingenii, in divinis Scripturis nobiliter eruditi, vita purissimi, atque ad Christianam philosophiam nudi penitus et expediti, doctoris Ecclesiæ incomparabilis, privatim et publice mirabiliter disputantis. Hic quievit tempore Philippi imperatoris.

In Galliis, civitate Rotenus, natalis S. Amantii episcopi, cujus vita sanctitate et miraculis exstitit gloriosa.

A. NONIS NOVEMBRIS. (5 Nov.)

Zachariæ prophetæ, patris Joannis Baptistæ.

º In Terracina, civitate Campaniæ, natalis SS. Claudii imperatoris. Qui videlicet Eusebius, cum sepelisset sanctos martyres Julianum, et Cæsarium, et ad sepulcra eorum orans et jejunans multos converteret ad fidem, quos Felix presbyter baptizabat, tenti sunt ambo a Leontio filio Leontii consularis, ob eam maxime causam quia Cæsarius patrem ejus Christianum fecisset. Et ad forum ejus ducti, nec superati, inde carcere reclusi, et nocte eadem, cum sacrificare nollent, decollati sunt, atque in fluvium jactati. Quorum corpora venerunt usque ad mare, et rejecta sunt ad littus, atque a presbytero quodam de Capua, nomine Quarto, inventa. Qui ea mox imposita vehiculo duxit in casam suam, et curiose quærens etiam capita invenit; ad-C junctaque corporibus sepelivit juxta S. Cæsarium.

B. VIII IDUS NOVEMBRIS.

(6 Nov.)

Tonza Africa, natalis S. Felicis. In hujus solemnitate quemdam psalmum beatus Augustinus videtur exponere ad populum (Psal. cxxvii), ubi inter cætera, de ejus passione loquitur, dicens : Felix martyr, vere felix et nomine et corona, cujus hodie dies est. Noveritis autem, fratres, non eum passum mortem quam alii martyres passi sunt : confessus enim, dilatus est ad tormenta; alio die inventum est corpus ejus exanime. Clauserant enim illi carcerem corpori, non spiritui; quem illic parabant torquere carnifices absentem invenerunt : perdiderunt sævitiam suam. Jacebat exanimis, sine sensu, ut coronaretur.

In Oriente, civitate Theophili, SS. decem martyrum, qui sub Sarracenis passi leguntur in gestis sanctorum quadraginta.

C. VII IDUS NOVEMBRIS.

(7 Nov.)

^d Apud Alexandriam, Achillæ episcopi, eruditione, fide, conversatione, et moribus insignis.

Eodem die natalis S. Amaranti martyris, qui apud

Eccles., c. 76.

° De his in Vita sancti Cæsarii, 1 Nov.

Euseb. lib. vu, cap 29. Ruff.

Albigensem urbem, exacto agonis fidelis cursu, A Æsculapii ictibus plumbatarum cæsi deficerent. sepultus vivit in gloria. Cujus sacrum sepulcrum, virtute Christi, miraculis frequentibus illustratur.

^a Apud Perusinam Italiæ urbem, natalis S. Herculani, episcopi et martyris.

D. VI IDUS NOVEMBRIS.

(8 Nov.)

Romæ, natalis SS. martyrum Claudii, Nicostrati, Symphroniani, Castorii, et Simplicii, imperantibus Diocletiano et Maximiano. Hi cum essent artifices insignissimi, et marmorum cæsores probatissimi. imperatori Diocletiano valde facti sunt accepti. Cum itaque tempore quodam essent quadraturis marmorum intenti, et artem suam signo crucis munirent, unus Simplicius, qui adhuc pagano errore tenebatur, dixit ad quatuor reliquos: Adjuro vos per deum Solem, ut quis iste Deus sit dicatis mihi, in cujus nomine vos tam bene operamini. Cui Symphronianus : Si potes credere, dicemus tibi, et mox artem consequeris sed et vitam æternam habebis. Quem cum in fide sociatum beato Cyrillo episcopo consignassent, isdem episcopus baptizavit eum, et Christo Domino credere informavit. Non multo post accusati a philosophis quod Christiani essent, et quod deum Æsculapium fingere, sicut præceperat imperator, ex marmore porphyretico et proconisso noluissent, Diocletianus jussit cuidam tribuno nomine Lampadio. sub moderatione verborum eos audiri.Quibusisdem Lampadius dixit : Adorate deum Solem, ut destruatis C consilium philosophorum. Qui respondentes dixerunt : Nos nunquam adoramus facturam manuum nostrarum, sed adoramus Deum cœli et terræ, qui imperat in æternum, Jesum Christum Filium Dei. Reclusi sunt igitur in custodia publica. Inde cum mutari a fide Christi non possent, jubente Lampadio, exspoliantur, et scorpionibus gravissime cæduntur; mox Lampadius a dæmonio correptus exspirav t. Hoc factum cum audisset Diocletianus, nimio furore plenus jussit cuidam Nicetio togato ut in loculis plumbeis vivi includerentur, ac sic in fluvium præcipitarentur. Post dies autem quadraginta duos venit quidam Nicodemus Christianus, et levavit cum ipsis loculis corpora martyrum, et in domo sua honorifice posuit. Passi vero sunt vi Idus Novembris.

Eodem die, natale sanctorum quatuor Coronato- D rum, id est Severi, Severiani, Carpophori et Victorini. Hi cum impellerentur ad sacrificandum, reluctantes, nec consensum implis præbentes, perstiterunt in fide. Nuntiatum est autem Diocletiano imperatori, qui illico jussit ut ante simulacrum

* Greg. lib. III Dial., c. 13.

^b Judici Popilio sistitur. Vulgati, Judici et populo sistitur. Quis vulgata legens, errorem subesse fuisset suspicalus? Recte mss. nomen judicis Popilium exhibent, quem Metaphrastes judicem et præsidem Publium vocat. Acta mss. quæ nactus sum ex bibliotheca Fuldensi : « Cronides. vero tabularius, cum cognovisset hoc factum, metu perterritus compre-

Quorum corpora jussit in platca canibus jactari, et jacuerunt ibi diebus quinque. Tunc pii Christiani venerunt, et collecta corpora sepellierunt in via Lavicana, milliario ab urbe tertio, in arenario, juxta corpora sanctorum martyrum Claudii, Nicostrati, Symphroniani, Castorii et Simplici. Passi sunt autem sexto Idus Novembris, post duos tamen annos passionis horum quinque martyrum. Cum autem nomina eorum minime reperirentur, statuit beatus Melchiades episcopus ut anniversaria guatuor Coronatorum dies sub nominibus sanctorum quinque martyrum recoleretur. Intercurrentibus tamen annis, cuidam sancto viro etiam nomina eorum revelata suut. Festivitas vero ut fuerat statuta, et ad voluntatem ipsorum artificium fieret, horum B celebris in aliorum martyrum festivitate permansit, ac locus quatuor Coronatorum nomine insignis.

E. V IDUS NOVEMBRIS. (9 Nov.)

Natale sancti Theodori martyris, temporibus Maximiani et Maximini imperatorum. Qui cum esset miles, et vere Christianus, adductus est ad Brincam præpositum legionis, a quo dilatione accepta ut sententia irrevocabiliter permaneret, b judici Popilio sistitur, qui jussit eum mitti in carcerem, et signari ostium carceris; ubi divina consolatur visitatione. Post aliquot dies iterum adductus ante præsidem, suspensus est in ligno, et ungulis ferreis latera ejus rasa, quousque costæ ipsius nudarentur. Deinde dictavit sententiam, dicens : Theodorum non obtemperantem præceptis invictissimorum imperatorum, potentiaque deorum, credentem vero Jesum Christum crucifixum, jubeo ignibus tradi. Igitur beatus martyr signaculo crucis munitus, manibus post tergum ligatis, in focos propellitur. Et prospiciens videt in turba lacrymantem Cleonicum, qui cum eo tyro adductus fuerat. Et exclamans dixit : Cleonice, exspecto te; festina, et sequere me. Et cum jam flan.marum globis undique vallaretur beatus martyr, orationem fudit, laudans et glorificans Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Sicque sanctam animam Christo reddidit v Idus Novembris. Quædam autem mulier, Eusebia nomine, collegit corpus ejus, et sindone munda involvens transtulit in possessionem suam, in locum qui appellatur Euchaita.

° Item eodem die apud Bituricas, S. Ursicini, qui Romæ ordinatus a successoribus apostolorum primus eidem urbi destinatur episcopus.

F. IV IDUS NOVEMBRIS.

(10 Nov.)

In territorio Agathensi, in Cessatione, natalis SS.

hendit B. Theodorum, et obtulit eum Populio præsidi. » Ita et in historiis plurimorum sanctorum, editis Lovanii anno 1485. Male apud Membritium tom. II, Populi præsidi. Rectius apud Adonem Popilius, quam apud alios Populius. Notissimo Popilia inter Romanas familias.

° Gregor. Turon. de Glor. confess., c. 80.

tempore Diocletiani variis tormentis cruciati, martyrium compleverunt.

Item eodem die S. Martini papæ: qui ob fidem catholicam, ab imperatore Constantino hæretico, per Theodorum exarchum de ecclesia raptus, ac perductus Constantinopolim, relegatus apud Chersonam Lyciæ provinciæ, ibidem vitam finivit, multis in eodem loco virtutum signis usque hodie refulgens.

G. III IDUS NOVEMBRIS.

(11 Nov.)

In Galliis, Turonis civitate, natalis sancti Martini episcopi et confessoris.

Eodem die in Scythia, metropoli Phrygiæ Salu-B tariæ, passio sancti Mennæ martyris : qui persecutione Diocletiani et Maximiani, cum esset miles nobili genere, ex Ægyptiorum provincia ortus, abrenuntiansterrenæ militiæ, primum cælesti Regi secreta conversatione in eremo militavit. Deinde natalitiis præfatorum imperatorum procedens ad publicum, ac se Christianum libera coram ipsis voce declarans, traditus est Pyrrho duci torquendus; quijussit eum in carcerem includi, quandiu imperatorum natalitia celebrarentur. Peracta igitur festivitate, ac sedente eo pro tribunal, jussit eum suis aspectibus præsentari; cui et dixit; Hesterna die infauste et temerarie ausus est beatrum introire, et vanissimis, nescio quibus, eloquiis profanare, maxime cum dete asseratur nostræ fuisse malitiæ. Sacrifica diis, ut omnia tibi quæ per ignorantiam C toris, et Victoris. gessisti ignoscantur, et ad honorem pristinum reformeris. Ad hæc beatus Mennas cum respondisset : Ego hoc sæculi honore non delector, sed Christi Domini discipulus effici cupio ; jubente duce, extensus, et nervis bubulis manibus ligatus, tandiu a militibus virgis cæsus est, donec sanguine ipsius plateæ locus repleretur. Deinde in equuleo exungulatus, et lampadibus circum latera adustus, cilicioque plagæ a militibus fricatæ, et carbones ignis super eas impositi, per tribulos quoque et sudes forreas, ligatis manibus ac pedibus, tractus, plumbatis etiam collo et maxillis graviter contusus, in lau le et confessione omnipotentis Dei immobilis permansit. Novissime Pyrrhus dux sententiam ex tabella recitari præcepit: Mennatem ex milite omnium Christianorum auc D torem, nolentem acquiescere præceptis imperatorum neque volentcm sacrificare diis, gladio animadverti placet, et corpus ejus e medio ignis ereptum est, et mundis linteaminibus aromatibusque con-

Prosper in Chronic anno 437.

^b Apud Sigericum Wandalorum regem. Ita constanter mss. vulgo Gensericum, vel. ut alii vocant. Geisericum, forte rectius : quare et hoc in margine apposui. Existimo errorem ex litterarum transpositione ortum, ut Sigericum scripserint pro Giseri-cum. Certe Geisericus, Wandalorum rex fuit, ut ha-bes apud Prosperum in Chronico, anno Christi 457, in hac ipsa martyrum narratione ex quo Ado desumpit; Sigericus vero Gothorum rex apud Isido-

PATROL. CXXIII.

martyrum Tiberii, et Modesti, et Florentiæ : qui A ditum debita veneratione in cœmeterio m idus Novembris curatum. Cujus de inde sacrum corpus Constantinopolim translatum, civitate regia digno honore veneratur.

> Item Lugduni, sancti Verani episcopi, cujus vita fidei et virtutum meritis illustris fuit.

A. PRIDIE IDUS NOVEMB. (12 Novem.)

^a Apud Africam, commemoratio SS. Arcadii, Probi, Paschasii et Eutychiani; qui ex Hispania oriundi, cum apud Sigericum ^b [al., Geisericum,] Wandalorum regem merito sapientiæ et fidelis obsequii chari clarique haberentur, nec in Arianam perfidiam, cui ipse deditus erat, ullatenus declinari paterentur, excitato in rabidissimam iram barbaro. primum proscripti, deinde in exsilium acti, tum atrocissimis suppliciis excruciati, postmodum diversis mortibus interempti, illustri martyrio mirabiliter occubuerunt. Puer autem Paulillus nomine, frater Eutychiani et Paschasii, cum a professione atque amore catholicæ fidei nullis minis deturbari posset, fustibus diu cæsus, et ad infimam servitutem damnatus est; ideo, ut apparet, non occisus, ut de superata sævitia impiietiam illa ætasgloriaretur.

Eodem die, sancti Melanii, Redonicæ civitatis episcopi: qui post innumerabilium signa virtutum, jugiter intentus cœlo, emigravit à sæculo.

B. IDIBUS NOVEMB.

(13 nov.)

Ravennæ, natalis SS. Martyrum Valentini, Solu-

Turonis, S. Brictii episcopi.

In Provincia, apud civitatem Aquis, B. Mitrii clarissimi martyris

C. XVIII KAL. DECEMB.

(14 Nov.)

Apud Thraciam, civitate lleraclea, natalis Sanctorum martyrum Clementini, Theoditi, et Philumeni.

• Apud Alexandriam, beati Serapionis, quem persecutores sub Decio, in domo sua repertum, crudelissimis affecerunt suppliciis, ita ut omnes ei juncturas membrorum prius solventes, de superioribus eum præcipitarent, ac sic Christi martyr efficeretur.

D.XVII KAL. DECEMB.

(15 Nov.)

Natalis sancti Felicis episcopi, qui a quindecimo ætatis suæ anno miraculorum gloria insignis fuit, et Martiano præside, cum aliis triginta martyrium

rum in Chronico Gothorum æra 454, anno vu Theodo ii junioris. Quod vero Victor Africanus in Wandalica persecutione horum martyrum non meminerit, causam existimat Baronius tom. V, anno Christi 437, quod Wandalicas clades in Numidiam aliasque illi proximas provincias illatas scribere haud admodum laborarit, rebus tantum Ecclesiæ Carthaginensis, ubi agebat, intentus.

° Euseb. lib. vi, cap. 34, Ruff. 31.

complevit. Corpus ejus Elpidius presbyter in No- A autem neque esse deos, neque adorari debere; in lensi ecclesia sepelivit.

E. XVI KAL. DECEMB.

(16 Nov.)

Natalis S. Eucherii Lugdunensis episcopi, admirandæ fidei, vitæ et doctrinæ viri. Qui ex nobilissimo senatorum ordine ad religiosam vitam habitumque conversus, diu in agro suo super fluvium * Druentiam intra septa speluncæ sponte conclusus, Christo servivit, jejuniis et orationibus vacans. Defuncto autem pontifice Lugdunensi, cum universa Ecclesia juxta morem a se antiquitus observatum, triduanis jejuniis et obsecrationibus, qui gubernationem ejusdem ecclesiæ suscipere deberet, sibi posceret a Domino revelari, cuidam puero apparens in visu angelus Domini: Est, inquit, senator quidam, Eucherius nomine, super fluvium (al., Durentiam) Druentiam retrusus in specu, qui, relictis omnibus quæ possidebal, secutus est Dominum; ad hunc deducendum pergite, et vobis pastorem illum constituite, quoniam a Deo electus est. Quod cum puer senioribus diliculo retuliset, omnipotenti Deo. cunctis fratribus convocatis, gratias egerunt ; missoque cum clericis ad præfatum locum archidiacono, qui tunc ecclesiæ curam gerebat, invenerunt eum, sicut Dominus revelarat. Cumque illi archidiaconus rem propter quam venerat retulisset, copit eum juramento dicere se voluntarie de specu non egressurum, nec cum eo, nisi ligatus duceretur, iturum. Cumque diu talia repeteret, archidiaconus, effracto muro speluncæ, eduxit eum, et juxta quod ipse jura- C verat, vinctum perduxit Lugdunum. Quem pari animo, unoque consensu clerus et populus sibi eligens sacerdotem, in pontificali cathedra solemniter collocavit. Hujus uxor Galla, in sancto habitu Deo serviens, spcluncam ejus ingressa, omne illic vitæ suæ tempus in studio religionis exegit. Duæ ipsorum filiæ, quarum una Consortia, altera Tullia vocabatur, virginitatis gratia et signorum gloria claruerunt.

F. XV KAL. DECEMB. (17 Nov.)

^b Apud Alexandriam B. Dionysii episcopi, in multis sæpe confessionibus satis clari, et pro passionum tormentorumque diversitate magnifici, temporibus imperatorum Valeriani et Gallieni. Denique D refertur, insectantibus se persecutoribus cum ipse astaret judici, respondisse : Quid insectando laboratis? Caput meum pro quo magnopere fatigamini, avulsum cervicibus sumite et donum magnum ad tyrannum et imperatorem vestrum ferte. Præses autem Æmilianus erat. Ante quem cum Dionysius unum solum Deum prosqueretur, qui cœlum fecisset et terram, huncque diceret adorandum, cæteros

Ms. Durentiam.

^b Euseb., lib vi, cap 33, Ruff. c. 30, et deinceps, Euseb. lib. vii.

• 10. Ruff. Gregor, Tur., lib. 11 Hist. Franc.

castrum quoddam deserti, quod Cefro appellatur, in exsilium truditur, ob hoc præcipue electum quod loci incolæ gentiles erant, et idolorum superstitionibus satis dediti. Qui exsulem Dionysium primo hostili animo et satis adversa mente suscipiunt; post vero cum paulatim per Domini gratiam verbum Dei his seminare copisset, pars maxima trucis et barbari populi, relictis idolis, conversa est ad Deum verum, Christoque subjecta. Quo comperto, rursus eum ad alium locum, vicinum quidem Alexandriæ, sed incolis desertum, ac pene habitatoribus vacuum transtulerunt. Sed et ibi cum pro urbis vicinitate nostrorum populus eum frequentaret, et tanquam pastore recepto grex lætior et con-B stantior agonibus redderetur, rursum missis cum centurione militaribus viris, ipsum Dionysium, et cum eo Gaium et Petrum catenis constrictos, et diversis cruciatibus afflictos, in desertum quoddam Libyæ pertraxerunt, ibique eos in loco squallidissimo, et omni usu humanitatis carente, a Parætonio trium dierum itinere in desertum protento, nexos vinculis reliquerunt. Tunc temporis etiam Maximus presbyter, et Dioscorus, Demetrius quoque et Lucius, necnon Faustinus atque Aquila, satis clari et insignes titulo confessionis effecti sunt. Interea beatus Dionysius regressus Alexandriam, senio gravatus quievit in pace, decem et septem annis functus sacerdotio.

Eodem die, civitate Corduba in Hispaniis passio sanctorum martyrum Asciscli et Victoriæ: ubi ob commendationem pretiosæ mortiseorum eodem die rosæ ortæ divinitus florentes colliguntur.

° Aurelianis, sancti Aniani episcopi.

G. XIV KAL. NOVEMB.

(18 Nov.)

^d Antiochiæ, natale sancti Romani, qui temporibus Diocletiani, cum Asclepiades præfectus ecclesiam irrumpere, eamque funditus conaretur evertere, cæteros Christianos hortatus est ut ei contradicerent. Unde eum protinus vinctum sibi exhiberi jussit, et Christum constantissime confitentem primum extendi equuleo, deinde plumbatis graviter et fustibus cædi; post hæc etiam novacula acutissima maxillas ei radi fecit . Tunc ad petitionem ejus puerum parvulum induci præcepit : quem Romanus Christi nomen invocans, utrum unum an plures deos melius esset colere interrogavit, ut ex ejus confessione præfectus confunderetur. Cumque puer unum Deum solum credendum esse dixisset, indignatus Asclepiades, catomo suspendi eum ac verberari, et postremo etiam decollari jussit. Erat antem nomen puero Baralas. Romanus vero rursus equuleo suspensus, ungulisque exaratus, ad rogum

cap. 7. Euseb., lib. viii, cap. 12.

° Prudent., hymn, 10.

ardentem, in quem præcipitaretur, perductus est. Sed, orante eo, venit repente imber inundans, et exstinxit ignem. Post hoc jussit ei linguam abscindi. Quo facto, cum Christum voce clarissima collaudaret. reclusus in carcerem, ad extremum laqueo strangulatus est.

Eodem die in eadem urbe, natalis sancti Hesychii, qui sub præfato imperatore cum esset miles, et præceptum audisset, ut quisquis non sacrificaret idolis cingulum militiæ deponeret, repente cingulum solvit. Ob hanc causam imperator colobio indutum, primo in gyneccum eum dedit; deinde, ligato in dextera ejus saxo ingenti, in fluvium præcipitari jussit.

A. XIII KAL. DECEMB. (19 Nov.)

Romæ, via Appia, natalis sancti Maximi presbyteri et martyris, qui persecutione Maximini passus, positus est ad sanctum Sixtum.

Apud Viennam, sanctorum martyrum Severini, Exuperii et Feliciani: quorum corpora post mula annorum curricula, ipsis revelantibus, inventa, et a pontifice urbis clero et populo honorifice sublata, in basilica sancti Romani, quæ jam dictæ civitatis parte orientali sita est, condigno honore condita sunt.

Die eodem natale sancti Fausti martyris. Huic tantum fiduciæ et magnanimitatis per Dei gratiam datum est, ut cum ad eos qui in carcere tenebantur fratres, nemo prorsus humanitatin et ministerii causa permitteretur accedere, iste una cum collega suo Eusebio indesinenter et reviseret, et necessaria ministraret. Et cum per dies singulos præsidis furor cresceret jugulando alios, alios suppliciis et diversis cruciatuum generibus affligendo, squalore carceris et catenarum ponderibus enecando, et super omnia præcipiendo ne quis ad eos prorsus accederet, ut et inedia quasi aliud tormenti genus adhiberetur ; concessit tamen Deus huic diacono, et collegæ ejus gratiam, ut invitis omnibus, eis ad confessores Christi non negaretur accessus. Grandævus igitur et plenus dierum confessor perdurans, perfecto martyrio B. Faustus obtruncatione capitis consummatus est.

B. XII KAL. DECEMB. (20 Nov.)

^b Romæ, natalis sancti Pontiani papæ. Qui, Maximino adversus ecclesiarum sacerdotes persecutionem commovente, cum [al., Philippo] Hippolyto presbytero Sardiniam deportatus, ibique fustibus mactatus, martyrium consummavit. Corpus ejus a beato Fabiano papa relatum, atque in cœmeterio Callisti sepultum est. Sedit autem in episcopatu annos novem, menses quinque, dies duos.

Apud Siciliam, civitate Messana, sanctorum Ampeli et Caii.

^e Apud Cubilonem, beatissimi Sylvestri, episcopi.

• Euseb. lib. v11, cap. 10.

^b Pontificale, c. 19.

ardentem, in quem præcipitaretur, perductus est. A et confessoris, qui quadragesimo secundo anno Sed, orante eo, venit repente imber inundans, et sacerdotii sui plenus dierum atque virtutum miexstinuit ignem. Post hoc jussit ei linguam ab- gravit ad Dominum.

C. XI KAL. DECEMB

(21 Nov.)

Natalis beatissimi Rufi, de quo apostolus Paulus ad Romanos scribit : Salutate Rufum electum, et matrem ejus et meam (Rom. xvi).

In Italia, monasterio Bobio, sancti Columbani abbatis, qui multorum cænobiorum fundator, et innumerabilium pater exstitit monachorum, multisque virtutibus clarus, quievit in senectute bona.

D. X KAL DECEMB.

(22 Nov.)

Romæ, natalis sanctæ Cæciliæ virginis, quæ spon-B sum suum Valerianum et fratrem ejus Tiburtium ad credendum Christo perdocuit, ac deinde ad martyrium incitavit. Hanc Almachius post martyrium eorum teneri fecit, et ut thura dæmonibus poneret impelli. Apparitores vero attendentes nimium decorem et prudentiam ejus, rogabant eam ne tale decus amitteret, et tantam pulchritudinem in mortem daret. At illa consilium pietatis sufficienter insinuans, et de grat a omnipotentis Dei eos informans, cum ad credendum Christo permotoscerneret, dicit eis : Ite, dicite infelici Almachio quod ego indicias petam, ut hic intra domum meam faciam venire, qui vos omnes faciat vitæ æternæ participes. Veniens igitur papa sanctus Urbanus, baptizavi tplus minus quam quadringentos promiscui sexus homines, inter quos unus clarissi nus vir erat nomine Gordianus. Iterum Almachius beatam Ceciliam sibi præsentari jussit. Et cum insuperabilem eam in confessione fidei permanere videret, jubet ut ad domum suam duceretur et ibi flammis balnearibus concremaretur. Ubi inclusa die integro et nocte, quasiin loco frigido integra perstitil sanitate, cum semper incendia lignis congestis ministrarentur. Quod audiens Alma chius misit qui eam decollaret. Quam spiculator tertio ictu peucussit, sed caput ejus amputare non potuit; supervixit autem triduo. Tunc S. Urbanus corpus ejus auferens nocte, sepelivit inter collegas suos episcopos. Passa est autem beata virgo Marci Aurelii et Commodo imperatorum temporibus.

E. IX KAL. DECEMB.

(23 Nov.)

^d Natalis sancti Clementis, qui sub persecutione Trajani, martyrio coronatur.

Tunc etiam illustrissima et beatissima Dei famula Flavia Domitilla, quæ fuit Flavii Clementis consulis ex sorore neptis, et a sancto Clemente sacro velamine ad in egritatis perseverantiam traditur consecrata, ob testimonium qnod Christo perhibebat, cum aliis plurimis in insulam Pontiam exsilio deportata, longum inibi martyrium duxit.

Eodem die, natale sanctæ Felicitatis, matris se-

° Greg. Tur. de Gloria confess. c. 85

^d Vide libellum de Fest. Apost.

398

decollata est pro Christo. Idem enim imperator injunxerat præfecto urbis Publio, ut eam compelleret cum filiis suis deorum sacrificiis inclinari. Qui blando alloquio ad sacrificium eam provocans, minatur pœnarum interitum. Cui beata Felicitas : Nec blandimentis tuis resolvi potero, nec terroribus frangi; habeo enim Spiritum sanctum, qui me non permittet vinci a diabolo, et ideo secura sum quia viva te superabo; et si interfecta fuero, melius te vincam occisa. Deinde alia die sedit præfectus in foro Martis, jussitque eam adduci cum filiis suis; cui et dixit : Miserere filiis tuis, juvenibus bonis, ct flore primæ juventutis florentibus. Beata Felicitas respondit: Misericordia tua impietas est, et exhortatio tua crudelitas est. Et conversa ad filios suos B dixit : Videte, filii, cœlum, et sursum aspicite ubi vos exspectat Christus cum sanctis suis. Pugnate pro animabus vestris, et fideles vos in amore Christi exbibete. Audiens hoc Publius, jussit eam alapis cædi. Tunc convocans filiosejus cæpit cum eisagere utsacrificarent. Januarius respondit : Stulta suades, nam sapientia Domini me conservat, et faciet me omnia tormenta superare. Statim judex jussit eum virgis cædi, et in carcerem recipi. Felix dixit : Unu 🛚 est Deus, quem colimus, cui sacrificium piæ devotionis offerimus : unde tu ne credas, aut me aut aliquem fratrum meorum a Domini Jesu Christi amore recedere; et si immineant verbera, fides nostra nec vinci potest nec mutari. Philippus dixit : Isti de quibus dicis nec dii sunt, nec omnipotentes; sed sunt simulacra vana et misera et insensibilia, et qui eis sacrificare voluerit in æternum peribit. Sylvanus dixit : Nos, si transitorium timuerimus interilum, æternum incurremus supplicium ; et quoniam vere novimus quæ præmia sunt parata justis, et quæ pæna sit constituta peccatoribus, idcirco Romanas leges contemnianus, ut jussa divina servemus. Alexander dixit : Ego servus Christi sum ; ore confiteor illum, corde teneo, incessanter adoro. Infirma ætas quam vides, canam habet prudentiam. Vitalis dixit : Melius vivit qui verum Deum colit, quam qui dæmonia optat habere propitia. Martialis dixit : Omnes qui non confitentur verum Deum esse, in æternum incendium erunt. Judex gesta omnia scriptis Antonino innotuit. Quos ille jussit diversis supplicits interire, matre novissime con- D summata.

F. VIII KAL. DECEMBRIS. (24 Nov.)

* Romæ natale S. Chrysogoni martyris, qui per biennium jussu Diocletiani conjectus est in vincula, ubi multa perpessus, S. Anastasiæ alimoniis fovebatur. Cum igit r beatam Anastasiam zelans vir ejus Publius, custodibus adbibitis, ita clausisset, ut nec cujuscunque fenestrellæ aditum aspectaret, ad hunc confessorem Chrysogonum, qui eam in Christo erudierat, talia scripta di igit : « Sancto confessori

ptem filiorum martyrum, quæ jubente Antonino A Christi Chrysogono, Anastasia. Licet pater meus cultor fuerit idolorum, mater tamen Fausta Christianissima semper vixisse probatur et casta. Hæc me inter ipsa cunabula fecit fleri Christianam. Post cujus excess im sacrilegi jugum mariti suscepi. Cujus, Deo miserante, thorum mentita infirmitate declinans, die noctuque Domini nostri Jesu Christi amplector vestigia. Cum iste patrimonium meum, ex quo illustratur, cum indignis et turpibus idololatris exhauriat, me quoque veluti magnam atque sacrilegam custodiæ tam gravissimæ mancipavit, ut vitam me corporalem amittere suspicer. Nihil enim superest, nisi ut, emisso spiritu, succumbam; in qua morte licet glorier de con essione Domini nostri Jesu Christi, tamen in eo mens mea valde conteritur, quod opes meæ, quas ego ex asse Deo voveram, alienis a Deo et turpibus inserviunt. Et idcirco deprecor te, homo Dei, ut .nstanter Dominum depreceris, at aut, ad fidem suam venturum si prævidet Publium, sinat vivere ; aut, si prævidet eum in hac incredulitatis perversitate mansurum, jubeat eum dare locum suis cultoribus. Melius est enim ei exhalare spiritum quam Dei Filium denegare et eum confitentes impedire. Etenim omnipotens testis est Christus, quoniam, si liberata fuero, sanctorum vestiglis adhærebo, et curasomnium sollicite exercebo, ut cœperam. Vale, vir Dei, et memento mei. » Cum hanc epistolam legisset Chrysogonus, oratione facta cum multis confessoribus, ita rescripsit : « Fluctuanti tibi ister procellas et turbines mundi, cito super undas deambulans Christus adveniet, et diaboli adversum te flantem spiritum uno jussionis suze sermone compescet. Patienter, et quasi in medio mari posita, crede ad te Christum esse venturum, et ad temetipsam conversa, exclama cum propheta, dicens: Quare tristis es anima mea, et quare conturbasme? Spera in Deo,qu0niam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, et Deus meus (Ps. xli.) Geminum divini numeris probatur indicium, cum tibi et terrena reddentur, et donabuntur cœlestia. Deus enim beneficium suum ad hoc extremitatibus protrahit, ut non sit nobis vile quod præstat. Vide ne turberis in hoc quod pie viventi tibi inferantur adversa. Non enim deciperis, scd probaris. Non est tuta defensio quam per hominem putas posse constare. Audi Scripturam dicentem : Maledictus homo qui spem suam ponit in homine; et benedictus homo qui spem suam ponil in Deo (Jer. xvII). Cave fortiter, vigilanter, strenue universa peccata, et a Deo solo quære solatium, cujus jussa conservas. Cito enim ad te placi. dum tempus convertetur, et quasi post noctis tenebras floridum dies lumen aspicies; atque post glaciale frigus hyemis transcuntis, aurea tibi tempora et serena succedent, utomnibus, qui pro Christi amore affliguntur, præbeas temporalem lætitiam, per quam sine dubio consequeris æternam. Vale in Domino, et ora prome. » Hanc epistolam legens Anastasia, fortiores fidei vires acccepit, tantum de virtute pa-

• De hoc in gestis Anastasiæ mart., 26 Dec., Anastasiæ epist.

tientiæ gloriari incipiens, quantum prius de oppres- A Dei nobiliter insisteret, satisque vigilanter erga omsione infidelissimi viri se causabatur affigi. Igitur beata Anastasia, cum ita in custodia stringeretur, ut vix ei aqua daretur, æstimans se in ipsa tribulatione deficere, scripsit epistolam: « Beato martyri et confessori Christi Chrysogono, Anastasia. Finis venit corporis; memento mei, ut egredientem animam meam ipse suscipiat pro cujus amore ista sustineo, quæ ex ore hujus vetulæ recognoveris. « Ad hæc sanctus Chrysogonus tallia remisit scripta: « Chrysogonus Anastasiæ. Semper est ut lumen tenebræ antecedant. Sic etiam post infirmitatem salas revertitur, et vita post mortem promittitur. Uno fine concluduntur et adversa hujus mundi, et prospera, ne vel tristibus desperatio, vel lætis elatio dominetur. Unum mare est, in quo naviculæ corpo- B ris nostri velificant, et sub uno corporis gubernatore animæ nostræ nautico funguntur officio. Quoru ndam igitur naves, fortissimis carinarum nexibus solidatæ tenebrosi æquoris concitatos fluctus illæsæ prætereunt. Quorumdam vero fragili junctura lignorum etiam in tranquillo vicinum morti conficiunt cursum. Prope est enim ut pereant qui non-cogitant qualiter ad salutis portum pertingant. Tu autem, o Christi irreprehensibilis famula, crucis Christi tropæi in tota mente consurge, et teipsam ad opus Dei præpara. In quo ejus desideriis dum parueris, cum martyrii palma ad Christum pertinges. Igitur Diocletianus in Aquileiæ partibas positus, interficiens Christianos, jussit sibi adduci Chrysogonum. Cui eum diceret : Accipe præfecturæ dignitatem, sume C etiam consulatum generis tui, tantum ut adores deos; beatus Chrysogonus respondit: Unum Deum mente adoro, corde colo, sinceris actibus veneror; istorum autem deorum vestrorum simulacra quia omnino dæmonum theno (sic) novi esse, exsector atque abjicio. T ne jussu Diocletiani ductus est ad aquas Gradatas, et ibidem decollatus. Corpus ejus in mare projectum, post modicum in possessione quædiciturad Saltus, inventum est. Quod sanctus Zoilus, senex presbyter collegit, et in locello subterraneo in cubiculo suo posuit. Cui etiam caput ejus revelatum est, ita recens quasi eadem die f isset abscissum, quod corpori ejus compaginavit. Passus est autem B Chrysogonus viii Kal, Decembris, 5 Kalend. ejusdem mensis conditus. Sanctus vero Zoilus tricesimo die passionis ejus, apparente sibi S. D est, Domine, quod video tunicam tuam scissam a Chrysogono, perrexit ad Dominum.

C. VII KAL. DECEMBRIS.

(23 Nov.)

* Natale sancti Petri Alexandrini episcopi. Hic duodecim annos in episcopatu illiss verbis exigit : quor m tres ante persecutionem, reliquos vero novem sub diversis tentation um generibus duxit. Cumque se semper, in omni agone persecution un positus, arctioribus vinculis continentiæ distringeret, et ad utilitatem atque instructionem Ecclesiæ in verbo

• Euseb. 1. vn, c. ult. et lib, IX, cap. 5 Ruff. 6.

nem sacerdotii curam diebus sudaret ac noctibus. nono persecutionis anno, episcopatus vero sui duodecimo, martyrii coronam capitis obtruncatione promeruit. Ad hunc namque comprehendendum Maximius tyrannus tribunum quemdam direxit. Qui ingressus Alexandriam, reperiteum cum multitudine populi, sanctor im apostolorum commemorationem celebrantem; quem comprehensum, et vinculis alligatum posuit in custodia carceris. Et post dies aliquot Maximinus tyrannus litteris admonuit tribunum, ut quam celerius eum puniret. Interea dum in carcere servaretur, et universus populus urbis Alexandriæ, fores carceris observaret amore pastoris sui, Ariusinfelix, qui a beato Petro excommunicatus et degradatus propter dogma erroris habebatur, cognita sententia Maximini adversus beatum Petrum, festine pervenit ad ecclesiam, obsecrans ut pro eo clerus et populus apud episcopum intercederet, putans quod post discessum ejus ipse levaretur episcopus. Venientes igitur qui rogati fuerant, cœperunt pro Ario beatum episcopum supplicare. Quibus sanctus episcopus magno suspirio respondit quod jam Arius, Deo mortuus, a facie Dei projectus esset, quia graviter in essentiam deitatis blasphemasset, dogmatizans Patrem et Filium et Spiritum sanctum non esse unius essentiæ et naturæ. Et apprehendens duos presbyteros Achillam et Alexandrum de turba seorsum, ait illis secrete: Ego quidem etsi peccator sum, tamen scio me vocatione cœlesti ad hunc agonem martyrii esse vocatum. Vobis igitur pium est confiteri mysterium Dei, quod mihi revelatumest, quia vos post martyrium meum, sedem et episcopatum mehm consecuturi estis. Et tu quidem prim s Achilla; post te vero Alexander. In hac hora denique noctis, ut vobis totum de Ario aperiam, cum solemni consuetudine Deo sacrificium orationum consummassem, ecce subito apparuit mihi in habitu pueri Christus Dominus meus, ad cujus præsentiam splendore nimio illustratus, vultum majestatis ejus non valebam aspicere. Erat autem indutus colobia lineo candido nimis, conscisso a summo usqne deorsum, et ambabus manibus conjungebat eum circa pectus suum, quodammodo cooperiens nuditatem suam. Quem ut vidi, timore nimio correptus, tandem confortatus, aio ad eum: Quid summousque deorsum? Qui respondens, dixit mihi: Quotidie inde tractas, et nescis quomodo scissa est? Arius namque hoc fecit, qui separavit a me populum hæreditatis meæ, comparatum sanguine meo. Præ cipio nunc et moneo ne recipias eum in communionem, nec rogantibus his qui venturi sunt ad te, quos ille direxit, veniam ei præstes. Hæc quæ tibu manifestavi duobus presbyteris nota facias, ut ipsi post te, eum anathematizando abjiciant, ne illius errore populi decipiantur. Exhortationis igitur sermonem eis faciens, et ut in catholicæ fidei unitate

manerent, commendans cos Domino in quem credi- A vocatur a famulo Dei Alexandro. Et ecce reductus derant, dimisit in pace. Nimio vero amore illius cum populi circa carcerem detinerentur, et aperte de carcere educi beatus Petrus non posset, noctis medio tribunus una cum militibus, rupto pariete carceris, per modicum foramen ad locum ubi decollandus erat, eum perduci fecit. Sanctus itaque Petrus oratione facta ad sepulcrum beati Marci evangelistæ, et sancto-um successorum ejus Aniani, Demetrii, Eraclii et Theonæ, inclinans genua sua, et gratias agens Deo qui eum martyribus suis sociasset, extendit cervicem suam gladiatori, atque ita percussus, martyrii palmam adeptus, occubuit. Et reverenter inde a Christianis sublatus, in locum qui dicitur Leocados, in cœmeterio quod ipse ædificaverat, quotiescumque ingrediebatur in Thysiasterium, et ascendebat ad superioris pu'puti locum, oratione facta, et pace data populo videbat ignis splendorem quasi egredientem de sede. Ad cujus fulgorem, ejus mens in nimium amorem contemplationis Dei rapiebatur tantaque (virtutem antecessorum suorum considerans) humilitate tunc se deponebat, ut nunguam in throno eminentiori, ubi ipsi resederant, sed sub scabello pedum illorum sedcret. Passus est autem hic beatissimus episcopus tempore Maximi imperatoris, qui decimam persecutionem a Diocletiano et Maximiano cœptam in Orientis partibus exercuit. Cum quo simul ct alii plures ex Ægypto episcopi trucidantur cum clericis et laicis fere sexcentis sexaginta.

A. VI KAL. DECEMBRIS. (26 Nov.)

* Natalis sancti Lini papæ, qui post apostolum Petrum, primus Romanam Ecclesiam tenuit annis duodecim, mensibus tribus, ac duodecim diebus; et martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano. Hujus Lini Paulus in Epistola ad Timotheum meminit (11 Tim. IV).

^b Apud Alexandriam, SS. Martyrum Fausti presbyteri, et Dii, et Ammonii: qui cum beato Petro ejusdem urbis episcopo, jubente Maximino, trucidati sunt.

Eodem die, B. Alexandri, episcopi et martyris, sub Antonino imperatore. Cui beato episcopo, cum esset famosissimus in miraculis, quodam tempore delatus est quidam mortuus : cujus parentes cum D hortaretur sanctus vir ut crederent in Christum, spoponderunt se facturos, si isdem mortuus suscitaretur. Tunc sanctus vir, oratione facta, conversus ad corpus, dixit? In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, surge. Qui statim surgens clamare cœpit: Audite, parentes, et populus universus. Ductus aduobus Ægyptiis vultu teterrimis, iraque plenis, positus sum in obscurissimo loco ubi erat puteus; subitoque veniente quodam juvene, nimio splendore corusco, totus ille locus contremuit, et exclamavit juvenis ille splendidissimus : Remittite puerum, quia

* Pontific., c. 2.

sum in corpore. Nunc, domine Alexander, baptiza me in nomine Dei tui, ne ultra videam quod hodie vidi. Vocabatur is Lueius, cum quo baptizati sunt alii centum viginti quinque. Cumque rumor B. Alexandrum ubique spargeret, Antoninus direxit Cornelianum præsidem, ut Alexandrum episcopum ei exiberet; qui invenit eum die Dominica in ecclesia docentem, et missas agentem; et sicut imperator juss erat apprehensum perduxit Romam. Secuti sunt autem eum Crescentianus presbyter, Bonifacius et Vitalio. Præses vero, ligatis manibus ejus retro, obtulit eum Antonino; a quo interrogatus, cum de Christo constantissime peroraret fustibus jussus est mactari, et gravissime cædi, deinde in custodiam ad Orientem civitatis Alexandriæ, sepultus est. Hic B claudi. Quo cum a militibus duceretur, Antoninus post illum clamavit: Quatuor dierum a me tibi dantur induciæ, ut, deposito cultu vanitatis tuæ, ultroneus advenias. Cui sanctus Martyr respondit: Quatuor dies jam æstima præterisse: quod desideras, hodie comple. Misso igitur illo in custodiam, B-Crescentianus sedens sub arbore, cœpit plorare, et præ tristitia soporatus dormire. Cui visus est Angelus Domiui, et dixit ei: Jam fui ad Alexandrum. et solvi vincula ejus, et confortavi eum; et nunc ne sedeatis sub hac arbore, ne forte tyranno nuntiemini. Eductus igitur de custodia beatus Alexander iterum sistitur Antonino, et suspensus in equuleo. jubente impio, lampades ardentes circa latera ei appositæ sunt, ac ungulis corpus illius abrasum. C Deinde ex equuleo depositus, ductus est ad templum

Apollinis. In quo ingressus, statim ut oravit, pars aliqua templi, et simulacrum Apollinis cecidit. Antoninus vero hoc factum magicis artibus deputans. sedens pro tribunali, sanctum episcopum ad bestias damnavit. Et cum nulla eum tetigisset, fornacem igneam parari jussit, et beatum virum in eam jactari. Ut autem sanctus martyr, expansis manibus, in medio fornacis oravit ad Dominum, totus ignis ita extinctus est, ut nec vestigium caloris remaneret. Tunc Antoninus de fornace sanctum virum eductum decollari præcepit. Cumque jam duceretur a militibus, quidam juvenis ex officio Antonini, Herculanus nomine, exclamavit, dicens: Antonine, insensate tyranne, cur cæcus et surdus perduras? Ecce famulus Dei post virgas, post equuleos tuos, et lampades, atque ungularum attactus, post templi et idoli tui ruinam, post leonum et usorum rabiem devictam, post fornacis ignemextinctum, nunc ad decollandum gaudio repletus vadit. Quis dubitet verum Deum esse qui ita suos confortat? Antoninus hæc audiens: Infelix, inquit, juvenis, quid tibi factum est, ut tales sermones loquaris? Et iratus jussit juvenem teneri; quem cum diversis cruciatibus afflixisset, gladio consummavit. Beatus vero Alexander cum duceretur, obviavit ei quædam vidua quam beatus martyr rogavit, dicens: Commoda mihi orarium. At illa præstitit ei. Officiales autem dixerunt

^b Euseb lib. vm, cap. 25, Ruff. 14.

signo crucis, exspoliavit se beatus Martyr tunica, et in linea stans, texit sibi de orario oculos, dein positis genibus, suscepit gladium via Claudia, vigesimo milliario ab Urbe. Et factus est terræmotus, et vicus et thermæ ceciderunt. Sanctus autem Crescentianus, et hiquicumilloerant, revelante martyre, tulerunt sanctas reliquias ejus, et sepelierunt in loco ubi orans fornacis ignem extinxerat. Et posuit supra scriptum marmor continentes : Hic requiescit sanctus et venerabilis martyr Alexander episcopus. Cujus depositio celebratur undecimo Kalendas Octobris. Cui papa Damasus postmodum cryptam condignam faciens, illic eum sexto Kalendas Decembris transposuit, quando et festivitatem ei dicavit. Orarium porro illud sibi præstitum unde sibi martyr B oculos texerat, mox ut decollatus est, mulieri per quemdam puerulum quem angelum fuisse non est dubium, reformatum est. Quod illa non sine grandi stupore recepit, et vere martyrem confessa Alexandrum Christo credidit.

B. V KAL. DECEMBRIS. (27 Nov.)

Natalis sanctorum martyrum Vitalis et Agricolæ, qui apud Bononiam Italiæ urbem, post alia tormenta ultimo crucifixi martyrium compleverunt. Quorum corpora postmodum, cum essent posita inter sepulcra Judæorum, et populo Christiano prorsus incognita, beatus Ambrosius (ipsis sanctis martyribus revelantibus) apud Bononiensem civitatem reperit; quæque exstructa ecclesia, cum magna fidelium lætitia et dæmonum pœnis confitentium merita martyrum, sub altari deposuit.

In Galliis, civitate Regiensi, natalis sancti Maximi a episcopi, qui a primæva ætate virtutum omnium gratia præditus, primum Lirinensis cœnobii pater, deinde Regiensis Ecclesiæ episcopus, signis et prodigiis inclytus exstitit. Denique inter alia gesta magnifica, tres mortuos vivens; unum tactu (quod ad sepulcrum vehebatur loculi, mortuus suscitavit

C. IV. KAL. DECEMBRIS.

(28 Nov.) Natalis sancti Sosthenis, apostolorum discipuli (Act. xvIII; I Cor. 1).

Eodem die, sancti Rufi martyris, quem Dominus noster Jesus Christus, cum omni domo sua, per D Chrysogonum martyrem lucratus est ; quem, cum omni domo sua Diocletianus punitum, Christo martyrem fecit.

Eodem die apud Africam, natalis sanctorum marlyrum Papinii et Mansueti^b episcoporum, qui tempore Wandalicæ persecutionis, sub Geiserico rege Ariano, pro fidei catholicæ defensione, candentibus ferri laminis toto corpore adusti, gloriosum agonem consummaverunt. Quo tempore etiam alii sancti episcopi, videlicet Quodvultdeus Carthaginiensis,

* Gregor. Turon, de Glor. conf., c. 83.

^b Victor Afr., I. II et III.

mulieri : Perdidisti orarium tuum. Facto itaque A Valerianus, Urbanus, Crescens et qui vocabatur signo crucis, exspoliavit se beatus Martyr tunica, et in linea stans, texit sibi de orario oculos, dein positis genibus, suscepit gladium via Claudia, vigesimo milliario ab Urbe. Et factus est terræmotus, et vicus et thermæ ceciderunt. Sanctus autem Crescentia-

D. III KAL. DECEMBRIS.

((29 Nov.)

Vigilia sancti Andreæ apostoli.

Et Romæ, natalis sancti Saturnini martyris, Sennis et Sisinnii º diaconorum, sub Maximiano: a quo primo inter alios servos Dei damnati sunt ad fodiendam arenam, ad faciendas thermas Diocletianas; quorum unum Sisinnium præsentatum sibi, cum interrogasset idem Maximianus qui vocaretur, respondit : Ego peccator Sisinnius, servus servorum Domini Jesu Christi. Cui cum post alia diceret Maximianus: Aut sacrifica deo Herculi, aut carnes tuas ignibus cremabo, respondit: Et ego quidem semper hoc optavi (verumtamen si meritus fuero) ut desideratam coronam accipiam. Traditus igitur Laodicio præfecto, missus est in custodiam decem et septem diebus. Inde exhibitus est ab Aproniano commentariensi aspectibus Laodicii. Et subito lux de cœlo facta est, et vox cum luce audita est : Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est a constitutione mundi (Matth. xxv.).

Tunc Apronianus tremefactus cecidit ad pedes Sisinnii diaconii, dicens : Adjuro te per Christum quem confiteris, ne tardes me baptizare, et facias me tecum pertingere ad coronam. Qui baptizatus, statim obtruncatione cap tis coronam martyrii invenit. Retruditur iterum in custodiam Sisinnius, et senex Saturninus cum illo, ubi multos gentiles venientes ad se docebant, et baptizabant. Post quadraginta duos dies, vincti catenis, ac nudis pedibus educti denuo ante præfectum, delata est tripoda ut sacrificarent. Tunc beatus Saturninus dixit : Conterat Dominus deos gentium. Et continuo soluta est tripoda ærea velut lutum. Quod videntes duo milites, Papias et Maurus, crediderunt Christo. Et comprehensi a Laodicio, non multo post martyrio coronati sunt. Deinde Laodicius beatum senem Saturninum. et Sisinnium in equuleo jussit levari, et attrahi nervis ac fustibus, et scorpionibus cædi. Quibus etiam postmodum flammas ad latera jussit apponi, et depositos equuleo, ductosque milliaro secundo, via Numentana, capite truncari. Quorum corpora cum Joanne presbytero colligens Thrason, vir Christianissimus, qui de facultatibus suis martyribus multa ministraverat, sepelivit in prædiolo suo via Salaria, sub die tertio Kalend. Decemb.

Eodem die apud Tolosam, natalis sancti Saturnini^d episcopi: qui temporibus Decii, in Capitolio ejusdem urbis a paganis tentus, eo quod ad ejus præsentiam omnes ipsorum dii obmutefacti, nullum

° De his gestis Marcelli papæ, 16 Jan.

^d Gregor. Turon., de Glor. mart., cap. 48.

4 Ŀ,

1

зİ.

4

4

ų.

T.

sacrificantibus ex more possent dare responsum; A tauro ad victimam præparato funibus religatus est. Quo vehementius stimulato, a summa Capitolii Arce per omnes gradus præcipitatus, capite colliso, excussoque cerebro, et universo corpore dilaniato, dignam Christo animam exhalavit. Cujus nunc sacrum corpus in Ecclesia condigno honore veneratur.

^a Vide lib. de Fest. Apost.

E. PRIDIE KAL. DECEMBRIS.

(30 Nov.)

Natalis sancti Andreæ apostoli ».

Ipso die, natalis sancti Trojani b episcopi, apud ·Santonas, magnæ virtutis et sanctitatis viri : qui sepultus terris, cœlo se vivere multis virtutibus manifestat.

^b Gregor. Turon., de Glor., conf., cap. 59.

LITANIÆ INDICENDÆ

MENSIS DECEMBER

HABET DIES XXXI, LUNA VERO XXIX.

F. KAL. DECEMBRIS. (1 Dec.)

Natale sanctorum martyrum Chrysanthi et Dariæ, qui tempore Numeriani, sub judice Celerino Romæ passi sunt. Chrysanthi pater Polemius, vir illustris fuit. Alexandrinus genere. Hic filium suum cuidam virgini elegantis pulchritudinis conjunxit, quam ex nobilissimis Romanis fuisse constat. Hanc Chrysanthus a beato Carpophoro presbytero in divinis litteris satis fideliter eruditus, ad fidem Christi convertens, et prædicatione sua ut virginitatem suam Deo servaret instituens, et ut pariter nomen conjugii habentes caste viverent efficiens, baptizari fecit. Factumque est ut per Chrysanthum multitudo virorum, et per Dariam (sic enim vocabatur) innummerabiles feminæ ad Christi gratiam confluerent. Igitur C plures, hoc miraculo perculsi, Christi potentiam post aliquod tempus orta est seditio adversus eos, quod essent Christiani, Celerino tunc præfecto urbis. Qui utrosque comprehensos tradidit tribuno Claudio, ut diversis pœnis eos interficeret. Claudius vero tribunus septuaginta militibus ad torquendum Chrysanthum dedit. Qui nervis crudis eum astringunt, sed mox ligamenta omnia resoluta sunt. Deinde in cippo nodosissimo, ita ut in tertio puncto ejus tibiam coarctarent, eum mittunt ; moxque totum lignum cippi in cinerem resolvitur.Deinde perfundunt eum lotio humano purentissimo, ut malefica, inquiunt, tua amittas; sod foetor in suavem odorem mutatus est. Deinde in corio recenti vitulino constringunt nudum, et ad solem ferventem componunt; sed virtute divina corium ut erat molle permansit. Deinde collum, manus, ac pedes catenis constringentes ferreis claudunt eum in obscurissimo loco; sed statim catenæ resolutæ sunt, et tanta 'ux . infulsit, ut putarent illic innnumeras lampades fulgere. Milites ergo renuntiaverunt hæc omnia tribuno, qui jussit eum sibi exhibit um sustibus cædi. Sed allatæ virgæ rigidissimæ, illico cœperunt in manibus cædentium mollescere. Quod videns Claudius, jubet eum erigi, et vestimentis indui: et genibus ejus provolutus, cum universis militibus orabat se

B fleri Christianum. Quid mora? catechizatus baptismi gratiam percepit ; cum illo et Hilaria uxor, duo filii ejus Jason (3 Dec.) et Maurus, amici et familiares ejus, septuaginta milites cum universis suis. Quod factum imperator audiens Chrysantium et Dariam jussit in carcere Tulliano recludi, unde putor horribilis ascendebat, qui domorum et civitatis stercora per cloacarum cuniculos jugiter illuc decurrebant. Exinde Daria in publico meretricum lupanari ponitur. Sed Chrysantho lux divina et odoramenta suavia præstantur: Dariæ vero leo de cavea fugiens Domini virtute ad tutelam donatur; qui ingressus cellulam, in qua sancta Dei in oratione prostrata jacebat, juxta eam prosternitur, ut venientes et ingredi volentes vi sua repelleret. Cumque venerentur, Celerinus præfectus jussit ignem copiosum in ingressu cellæ, ubi beata Daria cum leone erat, accendi. Tunc cum jam leo paveret, ac rugitum daret, ait beata Daria : Egredere securus, et vale, quia ille quem in me honorasti, ipse te liberat. Exhibitis iterum, jubente imperatore, Chrysantho et Daria Celerino præfecto, Chrysanthus equuleo ingenti suspenditur; sed statim omnia ligna equulei comminuta, ac vincula dirupta sunt, lampades quoque applicatæ lateribus ejus extinctæ. Hoc Celerinus præfectus vehementer expavescens, nuntiavit imperatori. Ille hoc maleficiis deputans, jussit eos duci via Salaria in arenario, et vivos deponi, ac terra et lapidibus obrui. Passi sunt autem die Kalendarum Decembrium. Ad quorum venerandam memoriam cum multa beneficia Deus præstaret, contigit ut ad diem natalis eorum infinita populi multitudo concurreret. Hoc nuntiatur imperatori, qui jussit ut in introitu cryptæ paries levaretur. Ac sic factum est, ut omnes pariter dum sacramenta Christi perciperent, martyrii gloriam celebrarent. Inter quos erat Diodorus presbyter, et diaconus Maximianus, et plurimi clericorum.

Ipso die beati Eligii episcopi Noviomensis, gloriosi in miraculis.

G. IV NONAS DECEMBRIS.

(2 Dec.)

Natale sanctæ Vivianæ [al., Bivinnæ] • martyris, beatorum martyrum Fausti et Dafrosæ • filiæ. Quæ, jubente imperatore sacrilego, tam diu plumbatis cæsa est, donec spiritum redderet. Cujus corpus biduo jussu imperatoris in foro jacuit; tandem raptum a Joanne presbytero, sepultum est in domo ubi mater et soror ejus Demetria jam sepultæ erant, juxta palatium Lucinianum Romæ, IV Nonas Decembris.

A. III NONAS DECEMBRIS. (3 Dec.)

Tingi metropoli Mauritaniæ Tingitanæ, natalis ancti Cassiani martyris gloriosi.

Item, natale sanctorum martyrum Claudii tribu-B ni, et uxoris ejus Hilariæ, ac filiorum Jasonis et Mauri, et septuaginta militum, qui omnes ad prædicationem beati Chrysanthi crediderunt in Christo. Quod ut nuntiatum est Numeriano imperatori, jussit Claudium tribunum ingenti saxo alligatum præcipitari in medio mari; milites vero septuaginta ac Jasonem et Maurum, filios Claudii, capitali sententia puniri. Erat autem in loco ubi decollati sunt, cuniculus antiquus. Hunc emundantes noctanter Christiani simul in unum omnia corpora sepelierunt, non longe ab urbe Roma, via Salaria. Corpora autem filiorum suorum Jasonis et Mauri collegit sancta Hilaria, relicta martyris Claudii. Quæ dum assiduis obsequiis ad sanctorum confessionem oraret, a paganis tenta est. Quam dum traherent, rogavit C eos dicens, obsecro vos, permittite me prius orationem meam complere. Et dum fixisset gradum, accepit sacramentum Domini, et expandens manus suas, projecit se in orationem, et dum oraret, emisit spiritum. Qui tenucrant eam, dolentes super repentinum obitum ejus, reliqueruut duasancillas ejus quæ cum ea erant; quæ sepelierunt eam diligentissime in hortis suis, et super eam brevissimam ecclesiam fabricaverunt.

B. PRIDIE NONAS DECEMBRIS. (4 Dec.)

(1 Dec.)

Romæ, natale sanctorum martyrum Symphronii et Olympii ° temporibus Valeriani et Gallieni imperatorum. Horum unum Symphronium, creditarium beati Nemesii, sibi præsentatum Valerianus jussit D tradi Olympio tribuno, ut ab eo facultates Nemesii requireret, sub pænarum examinatione. Præsentatus ergo Olympio, et ab eo interrogatus, respondit : Si facultates quæris Nemesii domini mei, jam eas Christo tradidi, quoniam ipsius fuerant et erunt. Si autem sacrificium offerre me compellis, sacrifico, sed Christo Jesu Domino meo sacrificium laudis et confessionis, cui se obtulit et dominus meus Nemesius. Tunc ira repletus Olympius, fecit eum extendi

ġ

i

Ľ,

5

4

crum Martis aureum una cum tripoda deferri. Quod statim ad verba Symphronii resolutum est. Videns autem Olympius, coepit admirari, et veniens ad uxorem suam Exuperiam, indicavit ei quomodo in nomine Dei sui Symphronius simulacrum Martis liquefecisset. Eadem vero nocte venientes cum filio unico nomine Theodulo, prostraverunt se ad pedes Symphronii, agentes pænitentiam, et baptismum salutis exposcentes. Evocatus itaque beatus Stephanus pontifex, venit noctu ad domum Olympii, et catechizatum baptizavit, uxoremque ejus Exuperiam ac filium Theodulum, et quotqnot crediderunt in domo Olympii. Quod ut audierunt Valerianus et Gallienus, nimio furore accensi, jusserunt Symphronium sibi præsentari, missisque militibus, adduxerunt eum vincu'is ferreis oneratum, nudumque ac capistratum, simul et Olympius cum uxore sua, et filio Theodulo. Gallienus itaque dixit Olympio: Adhuc quidem differo pœnarum tibi inferre supplicia, qui de tua conscientia dubius non sum, quod nequaquam deseras deos quos semper adorasti, et alios compellebas adorare; nam et tormentis multis persequebaris, usque ad effusionem sanguinis, qui non præberent consensum sacrificare diis nostris. Olympius respondit : Ego quidem feci non quasi Olympius, sed quasi impius et crudelis. Pro quibus commissis poeniteo, et effundo lacrymas amaritudinis in conspectu ejus cui credo, Deo vivo et vero, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, ut dignetur mihi remittere iniquitatem quam exercui in sanguine sanctorum ejus, quem feci effundi. Tune data est sententia ut igne consumerentur. Ducti sunt itaque ante statuam Solis juxta amphilheatrum, fixisque stipitibus, et ligatis manibus devincti sunt, et in sarmentorum spinarumque congerie ignis suppositus. Statimque in ipso ignis initio, gratias Christo Domino decantantes, emiserunt spiritum. Relictis autem corporibus corum, milites abierunt. Adveniens autem sanctus Stephanus episcopus cum clericis acreligiosis, et hymnis ex more redditis, abstulerunt corpora martyrum Symphronii, Olympi', Exuperiæ ac Theoduli, et sepelierunt juxta viam Latinam, milliario primo, sub die septimo Kalendarum Augusti. Translata vero a beato Sixto pontifice, celebrem diem fecerunt secundo Nonas Decembris.

A in catasta, atque fustibus mactari, deinde simula-

C. NONIS DECEMBRIS.

(5 Dec.)

In Africa apud Coloniam Thebestinam, natalis sanctæ Crispinæ^d, quæ temporibus Diocletiani et Maximiani, cum sacrificare noluisset, jussu Anulini proconsulis decollata est.

Eodem die, natale sancti Dalmatii martyris.

Item ipsa die Treviris, sancti Nicetii cpiscopi, totius sanctitatis viri, qui in basilica beati Maximini episcopi sepultus quiescit.

^d August. in psal. cxxv^{II}, cxvxvII; de Virg., cap. 44; serm. 88 de verb. Dom., et 39 de diversis.

[•] De hac in Vita sancti Pigmenii, 24 Mart.

^b De his in gestis Chrysanthi et Dariæ. 25 Oct.

^o De his in Actis sancti Stephani papæ, 2 Aug.

D. VIII IDUS NOVEMBRIS. (6 Dec.)

Sancti Nicolai Mirorum Lyciæ episcopi.

Apud Africam, sanctorum Dionysiæ, Dativæ, Meontis, et Æmiliani medici, et religiosissimi viri nomine Tertii, et Bonifacii, et Servilii, et Victricis, et Majorici ado!escentis a : qui omnes in persecutione Wandalica, sub Hunnerico rege Ariano, pro confessione fidei catholicæ, apud Africam, et ne ab Arianis rebaptizarentur, gravissimis et innumeris suppliciis excruciati, confessorum Christi numero sociari meruerant. E quibus prædictus venerabilis adolescens Majoricus, Dionysiæ matris exhortationibus roboratus, in certamine confessionis spiritum reddens, cursum palmiferum consummavit.

E. VII IDUS DECEMBRIS.

(7 Dec.)

Apud Alexandriam, natalis beati Agathonis^b martyris, sub Decio imperatore. Qui cum esset militaris, et assisteret ubi beatissimi martyres cruciabantur (inter quos Julianus et Eunus, in Domini Jesu Christi confessione perdurantes, admiranda spectacula martyrii sui angelis et hominibus præbuerunt), et quosdam volentes etiam mortuis illudere cadaveribus martyrum prohiberet, clamor repente totius vulgi adversus eum extollitur. Offertur judici fortissimus miles jam Domini, et nusquam se inferior factus, in confessione persistens, capite pro pietate damnatur. Passus vu Idus Decembris.

Apud Sanctonas, beati Martini^o abbatis, discipuli sancti Martini, Turonicæ urbisepiscopi, qui in in monasterio quod ipse ædificavit, in pace quiescit. Ad cujus tumulum creberrima divinitus flunt miracula,

F. VI IDUS DECEMBRIS.

(8 Dec.)

Romæ, natalis sancti Eutychiani^d papæ, qui rexit Ecclesiam anno uno, et sub Aureliano imperatore martyrio coronatus, sepultus est in cœmeterio Callisti, qui et ipse per diversa loca trecentos et quadraginta duos martyres manu sua sepelivit.

Ipso die apud Alexandriam, sancti Macharii ^o sub Decio, qui gente Libycus, cum multis verbis a judice ad negandum suaderetur, et eo majore constantia fidem suam profiteretur, vivus ad ultimum jubetur exuri.

G. V IDUS DECEMBRIS.

(9 Dec.)

Natalis sanctæ Leocadiæ virginis, quæ tempore Diocletiani et Maximiani, a præfecto Hispaniarum Daciano, apud Toletum dira carceris custodia macerata est. Ubi cum gravissimos beatæ Eula'iæ et reliquorum martyrum qui a Daciano interficiebantur, vidisset cruciatus, genibus in oratione positis, impollutum spiritum Christo reddidit.

^a Victor. Afric., I. m.

- Gregor. Turon. de Glor., c. 57.
- ^d Pontificale, cap. 28.
- Euseb., I. vi, c. 34, Ruff. 31.

Item eodem die, Cypriani ^e abbatis Petragorici, magnificæ sanctitatis, et clarissimi in miraculis viri.

A. IV IDUS DECEMBRIS (10 Dec.)

Apud Emeritam Hispaniæ civitatem, natale S. Eulaliæ g virginis. Quæ cum esset annorum tredecim, jussu Daciani præsidis plurima tormenta perpessa. novissime in equuleo suspensa, et exungulata, faculis ardentibus ex utroque latere appositis, hausto igne spiritum reddidit, et cernentibus Christianis, in specie columbæ niveæ cœlum petiit. Cujus beatum corpus per triduum, jussu præsidis, pependit in Jigno. Sed cui humana fuerant obseguia denegata. cœlestia fuerunt munera concessa : nam nix desu-B per corpus puellæ aspersit, ut quod ab utraque parte appositus ignis ardoris sui incendio confragraverat, nivali candore coopertum divina gratia dealbaret. Sicque a Christianis reverenter ablata. et devotione debita, sub sacro altari deposita, miraculorum gloria illustratur.

Eodem die, apud præfatam urbem, passio sanctæ Juliæ, quæ fuit convirginalis sanctæ Eulaliæ, illique ad passionem properanti individua comes et sodalis adhæsit.

Item apud Hispontanam [al., Spoletanam] civitatem, sanctorum martyrum Carpophori presbyteri, et Abundii diaconi, qui persecutione Diocletiani, sub judice Martiano, in confessione Christi primo fustibus crudelissime cæsi, deinde in carcerem, negato cibo et potu, retrusi; unde per angelum educti, et verbum Dei prædicantes, iterum tenti, et ora ipsorum lapidibus contusa sunt, rursumque equuleo torti, et post hæc carcere diu macerati, novissime gladio percussi sunt.

B. III IDUS DECEMBRIS. (11 Dec.)

Danielis prophetæ.

Romæ sancti Damasi h papæ, qui rexit Ecclesiam annos octodec'm, menses tres, dies duos.

Et natalis sanctorum Pontiani, Prætextati, atque Thrasonis martyrum¹. Qui Thraso, cum esset potens et locuples, ac christianissimus, de facultatibus suis sanctis martyribus in carceribus et metallis damnat s victum ministrabat, per beatos Sisinnum D et Cyriacum, quos beatus Marcellus ad hoc opus diaconos consecrarat. Non multo post, et ipse tentus a Maximino, martyribusque sociatus, palmam martyrii cum duobus aliis prænominatis percipere meruit.

In Galliis, civitate Ambianis, natalis sanctorum martyrum Victorici et Fuscani, qui gloriosissimam fidei suæ confessionem sanguine passionis decoraverunt.

- ^f Gregor. Turon., de Glor, conf., c. 100.
- 8 Prudentius, hym. 3.

^h Pontif., c. 38.

¹ De his in gestis Marcelli papæ, 16.

^b Euseb., lib. vi, cap. 34, Ruff. 31.

In Hispaniis, sancti Eutychii, cujus gesta ha- A faciam te ad lupanar duci, ut dum fueris scortata, bentur. fugiat a te Spiritus sanctus. Beata virgo respondit :

C. PRIDIE IDUS DECEMBRIS.

(12 Dec.)

Natale sanctorum martyrum Hermogenis, Donati, et aliorum viginti duorum ^a.

Apud Alexandriam, beatorum martyrum Epimachii et Alexandri^b: qui multo tempore, cum in vinculis et cruciatibus carceris torti, etiam frequenter et divisis suppliciis confecti, perdurassent in fide, ignibus postremo consumi jubentur.

Eodem die, natale sanctarum quatuor mulierum Ammonariæ, Mercuriæ, Dionysiæ, item Ammonariæ °. Adversus primam virginem Ammonariam judex summa contentione utebatur, et immensis eam atque exquisitis cruciatibus affligebat, at maxime, B paribus plurimis. Tunc præcepit Paschasius miniquod ejus sententiam vincere cupiebat, quia laudabili voce decreverat nihil se prorsus eorum quæ sibi contra fas imperabatur, acturam ; quæ statuti sui tenax ad ultimum capite punitur. Secunda vero, Mercuria, anus venerabilis et fecundissima in filiis, sed quos non prætulit Christo. Tertia, sancta Dionysia, et alia Ammonar'a, quarta; dum nimia utuntur constantia apud judicem, et ille vinci erubescit a feminis, inauditis tormentorum generibus tolerat, finem omnium, ferro cedente, suscipiunt, gloriose et venerabiliter apud Alexandriam sepultæ. Scribit beatus Dionysius in libro de Martyribus.

D. IDIBUS DECEMBRIS.

(13 Dec.)

Apud Syracusam, Siciliæ civitatem, natale sanctæ C Luciæ, virginis et martyris, quæ passa est persecutione Diocletiani et Maximiani, sub Paschasio consulari. Hæc nobilissima Syracusanorum, postquam omnia sua (quæ de parentibus ei remanserant) pauperibus, viduis, orphanis, peregriniset Deoservientibus distraxit, a sponso suo, quod esset Christiana Paschasio judici delata, et contra leges Augustorum vivere, impellebatur ad sacrificandum dæmonibus. Tunc beata Lucia Paschasio respondit : Sacrificium verum et immaculatum apud Deum et Patrem hoc est.visitare viduas et orphanos in tribulatione eorum (Jac. 1). Ego per istos tres annos nihil aliud egi nisi sacrificavi Deo vivo; et nunc quia aliud nihil superest, me ipsam offero in sacrificium Deo. Cui Paschasius post talia dixit : Cessabunt verba, cum D fuerit perventum ad verbera. Lucia respondit : Dei verba cessare non poterunt; ipse enim dixit: Cum steteritis ante reges et præsides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini (Matth. x). Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus sanctus qui loquitur in vobis (Marc. xIII). Paschasius iterum dixit: In te ergo est Spiritus sanctus? Ad hæc Lucia respondit : quod caste et pie viventes templum Dei sunt, et Spiritus sanctus habitat in eis, testatur Apostolus. Et cum Paschasius iterum dixisset : Ego

• Euseb., lib. vi, cap. 34, Ruff. 31.

Idem, ib.

fugiat a te Spiritus sanctus. Beata virgo respondit : Nunquam coinquinatur corpus nisi de consensu mentis (I Cor. III): nam et si in manu mea thura ponas, et per manum meam facias sacrificium, Deus hæc attendit, et ridet ; de sensibus enim et voluntatibus judicat. Sic patitur violatorem castitatis, sicut latronem, sicut barbarum, sicut serpentem : nam si me invitam violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Post hæc Paschasius tradidit eam lenonibus, dicens : Invitate ad castitatem ejus ropulos, et facite eam tam diu illudi donec mortua nuntietur. Quam lenones nullatenus movere potuerunt, cum simul ex officio impellentes accessissent, nec funibus additis [al. aditus.) aut boum stris ut ignem copiosum circa eam accenderent, picem vero et resinam, et fervens oleum super eam jactarent. Sed illa in nomine Domini Jesu Christi immobilis stetit, dicens : Fgo rogavi Dominum meum Jesum Christum ut ignis iste non dominetur mihi, quatenus tibi insultem plaudens in Domino, et impetravi ab eo inducias martyrii mei, ut credentibus timorem tolleret passionis, et non credentibus vocem insultationis auferret. Tandem, gladio in gutture merso percussa, quandiu voluit oravit, quandiu voluit turbam circumstantem allocuta est. Nec omnino mortua est, donec venientibus sacerdotibus, communionem Dominici corporis et sanguinis acciperet. Passa est autem Idibus Decembris, et in loco ubi percussa est sepulta; basilica super corpus ejus postmodum fabricata. Paschasius vero Romam perductus, eo quod a Siculis fuisset accusatus quod deprædasset provinciam, ab omni senatu auditus, accepit capitalem sententiam.

E. XIX KAL. DECEMBRIS.

(14 Dec.)

Apud Antiochiam, natalis sanctorum martyrum Drusi, Zosimi, et Theodori^d.

Apud Alexandriam, natale sanctorum martyrum Heronis, Arsenii, et Isidori, atque Dioscori. Hi postquam judici oblati sunt, judex primo omnium puerulum Dioscorum, tanquam pro ætate facilem flecti (erat enim quindecim annorum) ante verbis, post etiam verberibus agit. Quem cum in nullo sibi cedere videret, ferocius eum cruciare contendit. Tum deinde cæteros variis tormentis dilanians, cum pari modo constantia fidei videret armatos, tradi ignibus jubet. Dioscorum vero puerum, quod sibi constanter et sapienter in omnibus respondisset, admiratus judex, differ præcepit, sperans eum pro ætate pænitudinem acturum. Sed ille confessionis gloria illustratus, divino nutu ad consolationem fidelium dimissus est. Acta hæc sub Deciana persecutione.

° Euseb., l. vi, cap. 33, Ruff. 31, 13 Dec.

^d Euseb., lib. vi, c. 34, Ruff. 31.

Apud Cyprum, natalis sancti Spiridionis · epi- A scopi, admirandæ beatitudinis viri, qui unus fuit ex illis confessoribus quos Maximianus, dextris oculis effossis, et sinistro poplite succiso, per metalla damnaverat. Quique cum propheticam vitam duceret, etiam signorum gloria inclytus fuit.

F. XVIII KAL. JANUARII. (15 Dec.)

Apud Africam, sancti Valeriani episcopi et confessoris natale b. Qui tempore Wandalicæ persecutionis (cum ex præcepto Geiserici regis Ariani, ad tradendum ministeria divina et libros arctarentur cuncti Domini sacerdotes, ita ut iidem impii Ariani etiam de ipsis palliis altaris sibi camisias et femoralia facerent) viriliter, ne sacramenta divina traderet, dimicans, extra civitatem singularis expelli B jussus est; et ita præceptum ut nullus eum neque in agro permitteret habitare. Cumque esset plus annorum octoginta, in strata publica multo tempore jacuit nudus sub acre. Sicque in confessione catholicæ veritatis, et defensione sanctimonii cursum beatæ vitæ implevit.

Aurelianis, beati Maximini presbyteri, venerabilis sanctitatis viri.

G. XVII KAL. JANUARII.

(16 Dec.)

Martyrium trium virorum sanctorum, Ananiæ, Azariæ et Misaelis (Dan. II.).

In Tuscia, natale sanctæ Barbaræ °, virginis et martyris, sub Maximiano imperatore. Hæc primum a patre suo Dioscoro diu afflicta sub dira custodia, C dein tradita præsidi Martiano, exspoliata, nervis et taureis valde cæsa, discerpta est, et cilicio plagæ ejus defricatæ. Inde reclusa in carcere, ubi luce divina consolata est, mox circa latera ejus lampades ardentes applicatæ, et caput ejus malleis cæsum, et mamillæ ejus præcisæ. Deinde nuda per plateas ducta, et flagellis diutissime afflicta est. Ad extremum gladio data martyri im consummavit xvii Kalendas Januarii.

A. XVI KAL. JANUARII.

(17 Dec.)

Translatio sancti Ignatii d, episcopi et martyris, qui tertius post beatum Petrum apostolum, Antiochenam rexit ecclesiam.

Item eodem die, beati Lazari, quem Dominus D Jesus in Evangelio (Joan. x1) legitur resuscitasse a mortuis; item beatæ Marthæ sororis ejus, quorum venerabilem memoriam exstructa ecclesia non longe a Bethania (ubi e vicino domus eorum fuit) conservat.

In Oriente, apud Eleutheropolim civitatem, sanctorum martyrum quinquaginta, qui sub Saracenis passi sunt.

Ruff., lib. 1. cap. 5.

^b Victor. African., lib. 1.

° De ea alii 4 Dec.

^d De eo 1 Februar. fusius.

• Vide libellum de Fest. Apost.

B. XV RAL. JANUARII. (18 Dec.)

Natalis beatorum martyrum Rufi et Zosimi •, qu de illis primis discipulis fuerunt per quos primitiva Ecclesia in Judæis et Græcis fundata est. Hi requiescunt apud civitatem Macedonum Philippis.

Apud Africam, natalis sancti Moysetis martyris. Turonis, sancti Gratiani episcopi, qui ad ipsam urbem primus ab urbe Roma episcopus transmissus, multis clarus miraculis, ibi quiescit in pace.

C. XIV KAL. JANUARII. (19 Dec.)

Apud Ægyptum, natale beati martyris Nemesii ! : qui primo per calumniam quasi latro judici delatus est Æmiliano. Quo crimine absolutus, post hoc Christianus esse defertur. In hoc vero nulla a judice moderatio reservatur; sed geminatis suppliciis excruciatum cum latronibus jussit incendi, ignorans quod crudelitate sua optimo martyri Salvatoris similitudinem detulit, qui pro salute humani generis una cum latronibus pertulit crucem (Isa. Lm; Joan. xix).

Aurelianis, sancti Aviti abbatis 8, qui spiritu prophetiæ illustris fuit, et honorifice in eadem urbe tumulatus est.

D. XIII KAL. JANUARII. (20 Dec.)

Natalis beatissimorum martyrum Ammonis, Zenonis, Ptolomæi, Ingenui et Theophili, qui tribunalibus apud Alexandrum astantes, cum quidam Christianus a judice torqueretur, et jam pene ad negandum declinaret, disrumpebantur intra semetipsos, et vultu, oculis ac nutibus velut erigere conabantur illum qui in suppliciis positus trepidabat. Interdum etiam manus protendere, ac totius reliqui corporis moribus et habitu diverse inclinati, tanquam sublevare lapsantis animum gestiebant. Conversi vero ad eos omnes, et quid de semetipsis profiterentur ex eorum motibus agnoscentes, priusquam in eos vulgus clamoribus insiliret, ipsi in medium prorumpunt, ac sese Christianos esse testantur. Pro quorum victoria, gloriosissime Christus de antiquogeneris humani inimico triumphavit, et versa vice, ex eorum confidentia, persecutoribus terrorem, suis constantiam animi dedit.

E. XII KAL. JANUARII.

(21 Dec.)

Apud Edissam Mesopotamiæ civitatem, natalis sancti Thomæ apostoli h.

Catalaunis, sancti Memmii, episcopi primi illi civitati ab urbe Roma directi, qui inter alia miracula mortuum suscitavit, cujus nunc sepulcrum creberrimis miraculis illustratur.

f Euseb., lib. vi, cap. 34, Ruff. 31.

8 Greg. Tur., de Gloria confess., cap. 99, 20 Dec.; Euseb., lib. vi, cap. 34, Ruff. 31. ^h Ruff. 31. Vide lib. de Fest. Apost. ; Gregor. Tur,

de Glor. conf., cap. 66.

Item in Tuscia, natalis sanctorum Joannis et A meorum in pauperes Christi, vidi per visum juvenem Festi.

F. XI KAL. JANUARII.

(22 Dec.)

Romæ ^a via Lavicana inter Duas Lauros ^b, natalis triginta martyrum, qui omnes uno die persecutione Diocletiani coronati sunt.

Apud Alexandriam, natale beati Ischyrionis martyris. Is namque cum rem cnjusdam potentis sub mercede procuraret, jubetur ab eo idolis immolare. Recusans cogebatur injuriis, persistens rursum blanditiis mulcebatur.Cum vero utrumque contemneret, præacuta sude validissime transverberatus permedia viscera neci traditur.

Ipso die, aliorum quamplurimorum martyrum, B qui in desertis et montibus apud Ægyptum oberrantes, fame, siti, frigore, languore, latronibus, bestiisque consumpti sunt ; qui omnes imitati eleclos Dei prophetas, gloria martyrii coronati sunt. Inter quos et venerandus senex Chæremon (episcopus hic erat urbis Ægypti quæ dicitur Nilopolis) cum ad Arabicum montem una cum grandæva conjuge discessisset, nulli ultra apparuit.

G. X KAL. JANUARII.

(23 Dec.)

Romæ, natalis sanctæ Victoriæ, virginis et martyris, persecutione Decii imperatoris. Hæc desponsata Eugenio viro pagano, rogante Tito Aureliano, qui sponsam Anatoliam virginem habebat, ad suadendam eam ut ei nuberet, errexit. Cui et dixit : C Audi me, domina soror Anatolia; et ego Christiana sum, et novi quia Deus nuptias non condemnat. Prophetæ et patriarchæ conjuges habuerunt, et posteritas eorum a Deo benedicta est. Nunc ergo audi me, et accipe virum qui te non prodat quod sis Christiana; sed per maritalem gratiam fiet ut ipse Christianis consentiat. Hæc dicenti Victoriæ virgo Anatolia respondit : O Victoria, vince diabolum et esto vera victoria. Tunc quando tota terra vacua erat, dixit Deus hominibus : Crescite et multiplicamini, et replete terram : nunc plenæ terræ. Postquam Filius Dei de cælo descendit, quotidie clamat: Crescite in fide, multiplicamini in charitate, et replete cœlos; quia appropinquavit regnum cœlorum. Iterum inter alia et post alia, sancta Anatolia intu- D ducere, nec se potuit in latus aliud declinare. Quidlit : Ego die qua explicui pretium ornamentorum

Euseb., Eccles. hist. lib. vi, c. 34, Ruff. 31; Euseb., ibid.

^b Via Lavicana inter Duas Lauros. Locus ila Romæ dictus via Lavicana, multorum sanctorum martyrio nobilitatus. Eumdem hoc die Martyrologium Romanum repræsentat. Anastasius bibliothecarius de Vitis pontificum, cap. 34, in Silvestro, de Munificentia Constantini : « Fucit basilicam via Lavicana inter Duas Lauros B. Petro et Marcellino martyribus, et mausoleum, ubi beatissimam Augustam matrem suam posuit in sarcophago porphyretico. » Ita hæc exhibet ms. Bertinianus. Ado Viennensis in Chronico, circa annum Christi 306 : « Fecit basilicam via Lavicana inter Duas Lauros B. Petro auro diadematum, splendidum in vestibus purpureis atque gemmatis, qui grata facie et lœto vultu me inspiciens, ait: Ovirginitas, quæmorte non vinceris, quæ a morte perpetua liberas? O virginitas, quæ non in operibus tenebrarum, sed semper in lumine versaris ! Hæc ego audiens, evigilavi, et cæpi flere, et projiciens me in pavimento, rogavi Dominum ut is qui mihi loquebatur dulcissimos sermones iterum prosequeretur. Sic mibi oranti et prostratæ idem qui ante loquebatur talia mihi subsequitur : Virginitas purpura regalis est ; quam qui induit reliquis fit eminentior. Virginitas gemma est pretiosa. Virginitas thesaurus est regis immensus. Huic fures insidias tendunt. Hanc tu evigilans sollicite custodi, quantumque te plushabere cognoscis, instantius custodi, ne perdas. Ilis et similibus verbis et factis incitata Victoria, omne pret um ornamentorum suorum et ipsa distraxit pauperibus. Sicque factumest, ut agentibus sponsis earum Aurelio e Eugenio, quia nubere illis virgines Christi noluerunt, a Decio imperatore urbe Roma pulsæ, ad prædia sponsorum ducerentur; ubi fame et inedia ita afflictæ sunt, ut vix ad vesperum modicus panis cibarius eis daretur, nulloque pacto efficere sponsi potuerunt ut vel ad nubendum, vel sacrificandum animi illarum inclinarentur. Beata igitur Victoria in virginitatis proposito invincibiliter persistens, post multa facta miracula, inter quæ plurimas virgines Domino aggregaverat, percussa est gladio in corde a carnifice Taliarcho, quem rogatu Eugenii sponsi sui Julianus pontifex Capitolii et comes templorum, ad hoe opus direxerat. Passa est autem x Kalend. Januarii. Corpus ejus cum omni reverentia curatum. Taliarchus vero percussor ejus, leprosus factus, intrà sex dies consumptus a vermibus, exspiravit.

Apud Nicomediam, sanctorum martyrum ° viginti, quos Diocletiana persecutio gravissimis cruciatos tormentis, martyres Christo fecit, et beatos sanctorum numero in cœlis conjunxit.

Item Romæ, beati Servuli, de quo beatus Gregorius scribit; qui rebus pauper, meritis dives, quem longa ægritudo dissolverat : nam a primæva ætate usque ad finem vitæ, paralyticus jacebat. Hic non modo stare, sed ne unquam in lecto surgere vel ad sedendum valebat. Nunquam manum suam ad os quid ex eleemosyna potuisset accipere hoc paupe-

et Marcellino martyribus, ct mausoleum, ubi matrem suam posuit in sarcophago purpureo. » Meursius in Glossario suo Græco-barbaro duobus his postremis locis mutabat lauros in lauras, sed jam facile perspiciet nihil mutandum. Est et alius via Latina, apud Adonem supra ix Septembris, ad quem S. Gorgonius fuit translatus, positus que est via Latina inter Duas Lauros, nisi mendosus sit locus, et Lav cana legendum s t, quomodo habet Breviarium Romanum 1x Sept. in lectione de S. Gorgonio. Tamen mss. Adonis cum vulgata ejus lectione conspirant

° De his Euseb., l b. vIII, c. 5; cap. fi. IV Dial. c. 41 et hom. 15 in. Evang.

ribus erogabat. Litterasnon noverat, sed Scripturæ A tias agere, hymnis Dei et laudibus, diebus ac noctisacræ sibimet codicesemerat; et religiosos quos que in hospitalitate suscipiens, hos coram se legere sine intermissione faciebat. Sicque factum est ut quantum ad mensuram propriam attinet, plene sacram Scripturam disceret. Studebat in dolore semper gra-

bus vacare. Hic beatissimo fine glorificatus, sepultus est in ecclesia sancti Clementis, episcopi et martyris, ubi ad commendandam ejus sanctitatem, ad ejus tumbam miracula creberrime flunt.

Reliquos dies hujus mensis, vide initio Martyrologii Adonis.

PRECATIO ADONIS.

Christe, precor, veniam segni des mitis alumno : Tardus sum, tarde sed tibi nemo venit.

Longus præteritis tenuit nos error in annis; Sufficiat meritis hæc, rogo, pæna meis.

Vita brevis superest, in mortem et pronior ætas; Jam peccare senex non queo, nolo tuus.

Sanctorum eximits merilis precibusque beatis,

Quorum perpetuos memorat liber iste triumphos, Da, Pater omnipotens, veniam, da, Christe, medelam His qui supplicibus votis ac mente fideli.

B Committunt sese tantis per sæcla patronis, Qui zabulo victo, rutilis super astra coronis

Conspicui, de te, quidquid petiere, merentur.

APPENDIX

AD SANCTI ADONIS MARTYROLOGIUM.

AMICE LECTOR.

Habes in hac Appendice quæ hactenus Adonis C ejus Martyrologio adjecta, doctorum virorum usi Martyrologio fuere inserta, cum tamen ab aliena manu sint. Et quidem ea quæ asteriscis notala sunt, etiam Jacobi Mo andri judicio, qui primus Adonem edid t,aliena ab Adone judicata sunt. Quorum rationem ita ipsa ad lectorem reddit : « Martyrologium hocex quatuor pervetustis mss. codicibus sibi mutuo correspondentibusmanupropria exaravimus. Verum quartus a monacho ordinis S. Benedicti conscriptus, aliquot sanctorum nomina continebat, qui in cæteris tribus non habebantur. De quibus cum dubitaremus an essent Adonis, vel potius per dictum monachum

consilio, eosdem sanctos signo stellæ (*) prænotavimus, ad ev tandum omnem errorem et scrupulum. » Hactenus Mosander.

Ego vero collationc trium codicum mss. Mosandrianis codicibus vetustiorum (de quibus initio Adonis ad Lectorem dixi), multo plura deprehendi Adonis non esse. Quæ in appendicem quoque retuli. sine asterisci lamen signo, ut constet quæ communi nostro Monsandrique consensu ab Adone resecanda sint, quæ vero præterea indicio trium mss. quos dixi codicum.

MENSIS JANUARIUS.

Kal. Jan. (1 Jan.) — * Eodem die sanctissimi Paragodæ, septimi Viennensis episcopi. IV Nonas Jan. (2 Jan.) — * Item sancti Isidori,

episcopi et martyris.

III Nonas Jan. (3 Jan.) — * Item Octavæ sancti D et Mariæ, sororum Lazari. Joannis evangelistæ.

11 Nonas Jan. (4 Jan.) — Item octavæ Innocentium.

Idibus Jan. (13 Jan.) — Octava Epiphaniæ.

Treviris sancti Agriti, episcopi et confessoris.

* Rhemis, depositio sancti Remogii episcopi. xviii Kal. Fobr. (15 Jan.) — * Item Mauri abba-

tis, discipuli beati Benedicti.

XVIII Jal. Febr. (16 Jan.) - In Marcello, post, Pricille, addit Ado vulgatus: « Hic fecit cœmeteria » via Salaria, et quinque et viginti titulos in urbe Roma constituit, propter baptismum et pœniten-

· Pontific., cap. 31.

^b De his Ado, 28 Jan.

tiam multorum, qui convertebantur ex paganis, et propter sepulturas martyrum. »

xv Kal. Fcbr. (18 Jan.) — Et passio sanctorum martyrum Thyrsi, Leuci et Galerici [leg. Callinici) b.

xiv Kal. Febr. (19 Jan.) — Jerosolymis, Marthæ

xIII Kal. Febr. (20 Jan.) — In Fabiano °, post sepultus, addit Ado vulgatus : « Hic regione's divisit diaconibus, et septem subdiaconos qui septem notariis imminerent, ut gesta martyrum in integro colligerent. Hujus tempore supervenit Novatus ex Africa, et separavit Novatianum de Ecclesia, postquam Moyses confessor in carcere defunctus est ; qui fuit ibi menses undecim. »

xi Kal. Febr. (22 Jan.) — Ipso die in Galliis, civitate Ebreduno, sanctorum martyrum Vincentii, Orontii et Victoris 4.

^o Pontific., c. 21.

^d Ado in libell. de Fest. Apost., 22 Mart.

Item natalis sancti Pauli, quem beatus apostolus ordinatum, urbi Narbonæ episcopum misit. Quem tradunt ipsum eundem esse Sergium Paulum proconsulem, virum prudentem, a quo tempore Pauli sortitus est nomen, quando eum fide Apostolus subegerat Christi. Qui cum ab eodem ad Hispanias prædicandi gratia mi.teretur, apud præfatam urbem Narbonam relictus, et prædicationis non segniter impleto ministerio, clarus miraculis coronatus sepclitur.

x Kal. Feb., (23 Jan.) — * • Et alio loco, passio sanctorum Eugenii, Macarii et Perulvii.

vu Kal. Febr. (26 Jan.) — In Polycarpo, post consummati sunt in edito Adone addebatur; « Tunc etiam Germanicus, athleta Christi insignis, glorioso martyrii agone translatus est. Nam cum a judice damnatus fuisset ad bestias, ultro s.bi præparatam bestiam provocavit, despiciens videlicet temporalem mortem, et coronam vitæ æternæ veloci fine adipisci desiderans. Scripsit i dem beatus Polycarpus ad Philippenses valde utilem epistolam, quæ usque hodie in Asiæ conventu legitur, »

^b Item apud Bituricas civitatem, bead Sulpitii, episcopi et confessoris, cujus et vita et mors pretiosa gloriosis miraculis commendantur.

111 Kal. Febr. (30 Jan)

Item natalis sanctæ Aldegundæ virginis.

MENSIS FEBRUARIUS.

IV Nonas Feb. (2 Febr.) — Aurelianis, depositio sancti Flosculi episcopi, et sanctæ Sichariæ, virginis Deo sacratæ, ibidem.

III Nonas Febr. (3 Febr.) — * Hamburgi, sancti Anscari, episcopi et confessoris, Hamburgensis primi episcopi, et Bremensis archiepiscopi.

* Viennæ, sancti Eventii, episcopi et confessoris. vill Idus Febr. (6 Febr.) — * Item eodem die, Vedasti et Amandi, episcoporum et confessorum.

vedasti et Amandi, episcoporum et confessorum. vi *Idus Febr. (8 Febr.)* — Item depositio sanctæ C Helenæ reginæ.

iv Idus Febr. (10 Febr.) — * Item Scholasticæ ° virginis, sororis sancti Benedicti abbatis. (21 Mart.), qui vidit animam ejus in columbæ specie cælum penetrare.

mi Idus Febr, (11 Febr.) — * Apud Lugdunum, natalis sancti Desiderii episcopi et martyris; hic beatus vir passus est quidem in * Prisciniaco villa, territorio Lugdunensi, decimo Kalendas Junii; translatus est autem Viennam episcopatus sui civitatem, tertio Idus Februarii. Idibus Febr. (13 Febr.) — Natalis Gregorii pa-

Idibus Febr. (13 Febr.) — Natalis Gregorii papæ II ^d, qui rexit Ecclesiam annos sexdecim. Leonis Constantini temporibus; hic vir castus, in divinis Scripturis eruditus. Hic in Germania per Bonifacium episcopum, verbum salutis prædicavit. Hic quadragesimali tempore, ut feria quinta jejunium et missarum celebritas fleret, quod antea non agebatur instituit.

xv Kal. Marti (13 Febr.). — Item beati Severi, presbyteri et confessoris, cujus meminit in Dialogo (cap. will.) beatus Gregorius.

Brixiæ, natale sanctorum martyrum Faustini et Jovittæ. Qui nobili progenie in civitate Brixiana sunt orti. Nam parentes eorum in prædicta civitate caput senatus fuerunt. Jubente Adriano imperatore, a quodam Italico comite Rhætiarum in jam dicta urbe comprehensi, et in carcerem sunt retrusi. Postea vero, Adriano jubente, post multa et diversa tormenta, trad ti sunt ad dilacerandum immanissimis feris, id est leonibus, leopardis, ursis atque superbissimis tauris. Sed ipsæ feræ, Domino mitigante, velut agni in mansuetudinem sanctis Dei

• Ado, ibid.

^b Ado in Martyrolog., 17 Jan.

^o De ea in Vita S. Benedicti.

eorum vestigia lingerent, inimicos autem Dei una cum ipso Italico, facto impetu, interficerent. Novissime autem in equuleo alligati, et in ignem missi, positi sunt super ollam æneam, in qua hinc inde plumbum liquebatur. Sed ipse iznis nihil sanctis Dei nocuit; inimicus vero illorum, quotquot attingere potuit, una cum Pompeio fratre Adriani excussit. Quo viso sanctus Calocerus, qui tunc curam palatii habebat, credidit cum officio suo ad duodecim millia hominum. Unde iratus Adrianus ipsis omnibus, excepto Calocero, capita amputari jussit. Deinde, admonentibus sanctis angelis, beatus Apollonius, Brixiensis Ecclesiæ epi copus, sanctum Faustinum consecravit presbyterum, et beatum Jovittam diaconum ordinavit. Post hoc autem, jubente Adriano, beatus Faustinus et Jovitta una cum sancto Calo :ero, vincti ferro Mediolanum ducti sunt. In qua civitate Adrianus plumbum fervescens et præcepit; sed 1 ihil sanctos Dei nocuit. Insuper et oculum beatorum Faustiniet Jovittæ jussit auferri; sed altera die cis oculos Dominus restituere dignatus est. Deinde traditi sunt ipsi tres sævissimis bestiis, id est tigribus, ursis, atque superbissimis tauris; sed ipsæ feræ sicut priores, Doinino operante, sanctis Dei in mansuetudinem conversæ sunt, ex paganis autem maximam multitudinem interfecerunt. Post hæc et alia tormenta, jussit Adrianus cuidam Sapricio, primicerio cholæ candidatorum, ut beatum Calocerum in Ambinganum civitatem duceret, et ibi eum puniret, si non præceptis ejus obtemperaret. Nam ibi amputatione capitis post multa tormenta martyr Christi effectus, multo tempore quievit, quamvis postea Angilbertus archiepiscopus Mediolanensis eum inde transtulerit, et in suæ diœcesis monasterio, quod vocatur Clavate, summa cum d ligentia et honore collocare curaverit. Inse vero beatus Calocerus cum i i custodiam Ambinganum iret, devenit in civitatem Astensem, et ibi invenit illustrem virum ipsius civitatis, nomine Secundum. Et cum eidem Sccundo Christum prædicaret, et multa de beato Faistino et Jovitta diceret, qualiter Mediolani pro Christi nomine plurima passi in vinculis detinerentur, credidit ipse, et summa cum festinatione venit Mediolanum, et a sanctis Fausttno et Jovitta baptizatus in civitatem suam reversus est : et ibi, amputato capite a prædicto Sapricio, Christimartyr effectusest. Post hoc sancti martyres Faustinus et Jovi ta, vincti sub custodia cujuscam Antiochi præsidis Romam ducti sant, et ibi diversis pœnis afflicti multos ad fidem converteruat. plurima per eos Domino faciente miracula. Ibi eti un invenerunt sanctum Evaristum urbis Romæ episco-

invenerunt sanctum Evaristum urbis Romæ episcopum, inter sepulcra martyrum latitantem; quem rogaverunt ut faceret beatum Calimerum, qui per eorum prædicationem, inter plur mos Romanos credidit, in Mediolanensi civitate episcopum. Quo facto, iterum sub custodia Aureliani comitis ducti sunt Neapolim, et ibi multa ac varia tormenta perpessi, plurimis miraculorum ostensis, Domino juvante, multos ad fidem converterunt. Postea vero, manibus pedibusque ligat s, in mare demersi, etab angelis Dei liberati, et ad littus deducti sunt. Novissime autem jussu Adriani imperatoris Brixiam reducti sunt, et ibi a præfato Aureliano, post multa iterum tormenta amputatis capitibus, Christi martyros effecti sunt.

xII Kal. Martii (18 Pebr.). — • In Simeone, post fuisse, addit Ado vulgatus : « Constat tamen, quia Cleophas, cujus filius iste fuit, frater erat Joseph. »

xi Kal. Martii (19 Pebr.). — Item sancti Theodori martyris, fratris sancti Georgii.

⁴ Pontific., cap. 90.

• Greg. Tur. I. I Histor. Franc., cap 27.

MENSIS MARTIUS.

Kal Martii (1 Mart.). - + Eodem die, Suvitberti, episcopi et confessoris. vi Nonas Martii (2 Mart.). — Romæ, Simplicii •

papæ, qui sedit annis quindecim. Hic Acacium Constantinopolitanum episcopum, et Petrum Alexandrinum episcopum Eutychianos damnavit.

Iv Idus Martii (19 Mart.). - + Romæ, depositio sancti Gregorii papæ^b, qui nobili genere liberalibus artibus eruditus est. Deinde, defunctis parentibus, sex in Sicilia monasteria construens, septimum intra Urbis muros constituit. In quo ipse post sæcularem habitum multis fratribus aggregatis, sub abbatis imperio strenue mil tavit, et suæ nobilitatis lineam moribus extulit, probis actibus decoravit. Nam qui ante sericis vestibus ac gemmis micant bus per Urbem solebat procedere trabeatus, post vili contectus tegmine, ministrabat pauper ipse pauperibus; qui-bus monasteriis tantum de redditibus præviorum delegavit quantum posset commorantibus ad quoti- B dianu n victum sufficere, reliqua vero vendidit, ac pauperibus erogavit. Deinde coactus et multum renitens, factus urbis Romæ summus pontifex, Angelorum gentem ad fidem convertit, directis videlicet sui monasterii monachis, Melli o, Augustino, atque Joanne, et cum eis aliis pluribus fratribus. Rexit autem gloriosissime Romanam Ecclesiam annis tredecim, mensibus sex, et diebus decem. Augmentavit etiam in precatione canonis : Diesque nostros in tua pace dispone, etc.

Item Romæ, Innocentii papæ °, qui rexit Eccle-siam annis quindecim, mensibus duobus, diebus vero viginti uno. Hic constitutum fecit de Ecclesia, et Pelagium atque Cœlestium hæreticos damnavit; et constituit ut qui natus suisset de Christiana per baptismum renasceretur, quod Pelagius damnabat.

+ In Africa Joannis et aliorum quadraginta quatuor.

+ Romæ, depositio sanctorum Innocentii et Rasi episcoporum.

Pridie Idus Martii (14 Mart.). -- Eodem die Zachariæ^d pontificis, qui Rome sedit annos decem. Hic in patriarchio B. Georgii maatyris caput reperit in capsa reconditum ; în qua † ^o pittacium pari-ter invenit, hoc ipsum Græcis hitteris exaratum. Sepultus est in ecclesiæ S. Petri apostoli.

xvii Kal. Aprilis (16 Mart.). - 🕇 Eodem die sancti Ilerberti Coloniensis archiepiscopi, vita et miraculis gloriosi, in monasterio Tuitiensi quiescentis.

xIV Kal. Aprilis (19 Mart.). — + Item eodem die, sancti Joseph, nutritoris Domini.

xiii Kal. Aprilis (20 Mart.). - + Item natalis S. Archippi, commilitonis beati Pauli apostoli.

xi Kal. Aprilis (22 Mart.). — Item sanctarum virginum Herlind:e et Relindæ sororum.

Theodori, presbyteri et martyris. vii Kal. Aprilis (26 Mart.). — Ilierosolymæ, Do-

minus noster Jesus Christus crucifixus e t.

Et in eadem civitate, passio S. Jacobi apostoli, sicut in Actibus apostolorum scribitur (Act. XIII).

^a Pontif., c. 48.

^b Pontif., c. 65.

^o Pontif., c. 42. ^d Pontif., c. 93.

In qua pittacium pariter invenit. Qui hoc minus intellectum fuit ab editore, ideo substituit epitaphium; sed auctor pittacium scripsit, utimss. exhibent. Glossæ Tirraniev pittacium, brevis. Glossæ Iso-dori : Pictatium, epistola brevis, et modica Pictatiuncula, membrana. Utitur ea voce Lampridius in Alexandre : « De promovendis etiam militibus sibi adnotabat, et perlegebat cuncta pittacia.» Occurrit

Eodem die, immolatio Isaac et transitus filiorum Israel per mare Rubrum.

Et víctoria Michaelis archangeli contra draconem.

vii Kal. Aprilis (26 Mart.). — + Eodem die, depositio S. Lutgerii episcopi.

vi Kal. Aprilis (29 Mart.). - Item Hierosolymæ, Resurrectio Domini.

III Kal. Aprilis (30 Mart.). - * Aurelia civitate, sancti Pastoris episcopi depositio.

MENSIS APRILIS.

viii Idus Aprilis (6 Apr.). — In Sixto, post imperatoris, addit Ado vulgatus : « Hic ' constituit ut sacra mysteria non tractarentur nisi a ministris sacris; et quicunque episcopatus evocatus fuisset ad sedem apostolicam, rediens ad parochiam suam, non reciperetur, nisi salutationis litteras, boc est, formatas a sede apostolica plebi detulisset. Constituit quoque ut intra actionem missarum San-

ctus, sanctus, sanctus, ter decantaretur.

vit Itus Aprilis (7 Apr.). — Item Cœlestini papæ 8, qui rexit Ecclesiam annos octo. Hic constituit ut psalmi Davidici centum et quinquaginta ante sacrificium antiphonatim canerentur : Dam antea tantum epistola et sanctum Fvangelium recitabantur.

v Idus Aprilis (9 Apr.). — + Item quinque virginum, quarum nomina Deus scit.

Et Mariæ Ægyptiacæ.

iv Idus Aprilis (10 Apr.). — + Item in Antiochia, sancti Theodori presbyteri.

III Idus Aprilis (11 Apr.). — + Eodem die Romæ, beati Leonis papæ h. Pridie Idus Aprilis (12 Apr.). — In Julio, post

reversus est, editus Ado addit : « Hic constituit 1 ut nullusclericuscausam quamlibet in publico ageret, nisi in Ecclesia: et notitia fidei per notarios colligeretur; et sive cautiones, vel instrumenta, aut dona-

tiones, aut commutatione, aut traditiones, aut to-stamenta, aut allegationes, vel manumissiones a clericis in Ecc esia celebrarentur. »

Idibus Aprilis (13 Apr.) — + Item sanctæ Euphemiæ, virginis et martyris,

xvi Kal. Maii (16 Apr.). - * In Mauritania, natalis Basillæ.

Item sancti Aniceti papæ i, qui sedit in episco-patu annis undecim, et temporibus Severi et Marci martyrio coronatur, sepultus in cœmeterio Callisti. Hic constituit ut clerus comam non nutriret se-cundum Apostoli præceptum (I. Cor. xi).

+ Eodem die, dedicatio oratorii S. Gangulphi martyris.

xu Kal. Martii (19 Apr.). - + Eodem die, depositio S. Baldrici episcopi.

x Kal. Maii (20 Apr.). — In Victore, post corox Kal. Aprilis (23 Mart.). — In Antiochia, sancti D natur, ed cti hactenus addunt : « Hicconstituit * ut sanctum Pascha die Dominico celebraretur, et a quintadecima luna primi mensis usque ad vigesi-mamprimamobservaretur; et constituitut necessitate faciente, sive in flumine, sive in mari, sive in fontibus, sub Christiana confessione, quicunque hominum ex gentilitate venientes baptizarentur. »

> et apud Cassiodorum Celsus l'b. 111, c. 10 : « Deinde habere duo pillacia, quæ latitudinem frontis, longitudinemque æquent. » Plura non congero, hæc ad lucem sufficient.

f Pontif., c. 8.

s Pontif., c. 44, ubi dicitur obiisse vm Id. Aprilis. h Pontif., c. 46.

- ¹ Pontif., c. 36.
- Pontif., c. 11.
- * Pontif., c. 15.

xv Kal. Maii (21). — † Romæ, in cometerio via Appia. SS. Valeriani, Maximi et Tiburtii.

† In Campania, natalis sancti Amphelici. Romæ, S. Soteris papæ•, qui sedit in episcopatu annos novem, sepultusque est in cœmeterio Callisti. Hic constituit ut nulla monacha pallam sacratam contingeret in ecclesia, neque incensum poneret.

x Kal. Maii (22 Apr.). — In Africa civitate Hie-ropoli, natalis sancti Philippi apostoli. In Caio, post Martias addit Ado vulgatus: «Hic

Caius constituit b ut per omnes gradus primum ascenderet si quisepiscopus fieri mereretur, et esset ostiarius, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus, presbyter. »

Eodem die Romæ, sancti Agapeti pontificis °, qui sedit menses undecim. Hic ingressus Constantinopolim ad Justinianum imperatorem, Anthimum episcopum Constantinopolitanum, qui duas in Christo naturas negabat, deposuit, et in ejus loco Menam A catholicum consecravit.

rx Kal. Maii. (23 Apr.). - + Eodem die, passio

sancti Adelberti, episcopi et martyris. † Item eodem die, S. Pysinnæ virginis. vini Kal. Maii. (24 Apr.). — In Babylonia, civitate magna, Sidrach, Misach, et Abdenago, qui et mutato nomine Ananias, Azarias et Misael dicebantur, de camino ignis ardentis sunt liberati.

vi Kal. Maii (26 Apr.) — + Item Romæ, sancti Tindemialis, episcopi et confessoris.

v Kal. Mail. (27 Apr.). — In Anastasio, post de-cem, Ado vulgatus addit: « Hic constituit ^d ut quotiescumque sancta Evangelia recitarentur, sacerdotes non sedeant, sed curvose stent, constituitque transmarinum hominem in clerum non recipi, nisi quinque episcoporum designaretur suffragiis »

Pridie Kal. Maii. (30 Apr.). - + Romæ, S. Quirini, tribuni et martyris, de quo supra tertio Kalendas Aprilis.

Item Sophiæ virginis.

MENSIS MAIUS.

Kalendis Maii (1 Maii.) — Antisiodoro civitale, depositio sancti Amatoris episcopi.

Tolosæ, natalis sancti Orientii episcopi.

Item depositio S, Justini, Begorra civitate. † Eodem die, S. Walburgæ virginis.

w Nonas Maii (4 Maii.). - + Eodem die, memoria beatissimi Justi, Viénnensis episcopi. Pridie Nonas Maii (6 Maii.). — + In Galatiæ ci-

vitate, natalis beati Gerontii confessoris.

Nonis Maii (7 Maii.). — † Item Benedicti ponti-ficis •, qui sedit Romæ menses decem, imperante Constantino. Hic ab ineunte ætate in Ecclesia militavit, paupertatis semper amator: sepultus apud B. Petrum.

vm *Idus Maii (8 Maii.). —* In monte Gargano, ap paritio S. Michaelis archangeli, quando ita sagitta C velut flamine retorta, eum a quo jactata est mox re-versa percussit ; et dictum est ad episcopum : Ego sum Michael archangelus qui in conspectu Dei semper assisto, f

vn Idus Maii (9 Maii.). — 8 Eodem die, S. Dionysii

Viennensis epicopi, præclarissimi in doctrina viri. v Idus Maii (11 Maii.). — h Eodem die, B. Gangulphi martyris, cujus gesta habentur.

Pridie Idus Maii (14 Maii.). — + Mediolani, Vic-toris, Camoris, Felicis, Rustici, sanctorum quadringentorum quatuor martyrum, qui cum S. Cirico passi sunt.

xvII Kal. Junii. (16 Maii.). - + Tricassino, depo-

Pontif., cap. 13.

- ^b Pontif., cap. 29.
- Pontif., cap. 58. Pontif., cap. 48.
- Pontificale, cap. 82; is est Banedictus II. ⁴ Fusius in Martyrolog. Adonis. 29 Sept.

sitio Fidoli (*) presbyteri [al., episcopi], et confratris Brendani abbatis.

xIII Kol Junii (20 Maii.). - Item passio S. Saturninæ virginis.

xII Kal. Juuii (21 Maii.). - + Antisiodori, depositio B. Valis, presbyteri et confessoris, et Valentis martyris.

xı Kal. Junii (22 Maii.). - Natale S. Juliæ, quæ, cum Carthago civitas capta esset, ducta est captiva; et sortita in servitutem devenit cujusdam Euchii civis Syriæ Palestinæ. Cui diligenter serviens, expleto ejus servitio, acceptaque requie, aut orationi aut lectioni insistebat: nam et corpus suum jejuniis affligebat. Unde dominus ejus quamvis paganus valde eam admirans, sæpius admonebat ne taliter se af-fligeret. Sed illa nec blandimentis, nec etiam monitionibusab hoc quod inchoaverat recedebat, excepto die Dominicæ resurrectionis. Deinde contigit ut dominus ipsius una cum ipsa veniret in Corsicam, et ibi sacrificantibus aliis, cœpit et ipse diis immolare. Sed beata Julia, videns errorem illorum, condolebat. Audiens quidam princeps Felix Saxo nomine, quod illa nollet sacrificare, quæsivit eam a domino suo, ut receptis in illius vice quatuor ancillis, sibi ea daretur. Cui ille pro magno ejus servitio noluit eam tribuere. Tunc præfatus Felix callide fecit domino suo convivium, quatenus ipso ex nimia potatione soporato, et ignorante, de navi ipsius eam tolleret. Quod et factum est. Nam, ipso inscio, ducta est beata Julia ante Felicem. Cumque blandimentis Felix ei non potuisset suadere ut sacrificaret, præcepit eam alapis cædi, deinde crinibus torqueri, atque flagellari, ad extremum etiam crucifigi ; et sic in ipso patibulo ul-timum efflavit spiritum. De cujus ore sanctissimocolumba exivit, et cœlum petivit. Tunc per angelos, divina dispensante gratia, nuntiatum est hoc quibus-dam monachis in insula Margarita, quæ nunc vulgo B Gorgona dicitur, consistentibus. Illi, hoc audito, as-

censis navibus, summa cum festinatione venerunt in Corsicam, et invenerunt sicut sibi ab angelis fuerat revelatum. Dein summa cum reverentia deponentes corpus ejus de cruce, juvante Domino, celeriter ad sua reversi sunt. Et ibi, videlicet in ipsa Margarita insula condientes corpus ejus cum aromatibus, posuerunt iu monumento cum gaudio. Postea autem de ipsa insula, Alza regina, uxor Desiderii regis nongobardorum, præcepit corpus ejus afferri, et in monasterio quod ad honorem ipsius construxit, Brixiæ mirificentissime collocavit.

Romæ, natalis sanctorum Faustini et Timothei, et aliorum.

+ Antisiodori, depositio et translatio sanctæ Helenæ virginis.

† In Čæsarea Cappadociæ, natalis sancti Poliocti [Polyeucti]

X Kal. Junii (23 Maii.). — Apud Viennam, natalis sancti Desiderii episcopi, ¹, qui passus est in terri-torio Lugdunensi, in villa Prisciniaco, super fluvium Calarona, cujus vita plena miraculis refulsit, qui in Viennensi Ecclesia sepultus honoratur,

viii Kal. Junii (23 Maii.). — In Urbano addit vulgatus: « Hic sedit in episcopatu annos quatuor, menses decem, dies decem i. »

vii Kal Junii (26 Maii.). — Item natalis venerabilis Bedæ, presbyteri et confessoris, ac doctoris celeberrimi.

v Kal. Junii (28 Maii.). — * Romæ via Numentana milliario quartodecimo, natalis sanctorum Ephy-cati, Eustasii, Victuriæ, Castulæ. 19 Kal. Junii. (29 Maii.). — † In Africa, natalis

- s Addit. ex ms. E
- h Addit. ex ms. E.

¹ Ado in Chron. an. 583, Erat in ms. S.. ad marginem.

ⁱ Pont., cap. 18.

sanctorum Primi, Alcidiæ, Passiomoni, et aliorum A centum quinquaginta quatuor.

III Kal. Junii (30 Maii.). — + In Antiochia SS. Syci et Palatini.

+ Item in Nicomedia, natalis multorum sanctorum.

MENSIS JUNIUS.

Nonis Junii (5 Jun.). — In Bonifacio Britanno, post Bobano, addit Ado vulgatus, et Adelhario.

Romæ milliario tertio, Feliculæ, Felicitatis, et aliorum.

111 Idus. Junii (11 Jun.). — Romæ, natalis SS. Basillæ et Basilissæ, et SS. Crispoli et Restituti.

xvi Kal, Julii (16 Jun.). - Apud Viennam, S. Domnoli episcopi.

* In Moguntia, SS. Aurei et Justinæ. * *Kal. Julii (17 Jun.).* — * Aurelianis, sancti Avitti, presbyteri et confessoris.

xıv Kal. Julii (18 Jun.). — + İn Alexandria, S. Mariæ, virginis et martyris, et Balbinæ.

xII Kal. Julii (20 Jun.). — Romæ, sancti Silverii papæ ª, qui sedit anno uno. Qui, consentiente Justiniano imperatore, a Belisario patricio depositus, et monachus factus, in exsilio confessor moritur.

xi Kal. Julii (21 Jun,). + In Cæsarea, depositio S. Eusebii episcopi.

viii Kal. Julii (24 Jun.). - + Romæ, S. Fausti, cum aliis viginti tribus.

iv Kal. Julii (28 Jun.). — In Leone post pape, addit vulgatus: « Qui sedit menses decem Romæ^b. Hic eloquentissimus, et divinis Scripturis sufficienter instructus, Græca Latinaque lingua eruditus. Hic sanctam sextam synodum, quæ in regia urbe cele-brata est, ubi damnati sunt Cyrus, Sergius Honorius (deest vulgat.), Pyrrhus, Paulus, Petrus, Macarius, Stephanus, et Polychroni is novus Simon, qui unam voluntatem et operationem in Domino Jesu Christo prædicabant, de Græco in Latinum transtulit. Hic constituit ut qui archiepiscopus ordinatus fuerit, nulla consuctudine pro usu pallii in diversis officiis persolvere debeat, º Hic cum multis episcopis fidem catholicam exponens. Eutychianam et Nestorianam hæresim damnavit, et sanctissimum concilium Chalcedonicum sua industria congregari secit. Hic constituit [Vulgatus addit intra actionem dicere sanctum Sacrificium et | monacham non accipere velamen capitis benedictum ab episcopo, nisi prius probata illius virginitas fuerit.

111 Kal. Julii (29 Jun.). - + Romæ, natalis sancti Novatiani cum aliis nongentis septuaginta septem.

MENSIS JULIUS.

Kal. Julii (1 Julii.). — † Item Octavæ S. Jo annis Baptistæ.

+ Romæ, Caii papæ et aliorum ª.

Augustodini, depositio Leontii episcopi.

+ In Mesopotamia, Zeli cum aliis sex.

+ Orion, cum aliis oc o. IV Nonas Julii (4 Julii.) — + Eodem die, Augus-tæ, sancti Udalrici, episcopi et confessoris.

Nonis Julii (7 Julii.). - Eodem die, Wilibaldi, episcopi et confessoris.

Et Materniani confessoris.

viii Idus Julii. (8 Julii.). - + • Apud Herbipolim, natalis sanctorum martyrum Kiliani et sociorum ejus.

vii Idus Julii (9 Julii). — + Eodem die, natalis S Agilolphi, archiepiscopi Coloniensis et Martyris.

v Idus Julii (11 Julii.) — + Item Romæ, natalis SS. Stephani, Leontii, et aliorum.

+ Treviris, S. Hidulphi, ejusdem urbis episcopi et confessoris.

Pontif., cap. 6.

- ^b Pontif., c. 8t. Est Leo II. Erat in ms.
- º Hæc sunt de Leone I, ex Pontificali, c. 46.

Idus Julii (13 Julii.). - + Eodem die, S. Margaritæ, virginis et martyris. Idibus Julii (15 Julii,). — + Eodem die, divi-

sio apostolorum.

Ante Catulini post Carthagine, vulgatus interponit, natalis sanctorum Philippi.

+ Item eodem die, sanctæ Reginsuindæ virginis.

xvII Kal. Aug. (16 Julii.). — Item SS. Monulphi et Gondulphi, episcoporum et confessorum.

+ Item alibi, sancti Mammæ.

xvı Kal. Augusti (17 Julii.). — + Item Antisiodoro, S. Theodosii episcopi et confessoris.

xv Kal. Augusti (18 Julii.). Brixiæ, depositio S. Philastrii, ipsius civitatis episcopi : qui cum fuisset presbyter ordinatus, ductus amore Dei, relictis omnibus, universum pene ambitum circuivit orbis, quatenus secutus vestigia Pauli apostoli per singula loca animas fraude diaboli deceptas, de sempiterno suis B prædicationibus liberaret interitu. Unde non solum contra Gentiles atque Judæos, verum etiam contra omnes pene hæreses; et maxime contra Arianam perfidiam, quætunc nimium prævalebat, fidei vigore pugnavit; et ob hoc verberibus castigatus, stigmata Domini nostri Jesu Christi suo portabat in corpore. Namet in Mediolanensi urbeidoneus custos Dominici gregis fuit, et Auxentio Arianæ perfidiæ episcopo, priusquam B. Ambrosius eligeretur, divina gratia fultus nimium repugnavit. Romæ etiam non exiguo tempore demoratus, multos et publica et privata di s-putatione est in fide lucratus. Et quia valde hære ticos impugnabat, voluit de eorum singulis sectis at que doctrinis nefandissimis librum componere, quatenus singularum hæresium errore patefacto, nullus ab eis saltem simplex in Ecclesia constitutus comprehendi possit. De quo beatus Augustinus ita dixit (lib. de hæres. ad Quodvultdeum, hær. 41): Phi-laster Brixiensis episcopus in prolixissimo libro quem de hæresibus condidit, centum viginti hæreses [Aug. 1: centum viginti octo] arbitratus est computandas.

xıv Kal. Augusti (19 Julii.). — † Lugduni sancti Rustici, presbyteri et confessoris.

+ Item Treviris, S. Martini, episcopi et martyris. xin Kal. Augusti (20 Julii.). — In Joseph post Justus, omisso qui, addit Ado vulgatus. « Ĥic præ-

dicationis, et sanctitatis officiis serviens. » + Item eodem die, Vulmari et Philiberti abba-

tum.

xII Kal. Augusti (21 Julii.). — + Eodem die, sancti Arbogasti, episcopi et confessoris. x Kal. Augusti (23 Julii.). — + Eodem die, S-

Liborii, episcopi civitatis Cenomanensis et confessoris.

vii Kal. Augusti (26 Julii.). — * Treviris, sancti Beati confessoris.

IV Kalendis Augusti (29 Julii). — Item Aurelia-D nis civitate, depositio sancti Prosperi episcopi.

III Kalendas Augusti (30 Julii): — + Éodem die, civitate Antisiodoro, S. Ursi, episcopi et confessoris.

MENSIS AUGUSTUS.

ıv Nonas Augusti. — In Stephano post dies duos additur in vulgato: Hic constituit ut sacerdotes et Levitæ vestes sacras in quotidiano usu non haberent, nisi tantum in ecclesia.

Nonis Augusti (7 Aug). – - + Eodem die, sancti Justini presbytèri, de quo ad xv Kalend. Octobris

Catalaunis, sancti Memmii, episcopi et confessoris.

^d Pontific., c. 29; Ado, 32 Aprilis.

• Erat in ms. E.

^r Pontificale, cap. **24**.

rv Idus Augusti (10 Aug.). — Item Romæ, sancti A depositio sancti Murilionis, episcopi et confessoris. Hormisdæ papæ », qui sedit annos septemdecim. Hic composuit clerum, et psalmis erudivit. Sub hujus tempore Anastasius imperator hæreticus, percussus fulmine interiit. Sepultus est idem pontifex in eccle-

sia beati Petri, † vin Idus Augusti [*Vulg., male,* vil]. III *Idus Augusti (11 Aug.).* — † Eodem die in Ca-meraca civitate, natalis sancti Gaugerici, episcopi et confessoris.

Idibus Augusti (13 Aug.). — Pictavis, sanctæ Radegundæ, virginis et reginæ. xvin Kal. septembris (15 Aug.). – Eodem die °

dedicatio oratorii sanctorum Jacobi apostoli, Lau-Valentini, Scholasticæ virginis, consecrati rentii. per Willibertum archiepiscopum.

xv11 Kal. septembris (16 Aug.). — Metis, sancti Arnulphi, episcopi et contessoris.

xvi Kal. septembris (17 Aug.). — Item Octavæ sancti Laurentii martyris.

xv Kal. septembris (18 Aug.). - + Eodem die, B fide et industria sua congregavit ; qui una cum filiasanctæ Helenæ reginæ.

xI Kal. septembris (22 Aug.). — Item octavæ Assumptionis beatæ Mariæ virginis.

ıx Kal. Septembris (24 Aug.). — Eodem lis sencti Audoeni, episcopi et confessoris. - Eodem die,nata-

vi Kal. septembris (27 Aug.). — Nola civitate, na-talis sancti Felicis episcopi.

MENSIS SEPTEMBER.

Kal. septembris (1 Sept.). - + Item sanctorum confessorum Sixti et Sisinnii.

vin Idus Septembris (6 Sept.). - Romæ, natale sancti Eleuterii.

viii dus Septembris (7 Sept.). — Aurelianis, nata-lis sancti Evortii, episcopi et confessoris.

Vico Novegento, natalis sancti Clodoaldi d confessoris

Eodem die, sanctæ Reginæ virginis,

v Idus Septembris (9 Sept.). — + Sergii • papæ, C siodoro, sancti Fraterni episcopi. qui sedit annos tredecim Romæ. Hic invenit miræ Pridie Kal. Octobris (30 Sept.). magnitudinis portionem ligni salutaris Dominicæ crucis in sacrario beati Petri. Hic statuit in temporc confractionis Dominici corporis, Agnus Dei a clero et populo decantari, et constituit ut in diebus An-nuntiatonis Dominicæ, Dormitionis et Nativitatis sanctæ Dei genitricis Mariæ, ac sancti Simeonis, quod Hypapante Græce dicitur, Litaniæ exeant a sancto Auriano, et ad sanctam Mariam populus occurrat

IV Idus Septembris (10 Sept.). - Romæ, depositio sancti Hilarii ^r papæ.

III Idus Septembris (11 Sept.). - + in Apulia, sanctorum Felicis et Donati.

Lugduni Galliæ, depositio sancti Patientis episcopi etalibi sanctorum Gelicis ct Regulæ.

Pridie Idus septembris (12 Sept.). - 🕇 Item in Asia, sanctorum Diophili matronæ, et Theclæ virginis

+ Lugduni, depositio sancti Sacerdotis, episcopi et D confessoris.

+ Nicomediæ, sancti Ammonæ. + In Sicilia, civitate Catanas, sactorum Eupli et Serapionis.

Idibus Septembris (13 Sept.). - Item Andegavis,

Pontif., cap. 53

Addidi ex ms. E.

• Dedicatio oratorii. Hæc inserui ex ms. E, qui solus habebat. Haud dubie inserta Adoni ab eo qui eum codicem scripsit, ubi oratorium hoc dedicatum est, cum aliis desit. Codex mihi vetustior videtur fundatione ipsius Everbodiensis abbatiæ. Oratorium hoc, cum dicatur consecratum per Willibertum archiepiscopum, valde vetustum est. Willibertus enim, archiepiscopus Coloniensis, obiit circa annum Domini 890. Omnino librum illum Adonis Everborcium delatum existimo ex veteri aliqua ab-

Turonis, sancti Littorii, episcopi et confessoris. xv Kal. Octobris (17 Sept.). — Romæ, in crypta Arenaria, sanctorum martyrum Narcissi ét Crescentionis.

xIII Kal. Octobris (19 Sept.). - + Treveris, depositio Meletii episcopi.

xII Kal. Octobris (20 Sept.). - + Romæ, natalis sanctorum martyrum Eustachii, Aganiti, Theopisti, atque Philistæ

ix Kal Octobris (23 Sep.). — + Item passio sanctarum virginum Dignæ et Emeritæ.

Romæ, depositio sancti Liberii s papæ.

Item passio Lini h ejusdem urbis episcopi.

vin Kal. octobris (23 Sept.). — Ambianis, sancti Firmini, episcopi et martyris.

† Item natalissancti Quadrati, apostolorum disci-puli ¹, qui in locum beati Publii Athenarum episcopi substituitur, et Ecclesiam grandi terrore dispersam,

bus Philippi in Prophetiæ gratia celeberrimus fuit.

vi Kal Octobris (26 Sept.). - Romæ, via Appia in cœmeterio Callisti, depositio sancti Eusebii, episcopi et confessoris.

F Et in Albano, natale sancti Senatoris.

🕂 In Sardinia, natalis sancti Luxurii.

† Arvernis, depositio sancti Apollinarii episcopi. v *Kal Octobris)27 Sept.*). — In Cæsarea Cappa-

dociæ, sancti Eleutherií.

+ In Tharsa Ciliciæ, sanctorum Tharacii¹, pre-sbyteri [al., Probi], et Andronici. + Eodem die, sancti Florentini martyris. IV Kal Octobris (28 Sept.). — + Romæ, natalis sancti Stactæi.

+ Genna civitate, depositio Salonii episcopi. + In monasterio Fuldensi, sanctæ Liobæ virginis.

+ Item sancti Wenceslai, martyris et ducis. nı Kal. Octobris (29 Sept.). — Eodem die, Anti-

Pridie Kal. Octobris (30 Sept.). — * In Placentina civitate, sancti Antonini confessoris.

* In Mediolano, translatio sancti Victoris martyris.

MENSIS OCTOBER.

Kal. Octobris (1 Oct.). — Treviris, sancti Nicetii, episcopi et confessoris.

* Eodem die, sanctorum Vedasti episcopi, et Bavonis confessoris.

vi Nonas Octobris (2 Oct.). - Eodem die, sancti Eusebii papæ k qui sedit in episcopatu annos septem, sepultus via Appia in cœmeterio Callisti ; hujus tempore inventa est crux Domini nostri Jesu Christi, quinto Nonas Maii. Ilic hæreticos inventos in Urbe manus impositione reconciliavit.

v Nonas Octobris (3 Oct.). — In Antiochia, sancti Theugenii. In Africa, Victoris, Urbani, Sapargi. Et alibi Felicis, Auponi et Casti.

ıv Nonas Octobris (4 Oct.). — + Autisiodori, Marsi, presbyteri et confessoris.

+ Item Dureæ virginis.

m Nonas Octobris (5 Oct.). — Autisiodori, depo-sitio sancti Firmati diaconi, et Flavianæ virginis. Pridie Nonas Octobris (6 Oct.). — Autisiodori, depositio sancti Romani, ejusdem civitatis epis-

copi et martyris.

batia vel ecclesia diœcesis Coloniensis, ubi Willibertus oratorium hoc consecravit.

^d Gregor. Turon. Ilist. Franc., l. 3, c. 8.

Est. Serg. I. Pontif., cap. 85.

f Pontif., cap. 47.

S Pontif., cap. 37.

^h Ibid., ćap. 2. ⁱ Ado, in Martyrologio, 29 Maii, et in libello Apost. Pontif., cap. 32 et intra, 2 Oct. i De his Ado in Martyr., 11 Oct.

* Pontif., cap. 32, et supra 26 Sept.

С

truxit. Hic constituit ut episcopus Ostiæ, qui consecrat episcopos urbis *, pallio uteretur:

Eodem die, Lini b papæ et martyris.

† In Capua Campaniæ, Quarti, et Marcellini. † Bituricas civitate, sancti Augusti presbyteri et confessoris.

viii Idus Octobris (8 Oct.). — Item Reparatæ et Goclæ virginum.

v11 Idus Octobris (9 Oct.). — In civitate Laodicia Phrygiæ, sancti Diodori.

+ In Provincia Rheta, civitate Augusta, sanctæ Afræ martyris.

† In civitate Vienna, multorum martyrum. † Romæ, Marcellini et Genuini. Et inter duas lauros, Priminæ.

vi Idus Octobris (10 Oct.). — In Malloso, post replerentur, addit vulgatus : Et aliorum trecentorum triginta, quorum corpora in palustria projecerunt A loca.

Eodem die, Veronæ°, sanctorum martyrum, Cassii, Florentii, et aliorum septem.

v Idus Octobris (11 Oct.). — Eodem die, natale sanctorum martyrum Nicasii episcopi, Quirini presbyteri, Scubiculi diaconi.

Turonis, sancti Venantii d abbatis.

ıv Idus Octobris (12 Oct.). — + Bituricas, sancti Opinionis presbyteri.

+ In provincia Syriæ, Evagrii, et Prosyriæ. Item Eustachii presbyteri.

+ In Campania, sanctorum Eucharisti, Fortunati, et Prisciani.

III Idus Octobris (13 Oct.). — In Hispania, Corduba civitate, sanctorum Fausti, Martialis, et Januarii martyrum.

Pridie Idus Octobris (14 Oct.). — Apud Viennam, sancti Agrati, episcopi et confessoris, et sancti Casturi, ejusdem urbis episcopi.

* Cordubæ, sanctorum Lupi et Aureliæ.

+ Lugduni in Galliis, translatio sancti Justi, episcopi et confessoris.

🕇 Herbipoli, dcpositio sancti Buchardi episcopi, successoris sancti Kiliani.

Idibus Octobris (13 Oct.). — Apud Viennam, sancti Deodati episcopi.

Romæ, via Aurelia, sancti Fortunati martyris.

+ Item Lubulii, Modesti et Fortunatæ.

xvii Kal. Octobris (16 Oct.). — + Apud Agrippi-nam Coloniam, sancti Eliphii martyris.

+ Item depositio sancti Galli abbatis, multis miraculis clari.

+ Eodem die, sancti Lulli, episcopi et confessoris. xv Kal Novembris (18 Oct.). - + In Campania civitate. Puteolis, Januarii, et Eutychis.

xiv Kal. Novembris (19 Oct.) — † In Istria, na-talis sanctorum Austeri, Neopoli, Sussii, Januarii, Festi et Desiderii.

x11 Kal. Novembris (21 Oct.). — In Galliis apud ^D Coloniam Agrippinam, sanctarum virginum undecim millium. Una dicitur Ursula, Sentia, Gregoria, Pinnosa, Mardia, Saula, Brictula, Saturnina, Rabatia, Palladia, Clementia, Grata ; et aliarum nomina scripta sunt in libro vitæ.

In Nicæa Bithyniæ, Afrigis, Macarii, Dicei, Proculi, Neapoli, Modesti, et aliorum numero septuaginta duorum.

XI Kal. Novembris (22 Oct.). - + Eodem die, sancti Severi episcopi Ravennæ.

x Kal. Novembris (23 Oct.). — Coloniæ, depositio sancti Severi episcopi et confessoris.

IX Kal. Novembris (24 Oct.). — Item Bonifacii •

^a Pontif., cap. 38. ^b Pontif., cap cap. 2.

· Verona has est Bonna.

d Creg. Tur. de Glor. conf., cap. 25.

Nonis Octobris (7 Oct.). — In Marco vulgatus A papæ, qui sedit Romæ annos tres. Hic sepultus est post Ardeatina, addit : Ubi vivens ecclesiam exs- via Salaria juxta corpus sanctæ Felicitatis ; hic constituit servum Clericum non sieri, nec obnoxium curiæ, vel cujuslibet rei

Coloniæ, sancti Evergisti, episcopi et martyris. vi Kal. Novembris (25 Oct.). — In Boaristo post Vaticano, addit Ado vulgatus : Hic titulos in Urbe divisit presbyteris, et septem diaconos ordinavit, qui custodirent episcopum prædicantem.

Autisiodori, depositio sancti Desiderii, episcopi et confessoris.

+ Item sancti Florentii presbyteri et confessoris. v Kal. Novembris (28 Oct.) — Eodem die, sancti

Ferrutii martyris. III Kal. Novembris (30 Oct.) — * Item passio sancti Feliciani cum sociis suis.

' Civitate Capuæ, depositio sancti Germani, episcopi et confessoris, cujus animam in sphæra ignea Benedictus abbas vidit ab angelis in cœlum deferri.

Pridie Novembris (31 Oct.). - + Eodcm die,

+ Item vigilia omnium sanctorum.

MENSIS NOVEMBER.

Kal. Novembris(1 Nov). — In Cæsarea Cappadociæ, sancti Macedonii.

+ In Sithii monasterio, depositio sancti Audomari episcopi.

† Augustoduni, sancti Primi episcopi. † Bajocas civitate, sancti Vigoris episcopi.

IV Nonas Novembris (2 Nov.). — Apud Viennam, sancti Georgii, ejusdem urbis episcopi.

+ Item passio sancti Eustachii, uxoris ac filiorum ejus.

III Nonas Novembris (3 Nov.). — Apud Viennam, sancti Domini, confessoris et episcopi gloriosi.

Pridie Nonas Novembris (4 Nov.). - + Augustoduni, sancti Proculi episcopi.

+ Item sanctarum virginum Modestæ et Perpetuæ

Nonis Novembris (5 Nov.). - + Capua civitate, sanctorum Euras, et Quardi martyrum.

vin Idus Novembris (6 Nov.) + In civitate Regi-donas, depositio sancti Melanii, episcopi et confessoris.

+ Item eodem die, sanctorum Leonardi confessoris, discipuli sancti Remigii episcopi, et Winnoci abbatis.

vii Idus Novembris (7 Nov.). -- Item Epternaco monasterio, natalis sancti Willibrordi, episcopi et confessoris.

+ Item sanctorum Rufi episc., et Herculani presbyteri et martyris.

vi Idus Novembris (8 Nov.). — + Item ipso die,

sancti Willehadi, episcopi et confessoris. v Idus Novembris (9Nov.) — Romæ, sanctorum Clementis et Symphoriani.

In Hispania sanctorum Fausti, Januarii et Martialis martyrum.

In Beryco civitate, crucifixio imaginis Domini nostri Jesu Christi

ıv Idus Novembris (10 Nov.). — + In Antiochia, sanctorum Demetrii episcopi, Aniani diaconi, Eustosii et sociorum eorumdem.

† In civitate Aurelianensi, depositio sancti Monitoris, episcopi et confessoris.

III Idus Novembris (11 Nov.). -- 🕇 Ravennæ, sanctorum Feliciani et Victorini mart.

Pridie Idus Novembris (12 Nov.). — Natalis + Bonifacii ¹ papæ, qui Romæ sedit menses octo, dies 22. Hic obtinuit apud Phocam principem, ut Sedes apostolica beati Petri Apostoli caput esset omnium

• Est Bonifac. I, Pontif., cap. 45. Alii habent eum.

^f Pontif., cap. 67. Est Bonifac. III.

Sancti Wolfgangi, episc. et confessoris.

Ecclesiarum Romana, quia ecclesia Constantinopo- A litana primam se omnium Ecclesiarum scribebat.

Apud Viennam, sancti Isici episcopi, qui post beatum Pantaganum præsedit Ecclesiæ.

† Item sanctorum Livini martyris, et Cuniberti confessoris, episcoporum.

+ In Cæsarea Cappadociæ, natalis sanctorum Germani, Theophili, Cæsarii, et Eusebii.

+ Daventriæ, sancti Lubvini, presbyteri et confessoris.

Idus Novembris (13 Nov.). - + Apud Viennam, sancti Leonici ejusdem Ecclesiæ miraculis clari.

+ Rotenis civitate sancti Amantii episcopi et confessoris.

xvni Kal. Decembris (14 Nov.). + Item sancti Eraclii, episcopi et confessoris.

xvii Kal. Decembris (15 Nov.). — Item sancti Eugenii, episcopi et martyris.

XVI Kal. Decembris (16 Nov.) — † Eodem die in Suevia. monasterio sancti Galli, natalis beati Oth-B mari, ejusdem monasterii post obitum sancti Galli primi abbatis.

xv Kal. Decembris (17 Nov.). — Viennæ sancti Manati, episcopi et confessoris.

† Item natalis sancti Gregorii, episcopi et martyris apud Pontum.

+ Item sancti Joannis monachi.

xiv Kal Decembris (18 Nov.). - + In Hispaniis, civitate Corduba, sancti Acisoleni.

+ Item Eraclea, sancti Cortheri, et aliorum quadraginta.

xIII Kal. Decembris (19 Nov.). — Romæ, Gelasii papæ », qui sedit in episcopatú annos quatuor. Hic Messenum episcopum, quem Felix antecessor ipsius damnaverat, revocavit, et communioni ecclesiæque suæ restituit. Hic libros adversus Eutychen et Nerium composuit.

+ In Eracles, sanctæ mulieres cum viduis quadraginta.

+ Augustoduni, sancti Simplicii, episcopi et confessoris

x11 Kal. Decembris (20 Nov.). - + Item Regenfledis virginis.

1x Kal. Decembris (23 Nov.). — In Clemente (de quo fusius habes in libello Apostolorum) post in libro Vita editi interserunt : Hic b septem regiones divisit notariis fidelibus Ecclesiæ, quí gesta martyrum sollicite et curiose perquirerent. Hic ex præcepto beati Petri suscepit Ecclesiæ, pontificatum. Linus et Cletus ideo ante eum scribuntur, quia ab ipso principe Apostolorum ad ministerium sacerdotale episcopi sunt ord nati.

Vico Sarchinio, deposito sancti Trudonis, presbyteri confessoris.

vn Kal. Decembris (25 Nov.). - + Eodem die sanctæ Catharinæ virginis et martyris.

+ Item sancti Mercurii martyris, qui passus est sub Decio imperatore.

D vi Kal. Decembris (26 Nov.). - In Lino, post meminit, additur in vulgato : Hic º ex præcepto beati Petri constituit ut mulier in ecclesia velato capite introiret. * Item Augustoduni, depositio sancti Amatoris

episcopi.

IV Kal. Decembris (28 Nov.). -– Romæ, sancti Gregorii papæ ª, qui rexit Ecclesiam annos decem. Hic constituit in canone a sacerdote dicendum : Quorum solemnitas hodie in conspectu gloriæ tuæ celebratur: Domine Deus noster toto orbe terrarum: intra quorum nos consortium, etc. Sepultus est in ecclesia sancti Petri.

* Pontif., cap. 50. Erat in solo P. sed præc. die.

^b Pontif., cap. 4. ^o Pontif., cap. 2.

^d Pontif., cap. 91. Est Greg. III.

Apud Viennam, sancti Philippi, ejusdem urbis episcopi.

In Sosthene, post discipuli addebatur in vulgato: Sancti Pauli, cujus meminit idem apostolus in prima Epistola ad Corinthios; et sancti Throphimi, de quo scribit Apostolus ad Timotheum : Trophimum • re-liqui infrmum Mileti (I Cor. 1, II Tim. 1v). Hic ab apostolis Romæ ordinatus est episcopus, et ad Arelatem urbem Galliæ, ob Christi Evangelium prædicandum directus. Ex cujus fonte (ut beatus papa Zosimus scribit) tota Gallia fidei rivos accepit. Qui apud eamdem urbem in pace quievit. 111 Kal. Decembris (29 Nov.) — + Item Romæ,

Arasonis, Saturnini, Chrysanthi, Mauri, et Darize, et aliorum septuaginta duorum.

Pridie Kalendas Decembris (30 Nov.). – -+Eodem die festivitas [baptismus] sancti Ambrosii, Mediolanensis episcopi.

MENSIS DECEMBER.

Kalendis Decembris (30 Nov.). - Item ipso die, Virdunensi civitate, transitus beatissimi Agerici episcopi.

Pridie Nonas Decembris (4 Dec.). -+ In Tuscia,

sanctæ Barbaræ¹, virginis et mart. vii *Idus Decembris (7 Dec.).* — Item Octavæ sancti Andreæ apostoli.

vi Idus Decembris (8 Dec.). — In Butychiano, post sepelevil, addit Ado vulgatus : Hic & constituit ut fruges super altare, tantum fabæet uvæ benedicerentur, et constituit ut qui martyrem sepeliret sine dalmatica, aut colobio purpureo, nulla ratione sepeliret.

+ Item Zenonis episcopi apud Veronam. Ipso die

Treviris, sancti Eucharii, episcopi confessoris. Iv *Idus Decembris (10 Dec.).* — Romæ, sancti Melchiadis papæ ^h, qui sedit in episcopatu annos quatuor, sepultus est in cœmeterio Callisti. Hic constituit ut die Dominica, aut quinta feria, nullus fidelis jejunaret ; quia ipsos dies pagani, quasi sacro jeju-nio celebrant. Et hic constituit ut ex consecratu episcopi oblationes propter hæreticos per ecclesias dirigerentur.

Viennæ, sancti Sinduphi, episcopi et confess.

111 Idus Decembris (11 Dec.). — În Damaso, post duos, additur in Adone vulgato : Aic¹ constituit ut psalmi die noctuque canerentur per omnes eccle-sias : et in fine, Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Hic multa corpora sanctorum requisivit, et invenit, quorum memoriam etiam versibus declaravit; qui sepultus est via Ardeatina in basilica sua juxta matrem et germanam suam. Idibus Decembris (13 Dec.). — + Ipso die, sancti

Auberti, episcopi et confessoris.

+ Item Orthiliæ virginis.

xix Kal. Janu. (14 Dec.). — Eodem die, beati Lupicini, Viennensis ecclesiæ octavi episcopi.

+ Lugduni, sancti Nicasii, ejusdem urbis episcopi et martyris. XIII Kal. Janu. (20 Dec.). — Autisiodori, beati

Greg. episcop. et confessoris.

xi Kal. Janu. (22 Dec.) — + In Antiochia, sancti Basilei episcopi.

+ Civitate Ostia, sanctorum Demetrii, Honorati, et Flori martyrum.

+ Romæ, via Portuensi, depositio sancti Felicis episcopi.

+ Item passio sanctæ Theodosiæ virginis, et Didymi monachi.

x Kal. Janu. (24 Dec.). — + Item Romæ, natalis sanctorum Eugenii, Eleutherii, Urbani, Cornelii,

• De Trophimo Ado. 29 decemb., tam in apost. quam martyr.

^f De ea Ado, 16 Dec.

^s Pontif., cap. 28. ^h Pontif., cap. 33. ⁱ Pontif., cap, 38.

Trajani, Victoris, Castulæ, Eutychiani, ac sociorum A ejus, et aliorum octingentorum triginta duorum.

vi Kal. Janu. (27 Dec.). — + Item ipso die, ordinatio sancti Jacobi fratris Domini, qui ab apostolis primus ex Judzeis Jerosolymis est ordinatus episcopus, et in medio Pascha martyrio coronatus.

III Kal. Janu. (30 Dec.). - + Item in insula Oya, sanctorum Florentii, Sereni, Pauli, Stephani, Papiani et Cleri.

в Greg. Tur., Hist. Franc, I. п. с. 14.

+ Turonis civitate, sancti Perpetui, episcopi et confessoris ª.

Pridie Kal. Janu. (31 Dec.). - + Rhætiariæ beati Hermetis exorcistæ.

+ Romæ, Donati, Paulati, Rogatæ, Dominandæ, et Hilarinæ.

+ In provincia Sicilia, civitate Catana, sanctorum Stephani, Potiani, Attali.

PASSIO SANCTI DESIDERII

EPISCOPI VIENNENSIS,

AUCTORE SANCTO ADONE EJUSDEM SEDIS EPISCOPO.

(Apud Canisium, Lectiones antiq., tom. II, part. 11.)

PRÆFATIUNCULA ADONIS, Viennensis Ecclesiæ antistitis, anno Incarnationis Domini DCCCLXX, indictione III, cnm Passione S. Desiderii episcopi Viennensi Ecclesiæ directa *.

Ecclesiæ, dilectissimis fratribus, et filiis ejusdem Ecclesiæ, in Patre et filio, et Spiritu sancto, vero et essentiali uno Deo, salutem.

Beatissimi Desiderii Patris vestri vitam, et martyrium, sicut antiquis scriptis commendatur, vobis idcirco revolvcre, et stylo committere aggressus sum, ut ejus incitamentis et studiis ad amorem vitæ ætcrnæ vos amplius inflammarem. Ut qui pastor vobis munere superno datus est, pascua vere innocentiæ, et postmodum æternæ societatis intercessione sui apud Dominum obtineat. Nec enim deerit vobis illius

Ado, peccator et humilis episcopus Vicnnensis B patrocinium, si ejus exemplo Domino Jesu Christo casto amore hæseritis. Qui est verum et æternum principium. Habetis enim non mediocre solatium, cum cernatis Ecclesiam veram præclarissimis confessorum et martyrum irradiatam fulgoribus, quorum splendore tenebras omnis erroris, Domino Deo nostro protectore, pedibus liberis evadere sufficitis. Gaudium et corona ipsorum, obsecro vos ego ipse servus et minimus ipsorum, state in Domino doctrinis, exemplis intercessionibus tantorum muniti. charissimi.

Magnus codex ms. præfatiuncula caret. CANIS.

INCIPIT

PASSIO SANCTI DESIDERII

EPISCOPI VIENNENSI8.

Desiderius, Viennensis Ecclesiæ clarissimus pon- C dem Anagildi regis Hispanorum filiam, quæ primum tifex, fuit a puero guidem sanctissime imbutus, vita purus, scientia Scripturarum non parum eruditus, in gremio sanctæ matris Ecclesiæ exercitate profecit. Inde ad culmen pontificale provectus, quantæ gratiæ fuerit, honor martyrii patefecit.

^a Fuit idem vir temporibus Chlotarii regis Chlodevei majoris filii, ac filiorum ipsius Chlotarii, Hereberti, qui sedit Parisiis; Chilperici, qui sedit Suessionis; Gunthramni, qui sedit Aurelianis; Sigiberti, qui sedit Rhemensium urbe, qui accepit Brunnehil-

Ariana, postmodum sacramento fidei catholicis juncta, operibus flagitiosissimis disjuncta; de qua Childebertum Sigibertus genuit. Hujus sororem Gansildam Chilpericus primum habuit, quæ postmodum, dolo Fredegundis strangulata est. Imperatores autem tunc temporis in Republica Romana Justinianus fuit major. Post quem Justinianus minor. Cujus tempore corpus B. Antonii monachi, revelatione divina repertum, in Ecclesia B. Joannis Baptistæ apud Alexandriam sepultum est; et ab Afri

• Hæc verba, *fuit idem vir.*ctc., usque ad illa sequentis. etc., *Cum longe lateque*, desiderantur in magno Codice ms. CAN.

ca atrocissima gens Wandalorum expulsa. Cui A quid ultra præbere, confortatus a viro Dei, de larimperatori Justinus succedit, sub quo gens Longobardorum Italiam invasit. Deinde imperavit Tiberius, post quem Mauricius.

Sed ut ad proposita revertar, cum longe lateque fama beati viri Desiderii spargeretur, et foris jam miraculis vulgaretur, atque virtus animi signis evidentibus patefacta claresceret, invidus omnis boni diabolus, in persecutionem tanti viri insani pectoris homines inflammat. Et quia videstat Domini Dei nostri Jesu Christigloriam per beatum virum ubique diffundi, quibus artibus valuit tantum opus pietatis exstinguere, aggreditur lacessere illum, et conviciis afficere primo, deinde etiam injuriis propulsare, sicut certa res manifestabit. Sed Desiderius de beatis pauperibus spiritu unus, cujus desiderium exau- B diebat Deus, et præparationem cordis ejus audiebat auris ejus, in petra fidei fundatus, tundi adversitatibus poterat, moveri a statu rectitudinis non poterat.

Igitur, interfecto Sigiberto rege factione Fredegundis reginæ, Brunnehildis regina cum Theoderico admodum parvulo, Childeberti regis filio, Burgundiam obtinuit. Femina incomparabilis libidinis, quippe quæ non timuerit incestuosissime Merovæo Chilperici filio, mariti sui nepoti, se misceri. Illoque tonsurato presbyteroque facto, tali namque ordine pater vix eum potuit coercere, per diversorum juvenum libidines excanduit, turpissimum lupanar ipsa semetipsam turpissimis juvenibus exponens. Cujus inaudita flagitia vir pontifex Desiderius zelo timoris Dei inflammatus, reprimere, et corrigere cupiens tam privatim quam publice, meliorem vitam arripere, et pœnitudinem facti habere monebat. Sed quiaqui arguit impium generat maculam sibi, novis et inauditis odiis cœpit sanctum virum detestari, ac ut vitam auferret meditari. Sed quia id aperte non poterat, exsilio deportari, et relegari in quadam insula virum Dei facit. Ubi quadriennio diversis laboribus fatigatus, non tamen auxilio omnipotentis Dei nudatus est ac destitutus, quippe per quem beneficia infirmis quibuscunque Deus noster ibi contulerit Nam quidam leprosus, inspectante populo, tactu beatissimi viri mundatus est a lepra, quæ totum illum asperaverat. Ab ea die qua insulamingressus est, cincindele oleo plenum, quod manu illius illuminatum fuerat, virtute divina permansit indeficiens, D semper ardens, et suam plenitudinem inexhaustam, ad gratiam viri Dei prædicandam omnibus manifestans. Et quod est mirabilius, quicunque cujuslibet infirmitatis a sancto pontifice ex eodem liquore perunctus fuisset, illico sanatus abibat.

Factum est autem ut vas plenum vini, propter adventantes qui inde haurirent, a ministro illius diligenti cura servaretur. Sed cum pluribus diebus jam expensum putaretur desecisse, et minister viri Dei id nuntiasset illi a, quia non haberet petentibns

Magnus Codex ms. G. adnuntiasset illi. Id.

^b Magnus Codex G. ms., doctorem. Id.

gitate, et bonitate Creatoris, mox ut rediit, plenum, quod paulo ante vacuum fuerat, vasculum invenit. Tua sunt hæc, Domine, qui pro te passos semper glorificas, qui duces gregis tui, ut oves tuæ sequi non metuant, coronis virtutum exornas.

Præter ea congregata multitudine sacerdotum, licet impia femina venena malitiæ suæ non evomuerit, tamen victa precibus, sanctum virum sedi suæ urbique reformarijubet. Quis dicere s ifficiat quibus gaudiis receptus fuerit, quot ulnis pietatis a clero et populo amplexatus, quibus lacrymis rigatus? Vere pastorem pium, quem nullius generis tribulatio a charitate ovium divellere potuit. Vere beatus populus, qui talem meruit suscepisse ductorem b.

Hic cum jam totus martyr esset corpore, hostiaque Deo placita, ut desiderium cordis ejus tribueretur ei, instaretque tempus ut poneretur in capite ejus corona de lapide pretioso : iterum simultate ° Brunehildis ac illam constuprantium, jubetur venire pontifex sanctus ad palatium, quo tunc temporis Theodericus juvenis residebat. Attemptatur itaque vir Dei atrum in priori sententia permaneret. Interrogatusque utrum melius esset uni viro mulierem conjungi, quamper diversorum juvenum appetitus libidines suas dispumare; a quo cum responsum esset, unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum virum habeat, et fornicatores, et adulteros Deum judicare, nec licere contaminari templum Spiritus sancti, cum corpora nostra templum essent Spiritus Dei, et si quis templum Dei violasset disperde-

C retillum Deus (ICor. vii; Hebr. xiii; ICor. iii) cum ergo hæc et his similia vir spiritu Dei perorasset, illico nuntiatur hæc Brunnehildi. Cæpit furere, virum Dei telis malitiæ suæ appetere, et qualiter vitam ei auferret cum juvenibus suis perquirere. Miserabile dictu, intra fores ecclesiæ repulsus vir Dei clauditur, et ut furenti satisfieret, clamor popularis a fautoribus ipsius incitatus attollitur : Rebellem hunc et Reipublicæ ac honoris patriæ contrarium.

Sciens itaque vir Dei jam ad palmam se vocari. maxime cum id revelatione angelica patefactum esset, intrepidus, imperterritus, fixus totus in Deo, horam præstolatur. Abstrahitur iterum ab ecclesia, et sanctus Domini indignis manibus pertractatur, atque agentibus Bettone, Gasifredo, et Æphane comitibus, impiissimi sceleris consiliatoribus, custodiæ mancipatur, atque ad territorium usque Lugdunense perducitur, super fluvium Calaronam. Hinc inde vallatus iniquorum hominum turbis, cum jam videret furentem multitudinem in mortem suam velle consurgere, supradictorum juvenum maxime hortatu, genua in terra figens orationi incubuit, ac pro suis persecutoribus oravit dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt (Act. VII; Luc. xm). Commendo tibi oves, quas gratia tua

° Magnus Codex S. G. ms., simulante. ID.

pergat, sed in sancto ovili Ecclesiæ tuæ congregatæ, vinculo charitatis adnexæ, vivant in te de spiritu gratiæ, custodiantur in æterna misericordia tua, Jesu Christe Filii Dei, qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

Insaniens itaque multitudo, cum furorem suum nequaquam reprimere posset, unus de sævientibus corrigions lapidem, cerebro orantis fortiter illisit, ac mox cerebello rupto sanguis undatim profluxit. Alter vallum ex utraque parte vehementer acutum tam cervici quam capiti infixit. Sicque sanctus pontifex martyrii palmam adeptus migravit victor ad Dominum. Tributaque est ei vita, et longitudo dierum in sæculum sæculi. Cui si non est dictum a pertum: Consenti nobis peccantibus; sile veritatem, ut fruamur cupitis amplexibus. Inde vere martyr, quia et veritatem tenuit et dilectionem, exhibuit in correptione patientiam. Mori non pertimuit, et suos quos Christo nutrierat, doceret pro veritate etiam constanter mortem excipere, quando veritas Christus sit; et quia nulla adversitate ad ultimum neque morte deberent separari a charitate Christi. Vere amabat ipsos a quibus injuste occidebatur, suaque pæna insinuabat illis quam periculosissime ipsi in æternum punirentur, qui flagitiose et facinorose vivebant, quando ipse ut ne talibus faveret, non modo committeret, pœnam quamcunque corporis excipere paratus esset.

Quæ autem ultio in præsenti impiam illam perculerit, ut ne impune quis credat se peccare, breviter C attingam : Chlotario [Clottario] rege judicantibus Francis, indomitis equis religata brachiis, et cruribus divaricatis, membratim discinditur, Deo illi pro voluptatis suis dignam pœnam retribuente.

Beati viri corpus, studio fidelium curatum, in loco passionis suæ sepultum est. Ibique quanti meriti apud Dominum esset, miraculis se publicavit.

Gontigit ut quidam pauperculus omnibus membris contractus, insupertrementibus membrisgravi passione agitarctur; hic in qualo virgeo ad memoriam martyris deportatus, mox ut cum fide opem martyris expetiit, perfecta sanitate incolumis rediit.

Claudius nomine habebat filiam multo tempore tibia claudicantem; accessit; filiam martyri sanansima effecta, torturam claudicationis amisit.

Dici non potest quot cæci ibi lumen inexpertum receperint, dæmoniaci purgati sint, claudi sanati, et diversis infirmitatibus diversi curati. Sed et si qui cum fide tulerint assellam de fuste illo quo sanctum caput illius terebratum est, sive a dolore dentium. sive a typo variarum febrium, sive ab aliis infirmitatibus, meritis beati martyris liberantur.

Evoluto itaque tempore, visum est pontifici Viennensium et sanctissimo clero, ac universo populo,

* Magnus Codex ms. S. G. utrumque.

suscepi regendas. Nono illas luporum rabies dis- A ut precibus suis pervincerent Chlottarium tunc temporis pium regem, quatenus concedere dignaretur eis membra beatissimi viri, quæ sicut sepulta fuerant, in diœcesi Lugdunensi, et in loco passionis suæ servabantur. Quæ idem pius rex clementer indulsit; videbat enim dignissimam rem et Deo charissimam illos postulare, et affectum piorum filiorum circa patris reverentiam esse profusum; quis tantum opus pietatis quærentibus non concederet? Debent patres fillis thesaurizare; thesaurizavit plane iste thesaurum illis non deficientem in cœlis, quos purpura sanguinis sui, ad decorem filiorum, supervestivit ; debent et filii patribus affectum pise charitatis et obedientiæ, ac de pomis desiderabilibus virtutum eos reficere, ut eorum gustu et odore refesccutoribus : Sacrifica dæmonibus, est tamen dic- B cti, et satiati, in charitate templum decoris, et domus Dei, unum in Christo fiant; quæ gratia piæ matris Ecclesiæ major, quam ut videat filios suos digne Deo ambulantes? Caput humilitatis in compage charitatis connexum, membris vigorem, timoris et pietatis bonæ spei subministrare?

> Revertuntur alacres a principe, tam clerus quam populus, desiderium cordis sui, desiderium amoris sui quod impetrare meruissent. Benedictus Deus qui dedit hoc in corde regis, ut magnificaret civitatem nostram de receptione beatissimi pastoris nostri ac martyris sui. Congregatur universa Ecclesia, gaudium tam celebre omnibus indicitur, parantur cruces, parantur luminaria, feretrum prctiosissimis vestibus componitur, festivis ornatibus universi induuntur, ac tali pompa honoris fit processus ad sanoti pontificis martyrium.

Rem dicturus sum devotionis in Deum plenissimæ. Populi tam Viennenses guam Lugdunenses in unum conveniunt, fit pia altercatio, Lugdunenses martyrem habere, Viennenses pastorem referre ; atque inter utrosque charissima concertatio, cum isti acquisitum, illi reposcerent patronum. Isti, cum quibusmartyr in Deo vivebat; illi, cum quibus et carne magister vixerat. Quid longius morer? dum perseverantissime utrinque * pro amore martyris in sententia durarent, ruit nox. Viennenses qui plus dilexerant, et quibus justior causa famulabatur, consilium subtilius capessunt. Furtim egesta humo, et sanctum sepulcrum reserantes, navicula cum rete piscatoria parata, subcelant corpus, atque per Saodam commisit; oleo ipsius ut per inita est, sanis- D nam bet Rhodanum ante mittunt; lætis undis, tam sanctum funus, et ipse Rhodanum suis civibus serviturus excipit. Crepusculum rediit, atque caterva Viennensis cum feretro vacuo pedestris revertitur. Exsultant Lugdunenses decepti vana spe; sed non diu tam felix furtum eos latuit, sicque lætitiam desperata victoria perdiderunt.

> Illi autem qui navi transferebant membra pontificis, ut venerunt contra Fasianam villam, appulerunt ad littus, sustinentes sanctam catervam pedestrium. Erat tunc temporis ager Fasianus, jam ut

> ^bCod.ms. in margine: Saone fumen fatissinger. ingreditur Rhodanum apud Lugdunum civitatem.

proprius delegatus pauperibus sanctorum marty- A cum, juxta tumbam episcopi, el martyris Desiderii rum in guorum honore Viennensis Ecclesia fundata consistit; nam ante sicut idem martyr in testamento suo quod fecit sanctis martyribus Machabæis, et sancto Mauricio, ac sex milibus sexcentis sexaginta, commemorat, ex maternis et paternis eadem villa, sorte beato Desiderio obvenerat. In quo testamento, quod præsentibus sanctis coepiscopis manu propria fecit, sub Dei omnipotentis obtestatione constituit, ut nullus præsumeret votum ipsius, intuitu pietatis perfectum, in aliud quam ipse statuerat mutaret. * Quod si aliquis spiritu cupiditatis incitatus fecisset, si sententiam suæ actionis pænitendo non mutaret, anathema in æternum fieret. Sustinentes igitur vectores sancti funeris, in hac villa illos qui per terram pedestres veniebant, in loco mundissimo, B interim sancta membra composuerunt. Quid miraculi tunc contigerit, silere non puto.

Mulier multis annis ab spiritu immundo vexata, illuc manibus suorum attracta, ut sancti martyris locum attigit, illico virtute divina curata est.

Ut autom B. Ætherius tunc Viennensis antistes cum reliquis qui in urbe remanserant advenit, et sancto feretro ulnis piorum subvecto, chorusque beati populi, voces cantantium Deoque nostro psallentium, in altum sustulit, quis ibi tam ferreum pectus, tam dura præcordia habere potuit, qui non aut gemitum, præ nimia exultatione cordis emiserit, aut lacrymis ora rigaverit?

Tali igitur cœlesti agmine præeunte et subsequente, pervehitur B. viri corpus usque ad locum sepulcri, quod digna veneratione paratum erat, in ecclesia beatissimorum apostolorum Petri et Pauli, extra civitatem, ubi et multorum pontificum ejusdem urbis Yiennensis membra tumulata servantur. Cumque jam odoramentis, et pretiosis linteaminibus involvendum sanctissimi martyris corpus, episcoporum manibus tractaretur, quod in laude omnipotentis Dei reticendum non est, ita sanctissimi capitis vulnera integrata apparuerunt, ut penitus ubi catis rupta fuerit non appareret. Nam et reliquum corpus suis juncturis et nervis constrictum, sana pelle sua vestitum manebat. Recinentibus choris Psalmisque antiphonatim consonantibus.

Ut sanctus Dei tumulo est ad tuitionem totius urbis compositus, mox gloriosà mulier, quæ fuerat quondam beati Ætherei in laicali habitu conjux, sed D tunc vere sanctimonialis, hominem a nativitate cæ-

• Quæ seguntur, desiderantur in magno Codice ms. S. G.

constituit, eumque fidem habere præmonuit; adfuit virtus divina quæ semper suos glorificat, et quanti meriti esset apud Deum is qui in loco illo teneretur, evidentibus signis manifestavit; nam in conspectu totius Ecclesiæ, cæcus isdem lumen inexpertum recepit. Multaque postmodum ibi Dominus perservum suum operatus est, quæ si universa quis scribere voluerit, volumen longi operis consummabit.

Passus est autem beatissimus Desiderius Ecclesiæ Viennensis episcopus, temporibus Theoderici Burgundiorum regis, factione Brunnehildis incestuosissimæ reginæ, iniquitati illius consentientibus et faventibus Bethone, Ephane, atque Gasifredo comitibus. Dies passionis illius celebris habetur x Kal. Junii, regnante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Dies translationis ejus, quando translatus est ab territorio Lugdunensi, in ecclesia beati Petri agitur m Id Feb.

ABHINC DICTA EPISCOPI ADONIS VIENNENSIS.

Hæc vobis, beatissimi fratres et filii, plena veritate, sicut in membranis antiquioribus insertum vidi, ad commonitionem vestri transposui. Obsecrans, et pietate qua vos diligo sanctitatem vestram commonens, ut hujus aliorumque patronorum vestrorum meritis assurgere totis viribus elaboretis. Sedeat vestro animo illorum fervens in Deum religio, Charitas pura, assiduitas totius honestatis, patientia in varietate temporis perseverans, modesta et bonis Christianorum moribus decens, verecunda et pudica mansuetudo in omni habitu et continentia, Deo chara et amabilis unanimitas, ut cum cursum hujus vitæ per viam patrum vestrorum consummaveritis, lætitia sempiterna pariter cum eis intercessione illorum perfrui mercamini. Sitque cumulus justitiæ ipsorum, profectus vitæ vestræ, et gaudium perpetuum corona glorificationis vestræ.

INDICULUS ISONIS.

Hanc autem Passionem præfatus Ado episcopus nobis fratribus, cænobio sancli Galli, sub Grimaldo abbate Deo militantibus, reliquiasque S. Desiderii ab eo postulantibus, cum ipsius aliorumque sanctorum reliquiis, actibus quoque et passionibus infra descriptis, anno suprā memorato, per nuntios satis sideles dirigere curavit.

ADONIS PRIVILEGIUM

OUO

ECCLESIAM VELNENSEM ABBATIÆ S. EUGENDI JURENSIS CONFIRMAT.

(Ex Baluzii Miscellaneis)

Anno 870 Incarnationis Domini nostri Jesu Chri- A capite per sanctissimos presbyteros omnem causti congregata sancta synodus Viennæ metropolis Ecclesiæ, domno et venerabili archiepiscopo Adone præsidente, et vigilantissima cura causas ecclesiasticas et filiorum suorum necessitates investigante, ac ecclesiastico more definiente, adveniens reverendus vir Manno præpositus cœnobii sancti Eugendi Jurensis, adventus sui causam manifestans, protulit in medio, quamdam ecclesiam ex cœnobio prædicto et infra Viennensem diæcesim sitam in villa Velnis. dotatam in honore sancti Petri, privilegio sibi concesso ab antecessoribus sanctissimi jam fati archiepiscopi, necnon ab ipso compontifice usque ad id tempus conservato, proclamante vici sancti Albani rectore desolatam esse : protulit etiam isdem venerabilis præpositus scripturam inquisitionis temporibus piæ recordationis Domini Agilmari factæ, eo B quod et tunc temporis altercatio habcretur inter ipsarum rectores Ecclesiarum : sed quia eam sancta Synodus irritam judicavit, eo quod canonicor..... roboratam non vidit, placuit sanctissimo pontifici a

sam reiterari, quatenus veritate comperta altercatio diu ventilata firmaretur.

His igitur testantibus et dicentibus ordinem veritatis, visum est domno pontifici una cum consensu sanctissimæ synodi, quatenus sicut in diebus Antecessorum suorum sanctorum pontificum honorata fuit sancta congregatio cœnobii beatissimi Eugendi, sic et in hac petitione, et in cæteris necessitatibus suis honorem et opem ferret ad vires suas sancta metropolis Viennensis Ecclesia, et ut sopita querela firmius privilegium suum super facto Viennensis Ecclesia in futurum possideat, litteris etiam roboretur. In hunc itaque modum ego Ado Viennensis Archiepiscopus consentiens, et pio consilio filiorum meorum annuens, manu propria subter firmavi, sanctisque filiis meis secundum morem ecclesiasticum firmare rogavi. Actum Viennæ publice mense Aprilis, episcopatus domni Adonis anno decimo, indictione tertia.

VITA SANCTI THEUDERII

ABBATIS VIENNÆ IN GALLIA.

Auctore sancto Adone ejusdem urbis episcopo

(Apud Mabill., Act. SS. ord. S. Bened, tom. I. psg. 678. ex mes. codd. quorum fragmenta Benedictus Gononus in Append. ad Vit. PP, Occid. retulit.)

1. Ado, Viennensis episcopus, fratribus in cæno- C rentibus secundum sæculi dignitatem clarus, faculbio sancti Theuderii a consistentibus in Domino Jesu Christo æternam salutem. Patris vestri Vitam, id est beati Theuderii, idcirco vestræ sanctitati scriptis meis commendare disposui, ut vos suis exemplis ad amorem vitæ æternæ amplius invitarem. Cupio enim ejus imitatores et æmulatores vos existere, cujus patrocinium Dei munere acquisivisse plurimum gaudeo. Cujus igitur viri primus ortus et vitæ processus taliter se habet.

Theuderius Viennensis, facultatibus distributis, Lerinum petit

2. Hic beatus vir provincia Viennensi ortus, pa-

Abbatia S. Theuderii, vernacule Sainct-Chef, olim ord. S. Bened., nunc in ecclesiam collegiatam

tatibus mundi honorabilis exstitit. Qui cum adhuc puer esset, ad amorem vitæ æternæ anhelare piis studiis coepit : et quia parentibus claris ortus pecuniam non parvam ex censu patrimonii acquisierat, ut perfectus Christi discipulus exsisteret, eam dare pauperibus ut centuplum reciperet, et in futuro vitam æternam possideret, non distulit. Sarcina igitur temporali exoneratus ac sæculi veste ad plenum nudatus, ut perfectius Domino Deo serviret, Lirinense cœnobium expetere cogitavit.

A S. Cæsario detinetur.

3. Parentibus itaque derelictis, ac Deo totum se

conversa, et mensæ archiepiscopali Viennæ Allobrogum unita est.

committens sub hoc desiderio Arclatensem civitatem A expetiit, ubi tunc sanctus Cæsarius pontifex habebatur, ut solatio pontificis jutus, per ipsum facilius iter ad insulam monachorum capesseret. Sed summi Dei omnipotentis dispositione actum est, ut consiliis sanctis sancti pontificis aliquantulum ubi retardaretur. Ferunt namque quia primo cum se prospexissent, propriis vocabulis se salutaverunt, at que omnipotentis Dei virtus pariter utrumque dono gratiæita inspiraverit, ut qui ante notitiam sui non habuerant, mox corpore se videntes, quod vere servi Dei essent' compellatione mutua foris nescientibus manifestarent. Vere instar illius beatitudinis, ubi erit plena cognitio veritatis, ubi unu; integre et veraciter ab alio cognoscetur : quando non per speculum aut in ænigmate, sed facie ad faciem Deus videbitur, qui B a fluvio [deest forle :aira], usque ad ipsum fluvium illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium. Rescitis itaque B. Cæsarius desiderii ipsius ardoribus, congaudens, Deoque omnipotenti gratias referens, sic beatum Theuderium alloquitur : O famule Dei, si verbis meis assensum dederis, erit Dominus tecum, et consilium cordis tui corrobarabit. Maneto tantisper nobiscum ecclesiastico ordini subditus. Quod Dei munere tibi imposuerimus, humiliter sustine, ut sicut Scriptura docet, cum mansuetudine et humilitate opera tua perfeceris, super omnem gloriam dirigaris. Cui B. Theuderius : Scio, Pater beatissime, a Domino suis dictum : Qui vos odit me odit, et qui vos spernit, me spernit (Luc. x, 16). Ideirco tuis monitis ut Domini jussionibus parere non differam. Substitit itaque ibi B. Theuderius secundum voluntatem B. Cæsarii, et die nocteque jejuniis, vigiliis, et orationibus vocem animi sui Deo committens, non parvam lætitiam proferens sui tam pontifici, quam Deo contulit.

Presbyter factus Theuderius redit in patriam.

4. Convoluto autem tempore cogitans B. Cæsarius divinis eum amplius vincire ministeriis, illo diu reluctante et reclamante diaconi officium imposuit, ac sic ei non post longum tempus presbyteri dignitatem cuncto clero et populo acclamante largitur. Quod officium ita S. Theuderius reverenter amplexus est, ut videret eum meritis et gratia cæteros præeuntem, officio mirabilem, humilitate etiam minoribus se submittentem, cogitans illud Dominni dictum : Qui ræ dicentis: Quanto magnus es, humilia te in omnibus (Bccli. III, 20). Curriculo autem temporum evoluto cogitavit vir Dei revisere provinciam nativitatis suz.et parentes suos consolari. Itaque voluntatem suam sancto episcopo aperiens, ab ipsoque benedictionem eundi et redeundi expostulans, grandi mœrore primo eum affecit. Deinde S. viri animo se non posse contraire cernens, assensum licet tristis dedit cumque benedictionibus discessit ab urbe Arelatensi prosecutus clero et populo flente quod vir Dei ab eis recederet, tandem abire permisit.

Viennæ descriptio.

5. Veniens itaque S. Theuderius non longe ab urbe Viennensium, perquirere instanter cœpit, ubinam cellulam habitationi; suæ perficeret. Ut igitur paululum articulum scribentis ad Viennensem urbem deflectam : Vienna urbs est Galliarum nobilissimaad occidentem et propter aquinolarem partem castris præeminentibus munita ut non facilis sit accessus ad mœnia c'vitatis. Castrum primum ad meridiem vergens Cappro. Cui vicinum est Eumenius, proxime Quiriacus. Cui muro per vallem protenso jungiturPropic acus etPompeiacus centum diis apud cultores dæmonum quondam celebris. Non longe quintum castrum annectitur, cui nomen vetustas Suspoli dedit : ipsaque tota civitas cum suis castris Rhodanum protenso per colles usque ad planum muro cingitur, metropolis illustrissima, et inter Galliarum urbes insignissima.

Theuderius cellam ædificat facto miraculo.

6. Cum igitur vir Dei locum sessionis suæ requireret, pervenit tandem ad locum suæ solitudini aptum non minus procul ab urbe; ibique in honore Domini nostri Jesu Christi, sub veneratione beati Eusebii Vercellensis episcopi et martyris, domunculam ædificare cœpit. Contigit autem fundamentis jactis ut collis propter eminens grandi prærupto scinderetur, ac ruinam loco prætenderet : sed oratione viri Dei ab illo qui suis dixit: Sihaberetis fidem, tanguamgranumsinapis, diceritismonti huic: Tran-C si hinc in mare, et transiret (Luc. xvii, 6), mirabile dictu! in parte alia nihil ædificationi nociturus subsedit. Exin ædificata domo, reliquiisque sanctorum altari impositis iterum vir Dei circumambulans juxta Jaïram fluvium ubi cellulum servorum Dei fundaret, secum in cordis secreto volvebat. Arripitur propterea somno, moneturque per visum ut super ipsam aquam B. martyris Symphoriani basilicam construeret. Factumque est : ac exornato loco monachos ibi servire Deo delegit. Crescebat autem fama viri Dei, ac longe lateque spargebatur. Nec enim patiebatur Christus Deus noster lucernam sub modio celari.

Varias cellas construit.

7. Accurrentibus ergo plurimis ad notitiam viri se humiliat exaltabitur (Luc. xvIII, 14); et Scriptu- D Dei, frater ejus Arvus, sed et propinqui alii visendi gratia inter cæteros quadam die advenerunt : quos ille blande et paterne amplexatus, de spevitææternæ et remuneratione sanctorum eos pie monebat. Inflammatus vero nimium et ardore Spiritus sancti accensus, venit ad castrum nuncupatum A'arona, ibique monasterium monachorum instituere cupiens, oratorium B.Petri apostolorum principisconstruxit, ibique orationibus et vigiliis Deo vacans per aliquod tempus resedit. Postmodum veniens ad vicum et villam parentum suorum, cui vocabulum est Assicia, ubi oratorium in honore B. Mauricii martyris parentes ejus construxerunt, prosternens se inoranipotentis misericordiam, ut condignum locum servorum Dei habitationi ei demonstrare dignetur. Cum autem se sopori dedisset, visus est ei angelus Dei. qui et locnm secretum in colle Rupiano signavit, et ut ibi monasterium quod ardebat[id est, desiderabat], construere præmonuit. Erat tunc temporis hic locus utpote silvestris feris ac serpentibus plenus. Evigilans vir Dei venit ad locum sibi divinitus monstratum, ibique aliquantulum Deo orationem fudit. Sed invidus omnis boni diabolus, ut sanctum virum Dei ab intentione coepti retraheret, sicut per serpentem primis parentibus venena suæ perfidiæ propinavit, iterum serpentem ingressus, et ferarum iras movens appetere retinuⁱt. Cujus versutias vir Dei prænoscens armis orationum se muniens intre-B pidus stetit, ac fraus diabolivicta evanescendo succubuit. Annuente itaque Viennensium episcopo constructa et basilica celeri opere in veneratione sanctæ Dei genitricis Mariæ, atque de facultatibus tam parentum quam propinquorum suorum monasteriolum dotatum, et monachi juxta regulam Sanctorum Patrum sunt instituti.

Eligitur orator populi ad Deum.

8. Eodem tempore Philippus a venerabilis episcopus Viennensis vicesimus primus habebatur. Consuetudinis erat in eadem urbe unum de pluribus electum sanctioris vitæ in remoto infra eamdem urbem ponere, qui vota populi, contemplativæ vitæ solum deserviens, Deo familiarius allegaret. Pontifex reret, cui et populus imperio ipsius quod ad salutem pertinet secreta sua committeret, beatum Theuderium jam monachorum patrem existentem se habere tantopere gavisus est. Itaque eum accessiri jussit. Sciens vero beatus vir quo tenore a pontifice quæreretar, gratiæ Dei se totum committens, præposito suo Severiano nomine curam monasterii sui superposuit, et exhortans atque valedicens fratribus, commendans illos Domino cui spem suam commiserat, ad pontificem perrexit. Quem isdem pontificx venerabiliter suscipiens, congregato clero omnique plebe sanctum virum fratribus de misericordia Dei ecclesiæ filiis assignavit, ut oratione B. viri ipse lucrum de grege sibi commisso ad Dominum reportaret. Elegit itaque sibi vir beatus in monte Quiri- D nali locum et Basilicam B. martyris Laurentii, ubi die noctuque orationi Deo vacaret.

Ejus virtutes et commendatio.

9. Quantæ autem districtionis quantæque humilitatis hic vir fuerit, non facile quavis lingua explicabitur. Lacrymis profusus, oratione cautus, corde totus in Domino fixus, de paucitate vero cibi et potus ac vilitate habitus quod dignum exprimere possim non video : quando in cilicio recumbens. noctes diesque sine cibo et potu continuaverit. Quia ergo populi undique ad eum confluebant, ipse sub secreto quantum poterat se occultans fenestram per-

tione, continuis diebus et noctibus rogabat Dei om- A modicam aperiens, advenientibus monita dabat. Contulerat autem ei Christigratia cordis sapientiam et oris gratiosam facundiam, ut sciret quod singulis salubriter panderet. Quis vulnere diaboli percussus ad eum venit et non continuo medicatus sanusque recessit! Quis mœstus de pondere peccatorum suorum nom statim de misericordia Dei consolatus securior et lætior rediit ? Quem seculi pressura tristiorem reddiderat, ejus hortatu ad spem gaudii sempiterni animum illico erexit. Ut dictis Apostoli concludam totum, Omnibus omnia factus est ut faceret omnes salvos (I Cor. 1x, 22). Miraculis etiam Dominus servum suum familiarius adhærentem clarificavit, ita ut plures a malignis spiritibus vexati, et variis languoribus detenti ejus orationibus sanarentur.

Morti proximus Deo ferventius vacat.

10. Mansit autem isdem sanctus vir duodennio in loco præelecto et sibi dulcissimo : Deo semper ardentissima contritione spiritus ac corporis totum se mactavit. Cum autem tempus suæ resolutionis instare cerneret, ferventius in alta mentis contemplatione perdurans, quasi vicinior januis cœlestis vitæ oculum mentis ad alia deflectere ægre ferebat. Intererat amore Conditoris sui visioni, aderant desideriis ejus agmina cœlestium spirituum chori, apostolorum multiplicia tropæa, martyrum sanctorum in cœlis inenarrabilis lætitia. Non sonus, non cibus ullus præter Christum suavis. Inter tam felices et beatos labores cum aliquantulum vir Dei corpore languesceret, plenus et consummatus piis operibus itaque cum ex diœcesi virum plenum virtutis requi- C migravit ad Dominum. O virum beatum post tot labores gaudiis sanctorum spirituum in societate sanctorum annumeratum, et visione Domini sui quem semper a mavit æterne consolatum et feliciter lætificatum !

Sepelitur. Corpus immobile redditur.

11. Postquam obitus sancti viri civitati est nuntiatus, ivit tota civitas in obsequium funeris, sacerdotes, reliquusque olerus, et populi innumera multitudo. Compositum ex more corpus iu feretro cooperitur : cumque a circumstantibus presbyteris post officia reddita ut ad sepulcrum ferretur sanctum feretrum fuisset apprehensum, moveri a loco non potuit, mirantibus et stupentibus omnibus qui aderant, et sollicito quid facto opus sit quærentibus. Ut S. pontificis decreto definitum est (quamvis populus contrairet) quatenus ad monasterium suum portaretur (quod est mirabile), illico tanta facilitate est motum, ut nullius ponderis esse putaretur. Pervenitur in suburbio civitatis ad basilicam S. Romani martyris in vico Brenniaco, ibique paululum repausatur : quod supererat noctis, pervigilem duxerunt. Quid autem miraculi contigerit non prætereundum puto.

Vinum multiplicatur in gratiam bajulorum sacri corporis.

12. Sanctimoniallum feminarum Deo in monaste-

• Philippus concilio Lugdunensi, anno 567, et Parisiensi IV, anno 573, præsedit.

riis Viennæ servientium charitate et obsequio cura- A autem ad locum sepulturæ perventum est, quidam tum est, ut fatigatio præcedentium et subsequentium fratrum aliquantulum relevaretur. Hæcancilla Dei quæ congregationi præerat in superiori monasterio, tria vascula vino plena post sanctum funus misit, unde sitientes refocillari potuissent et hiquivigilias agerent recrearentur. Bibitum est quousque vascula exhausta fuerint. Aderat tunc ibi Severianus olim viri Dei præpositus cum fratribus qui sancto obviam venerant. Quidam ex eis unde biberent cum quæsissent, non invenerunt. Sed quid divina virtus per sanctos suos non operatur? Ancillæ Dei quæ vascula plena vino detulerant, cum diluculo ad monasterium reverti vellent, sua vascula repetentes quasi nihil inde hauserint plena repererunt. Vere tunc isdem opequi in Cana Galileæ saporem aquæ convertit in vinum Suffecit bibentibus liquor divinæ virtutis, ut etiam admonasteria urbis satis inde referretur, et ad laudem Domini nostri Jesu Christi publicum miraculum fleret.

Cæcus illuminatur. Contractus origitur.

13 Ferebatur autem corpus sanctum humeris procerum, qui vicissim sibi desiderio pio succedebant. Et cum esset cœlum nubilum et aer sudus, omnesque timerent tempestatem adventuram esse, subito serenitas B. viri meritis reddita est. Delatum est santum corpus in locum Duodecim nuncupatum, ubitale miraculum divina virtus præstitit. Gæcus quidam ita natus per triduum sanctas) turbas cum funere B. viri venturas sustinuit. Ut potuit tetigit C velamen feretri, et continuo ab oculis ejus sanguis profluxit, ac statim inexpertum lumen recepit. Ut

homines pleni fide detulerunt ibi debilem membris contractum, ita ut natibus ipsius plantæ inhærerent. Adfuit sancti viri meritum : sanus enim pedibus a sepulcro sancto rediit. Quod ne alicui commentitium ct non vere actum videretur, ipsi ambo, sive qui cæcus fuerat, sive qui gressum negatum receperat, in monasterio viri Dei usque ad mortem devoti perstiterunt, atque viva voce divina in se facta miracula promulgaverunt.

Cera crescit.

14 Ad tenebras noctis fugandas cera defuissse putabatur. Tristati fratres quo se verterent non habebant; sed timorem illorum depulit ille qui in dentiratus est, ut servum suum magnificaret in vasculis B bus manducantium quinque panes in solitudine accrescere dedit. Nam cera inter manus eorum ita creverat, ut de parva quantitate plurima luminaria accreverint. Curatum est ergo sanctum corpus digna veneratione et in sepultura quam olim sibi ipse præviderat venerabiliter celatum, ubi se cum Deo vivere crebris miraculis ad laudem Domini Jesu Christi manifestat. Quem si patronum apud ipsum, filii et fratres mei, habere desideratis, vitam ejus imitari plenamàmore concupiscite. Desiderabat enim hic sanctus vir lucra semper Domini sui, et de vestra corona et ipse in Christo gratulari. Nunquam a vobisdaberit, si vos de conversatione ejus vitæ animam et vitam non elongaveritis. Dominus autem qui illi meritum gratiset præmium æternum contulit, vobis et desiderium omnis boni augeat, et obedientiam sibi gratam perfectionem plenam justitiæ donet.

APPENDIX AD S. ADONIS OPERA

TRANSLATIO SEU ELEVATIO S. BARNARDI,

EPISCOPI VIENNENSIS,

Facta anno DCCCCXLV, 1X, Kal. Maii; scripta ab auctore anonymo ejus temporis.

(Apud Mabill., Acta SS. ord. S. Bened.)

suevit tribuere omnipotens Deus, ut coruscantes miraculis spargant per populos famam laudis : et nostris temporibus de magnifico Patre nostro Beato Barnardo pontifice visiones clara ostensione sunt revelatæ hominibus, ætate meritoque diveris. Sed cum nullus acquiesceret, ostendit se cuidam viro, nomine Rainaldo, ætate longæva et sacerdotali gratia sublimato: cujus relatione omnis dubietas merito pelleretur, quia erat vir nobilis, et castitatis munere insignis; et, ut ipse retulit, ita sibi apparuit. Dum quiesceret in strato suo sub profundo no-

1. Regni cœlorum civibus tantam gloriam con- D ctis silentio, apparuit ei quidam vir magnæ auctoritatis, sacerdotalisstola indutus, ferens archiepisco-pale pallium, qui eum vocavit, dicens: Rainalde, me, te volo scire, conditorem hujus fuisse loci, et ut corpus meum fratribus tuis præcipias transferri, quod indigne concluditur in cœno aquarum. Cœpit autem eadem revelatio multis apparere, et minaci voce idem sanctus, ut celerius fieret, præcipere; et nisi obedirent suís sermonibus, locum asserebat, quem fundaverat, desolaturum.

2 Igitur tertia feria infra albas Paschæ, nono videlicet Kalendas Maii, anno Dominicæ Incarnationis

corpus ejus, et a tellure levatum summa cum lætitia. Sed cum a tumulo membra beati pontificis leva-rentur, visum est senioribus vino ^b ablui, ex quo multa sunt officia languentibus præstita. Vidimus energumenos, atque lunaticos hujus liquoris unda

Sic annum signat Breviarium Romanense, apud Bollandum anno 844 et sane rectius, nam eo anno Pascha incidebat in Aprilis diem 14, feria tertia infra albas (quo die facta translatio) in ejusdem mensis diem nonum Kalendas Maii seu 25 Aprilis.

nongentesimo quarto decimos, detectum est sanctum A potatos, viribus convaluisse, sedata impulsione dæmoníaca. Sed postquam ferétro impositæ fuissent beatæ reliquiæ, fit clamor sanctorum, gaudentium; atque ad sinistram altaris apostolorum, quod ipse vivens sacraverat, locantur o summa cum lætitia populorum.

> ^b Hunc morem in translationibus sanctorum observari solitum alias notavi.

> • Sancti Barnardi reliquiæ in eo loco non amplius comparent, ut putavit Lievræus, sed a Calvinistis combustæ creduntur.

MIRACULA EJUSDEM

Actore anonymo Vienneusi episcopo, ex num. 7, qui sæculo x vixit.

(Apud Mabill., ibid.)

1 Quamvis imperitia mea in posterum velut inscia B pro beati adventu Barnardi, ivit statim, et visum litterarum calumniabitur, tamen vis amoris domini antistitis alitorisque a mei Barnardi compellit me scribere virtutes nuper gestas. Cum igitur Aquita-nici populi cum pontificibus concilium ^b apud civitatem, quæ dicitur Vetula, in pago Vallavorum, celebrarent, adfuit et Romanensium congregatio, corpus prælibati pontificis deferens. Si quis ergo volucrit scire virtutum illic gestarum copiam, vera inde excipere poterit indicia, quod arca, qua sacratissimum ejus corpus continetur, auro argentoque decenter ornata, ex oblationum abundantia, quas illi fidelium detulit manus devota, fabrili opere hactenus contexta cernitur: quod et aureæ testantnr cruces, necnon candelabra auro argentoque decora

2 Subsequenti autem tempore erat Romanis quædam sanctimonialis femina officio, linguæ privata, quæ in ecclesia permanens, rogabat Deum intima cordis compunctione. Die ergo natalis apostolorum C Petri et Pauli, cum jam vespertinis hymnis ex more dictis pueri Benedicamus Domino decantarent, ipsa cum reliquo populi Deo gratias proclamavit.

3 Sub eodem itaque tempore fuit ad Viventiacum quidam coriarius. Hic cum die Dominica non servato honore diei, artis suæ exerceret opus: manubrium ferramenti tam valide adhæsit manui, ut evelli non posset : lumine oculorum insuper obcæcatus, temeritatem suam omnibus fatebatur: cui per visum quidam apparuit, et ut Romanis sancti Barnardi auxilium flagitaret, monuit. Romanis perre-

xit, sanitatemque recepit. 4 Quid etiam in Valle aurea, quæ in pago Viennensi sita est, gestum sit, non tacebo. Concilium ibi per singulos annos Viennensium cives decreverant celebrare. Advenerat ibi quidam cæcus beati Barnardi præstolans adventum in gradibus capellulæ, quæ ligneis contexta stipitibus constructa fuerat : cui cum dicerent adesse turbam laudantium Deum D

Ne quis putet hæc verba esse hominis, qui Barnardi fuerit æqualis, sciendum est hunc esse morem, ut sanctorum in aliqua dignitate successores eos alitores et nutritores suos vocent. Anastasius vulgatus in Leone Papa III: Fecit in basilica beati Petri apostoli nutritoris sui, etc.

^b Id est conventum fidelium indictnm religionis causa: quo sensu etiam hæc vox sumitur infra num, 4 Vetula civitas, ubi supplicatio indicta, non alia videtur esse nonnullis, quam Anicium aut Podium civitas, caput gentis Vellavorum, du Velay. Franco recepit

5. Illis testantibus veritatem cognovi, qui ad festivitatem Ramis Palmarum Romanis advenerant, de cujusdam cæci illuminatione. Mos apud incolas inolevit ut ea die ad processionem cum frondibus membra sacratissimi præsulis secum vehant. Verum cum ad tantam lætitiam populus conveniret, adfuit et cædus quidam magnis vocibus inquiens, se clare meruisse videre : ad cujus voces cunctus commotus populus concinendo personuit, *Te Deum laudamus.* 6 Beate testante Luca didicimus Salvatorem

nostrum apostolos extra Jerusalem die ascensionis suæ eduxísse, et alta cœlorum penetrasse: cujus memor processionis Romanensium congregatio, cum hanc uno annorum componerent, herbæ, vulgo dictæ gladioles, flores unus adolescentium capsæ memorati pontíficis lætabundus imposuit. Die vero al tera collectos quos posuerat flores servare studuit; ex quibus multa beneficia languentibus beatus postmodum præstitit antistes Barnardus.

7 Illud ergo miraculum placet modo inserere, quod palam monstratum assidue, postquam regen-dam, cui Deo auctor deservio, hanc Viennensem suscepi Ecclesiam. Juvenem quemdam sui parentes intulerunt Romanis, qui numquam ambulaverat: quem cum ante beati Barnardi sepulcrum posuissent, basibus consolidatis et plantis surrexit incolumis. Hic denique miraculum suum quolibet anno circumfert : et licet hic beatissimus impar sit apostolis, tamen quod ad portam templi Speciosam Petrus quondam egit cum Joanne, huic simile esse cognoscitur: illum Petrus præcepit surgere, istum divina virtus meritis pontificis voluit erigere. Sufficiat ergo quærentibus virtutes beati pontificis, hoc tantum de ejus scriptum miraculis: sed volo eos scire, multa fuisse, et jugitur esse, et tanta quæ etiam modum scribentis videantur excedere.

monachus in Chronico Trenorciensi superius relatus ait, Erveum abbatem magna ecclesiæ suæ in comitalu Vellaico prædia conquisivisse, cum ecclesia sancti Georgii in Vetula præastio civitatis, nempein suburbio Anicii seu Podi Vellavorum, uti explicat Petrus Franciscus Chiffletius in historia Trenorciensi. Et quidem hanc sententiam secutus sum in superioribus, ubi actum de translatione S. Filiberti. At Vetul e civitatis nomine significari oppidum S. Pauliani, certis postea deprehendi argumentis, quæ in hujusce tomi Appendice adducam.

ANNO DOMINI DCCCLXXVII.

USUARDUS

MONACHUS SANGERMANENSI5.

USUARDI MARTYROLOGIUM

Ad excusa exemplaria quatuordecim, ad codices mss. integros decem et septem, atque ad alios ferme quinquaginta collatum, ab additamentis expurgatum, castigatum, et quotidianis observationibus illustratum.

OPERA ET STUDIO

Ioannis Baptistæ Sollerii

SOCIETATIS JESU THEOLOGI.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO DOMINO,

D. J. WILHELMO

Comiti Palatino Rheni, sacri Romani imperii Archidapifero et Electori, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium duci, principi Mærsiæ. comiti Veldentiæ, Svonhemii, Marchiæ, Ravensburgi, Domino in Ravenstein, etc.

Tuam hic in fronte Bensbergam exhibeo (a), orbi universo spectandam, tuamque in illa magnificentiam contemplandam, Elector serenissime; Bensbergam non ita pridem ædificari cceptam, regio splendore exstructam, architectonicæ artis compendium, dignum tua animi celsitudine diversorium. Ita loquuntur subjectus tibi Rhenus et Dussela, ita circumsonant ditiones tuæ, ita prædicat Agrippina Colonia, in arcis tuæ conspectu posita, ita concordi voce testantur, quicunque vel eminus Bensbergam oculis lustravere. Sed pace quod tua dixerim, Princeps serenissime, arcem ego illani quantumvis augustam, dum pridem contemplarer attentius, non tam magnificentiae tuæ, quam munificentiæ spectaculum esse existimavi. Arceni illam, bonarum artium habitaculum, amœnissimo collium jugo impositam non ut de bicipiti monte fabulantur poetæ, sed ut illustrem herois vere Christiani palæ-stram, in qua liberales artes, scientiæ ac disciplinæ, imo in qua virtutes omnes Christianæ commorarentur, mihi repræsentavi. Hæc mea tum cogitatio; cum summo favore, ac digna-te principe benevolentia susceptus, nec minori comitate ad visendam Bensbergam invitatus, oculis ipse meis omnia propius circumspicere potui, omnia rimari attentius, omnia otiosius contemplari. Hæc, inquam, tunc animum subiit cogitatio, splendidissimam illam arcem Athenæum videri, in quo aut vere reposita essent, aut arte cælata, aut saltem collocari possent, quæ alibi copiosissime occurrerant, excelsi animi tui et ad omnes artes nati, egregia plane specimina. Mentem exprimamus apertius. Quie in prospectu est, augusto frontispicio, superba ædificii moles, amplissimis discreta conclavibus, illam ego artis pictoriæ delicii tui, atrium fingebam, in quod collecta ex universa Europa tuis studiis, tuis sumptibus artificiosissimorum penicillorum elegantissima opera, de artis præmio decerta-rent. Cernebam animo Michaelcs Angelos, Raphaeles, Paulos, Tintorettos, Rubenios, Dy-ckios (et quid ego omnes enumerem?) ordine dispositos, in Apellis contubernium confluentes, eo ornatu et copia ut, quod absque invidia dictum sit, vix ullum toto orbe principem esse existimem, qui tantos hujus artis thesauros tanto sibi pretio compararit. Videbar sane in una tua arce pictu as eas omnes intueri, quas olim alibi per Germaniam, Italiam, Fran-ciam, Belgium dispersas repereram. Dexteram alam apud me ornabat aliud non curiosi solum, sed industrii, docti, litteratique principis decus, librorum undique a te emptorum, a

(a) Editio Veneta anni 1745 in fronte paginæ ædes ducales Bensbergæ exbibebat. EDIT.

te selectorum instructissima bibliotheca, ibique eruditissimorum virorum lucubrationes recensebam, de quavis facultate, scientia, et arte scribentium, disserentium, disputantium; in quibus omnibus te solertissimum esse, jam ab annis ferme quadraginta, in principe adolescente, suspicere debuerunt, Belgium, Gallia, Anglia, Italia, Germania, quas omnes regiones biennali peregrinatione, non tam serenissimorum tuorum natalium, quam virtutum tuarum insignisque doctrinæ radiis, transcuntis instar solis, illustrati. Cepit te, opinor, eo tempore inter eruditos reviviscens vetustatis eruderandæ studium per numismata et id genus alia priscorum sæculum cimelia, quibus alterum palatii tui latus destinavi. Hic ego totam illam tuam rarissimorum nummorum suppellectilem in series suas distribui, ducto a consularibus per Romanas familias principio; inde ad Cæsares auro, argento, varioque ære cusos digestosque; hic veneranda doctæ Græciæ, vel in ipso metallo augustum aliquid spirantia lineamenta; illic Asiaticæ opulentiæ erepta barbaris rudera; ibi Hebraica, Syriaca, Syro-Macedonica; hic omnum gentium historiæ certiora vestigia. Hæc quidem illustria sunt exercitati ingenii tui, sub cuique judicii documenta, sed quæ sterilia, solorumque oculorum illicia aut spectacula esse noluisti. Hinc illa tua in doctis viris seligendis perspicacia, quos munifica manu ad hasce aliasque artes omnes excolendas excitasti; hinc in tua Dusseldorpiensi metropoli, præter solitas Musas, philosophicæ aliæque accersitæ disciplinæ, hinc restauratum dicam, an de integro erectum, quod Martis furils collapsum et prope exstinctum erat, celebre olim in Palatinatu tuo Heydelbergense lyczum; hinc fundatæ ad artes omnes docendas ediscendasque tuo ære cathedræ: unde nimirum ad tuum Bensbergense athenæum viri undequaque doctissimi cultissimique confluerent. Tacco omnis generis peritissimos artifices, pictores, sculptores, cælatores, propositis præmis, regiisque stipendiis dotatos, quos ad hanc tuam totius eruditionis artiumque omnium palæstram invitasti; verbo dicam, Musarum tum amœniorum, tum severiorum, in una Bensberga receptaculum a te magnificentissime et nunificentissime præparatum. Sic ergo, Princeps serenissime, arcem illam tuam jam tum dispertitus sum, cum necdum ex omni parte perfecta esset ; sic, inquam, ut cum hæc omnia tuo ingenio, tua animi celsitudine, tua eruditione dignissima censerem, alia profecto animo observarentur, quæ magis raperent in admirationem, quæque cæteris illis omne pretium, æstimationem omnem afferrent. Egregias illas interioris animi tui dotes intelligo, Christianarum virtutum splendore collucentes; summam in Deum, fortemque illam, quæ cælera tua animat, charitatem, pietatem, fidem, ejusque propagandæ zelum, a Deo tot favoribus cumulatum, ut rem catholicam tuo ductu miritice amplificatam subditi tui mirentur et gaudeant; frendeant porro acatholici, tum ditionum tuarum incolæ, tum vicini, remotioresque, qui licet querelis injuriisque te scope lacessiverint, at fervorem illum tuum, catholico principe dignissimum, frustra consti sunt impedire, frustra tentarunt intervertere. Narraverant mihi, quibus ad te liberior patet accessus, statam constantemque cum Deo agendi rationem, quotidianæ vitæ religiosam consuetudinem, animi per preces, orationes, sacrasque lectiones refectionem, perpetuoque succedentes, inter administrandarum ditionum curas, cum supremo numine occupationes, nunquam intermisso sacrosanctæ missæ sacriticio, coronatas. Laudaverant alii tuam in rebus traciandis prudentiam, in exsequendis fortitudinem, inviolatum justitiæ rigorem cum innata clementia, pietatem cum dignitate. cum religione majestatem, amplitudinem summam cum morum innocentia, cum animi moderatione conjunctam. Quæ omnia, non supremum duntaxat aulæ tuæ principem, sed exemplar exhiberent ad omnem virtu em Christianæque sanctitatis consummationem subditos alliciens, alliciendo monens, monendo perducens. Noveram quanto ferreris studio in augendum Dei cultum, in ecclesiarum ornatum, quarum nonnullas aut splendide reparaveras, aut a fundamentis erexeras. Videram non uno ditionum tuarum loco egregia tuæ in sanctos venerationis monumenta, recurrebatque præcipue, non ita pridem restitutus in sancti Auberti honorem, quem tribus abhinc ferme sæculis Gerardus Juliacensis cæperat, equestris ordo, ut vel innocuam, opinor, venandi voluptatem in Dei sanctorumque gloriam transferres. Sciebam, quanta contulisses in sacrorum lipsanorum decorationem, quantumque meditareris, ut beatam indigenam Christianam Stumbelensem, seu Juliacensem celebriori cultu illustrissimem redderes. At præhis omnibus, volvebam animo singularissimam illam tuam erga eum sanctum venerationem, quem primo meo in Actis sanctorum illustrandis conatu exornaveram. Raymundum Lullum loquor, magnum divini, ac humani amoris specimen, magnum, tum immensis laboribus pro fide catholica susceptis, ac profuso sanguine sigillatis; tum libris scribendis, naturæ simul ac gratiæ prodigium. Recentissima erat eximia tua, hujus sancti occasione in me benevolentia, cujus memoriam, quam gratam servem, palam et ubique jucundissima animi recordatione profiteor. Sine me hic, Princeps serenissime, orbi universo propalare, quod universus obstupescat; susceptam a te, viri beati portentosique operum omnium, dignam te solo principe, post quatuor ferme sæcula editionem. Quid ego hie prædicem sollicitudinem tuam in operibus undecunque conquirendis, accersendis, colligendis? Quid missos quaquaversum eruditos viros, qui ea e bibliothecarum scriniis semisepulta erue. runt? Quid expensas in rem, nomini tuo gloriosissimam factas et porro faciendas, sub Dei ter optimo maximo ipsiusque beati martyris auspiciis ? Audacter dicam, id in hac re, Princeps serenissime, a te præstitum fuisse, quod princeps nullus, non rex, non Cæsar, hacte-nus aggredi ausi fuerint; ut singulari providentia gloriæ tuæ, jam satis quaqua versum

diffusæ, cumulus hic amplissimus accederet. Hæc cum a te omnia, Princeps serenissime, sanctorum gloriæ promovendæ impensa probe nossem, idque potissimum, ut ad eorum exempla vitam tuam religiosissime conformares; dubitandum mihi prorsus non fuit, quin gratissimum serenitati tuæ foret munus hoc nostrum utcunque exiguum, quo non unius, sed multorum diebus singulis sanctorum exempla suppeditantur; ut sic quotidie, quemadmodum loquitur Augustinus, memorias martyrum religiosa solemnitate concelebres, et ad excitandam imitationem, et ut meritis eorum consocieris, atque orationibus adjuveris. Securus itaque ad te accedit Usuardus meus, Elector serenissime; Usuardus tuus, tibi eodem ferme tempore destinatus, quo illustrari cœptus est. Qui heroas describent, avito Cæsarum regumque sanguine progenitos, habebunt, quod de inclytissima stirpe tua, tot imperatoribus, regibus, aliisque tota Europa principibus nobilitata, merito enarrent et celebrent, tuos, non te laudaturi; imo te in illis omnibus, cum tuam in illis redivivam effigiem sint exposituri. Sed toties decantata, tot panegyribus exornata pridem sunt avorum illa, abavorum, atavorumque decora, symbolis et emblematis orbi proposita, ut si iis denuo commemorandis insistam, aliorum dicta colligere, pronuntiatas pridemque vulgatas integris voluminibus orationes videar retexere. Qui e stemmate tuo bellatores, animi fortitudine gestisque pro patria et libertate famosos, stylo prosecuti fuerint, poterunt ipsi et illas in te dotes extollere, laudareque inviolatam fæderum observantiam, qua superioribus bellis, ditiones tuas, fortunasque hostium furori exponere teque ipsum periculis objectare maluisti, quam vel ad latum unguem a data Cæsari confæderatisque fide discedere. Vidit non eminus et obstupuit Belgium nostrum, dum sub postremi belli principium, imminentem tuæ metropoli, ferrumque et ignem minitantem hostem, infracto robore exciperes dicam, an rideres, subditosque aut formidolosos, aut fugitantes, intrepida animi constantia animares confirmaresque. Qui principem clementia, justitia, pacatioribusque artibus ornatum, laudandum susceperint, tui speciem in alio tibi adumbratam porrigent. Laudabunt illi ordinatissimum provinciarum tuarum, quantumvis inter se dissitarum, regimen, laudabunt urbanas artes, commerciaque restituta; laudabunt metropolim tuam Dusseldorpiensem, ita auctam, ita elegantioribus domibus ornatam, ut qui eam olim viderint, jam Dusseldorpium Dusseldorpii non agnoscant. Loquentur illi urbeni illam novam, tot amplissima ædificia, tum pauperum, tum senum, tum præsidii militaris usibus adornata, erecta templa, sacella, aliaque animis excolendis non minus, quam corporum sustentationi destinata. Excurrent denique in meritissimas illas laudes, quibus exsultantes subditi, æneam equestrem sta-tuam tanquam Patri patriæ, in medio foro collocatam voluerunt; ego qui solas in arce tua Christiani principis, easque non in majoribus, sed in te virtutes potissimum considero, qui interiorem magis animum quam potentiæ magnificentiæque tuæ argumenta contemplor, Christiani roboris, constantiæ in fide, profusi pro Chris o sauguinis exempla propono, quæ tanquam, census, tanquam fasti, ut Tertulliani verbis utar, a perituris seculi gaudiis, animum ad mansura transferant, eumque rerum æternarum cupiditate incendant, Hic Noster, nil nisi sanctitatem redolens, ad arcem tuam Bensbergicam conferendus ornatus; hæc Christiani herois insignia, principe loco appendenda, nimirum in sacra illa æde, reliquo palatio magnificentius exædificata, in qua decoramentorum nihil eluceat, quod non Dei gloriam spiret, sanctorumque venerationem. Hæc cum t bi luculenter exhibeat, hæc cum de te in illustrissimo illo sanctorum agmine manifestissime explicet Usuardus meus; veniam dabis, Princeps clementissime, si patenti præ palatii valvis area inter artium virtu-tumque descripta nuperrime conclavia, statuam tibi erigam, omni ære, omni metallo perenniorem, ut pote ea conflatam materia, quæ nulla aeris tempestate, nulla vetustatis ærugine, nulla temporis diuturnitate corrumpi, corrodi, aut everti unquam possit. Nec scalpro, nec arte fusili utar, nec malleo. Corpus ipsum totius machinæ, te principem serenissimum repræsentans, igne probe subactum, erit ipsa ferventissima, qua in Christum exarserunt innumeri martyres, Martyrologio nostro comprehensi, ferventissima, inquam, charitas, qua modo cum summo bono ardentissime copulati, eamdem tibi olim felicitatem æternam augurantur. Basim formabunt innixa implexaque dira illa carnificinæ instrumenta, quibus ipsi illi immaniter cruciati sunt, egregia nimirum incitamenta, quæ spectatorum segnitiem ad Christianum robur, martyrum illorum tuoque exemplo; omni lingua eloquentius, omni sermone potentius adhortentur. Stylobatarum vice machinam sustentabunt virtutes quatuor martyrum præcipuæ, viva fides, spes inconcussa, heroica fortitudo, invicta tolerantia. Ornabunt innumera alia decora, a sanctis accepta, iisque præsertim, qui licet magnis imperiis gubernandis regendisque distenti, vitatis perversi sæculi scopulis, immaculatum Creatori spiritum reddere. Sceptrum manui inseret magnus ille, tuos inter proavos Carolus, cujus vestigia premendo, te fidei catholicæ, Romanæque sedis protectorem agnoscit orbis catho-licus. Coronam vertici imponet Henricus, qualem ipse sancti Petri cathedræ, Christiana pietate submisit. Balteum accingere poterit Ferdinandus Catholicus, Mahumetanorum sanguine purpuratum, quorum tot millia legiones tuæ, flosque patriæ nobilitatis, sub augustisaimo plissimoque Leopoldo, in Hungaria militantes, immortali gloriæ tuæ incremento profligaverunt. Concurrent ex Anglia Eduardi, ex Gallia Ludovici, ex Hungaria Stephani, ex Dania Canuti, ex Suecia Erici, ex Bohemia Wenceslai, ex Polonia Casimiri, ex omni regno ccelites principes alii, tuam iconem, vivam, inquam, in te eorum imaginem debitis tropeis certatim exornaturi : nec reges solum et principes, sed tota illa in meo Usuardo expanse

PATROL. CXXIII.

USUARDUS MONACHUS SANGERMANENSIS.

longe lateque sanctorum acies, tuo, quod mihi benigne annuis, patrocinio gavisura, quos nempe in hoc Actorum nostrorum veluti compendio, sub tua hodie (si ita mihi loqui fas sit) sub tua clientela constituo. Hoc ego delubrum, Princeps clementissime, in area Bensbergica tibi dico, tibi consecro, tibi esse volo æternum meæ sociorumque meorum in te, serenissimamque familiam tuam, constantissime observantie monumentum, cui non quidem inepte inscribatur tua olim peregrinantis tessera, Dominus virtutum nobiscum; sed næc dedicato tibi operi erectæque statuæ accommodatior epigraphe : Laus EJUS IN ECCLESIA SANCTORUM.

Serenissime et clementissime Princeps,

Serenitatis Tuæ electoralis,

Devotissimus cliens,

JOANNES BAPTISTA SOLLERIUS,

Societatis Jesu.

PROTESTATIO R. P. SOLLERII.

identidem protestati sunt magistri et collegæmei, se in toto de Actis sanctorum opere servatas velle Urbani papæ VIII Constitutiones, neque suis, aliorumve

Quod ante tomos singulos de Actis Sanctorum A eo referendis Commentariis aliud pondus, quames Historiæ, ab hominibus errori obnoxiis scriptæ; idem ego ante hoc Usuardi Martyrologium a me recensitum et illustratum etiam protestor.

PRÆFATIO.

BREVIS TOTIUS OPERIS CONSPECTUS.

1. Inter Martyrologos antiquos nullus Usuardo ce- Bisti, seu vere, prætense antographo, hactenus lebrior, nullus in Ecclesia usitatior, nullustoties descriptus, nullus pluribus editionibus, Germanicis, Gallicis, Italicis, Belgicis per totam Europam catholicam dispersus, utpote qui centum circiter annorum decursu, ferme vigesies excusus fuerit, ut tertio hujus præfationis capite fusius deducemus. Desiit subinde Martyrologii istius excudendi ardor, postquam Ecclesia Romano-catholica Usuardum non qualemcunque, sed usibus suis aptatum, auctum, reformatum, in officio eanonico usurpandum præscripsit, quodque proinde, mutato Usuardi nomine, vere Romanum Martyrologium cœpit appellari. Sic quidem in choris, capitulis, aliisque religiosis societatibus Usuardini Martyrologii prælegendi cessavit usus, at perseveravit interim, et perseverat ba- n siarum, Breviaria et id genus instrumenta ex quibus ctenus inter Hagiophilos et ecclesiasticorum monumentorum veterum studiosos ingens desiderium videndi aliquando ipsum illud Martyrologium nativæ suæ simplicitati, post tot alias necdum defæcatas editiones restitutum, omnibusque acces ionibus plane repurgatum. Id a RR. PP. Benedictinis Parisiensibus, qui auctoris ipsius, symmystæ olim sui, autographo gloriantur, diu postulatum, diu frustra exspectatum fuit : an quod ipsis provinciam illam, quasi a nobis pridem occupatam ultro cesserint, exploratum non habeo : certe, quod orbis litterarius sæpe mirari debuit, tot inter analecta a viris iHis oraditicsimis in publicum emissa, locus Usuardo

concessus non est.

2. Quod hic occupatam a nobis evulgandi aliquando Usuardini Martyrologii provinciam insinuem, id velim intelligi de pollicita olim a Bollando editione, ut mox ex Præsatione ejus generali, cap. 8, § 7, manifeste ostendam. Nec id solum meditabatur vastissimi nostri de Actis Sanctorum operis conditor, verum et alia cujusvis generis Martyrologia publici juris facere, ne quid in Actis occurreret quod eruditos lectores remorari posset. Juverit Bollandum ipsum loquentem audire citati capitis § 3, ubi, enumeratis suppetiis, fulcimentis, adminiculis undecunque collectis et acceptis, ad alia monumenta progressus, recenset Calendaria et Fastos variarum eccleindicatur præbeturque occasio in sanctorum Acta inquirendi. Pergit deinde in hunc modum : « Sed præ his quoque magno mihi subsidio Martyrologia fuere. Cogito, quæ habeo non pauca, saltem quæ maxime probata erunt, illa olim edere accurate recensita, collataque cum iis quæ interea suggerent amici. Quia tamen hic nonnulla cito quæ adhuc publici juris non sunt, ne quis eam ab causam forte bæsitet, paucula hic de iis a me pertractari, censui oportere. Hæc antesignanus noster, non Usuardi solum, sed et aliorum Martyrologiorum editionem animo designans, rectissime et sapientissime ipso magni operis principio censuit, et ante ipsum, pri-

459

mus delineator ac monumentorum collector, Ro- A sterorum commodo consulere. Nec Papebrochius ei sweydus censuerat; quippe qui antequam opus, jam mente conceptum, aggrederetur, prelo paraverat Martyrologiorum antiquorum, eatenus notorum, nempe Bedæ a Plantino vulgati, Usuardi, Rabani, Adonis et Notkeri, cum Romano moderno, Græcorumque Menologio collectionem: provide prudenter. que advertens, ad tanti operis, quale est de Actis sanctorum, intelligentiam, præviam Martyrologiorum, ex quibus sanctorum cultus eruitur, claramque notitiam præmitti omnio necessarium esse.

3. Mansit quidem inedita, duobus magnis voluminibus descripta, jam dicta Rosweydi collectio, quoniam Martyrologia illa tunc temporis]satis vulgata existimarunt majores nostri; at aliorum subinde erutorum manuscriptorum edendorum consilium nunquam dimiserunt, quamquam promovendo operi B alacrius incumbentes, rem totam in plures annos distulerint. Prodiit nihilominus interea genuinus Beda, ab additamentis Flori, qua tunc licuit probabilitate distinctus, eo casu inventus, ea ratione editus, ut fuse et clare explicatur in Prologo ante tomum II Martii, quæ hic describere superfluum judico. Hieronymiana exemplaria collegit, notis ct exercitationibus illustravit ac edidit V. C. Franciscus Maria Glorentinius, nobilis Lucensis, anno 1667, eodem illo quo lucem vidit genuinus Beda. Supererat Usuardus. cujus laudatus Bollandus jam dicti cap. 4, § 7, pridem monuerat, « complura in Museo nostro exstare exemplaria, sed in quibus et amplificata sanctorum elogia, et plurium nomina ascripta, qualia ecclesiarum Pragensis, et Bruxel- C lensis, multorumque monasteriorum, quæ non attinet hic percensere : faciam id alias, cum Usuardum edam, sed nativa simplicitate, variorum Auctaria seorsim. » En clarissimis verbis depictam, quam supra dicebam meditatam a Bollando, idque ab annis plusquam septuaginta, Usuardini Martyrologii editionem, ad quam tamen nec ipse, nec subsequentium sociorum ullus animum postea unquam adjecit.

4. Neque vero nudam, ut diximus, Usuardi impressionem procurare in animo volvebat Bollandus, sed qui terendis excutiendisque istius Martyrologii, sæpe aucti, sæpe luxati, sæpe interpolati, manuscriptis codicibus assueverat, qui prædictorum codicum, cum aliorum Martyrologiis confusionem per- D spexerat, qui nomina Hieronymi et Bedæ sæpe perperam Usuardinis codicibus præfixa observaverat, id, nisi fallor, moliebatur, ut phrasim stylumque Usuardi assecutus, a reliquis omnibus eum discerneret, nativam textus puritatem erueret, variorum auctariis in classes suas redactis, una opera codicum manuscriptorum notitiam, qualem tunc poterat, Actorum nostrorum lectoribus suggereret. Fuisset sane editio hic delineata, Henschenii studio, exercitatione, summaque in versandis Martyrologiis peritia dignissimum opus, verum ipse privata sua scientia in promovendo opere uti maluit, quam po-

negotio magnopere intendit, cum enim tetricam excutiendorum Martyrologiorum spartam, ad usque finem Junii perduxisset Henschenius, recte prospexit ipse metam laborum suorum illic procul dubio figendam. Socii alii, urgentioribus et ipsi distenti, rem totam hactenus intactam reliquerant.

5. Interea superiorum nutu, cœlo seu sanctis cœli incolis portandis (ut facere olim lusit Bollandus) humeros supponere jussus, inde rei exordium sumendum putavi, quo operis totius cardinum, elementorum, fulcrorumque cognitionem acquirerem. Atque eccum tibi diebus prope singulis longas series Martyrologiorum præsertim Usuardinorum, quorum vel solorum nominum et characterum magna diversitate, a prosequendo tam vasto opere absterreri quis posset, dum secum attente perpendit, quam multa, quam varia prærequisita prænoscendaque necessaria sint, priusquam ad intima penetrare queat. Fateri non erubesco, per annos mihi laborandum fuisse, priusquam, vel solorum codicum proprios characteres satis dignoscerem. Et fuit profecto non modica ea difficultas, cum enim codices ipsi varia præferrent nomina, præsertim Hieronymi, Bedæ et Adonis, ne curasset Henschenius ad classes suas singulas distincte revocare, cui nempe sua sufficiebat notitia; ad hæc cum nomina, codicibus tum aliis, tum Usuardinis tributa, a monasteriis, ecclesiis, bibliothecis, vel urbibus desumpta, confusionem parerent, conferenda erant singula prope manu scripta, antequam certo statuere possem, utrum ad Hieronymianorum, Bedæ, Adonis, vel Usuardi proprias classes essent reducenda. Dum hisce evolvendis, excutiendis, perscrutandisque operosius insudo, ad finem perducitur Junii nostri tomus V. Cujus cum grandior moles, totius istius mensis Supplemento'subjungendo sufficiens spatium non relinqueret, opportune renovata est cogitatio de edendo tandem aliquando Usuardi Martyrologio, quod cum præfato Supplemento, sextum Junii, et ultimum sacri Semestris tomum conficeret, ut tantisper ad calcem prædicti voluminis quinti indica-

6. Pandunt se sensim susceptæ novæ hujus Martyrologii Usuardini editionis institutum, totaque ejus œconomia, seu propria ratio, qua nimirum præter Usuardini textus nativam simplicitatem, per dies singulos ex fontibus suis probatam, stabilitam et explicatam ; id potissimum, qua possumus diligentia, nobis exsequendum præfigimus, ut cum Martyrologii nostri textus integritate, simul noscantur codicum Usuardinorum tam variorum, totque nominibus insignitorum ætas, character, fides, auctoritas, cæteraque omnia ad perfectam monumentorum nostrorum cognitionem pertinentia. Accedet, quæ ad Actorum vel saltem commentariorum nostrorum filum percipiendum faciet, vel maxime, Martyrologiorum aliorum, quocunque nomine, vel titulo de-

tum est.

scriptorum, aut typis excusorum, cum Usuardino A purgatum. Hoc primum. Deinde in observationibus perpetua comparatio, ac præterea manuscriptorum prope omnium tam accommodata pictura, ut lector quilibet non imperitus, unico quasi intuitu doceatur, ad quam Martyrologiorum seriem citati illic quotidie magno numero codices, reducendi sint; unde mihi equidem persuadeo, non solum tædium ea ratione lectoribus sublevatum, sed et clariori rerum, de cætero obscurissimarum exhibitione, non parvam voluptatem allatum iri.

7. Atque hinc etiam perspicis, duas potissimum easque urgentissimas causas, quæ me ad tetricum hunc laborem suscipiendum impulere; alteram, quæ nosipsos posterosque nostros; alteram, quæ hagiophilos alios, Actorum nostrorum lectores, præcipue spectant. Nostra interera præcaverc incommoda, R ne venturi imposterum operis adjutores, iisdem ipsis difficillimarum inquisitionem labyrinthis irretiti, menses etiam plures imo et annos magno tædio, fructu exiguo consumerent, ut vel solorum Martyrologiorum nostrorum sufficientem ideam adipiscerentur. Ad externos pertinebat hujusmodi disquisitio, ut ne operis nostri momentis fulcimentisque non satis cognitis, non ob eam causam, quemadmodum Bollandus solerter observaverat, perpetuo hasitarent. Quod mihi sexcenties evenisse mcmineram. Quidenim lectori fastidiosiusexcogitari potets, quam singulis prope commentariorum nostrorum præviorum paginis, longo Martyrologiorum agmine obrui. de quibus ipse dubitare possit, an unquam exstiterint in rerum natura : aut si bona nostra fide, ea admittenda putet, saltem de codicum ipsorum genere, patria, ætate, styto, auctoritate merite edoceri postulet, quo perpensis, pro sua eruditione rerumque istarum peritia, rationum argumentorumque nostrorum momentis, per se ipse de assertorum omnium veritate statuere, ac decernere prudenter valeat. Hæc mihi ad devoranda ingentia tædia incitamento fuere, summam una spem ingerentia, fore ut Hagiophilis omnibus. non ingratus obtruderetur labor noster, partemque in Actis ipsis sanctorum habere paterentur Usuardum, qui sanctis, imo Actis ipsorum plurimis, non exiguam intelligentiæ lucem præferret.

8. Habes hic paucis, erudite lector, veram, candidam et sinceram totius editionis nostræ Usuardinæ causam, habes consilium, propositum, ratio-D nem. Repeto, testorque id me præcipue studuisse, ut codices omnes, quorum in Museo nostro numerosa, si usquam, supellex, ut codices, inquam, omnes, ex Usuardi progenie, ab aliis omnibus seponerem, seu cos integros habeamus, seu solum extracta aut variantes, ex collatione ab Henschenio et Papebrochio, cum ipsis codicibus et Usuardo Greveni facta, superstites; ut postea ex professo demonstrabitur, dum ad Usuardum ipsum, cjusque proles, præfationis hujus capite tertio deventum fuerit. Jam dicta brevissime contraho. Usuardum damus additamentis omnibus, quantum humanitus fleri potuit, ex-

quoque die subjunctis, exactam tradimus occurrentis textus genesim, eum ad primas radices revocando, ostendendoque, utrum ex Hieronymianis, ex-Beda, an ex Romano parvo per Adonem, commemoratio, de qua agitur, desumpta sit; an Adonis solius propria; demum an ab Usuardo aliunde quam ex Adone, aut antiquioribus mutuata. Rursus, an idem sanctus aut sanctorum turma a Rabano, Hieronymi aut Bedæ verbis consignata non sit. Nec locus Notkero deest, paucis nonnunquam assignando, quænam ex Hieronymianis, quænam ex Rabano, quænam denique ex Adone ab eo translata fuerint ; ut proinde diebus singulis scenam aperiam, qua uno quasi intuitu probe instituatur lector de tanta Martyrologiorum omnium inter se relatione, seu, ut ita dicam, sanguinis aut affinitatis propinquitate; ne excluso quidem Wandalberto, cujus metrica elogia observationibus nostris, siquidem de illius diei Sancto vel sanctis meminerint, inseruntur vel subjunguntur.

9. Ilæc est totius operis latissime expansi in bre vem tabellam contracta imago, ubi ad citatum caput tertium pertigerim, accuratius explicanda. Jam quid hac nostra præfatione præstitum sit, paucis accipe. In tria capita totam dispescimus. Primo Martyrologia omnia recensentur et Usuardo antiquiora et synchrona, cum quibus ipsi nonnulla quidem affinitas, sed non tanta sanguinis, si ita loqui licet, conjunctio, ut parentum seu primigeniorum fontium titulo proprie gaudere queant, qualia sunt, quæ ad Hieronymiana, aut Bedam a Floro auctum referuntur, aut quæ cum illis propinquitatem habent, ut sunt Wandalberti, Rabani et Notkeri Martyrologia, vulgo nota, quibus omnibus proprias characteristicas ita conabor appingere, ut a quolibet facile dignoscantur. Intercurret nova de genuino Bedæ et Flori Martyrologio disceptatio, eruditis hagiophilis ad ulteriores disquisitiones materiam præbitura. Porro in Martyrologiorum serie, deblto antiquitatis jure, agmen ducent apographa Hieronymiana, tum majora, uti vocamus, a Florentinio edita; tum minora, quæ apud nos mss., aut ab aliis vulgata sunt. De his vero aliisque talem Martyrologiophilis delineationem ob oculos ponam, ut citata magno numero in Actis nostris exemplaria per se ipsi ad classem propriam possent reducere, deque codicis cujusque probitate ac fide judicium ferre.

10. His subjungetur caput alterum, quo ad ipsum Usuardum accedemus propius, primum familiæ ejus stipitem, seu in recta linea protoparentem demonstrando, nimirum vetus illud Romanum ab Heriberto Rosweydo primum editum atque Adonis præfixum. Hic vero exsurgent litigia: cum enim tot habuerit, totque etiamnum impugnatores habeat prædictum Martyrologium, eo capite polemice agendum erit, ut contra quoscunque adversarios vera appellatio, sinceritas, votustas, ejusdemque facta Ravennæ per Adonem descriptio vindicetur: unde fiat consequens,

463

idem ipsum esse, quo Viennensis Martyrologus ad- A te sumptu procurata fuerunt. Capita hic nomino jutus est, imo ex quo plerosque sanctos suos diebus singulis extraxit. Cum autem deincep; probaturi simus, Usuardum toto suo opere Adonis compendiatorem contractoremque fuisse, perspicue coucludi poterit, Romanum vetus seu parvum, Usuardi avum esse, Adonem ejus patrem; id quod capite tertio crit pertractandum.Quo deinde, longo ordine sequetur tota Usuardi progenies, seu codices illi Usuardini omnes, ex quibus genuinum ejus Martyrologii textum, simulque Auctaria seorsim collecta desumpsimus. Hæc prima fronte, ex ipsa rerum plerisque ignoratarum nimia varietate, nonnihil obscura, toto præfationis decursu, clare, ut confido, atque dilucide evolventur.

CAPUT PRIMUM.

Martyrologiorum antiquorum inter se ac cum Usuardo propinquitas et connexio.

11. Multa pridem a Molano, Baronio, Bollando, Henschenio, Papebrochio, Florentinio aliisque doctissimis viris præclare disputata sunt de Martyrologiorum origine, primordiis, et incrementis; deque eorum diversitate, prout a variis scriptoribus primum conflata fuerant. Crevit earum rerum penitius investigandarum studium, accrescente paulatim majori luce, postquam'antiquiora Martyrologia e bibliothecarum scriniis educta, typorum beneficio omnium manibus teri cœperunt. Nihil hic ad nos attinet ea repetere, quæ a clarissimis illis notissimisque scriptoribus, præsertim a nostro Bollando clare, distincte et erudite explicata sunt. Unum est, in quo de- C fecisse omnes, sit verbo venia, in quo, inquam, defecisse ipsos animadverto, nimirum, quod singulorum Martyrologiorum auctores, ætatem et characteres aliquos solum describendo, eo penetrare neglexerint, unde eosdem inter se componendo, una explorassent, quæ primigenia Martyrologiorum capita, quæ qualisve cæterorum ex prioribus derivatio aut genesis, quæque proinde inter Martyrologos omnes conjunctio, connexio, propinquitas, affinitas, vel consanguinitas. Liceat mihi hisce uti vocabulis, ad rem hactenus implexam et involutam, quanta potero perspicuitate illustrandam. Jam Martyrologia omnia classica, seu quæ antiquorum prærogativa et auctoritate gaudent, suis nominibus appellavi; Hieronymiana nempe, Bedam, Florum, Romanum parvum, Rabanum, Wandalbertum, Adonem, Usuar- D dum et Notkerum. Quæritur hic quisnam inter illos ordo, dicam an subordinatio, qui proavi, qui patres, qui filii, qui cognati ; verbo dicam, quo se in vicem propinquitatis gradu contingant?

12. Ego sic existimo, ad tria potissimum capita, radices, stipites, seu fontes reduci omnino posse Mart yrologos omnes, seu potius eorum Mart yrologia, quorum surculi, rami, vel rivuli dici debeant, quotquot huc usque, saltem alicujus nominis vulgata sunt, vel manuscripta exstant in variis bibliothecis, ex quibus apographa, ad Museum nostrum ab amicistransmissa, auta majoribus nostris magno labore

Martyrologia illa, quæ prima seu autographa censeri debent, utpote quæ ex nullo altero, saltem quod modo supersit, transcripta, fontes ipsa fuerint, unde scriptores Martyrologi alii suas aquas derivarunt. Ex his primum, præcipuum, et vetustissimum agnoscimus, quod sub Eusebii vel potius Hieronymi, vel utriusque nomine circumfertur, sive illud vere ab ipsis conditum fuerit, sive a posteris falso ipsis ascriptum, de quo paulo post copiosius tractandum erit. Locum ab hoc proximum tenet celebre aliud a Venerobili Beda compositum, non jam supposititium illud a Plantino editum, sed genuinum ipsum, quod a Floro nominatissimo Lugdunensis Ecclesiæ subdiacono auctum fuisse, clare et diserte ab Adone B testatum, postea ostendemus. Tertium porro dicimus, ipsum illud, quod præfatus Ado Ravennæ repertum, et a religioso fratre, sibi præstitum, ibidem transcriptum, in capite Martyrologii sui ponendum putavit, quod Rosweydi nostra cura primum cum Adone in lucem prodiit anno 1613, quodque a multis subinde laudatum, sed a pluribus acerrime oppugnatum, toto sequenti capite vindicandum suscepimus.

13. Hos ego primarios stipites seu stirpes voco. unde in tres potissimum classes, tribus, seu familias primigenias tota Martyrologiorum prosapia distribuatur. Ex his vero primaria, ut iterum dicam, et magis late patens radix prædicanda est Hieronymianum, et omnium antiquissimum, ita feracissimus fundus, in quo natæ arbores in omnem partem ramos extenderint; puta Martyrologos alios prope omnes ex ipso illo primario, in opus suum aliquid transfudisse. Visum a Beda Hieronymi Martyrologium, ex ipsiusmet verbis infracitandis deduci posse videtur, imo negare vix ausim, aliqua sanctorum nomina verosimillime ex uno alterum transiisse. An idem de Romano veteri seu parvo æque affirmari possit, fateor mihi necdum undequaque constare, tametsi longa et sedula disquisitione id assequi studiosissime conatus fuerim. Nihilominus et Bedam Martyrologorum caput statuimus, idque adeo maxime, quoniam singulari ordine et stylo Martyrologium proprium, ut incompletum adornavit, quod primum a Floro, inde ab aliis auctum, pene dicerem deformatum, vestigia tamen aliqua semper servat, ex quibus ab aliis distingui possit, ut ante me accurate observarunt Henschenius et Papebrochius, dum illud aut purum, aut puro proximum edidero ante tomum II. Martii de Actis sanctorum anno 1668. Atque hæc iterum obiter dicta sunt, propriis locis in hujus capitis decursu uberius explananda.

14. Est igitur nostra fundamentalis assertio, ab his tribus Martyrologorum quodammodo patriarchis, reliquos omnes legitima successione descendere; qualessunt Rabanus, Ado, Usuardus, Notkerus, et quicumque alii ab hisce, tanquam stipitibus subalternis, sua desumpsisse deprehenduntur. Ex qua proprie radice profluxerit metricus ille Martyrologus Beda acceptum nonnulli voluere : ipse se subsidii primum a Floro habuisse fatetur. Ego florilegum puto, qui hinc inde varia sanctorum nomina, forte versibus aptiora decerpserit, de quo pluribus suo loco dicam. At certum est, Rabanum ex Beda descriptum, ex Hieronymo auctum, et nonnullis additis aut fusius deductis, abauctore completum esse. Ado genitorem suum digito commonstravit, dum Romanum parvum operi præfixit, et diebus prope singulisex eo sanctos suos evidentissime desumpsit. Nec minus certum est totum Usuardi Martyrologium ex Adone contractum'esse, sanct is martyribus Cordubensibus, nonnullis Hieronymianis, nonnullis popularibus, ac paucisaliunde mutatis coagmentatum. Beque in observationibus nostris, dum locutus est, sedulo adnotamus. Verumtamen Adonem patrem ejus seu verum fontem declaramus, ex quo totum ferme Martyrologium cjus dimanasse indubitatum arbitramur. Notkerus denique præcipua quæque ex laudato Adone transtulit, non pauca ex Rabano sua fecit, multis ex Hieronymo ad complendos singulorum dierum indiculos corrasis. Atque hæ totidem propositiones sunt, nostra hac præfatione, quoad res exigit, aut a decessoribus nostris jam præstitum non fuit, distincte et ordine demonstrandæ.

ARTICULUS I.

De Martyrologii Hieronymiani exemplaribus. § I. — De majoribus ab Acherio et Florientinio editis.

15. In laudata nuperrime præfatione generali, c.4, totum quartum paragraphum insumit Bollandus C elucidando, quod sub Eusebii et Hieronymi nomine venit, Martyrologio; ubi primum fatetur, non satis probari, quod tale Martyrologium ab Eusebio unquam scriptum fuerit, nec id ex epistola Gregorii ad Eulogium aperte deduci. Rursus, neccertum esse Eusebianum seu Martyrologium seu de martyribus commentarium, ab Hieronymo versum, aut aliud ab sancto doctore scriptum fuissequidquid id aliquiconfici existiment ex famosa Chromatii ac Heliodori episcoporum ad Hieronymum epistola, et altera ad ipsos Hieronymi responsoria; utpote cum utramque Baronius solidis argumentis commentitiam demonstraverit; unde si vera unquam istiusmodi epistola a Cassiodoro citata fuerit, eam intercidisse fatenvirorum sententia, cui tamen contradici posse, dictasque epistolas a suppositione utcunque salvari, operosis annotationibus ostendere conatur Florentinius a pag. 57. Cæterum pendente adhucdum ea lite, ex Cassiodori testimonio id consequi omnino videtur, indiculum aliquem seu Fastos ab Hieronymo concinnatos, sive sub epistolæ, sive sub alio quovis titulo, descriptis fortasse eorum Sanctorum nominibus, quorum in Eusebii collectione, cujus Eusebius ipse lib. IV, cap. 14, et lib. V, cap. 20, et ad Gregorium Eulogius meminere; quorum, inquam, ibi Acta exstabant, aliis de tuo superadditis, ex quo

Wandalbertus, certo exploratum non habeo. Ex A pridem firmiter invaluerit, inveteravitque opinio Martyrologium aliquod ab sancto Hieronymo compositum fuisse.

16. Pro opinionis jam dictævetustate abusque sæculo sexto stat Cassiodori auctoritas, ex libro de institutione divinarum Lectionum, cap. 32, a Bollando recitata; pro sæculo septimo stat notissimum Bedætestimonium, Retractatione in Vetus apostolorum, cap. 1 : « Quibus adstipulatur, inquit, et liber Martyrologii, qui beati Hieronymi nomine ac præfatione attitulatur, quamvisidem Hieronymus illius libri non auctor, sed interpres, Eusebius autem auctor exstitisse narretur : » Manavit deinde in posteros præfata opinio, a Walafrido Strabone et plerisque sæculi noni Martyrologis, disertissimis verbis dam etiam secutum se fuisse testatur, Usuardus, id- R confirmata, duravitque hactenus, tametsi per multa sæcula nullus deinceps de Martyrologio isto meminerit, nec Baronius, adhibita quantavis diligentia, integrum usquam reperire potuerit; donec ipsum e Cartusia Trevirensi feliciter tandem eruit Rosweydus noster, vetustissimo charactere exaratum, quale media fere parte æneis laminis expressum habemus, autographo ipso ad Epternacences, qui codicem suum repetierant, anno demum 1668 remisso. Hisce addi possunt quæ in prologo ad Bedam disseruit Papebrochius; nos hic Bollandum sequimur, cujus hæc verba describi merentur.

17. « Folia aliquot excusa ut vidit ad se a Moreto (cujus expensis codexille in as incidi caperat) missa Bartholomæus Gavantus, provincialis præpositus congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, et sacræ Romanæ Rituum congregationis consultor, mirifice probavit, scripsitque de illo ad oumdem Moretum plures epistolas, quas legi; alias opinari se, reliquis collegii illius sive congregationis sapientissimis viris Martyrologium illud valde placi-TURUM; alias SENTIRE PERITIORES, UTILE FORE CHRI-STIANÆ REIPUBLICÆ. Alii quoque viri eruditi vehementer id laudarunt, ut præclarum sacræ antiquitatis monumentum. » Tu vide ibi reliqua, quze in præfati codicis commendationem pluribus nitide Bollandus prosequitur. In Gavanti Bollandique sontentiam ivere deinceps eruditi omnes, saltem orthodoxi, si paucos excipias, qui, contradicendi genio ducti, licet rem ipsam improbare omnino non auderent, titulum arrodere aggressi sunt; forte quia ibi dumest. Et hæc quidem communior hodie doctorum D agnoscit Bollandus, nullum certum argumentum suppetere, quo Martyrologium ab sancto Hieronymo vere esse compositum satis suaderi queat, ct quia fatetur, ut verissimum est, multa recentius adjecta, quæ Hieronymo adscribi prorsus nequeant, quemadmodum ex speciminibus ibi appositis clarissime elucescit. Verum enimvero quid demum rempublicam litterariam, aut fidem Catholicam detrimenti accepturam credidere viri illi doctissimi, ex eo quod Hieronymi nomen ei Martyrologio ascriptum paterentur, cum impedituri nunquam sint, quominus post Cassiodorum, Bedam, Walafridum, Adonem, Usuardum, Notkerum et alios, Hieronymianum perpetuo nun-

cupetur. Hæc paucissimis et cursim delibo; qui de A cisum iri, codicibus ipsis tribuendo, quæ a primo his longiorem sermonem desiderat, adeat Florentinium in Admonitionibus præviis, præsertim 3, 5, et 6, quas hic describere, et in compendium contrahere nec vacat, nec omnino lucet de voce contentiosius disceptare.

18. Unum novi scriptorem catholicum, qui dedita opera Martyrologium, quo de agimus, impetere ausus fuerit, Henricum Valesium, singulari dissertatione suis in Eusebium observationibus adnexa pag. 315, ubi subdititium librum vocat, qui falso Hieronymo ascribatur. Hoc autem duce fretus, in omnem, ut fit, orthodoxos scriptores sugillandi occasionem intentus Mathias aliquis Fredericus Beckius, in suo ad nescio quod Kalendarium Germanicum (quo.ei placet Martyrologium appellare) commentario a pag. B piensis seu Epternacensis, sub initium sæculi octavi 11, multa congerit, quo majores nostros temere carpendo, laudatum Martyrologium Hieronymo nequaquam ascribendum ostendat; idque ex cavillis nonnullis, quos hinc inde ex Florentinii aliorumque dubitationibus sincere propositis, acriori ipse et mordaciori sale inspergit. At tanti hoc nonest, ut argutatiunculas ejus omnes aut excutiamus, aut convelamus; satis nobis erit, si ex communi catholicorumconsensu, Hieronymi nomen præferre possit, atque adeo Hieronymianum tuto nuncupari, tametsi monumenta desint, quibus ipsum sanctissimo Doctori certo vindicemus. Ita censuere Majores nostri, ita hodie passim loquuntur eruditi universim omnes, et nos toto opere nostro Hieronymi, vel Hieronymianorum appellatione semper utendum existimavi- C mus.

Rem totam, ut dixi, profundius examinat laudatus, laudandusque nobis sæpius clarissimus, et decessoribus nostris, dum viveret, amicissimus Franciscus Maria Florentinius, nobilis Lucensis qui vindicatis Eusebii collectionibus, libris seu libellis martyrum, non solum Palestinæ, sed et aliorum; pag. 13, sub finem recte notat « sufficere nunc de Martyrologii proprie dicti auctore affirmare... vetustius illud esse in scriptorum memoria Martyrologium, quod Eusebio ascribitur, vel divo potius Hieronymo ex collectionibus Eusebii. » Sequenti deinde pag. 14, erudite probat Hieronymi martyrologium a se datum, nobis, a sancto papa Gregorio codici suo attributis, adamussim convenire. Cum igitur Martyrologium toties appellatum, collectis D pluribus ejus apographis anno 1668, publici juris fecerit, atque eruditissimis notis, observationibus et exercitationibus illustraverit idem ipse Florentinius, ad pleniorem totius rei notitiam, et de ejus codicibus, et de aliis ad Hieronymianum pertinentibus, nonnulla explicanda sunt. Nec verbo indicare neglexerim, cur et hic et in toto decursu operis maluerim adhibere Hieronymianorum, quam Hieronymi ipsius vocabulum. Nempe cum sancti Hieronymi qualecunque opus ignoretur; apographa autem et multa et diversissime aucta et contracta sint, putavi communiori vocecavillationibus ansam præ-

auctore certissime removenda sunt. En modo Florentinianæ lucubrationis aliqualem effigiem.

20. Inter varias admonitiones prævias, sexta ordine tota fere insumitur depingendis duobus codicibus Hieronymianis, Lucæ aut in vicina repertis. qui vel ex Gallia eo allati, vel ex aliquo coenobii Fontanellensis apographo descripti fuerant, certe ita erant similes, ut vel ex eodem exemplari acceptos, vel alterum ex altero descriptum esse oporteret. Hos ipse nactus, ut erat vir rerum ecclesiasticarum antiquarum studiosissimus, communicato cum V. C. Luca Holstenio aliisque eruditis consilio. accepto subinde a majoribus nostris, aliquando apud ipsum hospitatis, vetustissimi illius Antuerscripti ecgrapho, instructus præterea Corbeiensis codicis, ab Acherio Spicilegii tomo IV anno 1661 vulgati, manuscriptis fragmentis, animum adjecit ad procurandam tam pretiosorum cimeliorum editionem, eamque pro sua eruditione, qua posset cura et studio illustrandam. Cumque jam opus ferme prelo paratum haberet, contigit, ut illustrissimus baro de Blum codicem alium Weissenburgensem cum Henschenio et Papebrochio communicaret, quod illi continuo Lucam destinari curarunt, satis tempestive, ut cum aliis codicibus conferretur, ejusque variantes a reliquis lectiones, ad calcom Florentiniani operis subjungerentur. Hæc ad brevem historiæ synopsim, quam siquis integram et fusius descriptam requirat, adeat Florentinium ipsum, totius sui consilii et vulgandi operis propositi rationem reddentem, admonitione prima, cui Holstenii epistola attexitur, ex potiori parte reproducta a Papebrochio in Responsionibus, appendice ad art. 18, a num 49. De codice suo, sive unico, sive bino, tractat ille ex professo citata admonitione 6; a pag. 50 de Autuerpiensi et Corbeiensibus fragmentis admonitione L., quæ omnia ibi legi malo, quam hic tædiose referre, cum ad institutum nostrum eatenus solum spectent, quatenus rudem saltem ideam Martyrologium plerumque archetypi, seu protoparentis adumbra revoluimus.

21. Hic verbulo inserenda est non otiosa observatio receptissimæ a majoribus nostris opinionis, per Actorum nostrorum commentarios late vagantis, qua sibi persuasum habuere, codicem Epternacensem, inter Hieronymianos præcipuum, anglicanum fuisse, atque ab ipso S. Willibrordo ex Anglia in Belgium, seu Franciam allatum. Pronum certe erat talem conjecturam facere, at mihi quidem non satis fundata videtur, mecumque sentiant Martyrologiophili omnes, si advertant x Kalendas Julii, seu xxII Junii in laudato Epternacensi prætermitti inclytissimum Angliæ protomartyrem Albanum cum sociis plusquam octingentis, [qui tamen in aliis codicibus a Florentinio editis clarissime exprimitur, Quis credat talem sunctum in codice [Anglicano prætermissum fri? Addunt laudati majores præ-

172

fatum codicem in Gallia auctum; hoc vere : sed A stri posuerint, ostendunt quotidiani commentarii. idem de omnibus aliis plane admittendum est, nisi velimus a S. Hieronymo obitum S. Paulini xxII Julii consignari potuisse. Hæc obiter de codice Epternacensi. Plura ad hunc et alios in observationibus dicuntur. Redeo unde digressus sum.

22. Atque ut iterum repetam ad disceptationem illam prorsus non regredior, qua de vero Hieronymiani Martyrologii auctore inquiritur, sive is demum alius ab S. Hieronymo, sive ipse Hieronymus, primus indiculi architectus fucrit; nam'quisquisis est. aut sæculo sexto antiquior, aut eo saltem sæculo vixisse dicendus est. Id nobis indubitatissimum videtur tale Martyrologium a sancto Gregorio Magno designatum, dum ad Eulogium Alexandrinum lib.7, ep. 29, ita rescripsit: « Nos autem pene omnium B ut jam non semel diximus, capite fusius erit demartyrum, distinctis per singulos dies passionibus. collecta in uno codice nomina habemus; atque quotidianis diebus in corum veneratione missarum solemnia agimus. Non tamen in eodem volumine, quis qualiter sit passus indicatur, sed tantummodo nomen locus et dies passionis ponitur. Unde fit ut multi ex diversis terris atque provinciis per dics, ut prædixi, singulos cognoscantur martyrio coronati. Sed hæc habere vos beatissimos credimus. » Non magno studio, solertia, aut labore opus est, ut characteres hi omnes a S. Gregorio tam clare expressi, in codicibus Hieronymianis, a Florentinio editis, aliisque ejus generis aperte deprehendantur, eoque pacto frequentes interpolationes a veteri textu sejungantur. Neque enim nudos, simplices et integros Hieronymianos, aut Gregorianos codices nos habere profitemur; cum multi sæpe Sancti recurrant, quos post S. Gregorii tempora vixisse, aut saltem ejus tempore sanctorum veneratione donatos non fuisse evidenter constet. De quibus itcrum videri possunt Bollandus, et citatæ Florentinii admonitiones. Ut semel dicam, id quærimus, id volumus, id asserimus Martyrologium istud, quod Hieronymianum appellamus, omnium primum, omnium vetustissimum esse, imo Gregorii Magni temporibus vetustius, quandoquidem in citata epistola, non de novo quodam Martyrum indiculo, aut catalogo, sed de antiquo mentionem inferat, quem nempe toto orbe catholico receptum et tritum existimaret, dum concludit : Sed hæc habere vos beatissimos credimus.

25 In tam vetustis codicibus, toties ab oscitan- D tibus et indoctis librariis descriptis, frustra distinctas sanctorum series, discretos studiose laterculos, expressa recte nomina, servatas ad artem bonæ locutionis regulas, aut exactos rerum apices quis requirat: omnino fatendum est magnam locorum et nominum per conjunctas, aut male divulsas syllabas, easque sæpius truncatas et distortas, confusionem, barbariem et frustraneas repetitiones diebus prope singulis recurrere, quibus quoquo modo restituendis explicandis, combinandis, distinguendis, mirum quantum passim laboret Florentinius : quantum vero operæ, studiique in hisce eruderandis majores no-

qui in eo toti sunt, ut ex dubiis certa, ex confusis clara, ex male compositis simplicia, ex luxatis integra, tum palæstrarum, tum ipsorum martyrum nomina efformentur. Cæterum autiquorum omnium codicum præsert[:]m usualium, ut sunt Martyrologia, communisest sors, ut describentium veltemeritate. vel imperitia, ita sensim deturpentur, ut sæpe difficillimum sit primi autographi vestigia in transsumptis deprehendere; adeo ut cum Castellano vehementermiratus sim, in Romano parvo, seu vetere Rosweydi omnia tam concinna, tam nitida, tam ordinata per tot sæcula servari potuisse, in quo certe hoc Martyrologium, tantum superat Hieronymiana, quantum hæc vetustate antecedunt, quod sequenti, monstrandum.

24 Reliquum est ut de codicibus nostris Hieronymianis, necdum editis ct ferme abbreviatis, pauca in singulorum specimen subjiciam, et si forte aliquando operæ pretium sit ipsa etiam publici juris facere, ad quod me frequenter impensissime atque urgentissime adhortatus est sæpe mihi hic nominamus, nunquam pro merito laudandus, tum operis hujus, tum grandioris nostri indefessus adjutor, V. C. Claudius Castellanus, Parisiensis ad B. Mariæ canonicus, summo nostro dolore et ingenti Martyrologiorum jactura evivis ereptus sub initium anni 1711. Ea erat perillustris viri sententia, ut non solum Usuardinam recensionem orbi litterario gratissimam fore censeret, sed eruditos omnes id jure quodam a nobis postulare aiebat, ut religua nostra Hieronymiana apogragha, seu integra, seu contracta et compendiata, in publicam lucem emitteremus. Spem feci viro amicissimo, id aliquando futurum, præsertim si conatus nostros in expurgando illustrandoguc Usuardo, guod tunc meditabar, iidem ipsi Martyrologiophili suis suffragiis probassent, eo pacto animos addituri, et manuscriptorum nostrorum codicum omnium generalis ratio reddetur, quæin ordine ad commentarios nostros, ut supra de Usuardinis dicebam, desideratissimam lectoribus lucem afferret. Nec sane a promissis resilio, atque adeout rerum hujuscemodi amantium palatum nonnihil titillem, brevem hic aliquam Hieronymianorum nostrorum codicum delineationem lubens adnecto, plura, si licuerit, olim præstiturus, ubi varios Hagiophilorum gustus exploravero.

§ II. - De Hieronymianis minoribus, tum manuscriptis, tum typis excusis.

25. Subfinem citati uuper § 4 capitis 4 præfationis generalis, agit Bollandus de exemplari aliquo Hieronymiano Hibernico, cujus lacinias aliquot seu extracta a celebri P. Colgano submissa, posterioribus Januarii nostri de Actis sanctorum diebus inseruerat, sub nomine Martyrologii Hieronymiani Tamlactensis. An autographumipsum menbraneum unquam viderit Bollandus, dubium facit, quod Tamlactense istud simileEpternacensi existimet, cum vero solum Marty-

rologii alicujus Hieronymiani fragmentum dici pos-A terris. Folia sunt tredecim membranæ, in forma sit. Id mihi plane constitit, dum autographum ipsum R. P. Livini de Meyer, viri de republica litteraria præclarissime meriti, tunc collegii nostri Lovaniensis rectoris benevolentia, a RR. PP. Fransciscanis Hibernis impetratum, otiosius et diligentius evolvere et excutere licuit. Eo præ cæteris me impulerat Castellani curiositas, qui Tamlactense Martyrologium aliquoties in Actis citatum, imo laudatum inveniens, thesaurum ingentem Lovanii latere sibi plane persuaserat. Ego vero, post accuratum examen, facile animadverti codicem illum longe supra meritum a majoribus nostris, quibus sola extracta, ut mihi sæpe testatus est Papebrochius, a PP. illis Minoritis Hibernis, seu a Colgano missa fuerant, elatum et commendatum esse. Etenim præter ad-B mista Hibernica propria, pluribus recentioribus additamentis non caret, qualia sunt sestum sancti Joseph, Revelationis Michaelis archangeli, Omnium Sanctorum, et plura hujusmodi. Aliunde vero ex duodecim anni mensibus solum Aprilem habet integrum. En paucis totam ejus analysim.

26. Præfatus codex decem folia membranacea continet grandioris formæ, similialio folio coopertaubi in fronte recentiori manu apponitur : Martyrologium Tamlactense, et opuscula S. Ængussii Kele, dei. In ora infima primæ paginæ legitur : Ad usum concentus Dungallensis, et rursus ad calcem paginæ tertiæ : Ex libris conventus Dungallensis. Martyrologium ipsum nec bene depictum, nec satis ordinate digestum, decem duntaxat paginas cum fere C teriora vero insuper adjiciunt depositionem Karidimidia complectitur, multis ubique nominibus vix legibilibus impletum. Deficit a ıv Kal. Februarii ad iv Idus Martii, adeoque nec Januarius nec Martius integri sunt ; deestque totus Februarius. Jam dixi solum Aprilem plenum esse. Maius usque ad diem vicesimum, seu xIII Cal. Junii decurrit. Absunt Junius et Julius. Augustus incipit a rv Nonas, cujus reliqui dies habentur. In septembri desunt x11, x1 et x Kal. Octobris. October decurrit usquead III Kal. Novembris. Abest totus November. December vero inchoatur a xv Kalend. Januarii. Patet igitur manuscriptum plane imperfectum esse, neque adeo dignum quod inter Hieronymianos codices connumeretur. Post qualecunque Martyrologium, sequitur nescio quæ tabula nominum, ni fallor, Hibernicorum, per tria folia, ac demum opuscula sive opuscolorum fragmenta, eo sermone quem me fateor prorsus non intelligere. Atque hæc de Tamlactensi satis dicta sunto.

27. Subjicit Bollandus specimen contractioris Hieronymiani, quod olim Rhinowiensis vel Rhinoviensis, juxta Basileam cœnobii, fuit, repertum in Rosweydi schedis, qui illud anno 1623 acceperat a nostro Stephano Vito, hic ab ipso cœnobii Rhinoviensis abbate. ut testantur superstites litteræ, Martyrologium istud recte vocantes fragmentum, cum desint folia ab vn Kal. Februarii ad xiv Kal Aprilis, et a vicesimo, septimo die Septembris, usque ad Decembris vicesimum quartum. Incipit a die natali Jesu Christi in

octava majore, boni priscique characteris, ipsas diphthongos clare exprimentis. Non male censuit Vitus, fragmentum hoc suum exaratum fuisse post dies sancti Gregorii Magni, et post Caroti Magni : nam in illo, inquit, suis recte locis lego festa Nativitatis beate Virginis et Exaltationis sancte crucis. De cætero vere Hieronymianum esse, seu ex Hieronymiano extractum, clare evincunt exhibita a Bollando specimina, ac quotidiana alia diebus sequentibus. Unum superaddam ex 1 Julii exemplum, quod deinceps peromnia secutura apographa nostra Hieronymiania mss. vagabitur. Puta, me textus omnes, I Julii in codicibus istis notatos, cum textu Hieronymiano integro ejusdem diei collaturum.

28. Præmitto hic itaque ex prima Julii totum textum ex Hieronymianorum omnium vetustissimo, Autuerpiensi seu Epternacensi. Erit lectoris citandos infra aliorum codicum indiculos breviores cum hoc componere.Sic habet : Kal.Julii.In Nicomedia, Zoili. Roma, depositio Gaii episcopi. Natalis Luciæ virginis et Anceiæ regis, cum aliis viii. Item Romæ, Isici, Processi, Marinæ, Antonini, Sereni, Victoris; Zeli cum aliis octo. Orionis, et aliorum cclxII. In Antiochi, Severiani, Zoeli, Pasi. Depositio Idonei cum fitiis. Augustoduno, depositio Leontii episcopi. In Persida, S.S. apostolorum Simonis Cananæi et Judæ, fratris Jacobi. Paululo auctiora sunt Lucensia et Corbeiensia ; priora enim interserunt depositionem Aaron, adduntque, Egolisma. Eparci. Posleft. Sed nos, cum Bollando, codicem illum nostrum, cæteris vetustiorem præstantioremque, ut archetypum sequemur. Nunc Rhinoviensis fragmenti verba attende : Kal. Julii. In Nicomedia, Zoeli, Nomæ, Gagi papæ. Luciæ virginis. Processi et Marini. Forte pro Marinæ. Collatis utriusque tabulæ verbis, vix syllaba reperientur quæ ex majori laterculo accepta et descripta non sit. Jamad alios codices nostros, plerumqueliberaliores, descendamus.

29. Eos inter in Actis nostris nominatissimus est Richenoviensis sive Augiæ Divitis prope Constantiam in Germania, cujus ecgraphum habemus nitide descriptum in forma quarta minore, illudque invenio nos primum accepisse anno 1651. De codicis autographi forma aut ætate nihil notatum : videor recordari Henschenium de iis alicubi fusius egisse ; verum quærere supersedeo, cum aliunde satis pateat optimæ notæ esse, et, nisi multum fallar, Gellonensi, ab Acherio Spicilegii tomo XIII edito, longe purius et præstantius, tametsi careat Breviario apostolorum, quod in Gellonensi Martyrologio præmittitur. Educamus hic utriusque textum Julii, cum majori Hieronymiano jam descripto conferendum. Sic habet Richenoviense : Kalend. In Nicomedia, Zoeli, Romæ, Gagi papæ, Luciæ virginis, Processi, Marini, In Antiochia, Severiani. Iu monte Hor, depositio Aaron sacerdotis. Augustiduno, Leontii episcopi. Ad oculum rursus patet Hieronymiana esse omnia

atque ex majore codice excerpta, cui Aaronis depo A bliotheca S. Germani de Pratie ipsi vidimus. Lositio, de qua supra diximus, immista jam erat. Audi modo Gellonense ex editione Acherii. Kalendis Ju-Ui. Roma, Gaii, Luciæ, Isici. Alibi Orionis, Crilif confessoris, Zoeli, Severiani. In monte Or, depositio Aaron sacerdotis. In Persida, Simonis et Judæ apostoli. Augustoduno, Leonti. Ingolisma, Eparci episcopi. Vides hic Gajum papam confuse positum, Carilefum vero aliis, iisque martyribus, inepte immistum; additumpue in fine Eparchum, de quo et Carilefo codex Richenoviensis non meminit, ut proinde hic altero luce dignior sit, quod pluribus et continuatis exemplis forte alias demonstrabitur. Cæterum utrumque Martyrologium, tum Richenoviense, tum Gellonense, annum ordiuntur a Natali tandi, qui a Kalendis Januarii principium desumunt.

30. Bina alia Hieronymiana apographa habemus, quæ cum citato Gellonensi magis conveniunt, ut facta diligentiori collatione didici. Alterum Papebrochii manu in minori forma ex potiori parte descriptum, vocatur Martyrologium Augustanum sancti Udalrici postrema parte mutilum, nempe a vi Novembris ad finem anni. Alterum integrum est, Labbei nostri donum, Belgico charactere in folio exaratum. Utrumque incipit a Kalendis Januarii. Ne tædio sim, solum rursus diem I Julii in exemplum adducam. Sic habet Augustanum : Kal. Junii. Romæ, Gagi, Luciæ, Isici. Al (alibi) Urion, Arileffi conf. Zeli, Severiani. Inmonte Hor, depositio Aaron sacerdotis. In Perside, Simonis Chananei et JudæZelotæ. Aug. C Leonti, Eparci episcopi. Fallor, si ulla major inter Gellonensem, et hunc Augustanum conformitas reperiri possit, quæ aliis diebus passim et ubique elucet, vocula hinc inde intermista, corrupta, transposita, aut abbreviata. Nec major est in codice Labbeano discrepantia. Sic item Kalendas Julii legit, turbato nonnihil scriptoris oscitantia nominum ordine : Romæ, Zeli, Severiani, Usicii, Arilesæ. In monte Or, depositio Anton sacerdotis. In Perside, Simonis, Judæ Apl. Augustod. Leonti. In Bclisma, Eparcii episcopi. Gajæ Unon, Luciæ. Corrige luxata nomina, et tria ultima loco proprio, post Rome, repone, exsurget idem textus quem ex Gellonensi et Augustano jam dedimus, neglectis minutiis quas in antiquis manuscriptis non sæpissime recurrere D adynaton esse norunt qui in iis perscrutandis vel tantillam operam posuere. Possent hujusmodi codices iis annumerari, quos Acherius cum Gellonensi contulit, lectiones ex iis variantes subjiciens.

31. Jam dictos duos codices in nostra Hieronymianorum collectione præcedit apographum aliud multo brevius, eleganti charactere Gallico in folio descriptum, cui has notas appositas lego : Martyrologium perantiquum, ab hinc saltem annis octingentis exaratum, descriptum ex vetustissimo abbatiæ Corbeiensis, mense Decembri NDCLXI. In fine autem adjecit Papebrochius : Dono adm. B. D. Luce Dacerii, ex ms. Corbeiensi antiquissimo, quod in bi-

cum in Spicilegio merebatur tam antiquum monumentum, at forte credidit vir eruditissimus, a nobis ex antigrapho cum aliis olim edendum, quod tam ardentibus votis clar. Castellanum desiderasse supra monuimus. In eo hic codex a proxime prægressis differt, quod Martyrologii ordinem inchoet ab viii Kal. Januarii, sou a Domini Salvatoris Nativitate. Textus habet semper brevissimos, et plerumque unica annuntiatione, sæpe unico sancto circumscriptos, sic tamen, ut appareat ex aliquo Hieronymiano codice omnia fuisse desumpta. Demus iterum diem in exemplum selectum, hic paulo longiori textu præditum : Kal. Julii. Rome. Gaii papæ, et natalis sanctorum Lucejæ virginis, et Au-Domini, contra quam faciant plerique alii infra ci- B cejæ regis. In Persida, passio sanctorum apostolorum Simonis Cananæi et Judæ Zelonis, pro Zelotis. In sequentibus eadem est codicis ratio. Cæterum magna ejus brevitas non impedit quominus quandoque propria Corbeiensium interserantur, ut patet ex v Kal. Aug. seu xxvm Julii, ubi ponitur : Corbeia monasterio, dedicatio basilicæ sancti Petri apostoli.

32. Sequentur Casinensia duo apographa, manu Italica, descripta, de quibus in Prologo ad Bedam mcminit Papebrochius num. 3. Utinam distinctiorem aliquam explicationem aut ipse, aut Henschenius, qui ea transcribi curarunt, adjecissent. Primum altero brevius est, nec puram Hieronymianum dici potest, cum sanctos inserat aliunde acceptos. Brevitate cum aliis Hieronymianis contractis satis convenit; atque item quod sola sanctorum et palestrarum nomina consignet. In exemplo rem totam exhibeo. Sic habet : Kalend. Julii. Octava L. Joannis Baptistæ. Et natale sancli Domitiani abbatis. Prima annuntiatio ex aliquo Hieronymiano interpolato procedit, quale est illud Sangallense, ab Acherio subjunctum Gellonensi : altera manifeste Adoniana est, ut vide in nostra ad Usuardum illo die observatione. Ad Hieronymiana propius accedit Casinense alterum paulo majus, de quo recte Papebrochius citato proxime num. 3 : « Fuerunt etiam ecclesiæ, inquit, quibus satis fuit nudus Hieronymiani Martyrologii contextus, ad pauciores sanctos contractus : et tale Martyrologium alternum Casini reperimus, uti etiam pervetustum, et huic simillimum Romæ in ducis Altempsi celeberrima bibliotheca. » Factam utriusque collationem indicant notatæ sedulo, vel minimæ variationes manu ipsa Papebrochii. Quantum vero majus hoc Casinense alteri minori præferendum sit, ex solito exemplo licebit statuere : Kal. Julii. Rome, Cagi pape. Et sanctorum Luceiæ virginis et Aceclæ rcgis, cum aliis octo. Et in monte Hor, depositio Aaron, primi sacerdotis. Vides ubique sphalmata scriptoria, librariorum imperitia commissa; textus autem provario amanuensium arbitrio, aut magis, aut minus extensos. Utrumque incipit a Kalendis Januarii.

33. Ex codice membranaceo Em. cardinalis Bar. berini in forma 4, signato num. 1852, educta sunt

apographa bina alia, sed incompleta, quorum alte- A servatum, indidem transcribi fecimus. Alterum morum descripsit Papebrochius, secundum inchoavit, sed complevit manus eadem, a qua sunt duo laudata Casinensia. Primum a Kalend. Januarii sumpto initio, deficit in 11 Nonas seu vi Maii. Uniforme non est, nam elogia hinc inde exhibet clausulis sibi propriis, ut, verbi gratia, de Genovefa III Jan. : Cujus reliquiis honorem debitum impendimus, missales et orationes persolvimus. Januarii x, de Paulo eremita: Nametapud nos ita habetur, et reliquiævenerantur. Jan. xvi, de Priscilla : Cujus gloriosum pro Christo agonem, cum patrociniis digne veneramur, of ficiumque diurnum, ut SS. PP. sanxerunt, persolvimus. Rursus ibi de Furseo : Cujus vita plena virtutibus refulget, et corpus venerabile monasterium per Romana retinet. Die sequenti xv11 Januarii, de Sulpitio 🖪 ut priora duo, sed fidelius, prolixiusque suppletum, Bituricensi episcopo: Cujus vitam tenemus, el patrociniis fulcimur. Tales ego elegiorum formulas in nullis hactenus Martyrologiis reperire memini, ut satis pateat, compilatorem hunc proprio genio indulsisse. In reliquis tamen brevior est, magisque stylo Hieronymiano sese accommodat.

34. Barberinianum secundum longe majus et diffusius est, primis tamen duobus mensibus cum dimidio mutilum, cum primum diem integrum signet Idibus Martii : Illustre Martyrologium identidem appellavit Henschenius; quamvis singularem illam prærogativam non magno titulo ei debitam deprehenderepotuerim, saltem quo præferatur duobus aliis mox secuturis, nempe codici Hyeronymiano Vaticano, et alteri codici S. Cyriaci, quo usus est cardinalis Baronius; non, inquam, video, cur his præferatur, nisi quia hinc inde liberius et prolixius, tum sanctos, tum elogia inserit, ut numero sequenti ex Prologo ad Bedam intelligemus. Certe hæc duo posteriora præcellunt, quod stylo Hieronymiano contracta fuerint, sub hoc autem cum Barberiniano concordant, quod et ipsa ex eodem Hieronymiano contracta fuerint, subinde vero aucta elogiis nonnullis ex Beda acceptis. Atque histribus applicanda est, non infundata Papebrochii opinio, num, 2 sui ad Bedam prologi expressa, qua se persuasum fatetur. « in plerisque Romanis basilicis, abrogato Hieronymiani (nempe majoris) Martyrologii usu, et illo, quod Aquileiensi episcopo a pontifice missum supra monuimus, fortassis nonnisi in Laterano, aliisque paucis ecclesiis venientur aucto, utendum plures sibi putaverint, usque dum Usuardus visus est ecclesiasticis usibus accommodatior.» Nempe hæc apographa ad Bedam retulere Henschenius et Papebrochius, quoniam elogia ejus Hieronymianis annuntiationibus immista repererunt. Nec prætermittenda sunt quæ in rem nostram, nempe ad trium præfatorum codicum distinctionem, sequenti proxime numero 12 suggerit laudatus Papebrochius. Ita pergit.

35. « Sunt autem tria hæc, » Hieronymiana apographa Bedæ elogiis farta, « primum ecclesiæ sancti Petri in Vaticano, quod hactenus in archivio ibidem nasterii S. Cyriaci in Thermis, quod unice commendavit adhibuitque Baronius in recensendo digerendoque Romano Martyrologio, quodque ex Vallicellana,Patrum Oratorii bibliotheca acceptum,pridem ad nos misit, studiorum nostrorum æstimator fautorque sincerissimus S. R. E. Cardinalis Petrus Aloysius Caraffa. Tertium ex eminentissimi Francisci cardinalis Barberini instructissima a codicibus manuscriptis bibliotheca accepimus, acephalum illud quidem usque ad Idus Martias, et quantum ex translatione sancti Benedicti, IV Idus Septembris inscripta, aliisque indiciis colligere licuit, ex aliquo Benedictino in Gallia monasterio Romam advectum : sed optimæ fidei, neque ita temere mendoseque aut parce, partim ex Hieronymiano Martyrologio, partim ex propriis diœceseon Gallicanarum Fastis.» Ita Papebrochius in'ordine ad Bedam, codicem hunc effert, in quo tamen advertere potuit recentiora alia adjectitia esse, ut est Assumptio B. M. V., ejusdem vigilia octava, atque hinc inde alia, quæ nec Hieronymum nec Bedam sapiunt. Demus jam præfatorum trium codicum ex præsignato die specimina.

36. Ut a postremo, Barberiniano illo, incipiam, sic legit : Kal. Julias. Romæ natale sanctarum Lueiævirginis, et Ancenæreginæcum aliis xx1. Anisolæ monasterio, depositio sancti Carilephi presbyteri. In monte Or, depositio Aaron sacerdotis. In Mesopotamia, Zeli cum aliis sex. Orionis cum aliis IX, et aliorum ducentorum septuaginta quatuor. Augustoduno, depositio Leontii episcopi, et sancti Quintiani. Satis patet indiculi hujus corruptela, aliquorum nonnulla mutatio, necnon satis liberalis interpolatio, quibus caret, purius Hieronymianum referens codex Vaticanus, dum sic laterculum suum format: Kal. Junii. Romæ, Gaipapæ. Sanctorum Lucivirginis et Accegæ regis, cum aliis octo. Et in monte Hor, depositio Aaron sacerdotis primi. Ejusdem plane tenoris imo nonnihil castigatior est codex S. Cyriaci, sic legens : Kal. Julii. Roma, Gagi Papa et sanctorum Luceiæ virg. et Acceiæ regis, cum aliis octo. Et in monte Hor, depositio Aaron, sacerdotis primi. Non magna perspicacia opus, ut clare deprehendatur major duorum postremorum codicum inter se et cum Hieronymiano, quam cum Barrecepto, ita probatum aliis Bedam fuisse, ut eo con- D beriniano uniformitas, quamvis ad Henschenii et Papebrochii intentum satis esset, quod postremum, Bedæ elogia fortasse purius referret.

> 37. Cum tribus superioribus Barberiniano, Vaticano et S. Cyriaci, citato prologi num. 12, laudat Papebrochius « vetustissimum præclarumque reginæ Sueciæ manuscriptum, quod quanti fecerit vir eruditissimus Lucas Holstenius, declarant ipsius ad Romanum Martyrologium Animadversa, hinc fere accepta, et post illius mortem typis vulgata. In hoc.... etiam Bedam agnovimus, » inquit Papebrochius, « sed elogiis sæpe contractioribus. » Quidquid sit de Bedæ elogiis, omnino fatendum est Martyrologium

fatendum, inquam, inter illustriora Hieronymiani Martyrologii contracta apographa merito recenseri posse. Habe hic ejus textum : Kal. Julii. In Nicomedia, natale sancti Zoili. Romæ, depositio Gagi papæ. In monte Hor, depositio Aaron sacerdotis. Augustiduno, depositio Leontii episcopi. Confer cum præcedentibus, et per te statues nihil propius ad Hieronymiana accedere. Hoc dolemus, nonnisi mutilum repertum fuisse, utpote in quo desint omnia post vII Idus, seu septimo die Septembris. Nonnulla de hoc et de S. Cyriaci Martyrologio valde confuse lectorem edocuit Castellanus, ad primum Bimestre, Januarium nempe et Februarium, Martyrologii sui, cum eruditissimis notis editi, pagg. 26,27 et 28 : de pollicitus est, prolixissimis litteris gratiarumque plenissimis, datis Ix Januarii 1709: Cum vero hæc omnia, proximo ejus Bimestri, forte brevi edendo, corrigenda sperem, iis sigillatim enumerandis hic supersedeo.

38. At non its prætermittere licet nonnullas alias clarissimi viri allucinationes, quibus codices aliquos Hieronymianorum classi perperam inserit. Has eo animo hic expono, quo ipse, humanissimas et cordatissimas gratias referens, easdem sibi exhibitas accépit. Itaque citatæ præmonitionis ad primum suum Bimestre pag. 17. Hieronymianis brevioribus annumerat, 1º Marchianense in Flandria; 2º Letiense in Hannonia; 3º S. Lamberti et S. Laurentii Leodiensia; 4º S. Martini Tornacense; 5º S. Gudilæ Bruxel- C lense; quorum nullum ad Hieronymianorum ordinem pertinet. Ut a postremo incipiam, est illud ab Hieronymianis tam remotum, quam sint Ado ipse et Usuardus, ut cap. 3 ex Usuardinorum serie manileste constabit. Tornace sancti Martini satis convenit cum Lætiensi, ut olim conservavit Bollandus Præfationis generalis pag. xLIX, utrumque conferens cum mss. Antuerpiensi et Leodiensi S. Lamberti, ex quibus conjici potest, quantum ab Hieronymianis deflectant. Priora duo, nempe Lætiense et Torna. cense, ad Bedam relata sunt: Lambertinum Adonianis ferme ascriptum: Antuerpiense, quod nos infra majus vocabimus, ad Usuardina plane trahendum est. Laurentianum Leodiense abest ab Hieronymianis longissime, est enim codex crassus et amplus, Adonem ipsum ferme superans. Quid demum velit per Hieronymianum Marchianense, plane me latet; de fragmentis Usuardinis, ex eo cœnobio acceptis, agemus suo loco, ubi etiam Centulensem codicem, Bedæ nomine falso prætitulatum, et a Bollando pag. xLVIII inter Bedæ Martyrologia computatum, veræ suæ classi restituemus. Sed codices alios Hieronymianos, aut eis saltem alicunde affines percurramus.

39. Apographum habemus valde contractum, cui pars Breviculi Apostolorum præfigitur, manu R. P. Alexandri Wiltheim, operis olim nostri studiosissimi ex ms. Trevirensi S. Maximini descriptum, et ab eodem Patre Luxemburgo ad Bollandum transmis-

hoc, quod olim fuit S. Columba apud Senones; A sum, in quo præ reliquisdiebus, copiosus est i Julii, ubi sic legit : Kal. Julii. In monte Or, depositio Aaron. Passio sanctorum apostolorum Simonis Cananei et Judas Zelotis. Remis civitate, depositio sancti Teuderici presbyteri. Hoc ultimum Rhemos plane redolet, et Rhemensem provinciam late olim diffusam: et similia exempla, vel levi oculo, ibidem, locis non longe remotis, occurrere observo; ut idibus Junii: Remiscivitate, super fluvio Vetula, dedicat. Sce Genufefavirg.Etx: Kal. Septembris: Remis civitale, nat. SS. Thimotei et Apolinaris. Jungo hic mart yrologium manu Italica transumptum ex tomo XXI bibliothecæ Vallicellanæ PP. Oratorii Romæ, de cujus ætate nil licet statuere. Auctor stylum Hieronymianum brevitate sua seguitur, sed aliunde plures sancquibus a me amice monitus, correctionem sinceram B tos contulit, ut sunt prophetæ Veteris Testamenti, quos ex Romano parvo, aut ex Adone, aut forte ex Usuardo desumpsit. Ex Gallia Romam advectum censuit Papebrochius, opinor, quia in eo reperit : v Idus seu xi Julii, translationem S. Benedicti, et xı Kal. Augusti, seu xxıı Julii: Monasterio Fontinella, depositio S. Guandresili [pro Wandregisik] confessoris. Adjiciamus hic in solitum specimen, primum sæpe nominati mensis diem. Kal. Julii. In monte Hor, depositio Aaron, sacerdotis primi. In territorio Lugdunensi, depositio Domitiani abbatis.

> 40. Post hoc sequitur Martyrologium, quod nostri vocant Treverense sancti Martini, scriptum manu Belgica, immistis rubricis quæ modo oculorum aciem ferme effugiunt. De hoc recte observavit Papebrochius, ex variis collectum esse, ejusque compilatorem præ oculis Bedam habuisse; nec invenio cui melius quadrent verba in prologo num. 14 relata: « Ita Bedæ quoque Martyrologio usus est pro Trevirensi Ecclesia, quisquis ille sanctorum Fastos, quorum habemus exemplar ms. composuit. » Facillime equidem credidero, plane ad usum Ecclesiæ alicujus aut Trevirensis aut etiam Belgicæ primitus concinnatum fuisse, cum in ipso principio IV Januarii occurrat: Gandavi, Pharakildis virginis. Ut ex uno mense verosimillimam facias conjecturam ; habes x Julii Amelbergævirginis. x1v,Marchelmi,consocii sancli Libuini. xv1Minulphi et Gundulphi. xx11, In Blandinio. Wandregisili abbatis. Ut alios taceam, non multum remotos ; est vii. Julii, Willibaldi. vii, Kiliani. xIII, Mildrade. XIV, Plechelmi, XXIII, Liborii in Paderborn. xxv, Clodesindæ, etc. De cætero brevitatem Hieronymianam passim sectatur, eoque potissimum titulo ad eorum classem reductum est. Si qua elogia ex Beda aut aliunde intercurrant, ea paucis circumscripta sunt. Cum Vallicellano convenit in referendis prophetis Veteris Testamenti. Ex I Julii, nullum satis certum indicium eruitur. Sic habent : Kal. Julii. Romæ, Gaii papæ etmartyris. et Luciæ, Fidei,Karitatis virginis, et Sophiæ, matris earum.

4K. Nullum fere in tota nostra Hieronymianorum collectione characteristicis suis magis distinctum est quam illud quod vocamus Coloniense S. Marie ad Gradus, a P. Joanne Gamansio, in Actis nostris

percelebri, ad Bollandum missum anno 1638 ex apo- A 1 Julii. Romanum parvum eo die, unico articulo texgrapha P. Marci Cartusiani Coloniensis, qui propria manu hanc notationem apposuit : Martyrologium perquamantiquum, quod ad Gradus Mariæ Coloniæ reservatur, incerto auctore, in quo plurima habentur, quæ in Usuardo desiderentur. Recte observat P. Marcus, sed addere potuit, plurima in hoc Martyrologio desiderari quæapud Usuardum et alios leguntur. Annuntiationum norma plane est Hieronymiana, solis locorum et sanctorum nominibus expressis, nisi quod rarissime, aut de tormentis perpessis, aut de sepultura cursim fiat mentio. Sic loquitur: Kal. Julii. Romæ, nat. S. Gaii papæ. et S. Carile Apresbyteri, et S. Monegundis virginis. Viennæ, sancti Martini episcopi. Domitiani abb. Liquet sanctos aliquos Hieronymianis superadditos. Nonnullos vero populares B aut vicinos adjectos, collige ex IV Julii, ubi ponit : Woltharici episcopi, a titulo sancti aut beati abstinens.v11 Julii habetur: In Bongia, natale sancti Goaris confessoris. VIII, Kiliani, etc. XVIII, Translatio sancti Arnulf Metensis. XXIII, Liborii episcopi. Apographum imperfectum est, deficiens ix Octobris, quo die Dionysium cum sociis apud Parisios consignat. Martyrologii hujus compilator Romanum parvum nec consuluisse, nec descripisse ullo pacto videtur.

42. Ultimum locum in nostro codice occupat apographum, manu Belgica scriptum, antiquissimi Bcclesiæ Romano-Gallicæ Martyrologii, quod supra laudatus Acherius cum majoribus nostris communicavit an 1663. De hoc et proxime superiori Martyrologio sic in prologo ad Bedam, num. 3, Papebrochius scriptum reliquit : « Quod idem (loquitur de Romano parvo Rosweydi) modice auctum, cum nobis exantiquissimis membranis transcriptum communicaret Lucas Dacherius, Romano Gallicum intitulaverat : olim autem etiam Coloniæ in ecclesia sanctæ Mariæ ad Gradus legi solitum, probari potest, per illius ecgraphum, inde transmissum a Joanne Gamansio nostro, ex alicujus Carthusiani schedis : nisi potius nova hæc dici compilatio debeat, ex priori illo et alio posteriori.» Ita Papebrochius nondum satis examinata Martyrologiorum stirpe, progenie, natura et singulorum proprietatibus. Admitto cum venerando magistro meo, utrumque illud Martyrologium et S. Mariæ ad Gradus, et Romano-Gallicum meras compilationes esse ; at falli mihi videtur, dum ipsa fata existimat. Habet profecto Romanum parvum characteres suos proprios, quibus et a proxime citata et ab hoc Acheriana planissime discernatur.

43. Unum est in quo tenuem aliquam similitudinem inter Romano-Gallicum et Romanum parvum advertas quod in illo etiam inveniantur prophetæ Veteris Testamenti, nempe ex Adone vel Usuardo, cum reliquis plerumque accepti. At quam procul in cæterisdistet, inde collige, quod Acherianum diebus ferme singulis auctius sit. Rursus, Romani parvi phrasis, quandoque uberior; Romano-Gallici semper ad Hieronymianorum normam contracta. En exemplum in

tum concludit : In monte Hor, Aaron sacerdotis primi in Lege. Confer modo Romano-Gallicum: Kal.Julii. Romæ, in monte Hor, depositio Aaron sacerdotis primi. Item sanctæ Monegundis virginis. Lugduni, Domitiani abbatis. Supplendum videtur post Roma, Gaii papæ. Quæ hic, obsecro, inter utrumque affinitas ? In hoc multiplex, in altero est annuntiatio unica. Si, quid sentiam, aperire liceat non multum verebor asserere, tum hoc Romano-Gallicum, tum superius S. Mariæ ad Gradus, Adonis vel Usuardi ex magna parte compendia esse, pro vario compilatorum brevitati studentium gustu concinnata. Proinde rogatos hic velim Romani parvi impugnatores, quos sequenti capite conveniam, ut qui tam confidenter ex insigni illo et vetustissimo Martyrologio Adonis Kalendarium faciunt, hisce aut similibus potius occupentur, ad quæ compendiorum aut extractorum Adonianorum characteristicas convenientius transferri posse existimamus.

44. His omnibus, saltem pro aliqua parte, annumerari etiam possent codices alii, quibus in edendo Beda usi sunt Henschenius et Papebrochius: ex quorum recensione observo, ad Hieronymianorum stylum satis accedere Martyrologium Aquisgranense, ad usum illius Ecclesiæ collectum, quemadmodum supra de Trevirensi sancti Martini diximus. Profero rursus diem primum Julii : Roma, depositio Gai episcopi, et sanctarum virginum Fidei, Spei et Charitatis. Nova hinc inde inseruntur, ut ıv Julii : Nativitatas sancti Hodelrici episcopi et confessoris. Idem C forte est quem Coloniense supra vocavit Woltharici. vi Julii est Willebaldi. viii, Kiliani et sociorum. XIII, Henrici imperatoris. xv, Gondulf et Monulf. xvi, Dedicatio S. Mariæ Aquisgrani.xxvii, Translatio sancti Caroli. Et husjumodi alia, quæ prætereo. Demum annumerari etiam poterit alter codex basilicæ sancti Petri Romæ, inter Bedæ apographa itidem repositus, quamvis videatur arbitrari collectus et contractus, ut patebit ex 1 die Julii, quo textum sic format : In monte Hor, depositio Aaron sacerdotis primi. In territorio Lugdunensi, depositio Domiciani abbatis. Et sancti Quinciani martyris. Idem forte dici poterit de reliquis codicibus inter Bedæ Auctaria citatis. Sed de omnibus his manuscriptis nostris ad Hieronymiana, seu integre, seu ex parte cum Romano parvo componit, aut hæc ex illo con- D spectantibus satis dictum sit, eo solo intuitu, ut qui sanctorum Actis et commentariis nostris legendis delectantur, facilius perspiciant quæ et qualia sint Martyrologia ex quibus sanctorum ipsorum nomina extracta fuerint.

ARTICULUS II.

De Bedæ et Flori Martyrologiis novæ conjecture.

45. De his Martyrologis, seu eorum duobus, seu potius uno utriusque Martyrologio, eatenus hic agendum est quatenus Beda cum Adone atque adeo cum Usuardo, non minima generis conjunctione connectitur; ut pateat ordo, series et quodammodo geBeda et Romano parvo, ad alios magis vel minus propinque descendere. Præmittenda sunt Bedæ ipsius verba in fine Epitomes, quibus testatur se scripsisse Martyrologium de nataliciis sanctorum diebus, in quo omnes, quos invenire potuit, non solum qua die, verum etiam quo genere certaminis, velsub quo judice mundum vicerint, diligenter adnotare studuit. Hoc Bedæ Martyrologium præfatio Bollandi et prologus Papebrochii ita depinxere, ita de Floro ab utroque disputatum, ita post ipsos alii varia ad ipsos spectantia expedivere, ut in eadem hac tela retexenda operam perdere videri possem, nisi assidua et horum et aliorum Martyrologiorum collatione, nonnulla occurrissent, quæ ipso assentiente et probante vivo adhuc magistro meo Papebrochio, B profitetur. Quod est quærere, quid sint latiorailla eruditorum judicia non defugiant. Bedæ ætas hodie receptissima est; lucem sortitus anno 672 ad usque annum 735 vitam protraxit. Flori item characteres adeo verosimiliter stabilitos existimo, ut nihil magnopere dubii videam quin floruerit Lugduni, et Martyrologium suum, magis nominatum quam notum, scripserit circa annum 830.

46. Non erit abs re lectorem eruditum, tametsi forte jam probe instructum, hic denuo præmonere, Martyrologium, præfixo Bedænomine a Christophoro Plantino vulgatum anno 1564, nullo pacto a Beda. sed a nescio quo, ex Adone aliisque compilatum fuisse, tam esse evidens, quam quod evidentissimum, atque hoc tempore indubitatum, cum jam passim non alio nomine veniat, quam Bedæ spurii aut supposititii.Ego, vitandæ odiosæ vocis gratia, Plantinianum Bedam simplicius appellare malui. Illustrior est et ab orbe universo, præsertim a litteratis, cum plausu accepta, recentior et longe accuratior editio altera, anno 1668 ante tomum II Martii ab Henschenio et Papebrochio procurata, qua genuinum Bedæ textum ab Flori auctariis diligentissime expurgatum atque distinctum, se tradidisse non dubitarunt. Fuitque id adeo ab annis jam ferme quinquaginta tam incunctanter, tam universaliter ab omnibus admissum, ut qui solide contradicere aut velle, aut posset, hactenus, quod sciam, nemo repertus sit. Solam sanctorum omnium festivitatem, ut additiam expungendam aliqui censuere.

47. Non potui non magistrorum meorum consummatæ in his rebus experientiæ et doctissimorum E studio in labore domni Bedæ accreverat, unde ceraliorum virorum suffragiis meum adjicere, atque adeo in tota hac Usuardi recensione, ita Bedam et Florum appellare, quemadmodum ab ipsis editi, divisi et discreti sunt. Nihilominus jam in terendis Martyrologiis satis diu versatus, symbolam et ego aliquam huc affero, quæ licet Papebrochiani operis fundamenta quadamtenus suffodiat, ut est veritatis amator candidissimus, voluit ipse, argumenta proponerem, quæ ad rem, necdum plane elucidatam, ulterius discutiendam explanandamque conferrent. Ad Florum spectat tota disquisitio, cujus Martyrologium quantumcunque et qualecunque, vere nego-

nealogia, quam supra dicebamus ex Hieronymianis, A tium in tenebris mihi semper visum est, et quanquam majorum placitis, auctoritate ductus acquiescerem, ex quo illustrandorum Actorum suscepi provinciam, nunquam induci potui ut verum ipsum et genuinum Flori opus ab Henschenio repertum, a Papebrochio vulgatum certo crederem.

> 48. Binæ sunt circa Flori Martyrologium capitales , difficultates, quas nec Papebrochius, nec quisquam alius, aut satis hactenus vidit, aut, sicut oportebat, dissolvit, quasque nos hic ad duas quæstiones reducimus. Prima : Quænam ea demum aut sint aut vere dici possint, quibus Martyrologium in labore Domini Bedæ compositum, Flori studio, ut loquitur Ado, accreverit, quæque sanctus ille Viennensis episcopus, in Martyrologio adornando, se habuisse et toties decantata latiora Flori ad Bedam vestigia. Altera : Quid sit ejusdem Flori liber secundus, quo, præter latiora vestigia, se usum esse tam diserte asserit Usuardus. Hanc postremam alicubi, si recte memini, attigit Castellanus, feliciter divinans, secundum Flori librum, nihil aliud esse posse, quam ipsum purum putum Adonis Martyrologium, ut præfationis hujus tertio capite copiosius demonstrare conabimur; unde corrigendum erit inveteratum præjudicium, toties a Majoribus nostris, toties ab aliis post ipsos inculcatum, necdum scilicet reperta esse secunda Flori auctaria, vel alio nomine, secundum Flori ad Bedam librum, seu additamentum. Huc igitur/proprie et unice spectat sola prior difficultas, de primo eoque vero opere quod Flori studio in С Bedæ labore accrevisse novimus.

49. Sed erit qui eam a Papebrochio abunde dissolutam continuo existimet, distinctis illis Flori elogiis, quæ a Bedæ textibus tam accurate remota et sejuncta sunt. Iterum sincere repeto, me Majorum opus vehementer suspicere, ac sæpe admiratum esse tam fortunatum eorum inventum, dum, ut supra dicebam, lex tam variis codicibus, tum Bedam ipsum tanguam genuinum, tum Flori additiones tam solerter a Bedæ verbis, et stylo discreverint. Verum perstat molcstia mihi suborta ex perpetua collatione Bedæ, ab Henschenio et Papebrochio edili, cum Rabano, Adone ac Usuardo. In hoc situs est eardo rei, quod Ado in præfatione sua affirmet, eo se Bedæ Martyrologio usum, quod Flori venerabilis tissime dicendum est, Adonem ipsius Flori, quem de facie novisse potuit, completum et integrum opus habuisse, quod ex Romano parvo et aliunde supplere aggrediebatur, adeo ut non solum primum illud et valde imperfectum Bedæ Martyrologium habuerit, sed simul omnia, quæ tum a Floro, tum a Beda composita, in unum quodammodo corpus coaluerant, quorum proinde Sanctos verba et elogia in novum suum Martyrologium indistincte retulerit, aut saltem referre potuerit.

50. Clarissima in remnostram sunt ipsiusmet Adonis verba, quibus in præfatione testatur, se imperio ac jussione sanctorum virorum Martyrologium com- A ceptum esse. En nodum, cui solvendo viam hactepilasse, ut supplerentur dies, qui absque nominibus martyrium in Martyrologio (quod venerabilis Flori studio in labore domini Bedæ accreverat) tantum notati erant. Cæcus sit oportet qui hic non videat sic Bedæ Martyrologium ab Adone depingi, ut in eo simul conjuncta simul concerta fuerint quæcunque Flori studio in Martyrologio Bedæaucta et amplificata fuerant.Jam vero nihil est manifestius quam quod Ado Bedæ vestigia constantissime premat, ejus sanctos passim asciscat, elogia ferme omnia, quoad rei substantiam, nonnunquam verbatim describat, idque tam clare, tam expresse, ut Bedam in Adone perspicue agnoscas. Si ergo Viennensis episcopus illum Bedæ laborem præ oculis habuit, qui studio Flori accreverat, evidenter consequitur elogia etiam illa de- p scrutando et ruminando pridem deprehenderam, scripsisse, quæ studio Flori, labori Bedæ adjecta fuerant. Atqui tamen toto illo Adonis, quantumvis diffuso, Martyrologio nullum prorsus elogium reperitur ex iis, quæ in editione nostra Floro ascribuntur : hinc igitur concludi potest Florum a majoribus nostris vulgatum, non esse geminum Florum, non esse, inquam, opus illud quod studio Flori in labore Bedæ accreverat, adeoque aut nihil scripisse Florum, aut si quid scripsit, alibi investigandum.

61. Argumentum non minus urgens desumitur ex Martyrologio Usuardi, quod ex Adone quidem contractum scimus, sed ita ut variis locis nonnulla elogia ex Beda descripserit, unde pateat Bedæ Martyrologium habuisse, non ut primum a Beda com-С positum, sed ut a Floro auctum fuerat, cujus rei luculentissimum testimonium præbet Usuardus ipse sic in præfatione sua disserens de vetustioribus Martyrologiis quæ ad suum concinnandum viam præmonstraverant : « Venerabilium Hieronymi scilicet ac Bedæ presbyterorum piis, quamvis succinctis, super hoc provocabar descriptis. Quorum prior brevitati studens, alter vero quamplures Kalendarum dies intactos relinquens, multa inveniuntur hujus operis præterjisse necessaria: quostamen secutus, censui et Flori memorabilis viri latiora jam in eo ipso negotio sequi vestigia, præsertim in seeundo ejusdem libro. » De hoc secundo libro dixi in hac præfatione agendum capite tertio. Ad præsens argumentum satis est ex hoc loco luce meridiana clarius patescere, Flori memorabilis viri latiora jam D in eo ipso negotio vestigia, seu domini Bedæ laborem, qui studio Flori accreverat, verbo, ipsissimum Bedæ Martyrologium, a Floro in latiorem formam deductum, certissime secutum esse Usuardum.

52. Age vero, totum Usuardi Martyrologium, a capite ad calcem evolve et excute, viceris si vel unicum elogium repereris ex iis omnibus quæ in editione Papebrochiana Floro tribuuntur, aut saltem vere illi quomodocunque tribui possunt. Scio equidem unum aut alterum non absimile esse, sed illud probavimus a Flori istins art fice ex Usuardo descriptum, ac ipsius Usuardi stylo verbisque con-

nus rectam et securam non reperi, nisi elogia ompia a majoribus nostris Floro ascripta, ei omnino abjudicentur. Rursus, ut certum suppono, Rabanum, perpetuum Bedæ descriptorem, tali Martyrologii Bedæ exemplari usum, quod et ipsum per Flori manus transierit; atqui nec toto illo Rabaniani Martyrologii decursu, talis Florus usquam occurrit, qualem Henschenius et Papebrochius edidere; est igitur aut nullus Florus, aut aliunde eruenda sunt ea quibus Bedæ opus amplificavit. Hanc difficultatem a nullo hactenus observatam memini, nequidem a Bollando aut Henschenio, sedulis Martyrologiorum evolutoribus, nec a Papebrochio, præcipuo Bedanæ editionis concinnatore. Nodum sed cuneus deerat, per avia et devia diu multumque quæsimus : an repertus sit, ex sequentibus poterit conjectari.

[•]33. Ex citatis supra Bedæ verbis, a Bollando, Papebrochio et aliis passim referri solitis, indubitatum est, Martyrologium aliquod a venerabili et sancto scriptore compositum, nec minus certum, valde incompletum fuisse : certum præterea, a nullo hactenus primigenia phrasi, de qua omnino constet, editum fuisse. Nostra editio ad veritatem proxime quidem accedit, sed cum festum Sanctorum Omnium annuntiet, pro universali Ecclesia tempore Bedæ necdum institutum ex unico eo indicio ut cætera taceam colligimus, purum plane et integrum dicinon posse. Jam vero, aliunde ex Adone patentissime docemur, ipsissimum Bedæ Martyrologium Floristudio accrevisse, nusquam autem traditum est, peculiare opus (secundum librum alio remisimus) a Floro fuisse compositum, quod Bedæ superaddiderit, vel singulari modo, stylo et ordine ab eo sejunxerit, aut discreverit. Subiit itaque cogitare, non infundatam conjecturam fore, si quis opinaretur, totum Bedæ Martyrologium, vel potius Martyrologii ejus elementa ita in Flori opus transfusa, ita utriusque conamina in unum idemque opus conflata, ut frustra laboraverint Henschenius et Papebrochius, quo Flori stylum a phrasi Bedæ, quo Flori, inquam, auctaria a propriis Bedæ textibus segregarent.

54. Mihi certe longe probabilius, imo plus quam verisimile est, Florum ita locutionem suam Bedæ sermoni attemperasse, ut nulla satis aut industria aut solertia distingui possint. Quod qui acciderit hac una ratione tibi facillime persuaseris. Qui Bedæ Martyrologium norunt, utique ignorare prorsus nequeunt, aut modo simplicissimo sanctos illic commemorari, aut longiuscula quandoque eorumdem sanctorum elogia referri. Quid Floro fuit facilius, quam hujusmodi rationem scribendi imitari? Beda in Anglia ex Actis vel passionibus martyrum partem hinc inde aliquam decerpserat, quam nos brevem panegyrim, elogium, laudationem, aut encomium appellare consuevimus. Eamdem methodum secutus in Gallia Florus, ut erat antiquis monumentis, teste Wandalberto, satis instructus, alias passiones, alia A confero versus ex metrico ejusdem mensis, qui ita Acta consuluit, alios proinde sanctos reperit, quos et ipse paribus omnino elogiis exornaret; servatis idem præfatarum passionum veris, vel dubiis narrationibus, earumque compendiis adoptatis. Ut paucis rem totam complectar, sic Bedæ laborem et Flori studium inter se coaluisse existimo, ut nec modo, nec ordine, nec stylo unius commemorationes ab alterius commemorationibus, vel ab ipso Adone dignosci aut disjungi potuerint, unicunque proinde nuncupaverit Bedæ Martyrologium, quod Flori studio accreverat.

55. Hoc pede recte fixo, alia via sternenda fuit ad indagandum quantum operæ Beda, quantum Florus in colligendo Martyrologio posuerint : cum-B que aliunde notissimum scirem Bedæ nomine inscriptum esse Martyrologium aliquod metricum, seu carmine hexametro conscriptum, non Wandalbertinum illud, ut aliqui falso sibi induxerunt in animum, quod totius anni Kalendas decurrit : sed longe brevius, multos etiam Kalendarum dies intactos relinquens; putavi ex ipsius cum prosaico a nobis edito collatione, forte aliquid luminis accessurum, unde non inverosimiliter, Bedæ sanctorum compilatio a Flori accretionibus commode dividi et separari posset. Atque eccum, metricum illud opportune mihi suppeditavit Acherii Spicilegium tomo X, a pag. 120, quo in præfatione pag. 14, editor indicat, exscriptum esse a Mabilione « ex cœnobii sancti Remigii Rhemensis apographo, exarato manu Bertigarii monachi, Ebbone archiepiscopo, præferreque Bedæ no- C men, actitulum, uti nos, inquit, in textu exhibemus.» Pergit pluribus ostendere nihil esse, quominus Bedævere ascribatur metricum hoc Martyrologium, tametsi in citato supra testimonio de solo prosaico sermonem instituere videatur, neque in indice operum suorum metricum istud Martyrologium recenseat. Id enim mirum videri non debet, cum ex ipso opere constet sub finem vitæ compositum fuisse, utpotecum in eo, mense Aprili, etiam Walfridus junior commemoretur, cui, anno 722 vita functo, tribus solum annis Beda supervixerit. Hæc ferme Acherii sententia : quæ si vera est, ac vere Beda postremis vitæ annis Martyrologium suum qualecunque ex soluta oratione ad ligatam transtulerit, ac forte sanctis recentioribus modice auxerit, inveni ubipedem D alterum figam, et nisi vehementer fallor, ea, qua in hisce fieri potest verosimilitudine, laborem Flori a primis Bedæ lineamentis distinguere valeam. Jam nunc fortasse mentem meam perceperis.

56. Ea est, ut composito inter se utroque Bedæ Martyrologio, prosaico nempe, ut ab Henschenio et Pepebrochio editum est, cum metrico Acheriano, illos omnes sanctos et sanctorum elogia Bedæ tribuam, quorum in metrico ipse meminerit; cætera omnia Floro relinquam. Ut exemplo res pateat, primum mensem accipio, qui mihi Bedam nostrum aperienti occurrit, nempe Augustum, et cum eodem

apud Acherium repræsentatur :

Machabei Augusti coronantur mensis in ortu: Sanctumque et Xystum octavis tenet Idibus almum. Bis binis victor superat Laurentius hoster Sancta Dei Genitrix senas ter constat adire Angelicos vecta inter cœtus Virgo Kalendas Inde Thimotheus undecimam tenet ordine digno Atque simul martyr sortitur Symphorianus. Octonas sanctus sortitur Bartholomæus, Bis binis passus colitur Baptista Joannes.

Hic sanctos octo numeras, quos in nostra hypothesi vere a Beda signatos dicendum erit. Sunt autem in Bedainostro notati eo mense sancti, seu potius annuntiationes octo et viginti; erit ergo necesse hinc consequi, ut commemorationes circiter viginti, mense Augusto, Bedæ a Floro superadditas fuisse fateamur.

57. In alia hic versamur hypothesi, videlicet vere ad Bedæ Martyrologium, quod Flori studio accrevit, pertinere omnia quæ Henschenius et Papebrochius tanquam ad genuinos Bedæ textus spectantia retulerunt. Alia prorsus eaque scrupulosior quæstio moveretur, utrum Bedæ et Flori opus subinde interpolatum aut decurtatum non fuerit? Verum hoc ad argumentum quod hic tractamus peregrina sunt. Aut purum, aut puro proximum esse nostrum Bedæ Martyrologium, idemque prorsus, quo se usum fatetur Ado, præter prologi Papebrochiani rationes, satis manifeste probat Ado ipse, dum totum illud Martyrologium in suum transtulit. Totum dico a potissima et præcipua parte; nam si quis Bedam nostrum cum Rabano et Adone conferat, nonnulla hinc inde recurrent quibus ad exactiorem formam Beda noster redigi facile queat. At enim non video tam scrupulose excutiendum Bedam, licet fortasse minutiis nonnullis auctum, dum tam confidenter Hieronymiana dicimus, quæ ad Hieronymum nullatenus spectare posse, apud omnes in confesso est.

58. Frustra etiam oppones futurum eo pacto ut potior pars celeberrimi Martyrologii, a Majoribus nostris cum tanta laude Bedæ vindicati, mensibus singulis Bedæ abjudicetur. Etenim cum hactenus non minus fere dubium fuerit quid ex Bedæ Martyrologio Bedæ proprium sit quam ex Hieronymianis Hieronymi, seuillius qui primo Hieronymianum Martyrologium designavit, non exiguum certe operæ pretium fecero, si purum ipsum Bedæ opus, quantulumcunque demum, auctori suo non infundatis argumentis restituam, cæteris Floro aut aliis interpolatoribus derelictis. Equidem post longam et diligentissimam operam, quanta potui cura et studio adhibitam, nihil huc usque reperi quod ad omnimodam verosimilitudinem propius accedat. Atque has nostras rationes, seu mavis conjecturas, eruditorum censuriset judiciis tantisper proponere non formidamus, si forte clarioris lucis aliquid aliunde affulgeat, quo tandem tutius, securius et certius, ipsius Bedæ purus et genuinus fons ab influentibus et ascititiis rivulis expurgetur.

59. Interim vero monendus hic iterum lector me

tota ferme Usuardini Martyrologii recensione sic A nensis, tam certa ipsi fuit solemnium dierum comsemper Bedam et Florum citasse prout ab Henschenio et Papebrochio distinctis typis vulgati sunt, quemadmodumHieronymiana apographa.seu codices Hieronymianos appello, quos Florentinius et Acherius edidere, aut apud nos manuscripti exstant, tametsi alii aliis auctiores sint, vel magis aut minus interpolati. Si quæras cui ascribenda sint elogia in nostra editione Floro attributa, sincere fatebor id me prorsus ignorare. Cæterum, cum hic in conjecturali scientia versemur, quid vetat prababilissime asserere singulos codicum, ex quibus accepta sunt,. compilatores Bedam et Florum imitatos, pro suo quemque ingenio addidisse, quæ ex passionalibus aut aliunde decerpta textibus suis apte convenire censebant. Id certe admittendum in codicibus Usuar- p reat. Ex codicibus Hieronymianis sanctos aliquot dedinis, in quostanta iuterpolatorum libertas grassata est, ut auctaria et additamenta si omnia conjungantur, singulis prope diebus, textum ipsum Usuardinum duplo, triplo, sæpe quadruplo, imo quintuplo et amplius exsuperent. Hæc de Beda et Floro. Nunc ad tres alios antiquos, seu classicos martyrologos properemus.

ARTICULUS III.

§ I De Wandalberti metrico.

De tribus aliis Marlyrologiis Usuardi cognatis.

Hieronymiana, Bedam et Florum, inter Gallos Martyrologos, ætate proximus sequitur Wandalbertus, monachus Prumiensis in diœcesi Trevirensi qui Martyrologium suum, ut ostendit Bollandus pag. LII, scripsit anno 842, male ab operum Bedæ editoribus tomo insertum sub titulo Bphemeridum Bedæ, cum metricum hujus Martyrologium, de quo articulo præcedenti egimus, brevissimum sit, certe Bedæ ascribi nefas sit, nisi quamplures Kalendarum dies intactos relingual, ubiinterim nostrum hoc Wandalbertinum per totum anni circulum unum saltem sanctum refert diebus singulis. Sed de vero auctore nemojam est qui dubitet; tu vide apud Bollandum præfationem ipsius Wandalberti, ex qua ad remnostram faciunt sequentiaverba: « In quo opere, quia solemnium dierum certissima comprehensio non leviter nec facile pro librorum varietate obstabat, ope et subsidio præcipue usus sum sancti et nominatissimi Flori, Lugdunensis ecclesiæ subdiaconi, qui ut nostro tempore, revera singulari studio et assiduitate, in Divinæ Scripturæ scientia pollere, ita librorum D authenticorum, non mediocri copia et veritate cognoscitur abundare, Ab hoc ego, sumptis veteribus emendatisque codicibus, Martyrologium librum a Kalendis Januarii usque ad finem anni, per dierum singulorum occurrentes festivitates metro edidi. » Oratorie hic loqui videtur Wandalbertus; nam si rem ipsam diligentius inspiciamus, quæcunque ipse ex libris illis authenticis, veteribus et emendatis codicibus scitur desumpsisse, ad unam Kalendariorum Hieronymi, Bedæ et Flori Martyrologiorum et forte passionalium aliquot supellectilem facillime contrahent ur. Ncc vero, etiam ope et subsidio Flori Lugdu-

PATROL. CXXIII.

;;;

prehensio, ut non sæpe, contra apertissimam antiquiorum Martyrologorum sententiam, pro suo arbitrio dies aliquot transposuerit.

61. Quæ hic Bollandi præfationi, aliorumque de Wandalberto narrationibus superaddimus, eo spectant maxime ut specimina exhibeamus, ex quibus appareat multa pro suo libitu Wandalbertum digessissse. Quærant alii quinam ii fuerint libri authentici, ac veteres emendati codices unde Sanctos suos metris illigandos Wandalbertus acceperit; ego certe dubito an hæc omnia non magis ornate, quam vere prædicentur. Bedam, ut a sancto et nominatissimo Floro auctus fuerat, præ oculis habuisse ultro concedimus, tamesi in eo scrupulosior fuisse non appacerpsisse, æque certum est; at præterea alios, aliunde accersitos, pro suamet auctoritate eis adjecisse, luculenter demonstrari potest. En pauca de multis exempla. Sic habet:

xvii Febr.	Bissenumque diem Martialis sanctus honorat.
XXI	Victorine, tuo nonus de nomine fulget.
XXY	Quinta dies Crescenti augetur laude beati.
u Mart.	Senis moz Nonis Heraclus Paulusque coluntur.
xx April.	Festaque Synesii celebrantur martyris almi,
-	Pontificis tumulo, doctrina et morte beati.
xm Jul.	Tertius Ægyptum præsentat Serapioni,
	Attalus et martyr cœlesti flore nitescit,
	Bt ternam denam Philibertus sanctus adornat.
XXIV	Mox nonam, Aquila et Niceta sacrarunt,
XXVIII	Quatuor habet versus de consecratione altaris a S. Stephano papa, aliisque eo spectantibus de quibus alibi nihil.
440	Idibus octavis, mortem passura crucemque
vi Aug.	Christi sancta zaro, ætheream dedit ante figuram.
XXIII	Lucius et Psolamæus denam virtute coronant.
XXVIII	Hac quoque Pelegium fuso pro sanguine clarum.
1 Sept.	Hac et Veneræ rutilant solemnia sanctæ.
XI .	Has simul et Felix felici morte dicavit.
	Martyrologio Regulæ sancto pariterque beatæ.
XI Nov.	votis festoque vocatur eodem,
•	Exsilium, flagella, minas, tormenta necemque
-	Pro Christo perpessa simul Domicilla triumphat.

Plures hujuscemodi sancti in Wandalberto recurrunt, quos apud alios Martyrologos, saltem sic positos frustra quæsieris. Quemadmodum autem libere sanctos multos signavit aliis incognitos, sic non minori libertate, aut Kalendarum dies transposuit, aut aliqua inseruit, quæ apud antiquiores martyrologos non repererat. Lubet iterum exemplis pauculis rem elucidare. Sic habet xxi Aprilis.

Undecima Gaius pariter Simeonque coluntur.

Non potest esse alius hic Caius quam papa, qui ad diem sequentem pertinet. A propio die remotior est, quum ex Januario sic canit xvi Maii :

Septima Timotheus cum dens nomine lucet, Veridica Paulus docuit quem voce beatus.

Sic vi Junii illum posuit, qui ad vii spectat :

Octavas Idus Ceratus episcopus ornat,

Urbem qui fulsit, Gratiano a principe dictam.

Rursus xx Junii Vitalem collocat, quasi hic post filios Gervasium et Protasium die sequenti passus sit, de quo alii agunt xxviii Aprilis. En ejus versiculum :

-

.

.

Vitalisque pater natos seguitur duodeno

Prima Julii loquitur de Ephrem, qui ab aliis refertur 1 Februarii; sed in hoc Bedam aut Florum secutus est. At XIV Septembris solus ipse de Eparcho agit, alii 1 Julii.

Præsulis hic etiam meritum celebratur Eparci.

Alii Martyrologi Martinum papam non agnoscunt xvi Septembris. Sic ipse :

Hinc sexto deno Martinus papa beatur.

Ad xxiv Octobris anticipat festivitatem quadraginta sex militum, ab aliis die sequenti diserte signatorum.

Nono quadrageni effulgent sexque triumpho Romæ militiæ et sancto certamine clari.

Jam vero præter Sanctorum nomina, alia etiam inserta esse, quorum ipse inter martyrologos pri-B mus sit auctor, liquet ex viii Junii, ubi Medardi et Gildardi famosum synchronismum adoptare videtur.

Progenies meritumque pium, quos jungit et ara. Gildardus senas, pariterque Medardus honorant.

Vide etiam IX, XXI Octobris ac pluribus aliis diebus in nostris ad Usuardum Observationibus proprio loco indicatis, ex quibus omnibus colligas satis libero calamo Wandalbertum versus suos adornasse, nisi suspicemur interpolatores subinde accessisse, quos mirum esset magis ab hoc Martyrologio, quam ab omnibus aliis manum abstinuisse. Utcunque factum sit, hæc eo notavimus, ut pateat metricum Martyrologium Hieronymi quidem et Bedæ, a Flore aucti, progeniem esse, non C ita tamen ut eorum placitis se astringendum pui taverit, auctor ipse per se et novi Martyrologiconditor, Vulgo notum est Adonem in cœnobio Prumiensi verosimiliter cum ipso Wandalberto aliquandiu commoratum : attamen certum putamus metricum Martyrologium aut non novisse, aut certe eo usum non fuisse. Dubitavi aliquando, nec in meis ad Usuardum Obsevationibus satis certo determinare ausus sum, utrum in Usuardi cognitionem non venerit; neque vero hactenus id mihi certo exploratum ausim asserere. Partem affirmativam suadebant Sancti iidem, pluribus diebus in utroque recurrentes; at mox reponi poterat id mirum non esse, cum utrique iidem fontes, aut saltem similes patuerint. Magis urgebat, dum Sanctos D reperirem apud nullum martyrologum Usuardo antiquiorum, præterquam apud solum Wandalbertum signatos, quod plane accidit xiv Martii, ubi hic versiculus :

Euphrosius pridie Petro cum martyre fulget.

62. Hoc certe impellere videbatur ut saltem notitiam aliquam inter eos martyrologos fuisse admitterem. Rursus, dum ex aliqua Hieronymianorum classe unus aut alter Sanctus, iidemque prorsus et ab Usuardo positi, et a Wandalberto versibus innexi inveniebantur, satis probabile videri poterat Usuardum non Hieronymianorum fon-

A tem, sed Wandalberti rivulum consuluisse ; idque patebat clarius die secunda Decembris in Vero et Securo, a sociis aliis octodecim aut novemdecim avulsis :

Vero et Securo quartis litat Africa nonis.

Verum his omnibus præponderavit Usuardi silentium, qui, duces suos aperte enumerans, Wandalbertinomen reticuit. Ad hæc, in allato exemplo Veri et Securi, ambos Usuardus fratres appellat, quod utique ad Wandalbertum non reperit. Petrum et Euphrosium aliunde Usuardo innotuisse necesse est. Ut vero certius intelligas, inter Usuardi protoparentes locum Wandalberto tribuendum non esse, faciet dies IV Decembris, quo Usuardus nullos apud Adonem sanctos illic signandos reperiens, non ad Wandalbertum, qui de Victoria agit et Heracleo, sed ad Rufinum confugit, ex quo binas suas annuntiationes conflavit. Idem convincitur ex xIX Decembris, ubi Wandalbertus :

Quartum cum deno Zozimus Dariusque coronant;

in Usuardo autem solum legitur : *Civitate Nicea,* sancti Darii martyris; nulla prorsus eo die Zozimi facta mentione. Tota igitur Wandalbertum inter et Usuardum cognatio in hoc consistit potissimum, quod uterque de Hieronymianis, Beda et Floro participent.

63. Posset et hic a curiosis inquiriri utrum Wandalbertus inter progenitores suos numerare non debeatauctorem Romani parvi?Dubitandi ratio est quod Observationes nostræ nonnunquam doceant cosdem sanctos a Wandalberto celebrari, quos solum Romanum parvum inter antiquiores notasse comperitur. Exemplo sint Maii xv, quo

Pontifices septem Hesperiam simul idibus ornant. et vii Junii :

Paulus septenas, præsul tuus, alta Bizanti,

et similia plura, ex. quibus confici posse videatur Wandalbertum non. ignorasse Martyrologium illud quod Romanum parvum vocamus. Hic ego me hærere, et in Observationibus non semel hæsisse confiteor. Nihil quidem piaculi video, si ultro concedamus Romanum parvum Wandalberto præluxisse. quidquid Ado gloriari videatur se omnium primum absconditum prius in Italia thesaurum effodisse, quem in Galliam deportaret. Cæterum cum. teste Usuardo, diversa sanctorum Patrum Martyrologia exstiterint, facile contingere potuit ut ex antiquiori aliquo, auctor Romani parvi Romæ, Wandalbertus in Gallia sua desumpserit. Qui plura conferre aut disquirere voluerit, in prima Molani, et in hac nostra Usuardi editione, metra diebus singulis cum textu Usuardino forme conjuncta inveniet. Apud Acherium tomo V Spicilegii, totum Wandalbertinum uno ductu editum est.

§ II. - De Martyrologio Rabani.

64. Ordine et ætate sequitur præclarum Bedæ germen, Martyrologium a B. Rabano Mauro ex mona-

quod fortasse non immerito appellaretur Bedæ Martyrologium studio Flori et Rabani suppletum; ita Rabanus fideliter et passim omnia elogia, in Papebrochii editione Bedæ ascripta, suæ compilationi inseruit, ut vel ex solo hoc Martyrologio recenseri illa et forte hinc inde emendari posset. Credidit Papebrochius in Prologo suo, num. 11 eodem tempore Rabanum in Germania Bedam supplevisse, quo id in Francia præstabat Florus, adeoque circa annum 830; at nobis longe verosimilior videtur Castellani conjectura, præfationis suæ ad 1 Bimestre pag. 20, ubi Rabanum existimat Martyrologium scripisse circa annum 845, tum nempe, cum demissa anno 842 abbatiæ Fuldensis præfectura, privatus ibi degeret, anno 847 ad archiepiscopatum B Moguntinum assumptus. Sic apte divisis temporibus, commode intelligitur Flori laborem in augendo Beda pervenisse in manus Rabani, quem is ex codice aliquo Hieronymiano aliisque (ut erat vir doctissimus) aliunde acquisitis, per totum anni circulum impleverit, iis superadjectis, quæ ad Fuldenses seorsim pertinerent, ut esset Martyrologium cœnobii illius celeberrimi usibus accomodatum, quidquid Papebrochius num. 14 autumet, non eo Martyrologio usus Fuldenses, sed alio in codicibus reginæ Sueciæ reperto, quod ex Adone contractum fuerat. Sed forte monachis etiam illis placuerit magis Usuardina methodus, longe aptior Officio ecclesiastico.

65. Prævenit itaque Rabanus noster Adonem, qui per idem tempus Martyrologium aliud medita-C batur, de quo fusius sequentibus duobus capitibus agendum erit. Uterque eodem laborat vitio, nempe enormi illa inæqualitate, qua diebus nonnullis unus aut alter sanctus valde jejune annuntiatur, alii vero longis elogiis referti, ad nauseam ferme prolixi sunt. Præiverat ambobus Beda, præiverat Florus; ast Usuardus singulorum dierum laterculos compendiosius complexus, priores omnes Martyrologos ita antecelluit, ut ubique receptus, aliorum memoriam obliteraverit. Ut ad Rabanum redeamus, nihil in eo peculiare occurrit quod Observationibus nostris satis accurate notatum non sit. Hoc nempe singulari cura studuimus, ut per continuam illam Martyrologium omnium inter se aut convenientiam, aut differentiam, aut oppositionem, C sub unum aspectum positam, singulorum simul proprietates Hagiophili dignoscerent. Inter cætera insinuandum fuit Rabani Martyrologium Germaniæ limites non esse trangressum, ut pote quod Ado et Usuardus plane non noverint ; Notkerus autem, de quo mox loquemur, totum descripserit, anxerit, aut contraxerit.

66. Ut autem assumptæ superius generationis metaphoræinhærentes, Martyrologiorum genealogiam pertexamus, co consanguinitatis gradu Adonem tangit Rabanus, seu potius eorum Martyrologia, ut quodammodo germani fratres dici possint, ea vide-

---- --

cho Fuldensi archiepiscopo Moguntino compositum, A licet causa quod ambo ex Hieronymianis, Beda et Floro, pro majori vel minori parte progeniti sunt, cum hac notabilissima diversitate, quod Ado fecundissimus fuerit aliorum Martyrologiorum parens. Rabanus vero prope anais obierit, solum ferme Notkerum sequacem habens, ex quo fortasse magis quam ex ipso Rabani fonte, paucula in codices Usuardinos auctiores derivata sunt, ut nonnunquam in Auctariis nostris indicandum fuit. Qui plusculum temporis Martyrologiis his omnibus accuratius inter se componendis impendere voluerit, facillime mecum advertet quod si ea, quæ ex Hieronymianis, Beda et Floro, Rabanus desumpsit. a reliquis sejungantur, pauca superfutura sint quæ Rabani propria dici debeant. Sic item, si Notkerum Hieronymianis, Rabanianis, et Adonianis exspolies, ad nihilum prope redibunt quæ ex ejus Martyrologio erunt reliqua; præterquam quod locis nonnullis mutilum est, ut statim paulo copiosius explicabimus.

§ III. - De Martyrologio Notkeri.

67. Hoc Martyrologium native delineavit Papebrochius in prologo ad Bedam, num. 14, his verbis : « Prædicti Adonis` synchronus fuit B. Notkerus, monasterii sancti Galli monachus anno Christi 870, quando Ado eidem monasterio communicavit reliquias sancti Desiderii, episcopi et martyris Viennensis, x Kal. Junii recolendi, quemadmodum ipse ad dictum diem testatur in suo Martyrologio, quod videtur Adonis exemplo scripsisse, integra sæpe elogia ex eo verbotenus accipiens; mortuus anno 912, uti clare demonstrabimus mense Aprili ad ejus diem natalem. Præter Adonis Martyrologium (cujus exemplar credibile est ipsummet Sangallensibus misisse) habuit etiam Notkerus præ oculis Martyrologium Rabani, de quo supra egimus, et eo etiam plurimum usus est, adeo ut videri possit unum e duobus conficere voluisse. » Verissima hæc esse plane perspiciet quisquis tres illos Martyrologos inspicere et attentius considerare dignabitur, quod in Observationibus nostris Usuardinis annotare non prætermisimus, quotidianam ferme Martyrologiorum classicorum genealogiam repræsentantes, quorum postremus est hic, quo de loquimur, Notkerus Balbulus; quem si pernoscere cupiat curiosus lector, adeat Papebrochii commentarium vi Aprilis a pag. 576, ubi hunc a variis aliis Notkeris accurate distinguit. Castellanus compendio omnia collegit in laudata sæpius præfatione, p. 25.

68. Porro jam dictum Notkeri Martyrologium primus ex Sangallensi bibliotheca eruit, et typis vulgavit inter antiquas lectiones Henricus Canisius. locis aliquibus mutilum, ut a x11 Junii ad x1x, a x1 Julii ad vn, a xvm Augusti ad xxvn; imperfectum vero a xxvi Octobris usque ad anni finem. In Canisiana illa editione hunc præfert titulum: In nomine Domini, incipit Martyrologium per anni circulum S. P. N. Notheri, cognomento Balbuli, monachi S.

493

videlar,

D

. 14

10

(يون

Vitalisque pater natos seguitur duodeno

Prima Julii loquitur de Ephrem, qui ab aliis refertur I Februarii; sed in hoc Bedam aut Florur cutus est. At xiv Septembris solus : cho agit, alii 1 Julii.

Præsulis hic etiam meritu-Alii Martyrologi Martin xvi Septembris. Sic ir

Hinc sexto deno Ma

Ad xxiv Octobris ginta sex militur signatorum. Nono quadrar

Romm militi Jam vero r inserta es mus sit

detur Ţ ٦ bv p

t

N Set of the Alexandra Ar Japan Bertherry platibus Nel Sel de als conservation un nostrarim piurion. Arcia heruti samus. Caterna es dietis manifestum KCER KONII SAMUS, LATOTAM EL ARTIS MADINOSIUM SI GRAM ATTIO (HOSSARGUNIALIS MATISTOLOGICA) VIAest quan arriv consanguiniaus mariyrologica vinculo Yolkoru chu nanano e anone cunjuneus sit. Alyae har quiden hartenus de martyrologis, que in Inno har quiden hartenus innorma Algae have guiden have enus ac mars, rookis, quie in Algae have guiden have enus ac mars, rookis, quie in Ineva derecta vel immediata Usuardo jan Pieron. Ineva derecta vel immediata Usuardo jan Hieron. lines directs eet immedists esusreejau propinqui Lines directs eet ipse nonnunquam Hierony-eun sunt, quanquam et ipse sunnletum consult. eve seal, quanquam et ipee nonnunquam mierony-consuluisse miana et Bedam a Flore suppletum consuluisse miana et Bedam Sunc ad præeipnum eius formitte et Gild miana et Bedam a Flore suppressum consultuisse deprehendatur. Nunc ad præcipium ejus familiæ, deprehendatur. deprehendatur. Nunc au pracupusum ejus tamiliæ, deprehendatur. Nunc au pracupusum ejus tamiliæ, seugeneologicæ arborisstipitem descendimus. Illum seugeneologicæ arborisstipitem illud vetus, a Rossus wer statuinus Romanum illud vetus, a Rosweydo seu geneologicæ arborissupus millud vetus, a Rosweydo verv statuinus Romanum, ab Adone Ravennæ renowi vero statuinus Romanum more serven a nosweydo vero statuinus ditum ab Adone Ravennæ repertum, nostro pridemeditum, in capite Martyrologi: ibi abi poi in istud plane transfusum. Fbi ab ipso descriptum, in etransfusum. Ex quo ibi ab ipso descriptum, in etransfusum. Ex quo positum, et in istud vetus, quod nos Romanum istud vetus, quod positum, et in istud vetus, quod nos Romanum videas Romanum istud vetus, quod nos Romanum videas Aicimus, cum Beda a Floro aucto videas Romanum istua Beda a Floro aucto, Adonis paronon dicimus, cum Beda a Floro aucto, Adonis parona dicimus, can cujus avum Hieronymiana patrem posse nuncupari, cujus avum Hieronymiana patrem posse nuncuparis. Tum vero, ex Adom patrem posse nuncupits, Tum vero, ex Adone imme-non incepte appellaveris, Tum vero, ex Adone imme-non incepte appellaverie Usuardum capite 2 non inepte appendere Usuardum capite 3 demons-diatissime procedere Usuardum capite 3 demons-diatissime premittenda est gravie de f diatissime procession capite 3 demons-diatissime premittenda est gravis de Romano trabitur, inter eruditos controversion trabitur. Hic pre-trabitur. Hic pre-inter eruditos controversia; paucis id isto Parvo inter eruditos entiguum Romanis id isto parvo inc. enuinum et antiquum Romanum tuen-bactera us int genuinum et antiquum Romanum tuenbacten us ut general aliis obnixe contra certantibus, nec tibus, pluribus aliis nec vere Martunologi tibus, Pluring tibus, Promanum, nec vere Martyrologium esse, vetus, nec Kalendarium, aut contenet vetus, nec noise and setup of the martyrologium esse, sed potius Kalendarium, aut contractum ex Adone sed potium; aliis demum, tangnam esta sed potrus, aliis demum, tanquam scenæ specta-compendium; aliis demum, tanquam scenæ spectacompetition nullam in utramvis partem sententiam toribus. Hæc proximo capite eb em toribus. Hæc proximo capite ab ovo repetenda, ferentibus excutienda suscisione ferentius excutienda suscipimus.

CAPUT SECUNDUM

D' Martyrologio quod verus Romanum appellavil primusque edidit Heribertus Rosweydas, nos tantisper Romanum parvum vocari posse censemus.

70. Eminentissumus Annalium ecclesiasticorum conditor Cardinalis Baronius, in Prolegomenis ad suam Martyrologii Romani cum Notationibus editionem, præsertim capite octavo, totusest in guærendo antiquo Martyrologio Romano, cujus vestigia haud obscura repererat in celebri Gregorii Magni ad Eulogium Alexandrinum episcopum epistola, superins a nobis laudata. Cumque relatorum a nobis præcedenti capite majorum Ilieronymianorum apographa in ejus aut cujus quam alterius, ad Romani Martyrologii reformationem deputati, notitiam non pervenissent, neque adeo Martyrologium ullum vidisset, cui descripta a Gregorio elementa omnimode convenire possent; lecta Adonis præfatione, in qua

COURS SELECTRACE DE NUT opus, ad concinnandum A tem, sed adjutum fatetur venerabili www.rologio, ab urbe Roma Aquiancio episcopo a pontifice Romano where the debitavit : " Hoo incurrent the debitavit : " dabitavit : « Hoc ipsum simplex absque in Auguet and the second secon perbrove, in quo tantum nomina Martyrum, locus r dies passionis positi haberentur, esse illud ipsum, cujus meminit Ado. » Ita Baronius.

landen fuleine 71. Sed pace ipsius dixero : non satis conveniunt ea quæ Gregorius in epistola ad Eulogium de suo Martyrum libello prædicat, cum characteristicis Martyrologii Ravennæ reperti ab Adone delineatis, ut utriusque verba conferenti ad oculum patebit: neque enim Ado usquam insinuavit Martyrologium a Romano pontifice Aquileiam cuidam sancto episcopo directum, aut perbreve esse, aut sola duntaxat nomina Martyrum continere, aut solum locum ac diem passionis ponere; quæ omnia Gregorius de suo tam clare et tam distinctis terminis asseruit. Cæterum quidquid ejus sit, præconceptæ opinioni insistens Baronius, satis ibidem patefacit ingens ejusdem istius Martyrologii, quo tenebatur, desiderium, dum ita loquitur : « Porro in omnibus quæ viderim Martyrologiis Adonis impressis (non scio alias editiones tunc exstitisse præter imperfectam Lipomani et aliam Mosandri) illud ipsum Roma acceptum desideratur. Egregiam certe, ac viris eruditis dignam optatamque navasset operam Mosander, si hujusmodi illustre vetustatis monumentum, quod in suo manuscripto Adone haberi testatur, una cum ipso Martyrologio Adonis, quod post Surium ad septimum tomum Vitarum sanctorum adjecit, edidisset.

> 72. Tam præclaro purpurati Patris desiderio facturus satis Heribertus noster Rosweydus, cum novam Adoniani Martyrologii, exactioremque prioribus editionem meditaretur, curas mox omnes intendit, ut codicem ipsum manuscriptum S. Pantaleonis, ex quo suam Adonis editionem Mosander expresserat, nancissi posset; eoque a Cartusia Coloniensi perbenigne submisso, idem illud vetus Romanum Martyrologium, ut ipse vocat, guod suo Adopræfixerat, magnovirorum eruditorum applausu, una cum Adone vulgavit anno 1613, nihil dubitans quin ipsum illud Martyrologium reperisset quod olim Gregorius Magnus ad Eulogium scribens laudaverat. Juvat Rosweydum ipsum loquentem audire, in sua ad Paulum V pontificem maximum dedicatoria epistola : « Fero nunc, inquit, ad Sanctitatem Vestram, vetus hoc Romanum Martyrologium, quod Gregorius pontifex maximus ad Eulogium Alexan. drinum episcopum scribens, per orbem universum dispersum et optavit et credidit. Fero quod Ado annis abhinc octingentis, tanti fecit, ut venerabile et perantiquum duxerit.sibique, velut prima operis sui lineamenta adumbrata proposuerit, quod suis rursus coloribus pingeret, lucis splendore illustra

ret. Fero quod ad hunc usque diem latuit : cujus A lætus de invento a se thesauro, redditoque, cui desiderio tantopere flagrabat cardinalis Baronius, ut animi sui testes tabulas exstare voluerit, guibus editorem excitaret, et gratiam ante beneficium reponeret. Hoc igitur Martyrologium tanto fidentius ad Sanctitatem Vestram defero, quanto plurium gravissimorum virorum patrocinio comitatum venit. »

73. Ita Rosweydus splendide ac eleganter munus, vel partum, ut ita dicam, suum communi sidelium Patri verbis ornare, ac religiose, non Thrasonice, ut garrit Beckius, modeste, inquam, ostentare non dubitavit. neque tunc cum illo dubitabant eruditi gravissimique viri, quorum patrocinio comitatus veniebat, quin vere Martyrologium ab sancto Gregorio commendatum Romano pontifici porrigeret. B rentinius in admonitionibus suis præviis, pag. 17, Verum hæc præmature dicta crediderim agnovisse subinde Rosweydum ipsum. Nimirum, dum hæc scriberet, nondum illustre istud Hieronymianum Epternacense, de quo priori capite cum Bollando egimus, e carthusia Trevirensi feliciter eruerat. Etenim, ex utriusque, puta Hieronymiani et Romani parvi comparatione, facile agnovisset vir perspicacissimus, non huic tam proprie quam alteri aptari posse Magni Gregorii descriptionem, qua utique indicatur Martyrologium Hieronymianum, in quo lantum nomina martyrum, locus et dies passionis positi haberentur. Quod perbreve velit esse Baronius, non est ex mente Gregorii, cum in ipsius libello multi ex diversis terris atque provinciis, per dies cter Hieronymianis proprius est; Romano parvo non item, ut brevi clarius elucescet. Hæc omnia si observare potuisset Rosweydus, haud dubium quin vetus suum cum Gregoriano minime confundendum putasset. Nec vero inde splendor Martyrologio isti gratis quodammodo accersendus erat, cum aliunde veris suis propriisque non careat laudibus, quas ipsi utmeritas, ut debitas toto hoc capite vindicabimus.

74. Cæterum quod modo aiebat Rosweydus, plurium gravissimorum virorum patrocinio comitatum venire Romam, suum illud vetus Martyrologium verissimum existimo, tamet si modo promptum mihi non sit vivorum illorum suffragia colligere. Sit nobis hic unus omnium instar Andreas Saussayus, in hac saltem parte minime suspectus Rosweyedi encomias-Martyrologium Gallicanum, procuratam veteris illius Martyrologii editionem, sed cap. 19 dispersos radios colligens, hæc inter alia de Rosweydo prædicat : Martyrologium vetus Romanum, tot sæculis abditum, tanto æstu a Baronio desideratum, multoque sudore a se perquisitum, tandem divino munere reperit, ac repertum primum in lucem produxit, notatiunculis sua eruditione dignis instructum, quod Paulo V pontifici maximo, pereleganti epistola dedicavit; ut ad solem, quemadmodum ait, radius, ad fontem rivulus, ad stipitem ramus, ad cœlum sidus rediret, etc. Ita præfatur ad pontificem summum,

competebat, Domino, Heribertus, certe eximius ipse, solis sapientiæ radius, vivi fidei fontis rivulus, virentis justitiæ stipitis ramus, jamque cæli pulchrum ac æternum sidus. »

75. Ecquid diceres Rosweydum hic a Saussayo ferme apotheosi donatum? Sed faxo brevi versam cytharam intelligas. Qui hic tam magnifice Rosweydum ejusque oblatum Pontifici munus ad sidera usque extollit, idem ipse alibi præfatum Martyrologium, præconceptis suis de Areopagita ex Hilduino opinionibus adversari observans, quasi œstro percitus, diras quodammodo in ipsum editoremque evomit, turpiter recantans quæ in utrius que laudem tam gloriose cecinerat, ut pluribus memorat Flo-

nosque paulo infra uberius ostendemus. Ne vero pluribus aliis Rosweydi, ejusque procuratæ veteris Romani Martyrologii editionis laudatoribus conquirendis tempus teram, aut lectori creem fastidium, unum producam egregie doctum, magnique inter eruditos nominis virum, Henricum Valesium, in dissertatione brevi discutienda, hoc de sui temporis scriptoribus testimonium ferentem : » persuasisse, nimirum, doctis hominibus Rosweydum, ut ab omnibus diversæ etiam communionis viris hoc Martyrologium pro vetere Romano accipiatur, ejusque auctoritate ac testimonio omnes passim in libris suis utantur. »

76. Non est insolita Valesio grandior auxesis : singulos cognoscantur martyrio coronati, qui chara- C neque enim ita post Rosweydum abierunt docti homines, ut nullus ante Valesium Martyrologii illius oppugnator fuerit. Novisse poterat censorem, plane liberalem, V. C. Joannem Frontonem, Kalendarii Romani editorem; quo nemo brevius, nemo forte acrius contra insurrexit. Sed hunc infra suo loco conveniam. Neque ignorabat, opinor, Valesius Bollandi prudentissimum de eodem Martyrologio judicium, quod priusquam ultra progredimur, hic ex præfatione generali, cap. 4, § 5, compendiose subjiciemus. Plura equidem ibi offendo, in hoc nostro opere, aut restituta aut clarius exposita; verum quod ad totiesjam nominatum Martyrologium attinet, clare ibi Bollandus edisserit, « non esse a Rosweydoeditum illud quod erat F. Gregorii ætate Martyrologium. » Rursusque post nonnulla alia, ocutes. Laudaverat ipse non uno loco apparatus sui ad \mathbf{D} latissimo cætera Bollando non satis tunc perspecta, ita pronuntiat : « Illud tamen liquido constare existimo, non esse, quod describit sanctus Gregorius illud quod est a Rosweydo vulgatum. Neque tamen, » subdit : « hoc cuicuimodi sit, respuimus. Utinam plures similia antiquitatis monumenta, quod possunt, eruerent. » Mitto scrupulum, quo ibi Bollandus laborat, ne scilicet Martyrologium, a Rosweydo editum Romanum minus nuncupet, « quia eo titulo (Romani veteris) editum a viro doctissimo eague apud eruditos invaluit nomenclatio. » Nemo ægre feret vocem vetus non ita convenientem a me in parvum mutatam, ut contradistinguam ab Hiero-

498

ipsum plane existimo, si tum codicem Hieronymianum longe vestutiorem vidisset, cum minus illud suum Romanum, non tam vetus, prelo commune reddidit.

77. Est itaque vera Bollandi et nostra sententia, characteres a S. Gregorio in celebri ad Eulogium et sæpe jam laudata epistola exhibitos, in Martyrologium a Rosweydo editum quadrare nequaquam posse; cum ille indiculum indicet, in quo pene omnium martyrum, distinctis per singulos dies passionibus, collecta nomina habebantur, quod Rosweydino Maatyrologio tam est certum non convenire, quam certum sit dies ibi aliquot vacuos reperiri, plurimos, autem ubi unicus uno die consignatur sancstet, in eodem volumine non indicari, quis qualiter sil passus, sed tantummodo nomen, locum et diem passionis poni; at Romani parvi auctor plura et distinctiona addidit, per quæ Gregorianum longe superat, non quidem ætate, sed nitore, claritate, et exacto rerum ordine. Demum Romanum nostrum pluribus locis talia signat quæ Gregorio posteriora sunt, ut puta xiii Maii festum S. Maria ad Martyres; xiv Septembris, lignum salutiferum crucis a Sergio papa inventum, etc.; I Novembris, festum omnium sanctorum Romæ institutum, aliague ab erudito lectore facile observanda, quæ codicem Rosweydinum ad sæculum octavum rejiciunt. Hæc in Bollandi sententiæ omnimodam confirmationem sufficiant.

78. Unum est quod non satis perspexit veneran- C dus magister noster, dum nempe in ambiguo posuit, utrum ex his sanctus Ado habuerit, minus illud Rosweydinum, an hoc majus, scilicet Hieronymianum; mihi enim certisslmum videtur Adonem sic loqui, ut tota ejus oratio Romanum parvum aperte designet, nec ullum aliud Martyrologium designare possit. At inquit Bollandus, « plures multo sanctos habet Ado in suo Martyrologio, quam qui in minori Romano continentur; imo parum admodum ex illo haurire subsidii potuisset, cum præsertim Usuardi haberet Martyrologium, quod et natales indicabat singulorum atque etiam plurium ... » Recte fatetur Bollandus hic sibi aquam hærere: opus enim fuisset plurimum annorum labore, plurium Martyrologiorum diligentissima inter se collatione, ad hujusmodi D nodum dissolvendum, cujus pars posterior vix demum post quinquaginta et amplius ab opere de Actis sanctorum inchoata annos a Papebrochio observata est tomo V Junii, pag. 250, col. 1 in fine. Nimirum præpostere a majoribus nostris semper citari solitos Usuardum et Adonem, sempergue in ea suppositione quod ille hoc esset antiquior.atque adeo Adonem sua ex Usuardo accepisse, aut saltem accipere potuisse : vel, ut in prologo ad Bedam num. 11, vel tomo IV Junii, pag. 482, infra B, arguebat laudatus Papebrochius, nihilalterum scivisse de altero. Quibus similia per viginti tres tomos de Actis San-

nymiano majore, quod facturum fuisse Rosweydum A ctorum, innumeris locis recurrunt. Hæc autem omnia cum veritate non cohærere Observationes nostrædiebus singulis textui Usuardino adjectæ sole meridiano elarius manifestabunt.

79. Prior autem difficultatis pars, quod plares . multo sanctos habeat Ado in suo Martyrologio, quam qui in minori Romano continentur; quoque proinde parum ad modum exillo subsidii haurire poluisset, pace Bollandi dixero, facillime dissolvitur, nam Ado nusquam insinuat se omnes sanctos suos ex venerabili et perantiquo Martyrologio desumpsisse, sed adjutum seeo fatetur, ut dies martyrum, qui confusi in Kalendis satis inveniri solerent, verissime notarentur.Id nempe, nisi vehementer fallor, sanctus Martyrologus innuit, reperisse se in eo Martyrologio, tus. Accedit, quod ex eodem Gregorii testimonio con- p distinctam dierum seu Kalendarum seriem, quæ in Hieronymiano, quo etiam certissime usus est, turbato, luxato et confuso ordine, adhuc hodie, post multorum eruditorum diligentissimam operam, repræsentatur. Atque huc refero to verissime notarentur, hoc est distincte, nam Martyrologii istius auctor, quisquis fuerit, nihil minus curasse videtur quam ut ad veros obitus aut martyrii dies sancti reducerentur ; satis se fecisse existimans, si quos hinc inde ex Veteri Testamento, æque ac ex Novo, sed maxime ex Rufino colligebat sanctos, certis diebus, pro suo fere arbitrio, innectoret. Atque hæc altera nostra observatio est, per singulos ferme dies discurrens, quæ majores nostros hactenus latuerat, quæque non nisi indefessa et continuate Martyrologiorum nostrorum perscrutatione erui, digeri, et confirmari potuit, Ad duas propositiones rem totam contraho; quarum hæc prima : Ado in adornando Martyrologio suo usus est Romano parvo Rosweydi, tanquam staminine, si ita loqui licet, totumque ferme ad verbum descripsit. Hæc altera : Usuardus Adonem, quem Flori librum secundum appellavit, ita in omnibus secutus est, ut verum dici possit Adonis compendium. Sed de hac propositione, ut jam supra monuimus, cap. 3 fusius tractandum.

80. Hisad sequentem dissertationem quodammodo prærequisitis et præcognitis, Romani parvi, ejusque editoris Rosweydi patrocinium hic ita suscipimus, ut licet cum Bollando, in eo plane errasse censeamus, quod martyrologium suum illud esse putaverit de quo Gregorius ad Eulogium Alexandrinum meminit, sic, inquam ejus patrocinium suscipimus, ut contra multos obtrectatores asseramus. verum, venerabile, et perantiquum Martyrologium esse, ab urbe Roma Aquileiam, quidam sancto episcopo a po**n**tifice Romano directum, et Adoni postmodum aquodam religioso fratre aliquot diebus præstitum : quod, Ado, diligenti cura transcriptum, positus apud Ravennam, in capite sui operis ponendum putavit: quanquam non diffiteamur interpolationes aliquas adjectas fuisse, quibus nullum hactenus Martyrologium vacuum reperire potuimus. Hæc adversus Saussayum, Frontonem, Florentinium, et quoscumque alios Romani parvi adversarios propugnanda sunt.

Alterum nobis cum Henrico Valesio negotium, qui A multo minus ad juniores Martyrologos referri, haud titulum potius quam Martyrologii ipsius substantiam aggressurus, citatam dissertationem deproperavit, Eusebianæ editioni ad calcem pag. 315 subnexam, quam hic primum excutiendam arripimus, ut. salvo capite, reliquum corpus facilius tutemur.

ARTICULUS I.

Paroum Rosweydi Martyrologium non incongrue vocari posse Romanum, contra Valesium et Florentinium statuitur.

81. Henricus Valesius supra laudatus, singulari illa sua dissertatione, qua Rosweydi Martyrologium atqua una Hieronymianum aggreditur, primum pugnat, ante sixtum V nullam in Ecclesia Romana fuisse peculiare Martyrologium. Ipsum audiamus : « Ego vero contra affirmo, inquit, nullum unquam B Ado operi suo præfixit, sed potius contractum ex fuisse proprium ac peculiare Martyrologium Ecclesiæ Romanæ, ante illud quod jussu Xysti V pontificis maximi editum est hoc titulo, ac Baronii notationibus illustratum.» Affert deinde causas quæipsum ad ita sentiendum impulerint, sed quarum pleræque ad meram de nomine quæstionem recidunt, ut bene ostendit Florentinius, admonitione 5, totam illam Valesii machinam feliciter evertens. Omnium manibus teruntur ea opera, ut proinde hic telam retexere opus non sit. Probat, et recte, Florentinius, Hieronymianum a se vulgatum, quod vetustius occidentalis Bcclesiæ Martyrologium intitulavit, omnino nuncupari posse Romanum, seu Romanæ Ecclesiæ Martyrologium, tametsi eo nomine, nec a S. Gregorio, nec a Beda, Adone, aut Usuardo designatum fuerit. Id certe mirum videtur Valesium nempe agnoscere characteres omnes a S. Gregorio distinctos Martyrologio Hieronymiano apprime convenire; imo, dicere Gregorium Magnum, habere se Martyrologium, in quo multorum simul Martyrum nomina, etc., constanter tamen abnuere Romanum Martyrologium a Gregorio Magno esse nominatum, aut Martyrologium illud proprium ac peculiare fuisse Ecclesiæ Romanæ. Quasi aliud hodie sit Martyrologium Romanum quam quod commune est cum reliquis ecclesiis occidentalibus.

82. Tale autem Martyrologium annis abhinc mille exstare debuisse, ut etiam terminis ipsis cedat Valesius, luculentissimo testimonio evincitur ex concilio Cloveshoviensi, anno 747 sub Cuthberto, Doroberniensi archiepiscopo, capitulo 13, apud D Spelmannum tomo I, pag. 249; apud Labbeum tomo VI, col. 1577, ubi hæc formalissima verba diserte exprimuntur : Itemque ut per gyrum totius anni, nataliliam sanctorum uno eodemque die, juxta Martyrologium ejusdem Romanæ Ecclesiæ, cum sibi convenienti psalmodia seu cantilena venerentur. Nec aliud esse potuit Martyrologium quod abbates Franciæ, in conventu Aquisgranensi anno 817 in choro recitandum præscripserunt capitulo 69, apud Labbeum tomo VII, col. 1511, his verbis: Ut ad capitulum primitus Martyrologium legatur. Quæ cum de imperfecto Bedæ opere accipi prorsus nequeant,

dubium quin de Romano, sive magno, aut Hieronymiano, sive de vetere Rosweydi et parvo intelligantur. Refer quo volueris, convincitur Valesius ante Sixti V tempora MARTYROLOGIUM ROMANUM vere exstitisse. Conveniat ipse modo cum Florentinio de ea appellatione, Hieronymianis abscribenda, ego ad parvum nostrum accedo, contendoque et ipsi concedendam esse Romani Martyrologii, sed minoris seu parvi nomenclaturam.

83. Hic cum utroque viro clarissimo certandum est. Negant ambo Rosweydo Martyrologium Romanum dici posse, sed argumentis plane diversis. Florentinius enim, ut infra clarius patebit, putat Martyrologium a Rosweyeo editum, non esse illud quod Adone compendium, sæculo undecimo non vetustius: Romani appellationem haudquaquam negaturus, si vere illud esse crederet, quod a Romano pontifice, cuidam sancto episcopo Aquileiam directum, atque ab Adone Ravennæ repertum et descriptum est. Nimirum male supponit vir doctissimus non aliud Martyrologium Ravennæ reperisse et descripsisse Adonem, quam Hieronymianum ipsum, quale se Adoni conjunctum, in uno aut altero codice, deprehendisse testatur. Florentinio destinatur proxime sequens articulus, sic ut modo, cum solo Valesio supersit controversia; qui postquam Romani Martyrologii vocabulum majori illi et vetustiori, a S. Gregorio memorato, eripere frustra tentavit, sic demum ad Rosweydinum descendit: « Et hæc quidem ad locum Gregorii Magni satis sint dicta. Quod spectat ad testimonium Adonis Viennensis, non difficilis est responsio. Nam præterquam quod recentior est Ado, nec ad tantæ vetustatis monumentum confirmandum satis idoneus, ex ejus verbis nihil elici potest, quo probetur fuisse ullum Martyrologium Romanum. Ait enim Ado vetustissimum Martyrologium sibi traditum fuisse a quodam, quod olim a Pontifice Romano missum esset Aquileiam. Non dicit Ado, Martyrologium fuisse Romanum; sed tantum missum a Pontifice Romano Aquileiam. Verum monachus ille, qui hoc Adoni affirmabat, ei imposuit procul dubio, ut majorem codici suo auctoritatem compararet, et munus suum, ac describendi copiam, quam Adoni fecerat, venditaret. Non enim Romæ, sed Aquileiæ compositum est illud Martyrologium, quod Ado Martyrologio suo præfixit, ac Rosweydus pro vetere Romano nobis postea edidit. »

84. Multa hic paucis pro auctoritate satis rotunde et confidenter definit Valesius, quorum, ut a fine incipiam, postrema duo illi aperte inficior, nempe monachum Adoni imposuisse, quod valde temere, et Martyrologium Aquileiæ compositum esse, quod non minori levitate astruitur; nec enim vest'gium apparet uspiam quo magis Aquileiæ quam Hierosolymis compositum dicatur Rosweydi Martyrologium, nec id juris Valesio tributum credimus aut sine causa, virum religiosum audacter mandacii arguat.

lio, in præfatione ad Sæc. IV. Benedictin, partem secundam, pag. LXXVIII et sequenti, illa ipsa Valesii verba referens; sed nescio quo religionis obstrictus vinculo, ita subjecit : « Hanc viri eruditissimi, et mihi maxime suspiciendi sententiam penitus refutare nolim, sed tamen dissimulare non possum auctoritatem concilii Cloveshoviensis, » etc., cujus et Aquisgranensis verba proxime retutimus. Equidem Valesium et doctos quoslibet viros demisse suspicio et veneror, sed usque ad aras, non ita, inquam, ut prodita veritate quidquam ab eis suscipiam, quod sine vade, sine teste comminiscuntur. Non tanta mihi Valesii autoritas, ut non contra, et religiosi fratris, sive is monachus, sive alius fuerit, et Adonis testimonium sincerum et verum existi- B postipsum latuit, que madmodum novimus Eusebium mem; nec id mihi eripi patiar, nisi contrariis argumentis apertius evincatur.

85. Et utriusque testimoniis habeo Martyrologium et quidem venerabile ac perantiquum; habeo ab urbe Roma Aquileiam cuidam sancto episcopo, a pontifice Romano directum. Quid, quæso, sponte sua inde profluat? nisi Martyrologium illud Romæ conscriptum, Romæ usitatum fuisse, demum, æque Romanum nominari posse, ac illud vetustius vulgo Hieronymianum a S. Gregorio commendatum, quod passim eruditi alii cum Bollando et Florentinio vere et proprie Romanum dici posse assentiuntur, quidquid Valesius contra tricetur, in hac parte a Florentinio abundantissime confutatus. Neque opponas hinc fore consequens quod duo fuerint Romana Martyrologia, nam in eo nihil magis piaculi, quam C quod plura sibi invicem Sacramentaria successerint, ut Gregorianum Gelasiano, illud hoc ornatius et exactius : sic enim minus Romanum, nitidius et clarius, alteri majori et confusiori facile substitui potuit, licet septem aut octo dies nunc vacui appareant, qui forte amanuensium socordia sic fuerint relicti. At Romæ nullum hujusmodi exemplum repertum est. Quid tum postea ? Quis Romæ Hieronymianum invenit ? Quis nescit Romana illa vetusta, seu magnum seu parvum, plane intercidisse, postquam Usuardinum, commodius et elegantius in omnes fere Occidentis Ecclesias introductum est? Plusculum lucis ex dicendis accedet.

86. Pergit Valesius : « Totum fere istud Martyrologium quod a Rosweydo publicatum est, descri- D sensatum, exactumque judicium ferens pag. 16, quod ptumest ex ecclesiastica Historia Rufini presbyteri Aquileiensis, cum ipsis etiam mendis quæ in Rufino habentur. » Idque probat pro toto anni decursu, ex diebus quinque; ex pridie Nonas Februarii; Idibus Aprilis; item xix Octobris; secondo Novembris, et iv ejusdem mensis, ubi non male animadvertit Theodotum Laodicenum perperam a Romani parvi compilatore inter sanctos relatum, ut pluribus ad diem п Novembris disseruimus. Quamquam non dissimulavero, magna hic denuo superjectione Valesium uti, cum neque totum, neque media pars, imo nec quinta pars Romani parvi ex Rufino con-

Vidit hæc ante me, nisi fallor, eruditissimus Mabi- A flata sit. Fateor nihilominus hæc sola esse. quæ tanto viro digna, in ea dissertatione dici possint, quæque in Observationibus nostris ad plurimos Usuardinos textus, toto opere inculcavimus. At vero tota concidit Valesii conclusio, vicelicet, Martyrologium illud, quod Ado Viennensis suo prefixit Martyrologio, nullo modo dici posse Romanum. Quod autem nova auxest intorquet, gravissimis erroribus scatere, ad unum restringitur Theodotum Laodicenum.

> 87. Ast hic error Martyrologii istius auctori facile condonabitur, si meminerimus bona fide ex Rufino acceptum, ab homine nec satis docto, nec satis critico, ut aliunde deprehenderet, Theodotum in Ariana hæresi perseverasse, quod tot alios viros eruditos Cæsariensem per tot sæcula in Usuardi Martyrologio locum inter sanctos obtinuisse, quo eum tandem deturbavere Martyrologii Romani reformatores. Si tam carus Valesio fuisset Theodot us, forte pro ejus orthodoxia asserenda, æque ac pro Eusebiana decertasset. Sic pridem in litteris ad me Castellanus ingenue fassus est, iniquam agnocens Valesii agendi rationem : « Videtur enim, inquiebat, ad vindicandum Eusebium, vel eo potissimum inductus, quod Romano Martyrologio erasum ægrius ferret e Theodotum, eo acrius perstringere quod in eo superstes sit : æqua ratio postulabat ut vel ambos damnaret, vel tueretur ambos. » Ut ut est, affirmat quidem, pene dixeram divinat Valesius, sed nullo modo probat « aut Adonem fucum nobis fecisse, qui hoc Martyrologium, tanquam a Romano pontifice transmissum ediderit, aut monachum, qui hoc Adoni affirmaverit, illi imposuisse. » Nos ab utroque vera relata credimus, et Martyrologium a Rosweydo editum, Romani titulo neutiquam privandum.

> 88. Sane non multis argumentis opus est, ut refellatur quod gratis astruitur; nec vero Adonis sanctitatem, nec religiosi fratris fidem, tota illa sua dissertatione, saltem apud cordatos labefactavit Valesius. Ut autem, qui sententiam nostram egregie confirmet, laudatus modo Claudius Castellanus, mihi, ut supra dicebam, ad edendum Usuardum adhortator incitatorque præcipuus, in sua ad primi Bimestris Martyrologii Romani, notis longioribus illustrati, præmonitione, prudens, doctum, verum, hic ex Gallico Latinum facio. Ita habet : « Parvum Martyrologium, Roma Aquileiam directum, editum est a Rosweydo, sub nomine veteris Romani; sive titulum istud in ms. sancti Pantaleonis Coloniæ apud Cartusianos servato repererit, sive ipse de suo ascripserit : quod certe non nisi meritissime fecissel, quandoquidem in eo ms. inveniatur Martyrologium longiori Adonis præfixum, pateatque sanctum illum Viennensem archiepiscopum, in Martyrologii sui præfatione asserere, se in capite operis posuisse venerabile et perantiquum Martyrologium, Roma Aquileiam, cuidam sancto episcopo a Romano pon

tifice directum, quod religiosus frater, inquit, mihi A erant, aliisque circumstantiis; quæ omnia perapaliquot diebus præstitit, quodque apud Ravennam positus transcripsi. Quis credibile faciat Romanum pontificem aliud Martyrologium Romanum Aquiliam direxisse, quam quod Romæ tunc temporis esset usitatum? »

89. « At vero (Castellani semper verba sunt) quod probat manifestius Martyrologium in capite Adoniani operis, apud sancti Pantaleonis Coloniæ repertum, certissime esse antiquum Romanum, ad usum Ecclesiæ Romanæ, verumque apographum illius, quod Romanus pontifex Aquileiam direxerat; non solum inde sumitur, quod sancti ibi reperiantur Romanæ urbi proprii et Hieronymianis plane incogniti, ut Martina, Dafrosa, Papias et Maurus, solo mense Jannario; neque ex eo quod Cathedra p Novembris; cum satis pateat, similia a cœnobiis, sancti Petri proprio die signetur, ab Antiochena rectissime distincta; verum etiam, quod inter varias ecclesiarum Romanarum dedicationes, illa quoque occurrat, quæ est sacelli alti, castri sancti Angeli, expressa per terminos INTER NUBES, quodque festo sancti Sebastiani, legatur ejus sepultura in vestigiis APOSTOLORUM, designando per hæc verba Catacumbas, in quibus sanctorum Petri et Pauli corpora aliquandiu quieverunt. Et quomodo, inquit, post hæc moderni aliqui scriptores, mutua terentes vestigia. ausi sunt asserere Martyrologium a Rosweydo editum non esse vetus Romanum, sed potius Hieronymiani Martyrologii apographum? Ecquid inde liquet, viros illos, siquidem Martyrologium illud inspexerint, non nisi levi oculo lectitasse? Etenim præter ea, qnæ de sanctis Romanis, et Romanarum ecclesiarum singularibus dedicationibus jam diximus, minima quævis attentio aut applicatio patenter ostendit, totum Rosweydini Martyrologium contextum, ab omnibus Hieronymiani Martyrologii cognitis apographis diversissimum esse. >

90. Hæc omnia a Castellano rectissime observata sunt, plura haud dubie dicturo, si adhuc paulo profundius Romani parvi arcana rimasset, quæ toto hoc opere clarius ob oculos posita sunt. Audiamus tamen factam ab eo Parvi nostri cum Hieronymianis comparationem : « In Rosweydino dies vacui inveniuntur, in Hieronymianis quantumcunque abbreviatis, omnes dies pleni sunt. Rursus in illo composita omnia et ordinata, in hisce confusio ingens ab varia ecgrapha sæpius transumpta. In Rosweydino D plures Veteris Testamenti prophetæ consignatisunt, in Hieronymiani vetustioribus apographisnullus. In illos martyres et sancti alii ex Rufino accepti, at non Lugdunenses; in istis Lugdunenses sunt et pauci alii, adeo ut fatendum sit Rosweydinum vetus autographum esse, magno studio elaborainum, nullo autem modo ex alio desumptum. Hinc prudenter conjicitur, Romanos Hieronymiani, in quo sola martyrum nomina et palæstræ notabantur, pertæsos, aliud præoptasse, in quo selecti et novi sancti, tum martyres, tum alii, minori numero annuntiarentur, ascriptis imperatoribus judicibus ve, sub quibus pas-

posite in veteri Rosweydino exprimuntur. Quid, quod credibile sit, illud ipsum esse Martyrologium Romanæ Ecclesiæ, tota Occidente cognitum ab anno 747, quod in Anglia habitum et concilium Cloveshoviense, cujus canon 13 hæc verba definitiva subministrat.... » Habes supra num. 81.

91. Pergit Castellanus ostendere, Adonem, dum circa annum 858 Martyrologium scriberet, merito ductorem suum Aquileiæ repertum. perantiquum æcque ac venerabile appellare poluisse. Nec sibi objectari patitur paucula Romani parvi additamenta, ut Brminonem, seu Brminum Lobiensem xxv Aprilis; inventionem reliquiarum in Stabeleto, ejusdem mensis xx aut dedicationem Malmundariensem xvII quorum id aut simile manuscriptum olium fuerit, facillime adjici potuisse, quemadmodum Quirinus xxx Aprilis, addo vigiliam Apostolorum eodem die, aut hujusmodi minutias alias, quas Romanis fatemur non convenire : ex aliis enim plurimis apertissimum est, singulas quasque Romæ proprias solemnitates ita ab Adone descriptas, ut antesignamum suum semper quasi digito præmonstret.De cætero,mirum videtur Castellano, et mirum cuique videri debet, tam antiquum codicem, tam integrum ad nostra tempora pervenisse.Porro an festum omnium Sanctorum inter accessiones censeri debeat, suo loco dicemus.Fatetur autem per errorem,a Martyrologii illius auctore, Rufinum nimis cæce secuto, Theodotum Laodicenum adjectum fuisse, de quo nos plura alibi. Alia Castellani, pro authentia, vetutate et auctoritatc Romani parvi argumenta sparsim reperiuntur toto primo bimestri, ab ipso cum egregiis notis vulgato, cujus operis complementum utinam aliquando videre liceat? Sed jam dicta, ultra mensuram, ni fallor, sufficiunt, ut Valesii aliorumque objecta penitus convellantur.

92. Hic verbo monendus lector inter adversarios mihi nequaquam objiciendum venerandum magistrum meum Danielem Papebrochium, dum hæc scribo, ad laborum coronam, senio et meritis gravem, a Domino, uti plane confidimus, evocatum. Non, inquam, ille inter adversarios hic mihi objiciatur, tametsi variis locis, in magno nostro de Actis Sanctorum opere, sed præcipue tomo V Junii, pag. 550, litt. C, oppositam sententiam ex incidenti propugnet. Pridem ct sæpe fassus est, se in eorum hic numero esse, quos proxime aiebat Castellanus, viros cætera eruditissimos, re non satis examinata, alios transcripsisse, atque adeo de Romano nostro parvo non sensisse pro merito. Ibi certe Papebrochius Florentinii opinionem paucis verbis totam complexus est; sed auditis subinde solidioribus rationum nostrarum momentis, iniquiorem illam censuram, et eo loco et quocunque alio in Actis adoptatam, induci prorsus et eradi voluit. Porro tam citati Florentinii, tum cæterorum Romani parvi impugnatorum argumenta, non minus quam Valcsiana, longe

a scopo aberrare, nec ullo pacto venerabilis et pe- A esse Romanum, sed tenemur que vera sunt prorantiqui Rosweydini Martyrologii auctoritatem infringere, jam etiam demonstratum est.

ARTICULUS II.

Frustra nituntur adversarii ostendere, Romanum paroum illud ipsum non esse Martyrologium, quo se adjutum fatetur Ado, quodque Martyrogio suo se præfixisse asseverat.

§ I. - Refelluntur Andreas Saussayus et Joannes Fronto.

93. Jam ex Castellano audivimus neotericos nonnullos, re minime perpensa, descriptores mutuos, ausos nihilominus asserere Romanum nostrum parvum, a Rosweydo vulgatum, ex majori et vetustiori Romano, vulgo Hieronymiano, contractum esse compendium. Tales ego paucos reperire memini; verum ritissimos esse oportet, qui ex unius solius mensis, imo paucorum dierum facta intercodices collatione, apertissime convinci possunt, Martyrologti illius auctorem tam esse ab Hieronymianis remotum. ut plerisque diebus ne unum quidem nomen referat, quod in Hieronymianis inveniatur. Censeo itaque, tales adversarios nec refutatione dignos esse. Majus facessunt negotium, qui exteriori quadam fallacique similitudis imagine delusi, sibi induxerunt in animum, Martyrologium nostrum parvum, non aliud esse, quam puram putam Adonis epitomen, duobus minimum sæculis ipso Adone posteriorem. Inter hos præcipui sunt laudati jam supra Andreas Saussayus, in opero de scriptoribus mysticis a Florentinio citatus : Joannes Fronto, præ-notatorum ad Kalendarium, anuo 1652 editum, C \$ 8, et Franciscus Maria Florentinius, ad Martyrologium Hieronymianum admonitione prævia 4 et 5. A Frontone incipiam, cujusparagraphus eo facilius evertitur, quod rotunda ejus et nulla ratione subnixa affirmatio, per oppositam negationem æque rotunde, plane et prorsus elidatur. Paragraphi ipsius titulus est : Quid censendum de Martyrologio Romano vetere, quod eddidit Rosweydus? Decretoria est responsio; attende.

94. « Martyrologium illud non est nisi epitome Martyrologii Adonis, ut facile agnoscet, qui conferet ipsum : habet eadem errata, habet eadem sæpe verba; nonnullla fuerc addita : denique nullo modo Romanum est, nec vetus. Et quod non sit vetus, demonstratur ex eo quob solemnit. Omnium D Sanctorum inscribit, quam certum est non antecedere tempora Gregorii III, qui sedit anno 731, aut Caroli Magni, qui decessit anno 813, ut demonstravi ad 1 diem Novembris. Romanum non est, nam cum de sancto Felice loquitur xiv Jannarii, seu xix Kal. Februarii, sic scribit : Nolæ, Felicis presbyteri, in **Pincis sepulti.** Et quis nescit pincis esse locum qui Romæ est, non vero Nolæ, ut demonstravi ad illum diem? Hoc autem erratum non cadit in Romanum scriptorem, sed venit ex Adone. Nemo dicat me hic conjecturis indulgere, res certa est. Alioquin mea non refert, Martyrologium illud esse, vel non

ferre. » Hujusmodi ratiocinio argutari quis facile posset, Menologium Græcum a cardinali Sirleto Latine redditum, non esse a Baronio in Martyrologium Romanum translatum, sed ipsum illud Menologium ex Romano moderno extractum fuisse.

95. Certe paucis hic multa transigit vir doctissimus, rem una confecturus, si solidis momentis censuram fulcivisset. Si ego flatu unico totam illam periocham, non solum incertam, sed levem, sed falsam pronuntiavero, nemo merito dixerit, me conjecturis indulgere, cum dicta sigillatim probaturus sim. Non magis mea refert, quam Frontinis, illud Martyrologium esse vel non esse Romanum; sed si tenemur, quæ vera sunt proferre, eadem plane reliquicunque ii sint, næ illos in hujusmodi rebusimpe- p gione tenemur, quæ falsa, aut sunt aut saltem plane videntur coarguere. Amabo, quid ex his sequitur, habet eadem errata, habet eadem sæpe verba? An quod Romanum parvum ex Adone? an non evidentius, quod Ado ex Romano parvo acceperit, ipso præsertim tam luculenter testante, sibi apud Ravennam posito, a quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum, a se diligenti cura transcriptum, et in capite operis sui positum ? Sint ibi errata eadem, sint eadem verba omnia, sint iidem apices ; quis obsecro, aliud educat, quam illum transcripsisse, qui se disertissime transcripsisse profitetur? At nec vetus, est, nec Romanum. Postremum abunde demonstratum est, porro demonstrabitur, nec miserum in PINCIS eum nobis titulum eripiet, de quo videnda Observatio ad citatum diem xiv Januarii. De vetustate ita brevi statuemus, ut ex festivitate Sanctorum omnium, nihil Frontoni subsidii sit accessu- rum : hic modo ad rem nostram satis est, tam vetus esse, ut Adoni in adornando Martyrologio suo vere prælucere potuerit.

> 96. Supersunt bini adversarii, Saussayus et Florentinius, quorum non definitionibus, sed rationibus respondendum est. Retulimus non ita pridem magnifica Saussayi in Rosweydum, ob veteris illius Romani Martyrologii publicationem, profusa elogia. Verum congestas laudes alibi in vituperia vertit, quæ cum apud Florentinium inveniam, in fonte quærere supersedeo. Hunc igitur audiemus, et presso pede sequemur ad singula. Erat primo Saussayus in eo, quod Rosweydi codicem cum Bedæ Mrrtyrologio componens, ridicule asserat, esse merum Martyrogii Bedæ indicem; forte qui alium Bedam non noverat præter Plantinianum, ex Adone male consutum, facile induci potuit, ut alterum alterius epitomen faceret, guemadmodum Florentinius Adonis epitomen censuit, dum ipsum cum Adone conferret. At pupillam oculi Saussayo læserat Rosweydus, Hilduini de Dionysio placita ex suo codice impugnando. Hinc acriores illæin Rosweydum invectivæ, binc illa plurium argumentorum series, qua ipsum impetens, plerosque graves et eruditos viros negare affirmat, Martyrologium illud Rosweydi esse vetus Romanum, ab Adone laudatum, et a S. Gregorio

depictum, etc. Verbo spurium decernit, diversum a A vero et repudiandum esse, imo corruptum, fucatum et ex corruplissimo codice depromptum. Siin extrema opposita fœde prolabuntur, qui de rebus non satis discussis et perpensis, nunc amore, nunc odio distracti, temere pronuntiant. Ultro admisi, Rosweydi Martyrologium non esse Gregorianum; at non esse ipssisimum illud, quod ab Adone laudatum est. id vero pernego, nec id unguam extundent Sanssayi aut Florentinii ratiocinia, quorum ut medullam contraham, sic ordine prosequor.

97. Arguebat, ut video, Saussayus a vocabulo natalis, sed quam imbelli telo, tam non digno quod repellatur. « At urgent fortius, inquit Florentinius, quæ deinde censor opponit, Martyrologium nempe illud nequaquam esse posse, quod Ado laudavit, et B video minutias quisque excutiendi indeque argua quo se plurimum adjutum fatetur. Primum, quod ex tribus antiquis codicibus, quibus Rosweydus usus est, in uno tantum invenerit Adoni præfixum, cui potius tanquam Kalendarium præfigi potuerit, et cujus specimen revera non incongruum exhibet. Inde Rosweydum exagitat, quod putaverit Adonem ubique vestigiis Romani veteris insistere, cum ex locis adnotatis certum ostendat, Romanum illud putatitium in multis cum Adone non convenire, in aliquibus exuberare. « Si nihil ibi habeat Saussayus quod fortius urgeat, vere ostendit se ea solum causa Rosweydum aggredi, ut Hilduinum suum tueatur. Quid si decem, quid si viginti codices Adonianos reperisset Rosweydus, Romano parvo vacuos, atque in solo aliquo, ordine quinto et vigesimo, felicitor præfixum, Crisco notaverat, tanquam auctori abjudicanda; plura an inde, obsecro, minoris faciendus esset tam diu expetitus, tandiu desideratus thesaurus? An minori eruditorum omnium applausu ubique acceptus est Beda, a Majoribus nostris editus, tametsi contextus ille a centenis codicibus abfuerit, in uno solum aut altero, imo in duabus laciniis Romana altera, altera **Divionensi** repertus.

68. Edat nobis modo aliquis tot latentia antiquorum opera, velsi a millenis aliis codicibus abfuerint faxo et gratanter et benevole ab eruditis omnibus admittantur, si nullo alio præterquam raritatis vitio laborent. Scimus ab Aloysio post longam molestamque perquisitionem repertum esse Adonisexemplar aliquod, in cujus comparatione, omne aurum nihil esse duxit. Cedocui homini in mentem venerit, editionem ejus redarguere, quod sola et prima esset? Alia exempla magis, vel minus integra vidit Mabilio, viderunt alii, a quibus etiam forte aberat Romanum parvum, imo ipsa Adonis præfatio; nec tamen inter eruditos ullus ex eo capite suspectum habuit, quod tam feliciter orbi litterario porrexerat Rosweydus, quid, quod testetur laudatus Mabilio Sæculo IV Benedictino, parte 11, pag. 272, in pluribus, quæ vidit istius Martyrologii (Adonis) exemplaribus manu exaratis, non comparere Adonis nomen; an inde fortasse etiam arguet Saussayus, Martyrologium, quod Adonisnomine venit, perperam ei attribui, quia in multis exemplaribus, Adonis nomen non comparet?

99. Aliud æque insipidum est. Rosweydi Martyrologium Adoni tanquam Kalendarium præfigi potius potuit. Jamne excidit, quodpaulo ante Saussayus dixerat, morum Martyrologium Bedæindicomesse? Profecto longe inter se differunt Beda.etiam supposititius, et Ado; saltem tantum, ut utrique idem index aut Kalendarium non conveniat. Sed neque illud satis capio, qua demum verisimilitudine Romanum parvum, tanquam Adonis Kalendarium venditetur. si certum ostenditur, in multis cum Adone non convenire, in aliquibus exuberare? Si index aut Kalendarium, cum operc non convenit, operis illius index aut Kalendarium dici omnino nequit, non magis quam Kalendarium Missali Romano præfixum, aptari possit Liturgiæ Græcanicæ, aut Copticæ. Nimiam hic tandi pruriginem, ubi moderatiori, et accommodata rebusipsis censura est opus. Demus aliquid antiquis codicibus, fateamurque cum Florentinio, sacras ipsas Tabulas, ut Sacramentaria, Diptycha, Martyrologia, non potuisse ad nos tam integra perventre, ut per summam notariorum aut amanuensium ecclesiasticorum incuriam, aut truncata, aut interpolata non sint; adeo ut rigidiorum criticen id genus codices revocare, idem sit ac eos prope convellere, quemadmodum in codicibus suis Hieronymianis satis expertus est Florentinius, et nimis quam frequenter experiuntur, qui codices antiquos, præsertim usuales, ut sunt Martyrologium, sæpius versant.

100. Multa Mosander in sua Adonis editione astein appendicem refecerat Rosweydus : sed ecce Mabilio, citato jam loco, pleraque restituenda putat; alia vero, quæ alii genuina censuerant, ab interpolatore inserta. Quæ eo solum huc adducimus, ut pateat vix humanitus fieri posse, ut tales codices ad nos integri perveniant; quod in hac nostra Usuardieditione diebus prope singulis usuvenit. Nihil proinde miri erit, si in Romano parvo addita aliqua, alia hinc inde detracta fuerint, quamvis id raroaccidisse deprehenderimus. Quomodo igitur adhucmagisoppugnant Rosweydi Kalendarium dies frequentes a martyribus vacui? Vere obtundit Saussayus. Numeremus primum quot dies in Romano parvo vacui sint, subducta ratione, universum reperiemus septem; D nimirum xxvii Februarii, xxiv Aprilis, xxiii Maii, viii Junii, xv Octobris, xx Octobris et xxvi Novembris. Atque hi sunt frequentes illidies a martyribus vacui? Ecquid terminis abuti oportet, ut intertrecentos scxaginta quinque dies, deficientibus solis septem, FREQUENTES dicantur deficere? At enim, si recte hoc argumentum expenditur, quo frequentiores fuerint in Romano parvo dies vacui, eo minus speciem referet Adoniani Kalendarii, ut vocat Saussayus aut Adonianæ epitomes, qualem fingit Florentinius.

161. Instat Saussayus: «Si Adoin præfigendis diebus festis, male alioquin pcr singulos dies ac Kalendas dispositis, hoc (Romano parvo) usus esset, cum et in eo aliqui dies deficerent, non utique Bedam et

est : nusquam scripsit Ado se ex Romano parvo supplevisse dies omnes qui in Beda a Floro aucto desiderabantur, sed adjutum se fatetur, ut dies martyrum verissime, hoc est distincte, notarentur, qui confusi in Kalendis inveniri solebant non utique in Beda et Floro confusi ;sed in antiquiori Hieronymiano, ex quo necdum confusionem omnem sustulit Florentinius. Fuerint igitur dies septem vacui, an de cætero non recte adjutum se profiteri potest Ado, dum ccclvm dies plenos reperit? An ei desuerunt Sancti alii, quibus pauculos illos dies suppleret ? Dissolvamus omnia : xxviii Februarii ex vicinia accersivit Romanum abbatem Jurensem. xviv Aprilis non vacabat Beda, et tamen eo ipso die sanctum Alexandrum Lugdunensem, Mellito, a Beda signato, B adjecit xxIII Maii, non procul excurrendum fuit, ut Desiderius Lingonensis, imo vel Viennensis synonymus commemoraretur: vidi ibi observationem nostram Usuardinam. viii Junii habuit in Beda Medardum, quo tamen contentus non fuit. xv Octobris, Lugdunum Antiochum, Colonia Mauros, suggessit. xx Octobris, popularis S Caprasius haud longe quærendus erat. Denique xvi Novembris adfuit-Lugdunensis Eucherius. Vides non magna adjumenta Adoni aliunde accessisse, ut proinde verissimum maneat, maxime et præcipue ex venerabile illo et perantiquo Martyrologio adjutum fuisse.

102. Sequitur argumenta quod nescio unde a Saussayo desumi aut exsculpi, qua autem vel veri « Insuper negari nequit (semper Florentinii verba recito) quin ad recentiora tempora Martyrologium illud (Romanum paroum) ablegent, quæ subdit Saussayus, ad annum scilicet 1049. Etenim cum in eo ad diem xx Octobris, Rhemis solemnitas S. Remigii adnotetur, quæ antea die migrationis xm Januarii peragi consueverat, et hæc in eumdem diem accommodata fuerit in concilio Rhemensi, Leone IX astante pontifice, nemo potest concedere, Martyrologium illud esse, quod autographo suo præfixerit Ado, episcopns Viennensis, circa annum 875 (melius scriberet circa aunum 858) sed compositum, vel scriptum undecimo sæculo excurrente » Nec Œdipus ipse hic nobis edisserat, quid tota hac speciosa rerum farragine sibi demum velint Sanssayus et Florentinius, nisi aperte fateantur, se vetus Ros- D weydi Martyrologium nunquam inspexisse, saltem co, qui citatur, die xx Octobris.

103. Iterum repeto me prorsus non capere quomodo hæc in virorum cætera eruditorum mentem incidere ullo pacto potuerint. Etenim si vere in exemplum adducitur dies xx Octobris, monstra sibi fingunt, quæ tuto profligent, cum is præcise dies ex septem unus sit quos in eo codice vacare diximus. Neque vero, toto eo mense, alia Remigii solemnitas refertur, quam quæ ipsis Kalendis consignata est his verbis : Bl Rhemis civitate, sancti Remigii episcopi. Imo hæc unica et sola solemnitas, quæ de Remigio,

Florum supplere potuisset. » Novus hic scrupulus A in hoc nostro Romano parvo posita sit. Quod si hac primum instituta fuerit anno 1049, Leonce IX astante pontifice, vide, obsecro, quanta absurda inde consequantur; jam enim Martyrologia nostra omnia Bedæ, Wandalberti, Rabani, Adonis, Usuardi, Notkeri, imo et Hieronymiana ipsa, composita, vel scripta fuerint undecimo sæculo excurrente, cum in iis omnibus eadem ipsa solemnitas disertissime annuntietur. Si hoc satis non est, ipsis omnibus antiquior Gregorius Turonensis sæculis quinque junior fiet, cum in Historia Francorum, cap. 21 assuerit : Factum est autem ut post dies paucos adesset festivitas sancli Remigii, quæ initio mensis Octobris celebratur. Diem selegit Leo IX quem antea Remigii festivitati destinatum probe noverat.

104. Stupore potius quam admiratione percellor dum hujuscemodi cavillos, nænias, imopura puta figmenta protrudi video, et quasi per manus etiam doctorum virorum derivari, quæ ab acatholicis avide arrepta, in nostrum vituperium venditantur, ac similia comminiscendi ansam ipsis præbent viamque ostendant. Certe citatus supra Beckius, istiusmodi flosculis ex Saussayo, Valesio et Florentinio collectis, suum illud prætensum Germaniæ Martyrologium egregie exornavit, et ne palmameis cederet, ineptissimo commento locupletavit. Postquam enim Rosweydum Thrasoni similem ex Valesio depinxit, qui nempe sesquipedalibus verbis Pontificem allocutus sit, puerilia alia admiscens, tandem et ipse capto e pera lapillo, Goliathum se prostraturum destiumbra a Florentinio referri potuerit. Aures arrige : C nato ictu existimat. Audi porro quam belle argutetur pag. 22: «Recentioris etiam ævi Martyrologium-Rosweydianum arguunt, quæ Iv Nonas Julii leguntur Eodem die Augustæ, sancti Uldarici episcopi et confessoris: qui vero sæculo x vixit, et sine dubio non statim est canonizatus. Ado sane ex hoc fonte aquas derivare non potuit, quippe sæculo ix vivens, nisi dicere velimus, a recentiori scriptore addita hæc fuisse, atque ita statuunt Mosander et Rosweydus in appendice, quibus suspecta hæc esse videntur, atque a posteriori manu, fortassis monachi Benedictini, in cujus solius codice sunt reperta, et in tribus reliquis mss. aberant, adjecta. »

> 105. Ignosce, lector, si bilem mihi moveat inepta, fatua et mendacissimis gerris contexta ratiocinatio, ut ovum ovo, ita Saussayanæ persimilis, et pari prorsus fundamento subnixa; nam patentissime falsum est, citata hic a Beckio de sancto Udalrico Augustano verba, in toto Romano veteriRosweydino usquam reperiri, nedum iv Nonas Julii, ut homo iste intrepide fingit, qui forte citata verba in appendice Adoniana Rosweydi reperiens, multa commentitia superstruxit, quæ manifeste ostendunt, ruere hominem Andabatarum more, nec argumentum noscens de quo tractandum erat, nec libros, quos manu versabat. Mosandrum Rosweydojungit, quasi et ille Romanum parvum ediderit, quæ altera falsitas est. Tertio, Mosandri appendicem appellat, qui de condenda appendice ne somniavit quidem, in ipso

Adonis textu, asterisco notare solitus, quæ ipsi A Aque hisce Saussayum ex arena jubemus excedere. suspecta videbantur. Quarto, fingit, nescio quem codicem monachi Benedictini, qui cum tribus aliis editioni Romani parvi servierit, cum diserte fateatur Rosweydus, se tribus solum codicibus usum in edendo Adone, a quorum duobus aberat Romanum suum vetus Adoni præfixum. Ut verbo absolvam, tota ea Beckiana machina, ficta, futilis et inanis est, cui comminiscendæ, utinam viri alias eruditissimi, mihique venerandi, falsis præjudiciis abrepti, viam non præmonstrassent!

106. Redeo ad Florentinium, ita telam Saussayanam pertexentem : « Postremo, inquit, Rosweydi, sive Martyrologium, sive Kalendarium, illud non esse a Baronio desideratum probat Saussayus. » An intersit, sive magnum, sive parvum Romanum, magnus Annalium ecclesiasticorum scriptor expetiverit, modo verum perstet, illud edidissc Rosweydum, quo se adjutum fatetur Martyrologus Viennensis : « Ne vero Saussayus aliquid prætereat quod omnem adimat auctoritatem Rosweydi Kalendario, idemque nullæ certitudinis aut ponderis codicillum esse, futile crassisque erratis respersum prorsus concludat, addit pro coronide ridicula etiam quædam continere; idque ex adnotatis ad w idus Novembris probare nititur : Bo ipso |legendum, Bt ipse] die quatuor Coronatorum, » etc. Sed ridicula illa clare, ni fallor, solvinus, ad dictum vi idus Novembris, solvitque hic etiam Florentinius, recte aliquando observans, « durum nimis G exactorem esse Saussayum, ut Dionysium Parisinum, eumdem esse ac Areopagitam mordicus defenderet, quod a Rosweydi tam Martyrologio quam adnotationibus, nonnihil infringi conjiciebat. »

107. Hæc nempte tota mali labes; hac ita incensus Saussayus, dum oculis emissitiis omnia rimatur. ridicula, inepta, parachronismos, et nescio quæ alia in Romano parvo se reperisse existimavit, in quo prius selecta et aurea omnia inseruerit : « Heribertus certe, eximius ipse solis sapientiæ radius, vivi fidei fontis, rivulus, virentis justitiæ stipitis ramus, jamque cœli pulchrum et æternum sidus. » Amabo, qui tam cito mutatus est color optimus? Sincere et ingenue edisseret clar. Castellanus, a quo cum notitiam libri illius Saussayni de Scriptoribus mysticis a Florentinio citati postulassem : D reposuit ille, se quidem opus illud non nosse, at hoc probe scire, opera Saussayi omnia Parisiis in sumno esse vilipendio (profonde mésestime). Ait præterea, grande illud Martyrologii Gallicani opus, duobus voluminibus distinctum, contemptim appellari plaustrum mendaciorum. Demum, Hilduinistam fuisse pertinacissimum, unde religioni sibi duxerit non acerrime insurgere in opusculum, qua Dionysium utrumque tam accurate alterum ab altero discretum advertebat. Nimirum, nulla ipsius intererat, quidquid veritas pateretur, dum præjudiciis (à ses entêtements), contrariam offenderet.

§ II. - Diluuntur es que speciosius objicit Florentinius. 108. Superestnobiscum ipso Florentiniocontroversia, in qua discutienda veniunt quæ Joannes Fronto non ita pridem decretoria potius sententia determinaverat, quam'solidis argumentisprobarat, Florentinius vero, adductis rationibus, speciosius, sed pro viri doctissimi more, summa cum modestia, ex Romani parvi et Adonis ad invicem collatione ostendere conatur. Juvat ex ordine singula ejus argumenta expendere. Ita prosequitur : « Verum secuti Saussayo facile concederem, Rosweydi nuncupatum Martyrologium, non esse vetus Romanum a D. Gregorio indicatum, et a Baronio expetitum : ita ex Bedæ Hagiologio contractum nequaquam consentirem, cum satis recte, non examino, cum nostra hic nihil p potius ex Adone, conferenti cuique exceptum videri compendiosius Kalendarium omnino possit. Contuli equidem cujuscunque mensis plurimos dies, et ex iisdem ab Adone excerptis, ac in proprium usum vel obscuriori, vel mutilo, vel recentiori stylo deductis facile agnovi, non Adonem ex hoc Kalendario, tanquam ex Antiquo Aquileiensi codice, in suum Martyrologium transtulisse, sed e contra recentiorem scriptorem, inde suum indiculum compegisse.» Sedulo observes velim, Florentinium ex Saussayo hausissise, et passim supponere, Romanum parvum scriptum esse, sæculo xi excurrente, quo præjudicio munitus, facile alia colligit quæ ipsi recentioris styli vestigia præferre videantur. Bragemus, inquit, compendiose, si libet, per unum aut alterum mensem : imo vero, et libenter, per totos duodecim; et aliquot signatos dies, ego volo omnes et singulos, cum Adone et nostro simul conferemus, ul assertionis non minus veritas quam nostri vetus tioris ætas apparent.

> 109. Vitandæ confusionis gratia, hæc ad rem nostram se jungi cupio, ultroque concessa quantavis ætate Hieronymianis apographis, pro quibus ipse unice pugnat, soli Adonis et Romani parvi collationi insisto, ut, uter ex altero ceperit, perspicue elucescat. Florentinius ab ipso limine sic auspicatur : Rosweydi Martyrologium, recentiori ritu, quam nostrum, a Kalendis Januarii annum orditur. Sic plane.a Kalendis Januarii annum or ditur, sed inde nihil minus consequitur, quam quod recentioris ritus sit. Multum laborat, sed ferme in vanum, Florentinius, exercitatione sua secunda, ut rituum istorum annum inchoandi antiquitatem, seu, ut clarius leguar, prioritatem alicunde eruat, nequendum fixos cardines, nobis producere potuit, ad quos figendos, nec facilis sane, nec expedita sententia est. Utcumque fuerit, argumento ad hominem plane exarmatur, qui hic Rosweydum adoritur; Florentinius; nam quod inter Hieronmiana ejus apographa vetustissimum est, scriptum, ut constat, sub initium sæculi octavi, anni sui sacri seriem etiam incipit a Kalendis Januarii, idemque facit Beda, Willibrordi plane synchronus. De ætatis pærogativa cum Hieronymianis, nullatenus discepto, sufficit mibi, si parem Epternacensi et Bedæ, Romano parvo concesserit Florentinius.

110. Nec pluribus opus esset, ut tota hæc prima A diaconus, auctioris Bedæ Martyrologii compilator. Florentinii argumentatio plane enervaretur. Lubet tamen in curiosorum gratiam, ulterius inquirere, sitne usus in Ecclesia magis recentis, annos a Kalendis Januarii, quam a natali, aut a vigilia nativitatis, aut aliunde exordiri : quæ res apud eruditos adhuc satis incerta et ambigua est. Percurramus antiquos Rituales libros et Martyrologia. Certum est, Allatii et Frontonis Kalendaria pro antiquis haberi, similia esse nec ætate multum differre. Allatianum, quadriennio ante Frontonem, nempe anno 1648 operi de Consensione Occidentalis et Orientalis Ecclesiæ, sub finem insertum est. Confer utrumque; statim animadvertes Allatianum incipere a Dominica prima Adventus, diesque notare, rum more, per Kalendas, Nonas et Idus. Contra vero Frontonis editio initium facit a dienatali Domini, sicque more, hodierno per ordinales numeros totius anni dies decurrit. In Sacramentariis a Menardo et Thomasio editis initium sumitur a Vigilia nativitatis Domini, ex tribus vero Gallicanis, ab eodem Thomasio, et post a Mabillone vulgatis, nullum est, de quo judicare possis, consimile alteri habuisse principium. Nec dissimulat Mabillo de Liturgia Gallicana pag. 98, num. 3; pag. 176, num, 5, et alibi, dubias et incertas csse de hisce rebus conjecturas.

111. Parem puto fuisse, hoc est non stabilitam, sed arbitrariam Martyrologiorum inchoandorum rationem, de qua nihil satis compertum sit. Jam de Hieronymiano Epternacensi et Beda locutus sum : addi his debet Blumianum. Lucense autem et Corbeiense non a vigilia nativitatis, ut Ado Rosweydi, sed cum Frontoniano Kalendario, ab viii Kal. Januarii, seu ab ipso natali Domini annum auspicantur. Porro Aloysius et Mosander sic Adonem ediderant, ut a Kalendis Januarii principium facerent. Rosweydus vero sic ultimo præfatiunculæ suæ paragrapho loquitur : « Quod in Martyrologio Adonis initium sumatur, non a Kalendis Januarii, ut hactenus editum, sed a vigilia nativitatis Domini, scias hoc ex Romanæ Ecclesiæ ritu factum, quæ anni epocham olim habuit Nativitatem Christi, et a Vesperis vigiliæ ipsius Nativitatis annum auspicabatur. Constanter ita exhibebant tria mss. exemplaria, quibus usus sum. » An forte tunc immemor erat vir accurratissimus, Romanum suum vetus, Adone multo D antiquius, a Kalendis Januarii exordiri? Si omnia Adonis manuscripta exemplaria inter se conferrentur, plura credo repertum iri, quæ in hac parte Romano parvo essent conformia.

112. Fuit Wandalbertus Adonis æqualis, imo ipso senior et ante ipsum Martyrologus, utpote qui anno 842 scripserit; ipse nihilominus sic præfatur : A Kalendis Jonuariis, usque ad finem anni, per dierum singulorum occurrentes festivitates (Martyrologium) metro edidi; idem factitavit is, cujus ope et subsidio Wandalbertus præcipue usus est, sanctus et nominatissimus Florus, Lugdunensis Ecclesiæsub-

Adde his Rabanum, et ipsum Adone vetustiorem, adde Notkerum ei ferme æqualem, patebitque evidenter, quod supra dicebam, modum istum annos inchoandi, per id tempus valde arbitrarium in libris ecclesiasticis, sed præcipue in Martyrologiis fuisse. Quinimo, a majori antiquiorique Martyrologorum nostrorum numero ita stabilitur Romani parvi auctoritas, ut potius consequatur, seculo ipso octavo inchoandorum annorum rationem a Kalendis Januarii cœpisse, quam ex Florentinii conjecturis ullo pacto verisimile sit, recentioris usus esse sic annos exordiri. Hæc concludo præfatiuncula Bollandi, I die Januarii, ita opus suum auspicantis : « Præcipua semper religione celebratæ a Christianis Kalendæ Januariæ veterum Romanorum et Martyrologiorum nostro- B sunt, propter Dominici natalis octavam, sacrosanctæ circumcisionis Christi memoriam, et augustissimum nomen Jesu, in quo nimirum oportet omnes homines salvos fieri. Meritoigitur veteres Romanos, in auspicando ab hoc die anno, sequi Ecclesia maluit, quam cæteras gentes, quæ aliud quodpiam statuerent exordium, ut ipse dies sacrum nostræ symbolum salutis præferret ?» Sed de his plus quam satis.

113. Pergamus cum Florentinio compendiose evagari : «In ipsa autem Kalendarum die, inquit, præter octavam natalis et circumcisionem, non alios quam tres martyres exhibet, unicumque confessorem, relictis apud Adonem, triginta martyrum Romanorum corona, Euphrosyna virgine ac Eugendo abbate. » Hic hæreamus tantisper, quæramusque ex Florentinio rectene Martyrologii compilator prætensam suam epitomen, vel in Jicem, vel Kalendarium contexat. dum tres omnino annuntiationes apud Adonem intactas relinquit? Ego talem indicem, vel Kalendarium, vel ex hoc solo capite, ut infidum et spurium rejicerem. Quæramus denuo an ipse collationem suam satis opportune inde incipiat, ubi tanta inter Adonem et Romanum parvum discrepantia est? Cur ad secundum Januarii diem progressus non est? Ibi certe longe majorem invenisset conformitatem. Verum ne nimis tædeat (Florentinii verba sunt) omnia sigillatim hic perpendere, verbo unico rem absolvam; sive Romanum parvum cum annuntiationibus Adonianis' conveniat, sive in numero discrepet, sive deficiat, sive exuberet, nihil inde contra Romanum parvum conficitur, cum adductus a Florentinio Kalendarum textus apud omnes cordatos probare debeat, Adonem posteriorem a priori accepisse quidquid in eo continebatur, addidisse, quæ alibi repererat, aut Lugduno, ubi Martyrologium scribebat, viciniora erant.

114. Meminisse poterat debebatque vir doctissimus paulo ante a se dictum non ita Adonem Romani parvivestigiis se accommodare voluisse, ut ne latum quidem-unguem trangressus sit.Quinimo transgredi omnino debuit, dum aliunde subsidia adfuere, quod Kalendis Januarii plane ostendit : alibi, dum sanctos alios non reperit, ut secunda die Januarii et sæpe alias, nullos exornavit sanctos, præter eos quos ei tum esset, puta, si Romanum parvum ex Adone accepisset, quæuam, obsecro, cogitabilis causa dari posset, cur indiculi auctor, exocto Adonianis annuntiationibus, solas quinque selegisset, iis sanctis prætermissis, qui erant notissimi? Rursus, quæ causa, cur vel ipsam primam celebrioremque Adonis annuntiationem immutasset, addendo et circumcisio. quæ verba a Viennensi aberant. Dicetne Florentinius ipsam circumcisionis nomenclaturam usus etiam esse recentioris? sed vere inutiles sermones cædimus, nimis clare sese explicuit. Ado ipse, nimis distincte et aperte ductorem et antesignanum suum præmonstravit, ut articulo sequenti liquido manifestabitur.

115. Cæterum argumenta Florentinii singula per-B currenda, singulis sua reponenda solutio : omnia expendamus. Sic procedit : « Conferat in eodem primo mense curiosus lector diem xiii, guam Corona et nominibus quadraginta militum mutilat; xix, ubi Pontianum ad bestias damnatum ex multis colligit. » Nihil hic novi adducitur quod in superiori ratiocinatione adductum et solutum non sit Sequitur falsa Florentinii, sed perpetua ejus suppositio, ex Saussayo hausta, quod Romanum pervum szeculo xi non sit antiquius. Adverte hic qua id ratione confirmare conetur. Sic infit : « Sed præcipue xx diem (Januarii) advertat et agnoscet Fabianum ab Adone Romæ episcopum dici, a Dreviatore vero. recentiori more papam appellari; quem titulum cum ubique et constantissime Romano pontifici tri- C perantiquum Adoni facem prætulisse; nam plane buat, et rarissime apud Adonem inveniatur, non obscure vide! ur arguere, Kalendarii auctorem post Gregorium VII advixisse, quod anno Christi 1073 pontifex ille statuerit, nomen papæ, aliis hactenus episcopis et clarioribus presbyteris commune, proprium deinceps et singulare Romani pontificis cognomentum esse debere. »

116. Hæc est Alla, quam non semel digito monstravi, Florentinii hypothesis, qua Romanum nostrum parvum ad sæculum xi excurrens retrahitur, plausibiliori, ut verum fatear, quam superius, ratione; sed tamen nulla, cum ex scholæ placitis argumentum nihil probet, dum probat nimium, suoque sibi gladio adversarium ipsum jugulat. Si vere subsistit Florentinii ratiocinium, jam codem argumento conficitur, Hieronymianum Lucense, imo et Corbeiense ad sæculum xi esse revocanda, cum ipsi illi codices 1 Julii GAGI PAPE? 11 Julii, MELCIADE PP. vel MILTIADIS PAPE, et x Septembris Hylari PAPE, distinctissime annuntient, et forte alibi eadem appellatio recurrat, quod ulterius scrutari opus non est. Quid plura? Beda ipse nomine papæ passim utitur, et omnes sæculi noni Martyrologi quos tali ex causa inepte quis ridicule ad undecimum sæculum excurrens amandare præsumeret. Quod vero ait Florentinius, rarissime apud Adonem iuveniri nomen papa, mirum profecto, et plane falsum, nam sola pag. 47 bis recurrit, proxima inde pag. 52 iterum :

> -> + . . .

Romanum parvum suggesserat. Quod si contra fac- A item pag. 54 et tot aliis, quas sigillatim enumerare supervacaneum est. Aliis armis opus, ut Romani parvi antiquitas concutiatur.

> 117. Jam vero, quod Martyrologii istius auctor constantissime Romano pontifici tribuat appellationem papæ, hoc ipsum, inter alia, argumento nobis esse debet, prædictum Martyrologium Romæ scriptum, Romæ usitatum fuisse, et verosimiliter perseverasse, usquedum Usuardinum Romæ, uti in omnibus aliis Occidentalibus Ecclesiis, admissum est. Vis et robur asserto nostro adjungitur ex vetusto Kalendario Romano, tum ut ab Allatio, tum ut a Frontone editum est, nam ibi nomen papæ sæpius recurrit, unde nihilominus quis pessime argueret sæculo octavo esse posterius, turpius vero ad undecimum ablegare contenderet. Quod autem Florentinius cordatum lectorem mittat ad xx, xxI, xXIX et xxx Januarii, tum ad xi Martii, ad Kal. Aprilis, ad vii Septembris, ad Kal. Novembris, ad x, xxvi, et xxviii ejusdem mensis; denique ad xviii et xix Decembris, ut ex illis arguat, omnia purum putum Adonem sapere: ego lectorem eumdem libentissime arbitrum eligo, an ex citatis istis, imo ex omnibus fere totius anni diebus, omnino contrarium non pateat, nempe Adonem, purum putum Romanum parvum sapere ubicunque sanctos alios, aliunde conquisitos ei non superinducit, ut proinde nihil minus verisimile sit quam ex Florentinii dictis constare vetus Romanum, sive cum Bollando minus Romanum, cx Adone contractum potius esse..., quam uti oppositum, refutatis jam adversariorum argumentis, ex professo demonstrare aggredimur.

118. Verbum unum cum Florentinio superest, quo cursim ostendam virum clarissimum, nimio laudandi exornandique Hieronymiani sui Martyrologii æstu abreptum, illud ipsum in Romani parvi locum intrudere voluisse, eique characteres aptare ab Adone signatos, nempe, venerabile et perantiquum ab urbe Roma Aquileiam, cuidam sancto episcopo a pontifice Romano directum. « Ita suadent, inquit, hinc nostri codices in quibus, D. Hieronymo ascriptum, et a nobis exhibitum Martyrologium, Adoni prorsus sociatur, quod antiqui characteres, qui Gregorianum omnino demonstrant, vix dubitandi locum relinquunt quin illud ipsum sit apud Adonem, venerabile et perantiquum, » etc. Credimus an qui amant? profecto si codicum sociatio aliquid probat, tot sociatos reperere majores nostri, tot in musæo nostro collecti et sociati sunt, ut ex iis probari possit quidlibet; puta et Usuardum ex Rabano, et Bedam ex solis Hieronymianis conflatum, quod nihil est incptius. Si tantillum operæ posuisset Florentinius in conferendis cum Adone Hieronymianis apographis, luce meridiana clarius deprehendisset, vix majorem Adoni cum Hieronymianis, quam cum Kalendariis Bucherii, Carthaginensi, Allatii et Frontonis affinitatem intercedere, atque adeo gratis omnino et perperam dici, illa Adoni facem præferre potuisse.

ipsum plane existimo, si tum codicem Hieronymianum longe vestutiorem vidisset, cum minus illud suum Romanum, non tam vetus, prelo commune reddidit.

77. Est itaque vera Bollandi et nostra sententia, characteres a S. Gregorio in celebri ad Eulogium et sæpe jam laudata epistola exhibitos, in Martyrologium a Rosweydo editum quadrare nequaquam posse; cum ille indiculum indicet, in quo pene omnium martyrum, distinctis per singulos dies passionibus, collecta nomina habebantur, quod Rosweydino Maatyrologio tam est certum non convenire, quam certum sit dies ibi aliquot vacuos reperiri, plurimos, autem ubi unicus uno die consignatur sancstet, in eodem volumine non indicari, quis qualiter sil passus, sed tantummodo nomen, locum et diem passionis poni; at Romani parvi auctor plura et distinctiora addidit, per quæ Gregorianum longe superat, non quidem ætate, sed nitore, claritate, et exacto rerum ordine. Demum Romanum nostrum pluribus locis talia signat quæ Gregorio posteriora sunt, ut puta xiii Maii festum S. Maria ad Martyres; xiv Septembris, lignum saluliferum crucis a Sergio papa inventum, etc.; 1 Novembris, festum omnium sanctorum Romæinstitutum, aliaque ab erudito lectore facile observanda, quæ codicem Rosweydinum ad sæculum octavum rejiciunt. Hæc in Bollandi sententiæ omnimodam confirmationem sufficiant.

dus magister noster, dum nempe in ambiguo posuit, utrum ex his sanctus Ado habuerit, minus illud Rosweydinum, an hoc majus, scilicet Hieronymianum; mihi enim certisslmum videtur Adonem sic loqui, ut tota ejus oratio Romanum parvum aperte designet, nec ullum aliud Martyrologium designare possit. At inquit Bollandus, « plures multo sanctos habet Ado in suo Martyrologio, quam qui in minori Romano continentur; imo parum admodum ex illo haurire subsidii potuisset, cum præsertim Usuardi haberet Martyrologium, quod et natales indicabat singulorum atque etiam plurium... » Recte fatetur Bollandus hic sibi aquam hærere: opus enim fuisset plurimum annorum labore, plurium Martyrologionodum dissolvendum, cujus pars posterior vix demum post quinquaginta et amplius ab opere de Actis sanctorum inchoata annos a Papebrochio observata est tomo V Junii, pag. 250, col. 1 in fine. Nimirum præpostere a majoribus nostris semper citari solitos Usuardum et Adonem, semperque in ea suppositione quod ille hoc esset antiquior, atque adeo Adonem sua ex Usuardo accepisse, aut saltem accipere potuisse : vel, ut in prologo ad Bedam num. 11, vel tomo IV Junii, pag. 482, infra B, arguebat laudatus Papebrochius, nihil alterum scivisse de altero. Quibus similia per viginti tres tomos de Actis San-

nymiano majore, quod facturum fuisse Rosweydum A ctorum, innumeris locis recurrunt. Hæc autem omnia cum veritate non cohærere Observationes nostrædiebus singulis textui Usuardino adjectæ sole meridiano elarius manifestabunt.

79. Prior autem difficultatis pars, quod plares . multo sanctos habeat Ado in suo Martyrologio,quam qui in minori Romano continentur; quoque proinde parum ad modum exillo subsidii haurire poluisset, pace Bollandi dixero, facillime dissolvitur, nam Ado nusquam insinuat se omnes sanctos suos ex venerabili et perantiquo Martyrologio desumpsisse, sed adjutum seeo fatetur, ut dies martyrum, qui confusi in Kalendis satis inveniri solerent, verissime notarentur.Id nempe, nisi vehementer fallor, sanctus Martyrologus innuit, reperisse se in eo Martyrologio, tus. Accedit, quod ex eodem Gregorii testimonio con- p distinctam dierum seu Kalendarum seriem, quæ in Hieronymiano, quo etiam certissime usus est, turbato, luxato et confuso ordine, adhuc hodie, post multorum eruditorum diligentissimam operam, repræsentatur. Atque huc refero to verissime notarentur, hoc est distincte, nam Martyrologii istius auctor, quisquis fuerit, nihil minus curasse videtur quam ut ad veros obitus aut martyrii dies sancti reducerentur ; satis se fecisse existimans, si quos hinc inde ex Veteri Testamento, æque ac ex Novo, sed maxime ex Rufino colligebat sanctos, certis diebus, pro suo fere arbitrio, innectoret. Atque hæc altera nostra observatio est, per singulos ferme dies discurrens, quæ majores nostros hactenus latuerat, quæque non nisi indefessa et continuate Martyrologiorum nostrorum perscrutatione erui, digeri, et con-78. Unum est quod non satis perspexit veneran- C firmari potuit, Ad duas propositiones rem totam contraho; quarum hæc prima : Ado in adornando Martyrologio suo usus est Romano parvo Rosweydi, tanquam staminine, si ita loqui licet, totumque ferme ad verbum descripsit. Hæc altera : Usuardus Adonem, quem Flori librum secundum appellavit, ita in omnibus secutus est, ut verum dici possit Adonis compendium. Sed de hac propositione, ut jam supra monuimus, cap. 3 fusius tractandum.

80. Hisad sequentem dissertationem guodammodo prærequisitis et præcognitis, Romani parvi, ejusque editoris Rosweydi patrocinium hic ita suscipimus, ut licet cum Bollando, in eo plane errasse censeamus, quod martyrologium suum illud esse putaverit de quo Gregorius ad Eulogium Alexandrinum merum diligentissima inter se collatione, ad hujusmodi D minit, sic, inquam ejus patrocinium suscipimus, ut contra multos obtrectatores asseramus, verum, venerabile, et perantiquum Martyrologium esse, ab urbe Roma Aquileiam, quidam sancto episcopo a pontifice Romano directum, et Adoni postmodum a quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum : quod, Ado, diligenti cura transcriptum, positus apud Ravennam, in capite sui operis ponendum putavit: quanquam non diffiteamur interpolationes aliquas adjectas fuisse, quibus nullum hactenus Martyrologium vacuum reperire potuimus. Hæc adversus Saussayum, Frontonem, Florentinium, et quoscumque alios Romani parvi adversarios propugnanda sunt.

Alterum nobis cum Henrico Valesio negotium, qui A multo minus ad juniores Martyrologos referri, haud titulum potius quam Martyrologii ipsius substantiam aggressurus, citatam dissertationem deproperavit, Eusebianæ editioni ad calcem pag. 315 subnexam, quam hic primum excutiendam arripimus, ut, salvo capite, reliquum corpus facilius tutemur.

ARTICULUS I.

Paroum Rosweydi Martyrologium non incongrue vocari posse Romanum, contra Valesium et Florentinium statuitur.

81. Henricus Valesius supra laudatus, singulari illa sua dissertatione, qua Rosweydi Martyrologium atqua una Hieronymianum aggreditur, primum pugnat, ante sixtum V nullam in Ecclesia Romana fuisse peculiare Martyrologium. Ipsum audiamus : « Ego vero contra affirmo, inquit, nullum unquam B Ado operi suo præfixit, sed potius contractum ex fuisse proprium ac peculiare Martyrologium Ecclesiæ Romanæ, ante illud quod jussu Xysti V pontificis maximi editum est hoc titulo, ac Baronii notationibus illustratum.» Affert deinde causas quæipsum ad ita sentiendum impulerint, sed quarum pleræque ad meram de nomine quæstionem recidunt, ut bene ostendit Florentinius, admonitione 5, totam illam Valesii machinam feliciter evertens. Omnium manibus teruntur ea opera, ut proinde hic telam retexere opus non sit. Probat, et recte, Florentinius, Hieronymianum a se vulgatum, quod vetustius occidentalis Bcclesiæ Martyrologium intitulavit, omnino nuncupari posse Romanum, seu Romanæ Ecclesiæ Martyrologium, tametsi co nomine, nec a S. Gregorio, nec a Beda, Adone, aut Usuardo designatum fuerit. Id certe mirum videtur Valesium nempe agnoscere characteres omnes a S. Gregorio distinctos Martyrologio Hieronymiano apprime convenire; imo, dicere Gregorium Magnum, habere se Martyrologium, in quo multorum simul Martyrum nomina, etc., constanter tamen abnuere Romanum Martyrologium a Gregorio Magno esse nominatum, aut Martyrologium illud proprium ac peculiare fuisse Bcclesiæ Romanæ. Quasi aliud hodie sit Martyrologium Romanum quam quod commune est cum reliquis ecclesiis occidentalibus.

82. Tale autem Martyrologium annis abhinc mille exstare debuisse, ut etiam terminis ipsis cedat Valesius, luculentissimo testimonio evincitur ex concilio Cloveshoviensi, anno 747 sub Cuthberto, Doroberniensi archiepiscopo, capitulo 13, apud D Aquileiæcompositumestillud Martyrologium, quod Spelmannum tomo I, pag. 249; apud Labbeum tomo VI, col. 1577, ubi hæc formalissima verba diserte exprimuntur : Itemque ut per gyrum totius anni, natalitiam sanctorum uno eodemque die, juxta Martyrologium ejusdem Romanæ Ecclesiæ, cum sibi convenienti psalmodia seu cantilena venerentur. Nec aliud esse potuit Martyrologium quod abbates Franciæ, in conventu Aquisgranensi anno 817 in choro recitandum præscripserunt capitulo 69, apud Labbeum tomo VII, col. 1511, his verbis: Ut ad capitulum primitus Martyrologium legatur. Quæ cum de imperfecto Bedæ opere accipi prorsus nequeant,

dubium quin de Romano, sive magno, aut Hieronymiano, sive de vetere Rosweydi et parvo intelligantur. Refer quo volueris, convincitur Valesius ante Sixti V tempora MARTYROLOGIUM ROMANUM vere exstitisse. Conveniat ipse modo cum Florentinio de ea appellatione, Hieronymianis abscribenda, ego ad parvum nostrum accedo, contendoque et ipsi concedendam esse Romani Martyrologii, sed minoris seu parvi nomenclaturam.

83. Hic cum utroque viro clarissimo certandum est. Negant ambo Rosweydo Martyrologium Romanum dici posse, sed argumentis plane diversis. Florentinius enim, ut infra clarius patebit, putat Martyrologium a Rosweyeo editum, non esse illud quod Adone compendium, sæculo undecimo non vetustius: Romani appellationem haudquaquam negaturus, si vere illud esse crederet, quod a Romano pontifice, cuidam sancto episcopo Aquileiam directum, atque ab Adone Ravennæ repertum et descriptum est. Nimirum male supponit vir doctissimus non aliud Martyrologium Ravennæ reperisse et descripsisse Adonem, quam Hieronymianum ipsum, quale se Adoni conjunctum, in uno aut altero codice, deprehendisse testatur. Florentinio destinatur proxime seguens articulus, sic ut modo, cum solo Valesio supersit controversia; qui postquam Romani Martyrologii vocabulum majori illi et vetustiori, a S. Gregorio memorato, eripere frustra tentavit, sic demum ad Rosweydinum descendit: « Et hæc quidem ad locum Gregorii Magni satis sint dicta. Quod spectat ad testimonium Adonis Viennensis, non difficilis est responsio. Nam præterquam quod recentior est Ado, nec ad tantæ vetustatis monumentum confirmandum satis idoneus, ex ejus verbis nihil elici potest, quo probetur fuisse ullum Martyrologium Romanum. Ait enim Ado vetustissimum Martyrologium sibi traditum fuisse a guodam, quod olim a Pontifice Romano missum esset Aquileiam. Non dicit Ado, Martyrologium fuisse Romanum; sed tantum missum a Pontifice Romano Aquileiam. Verum monachus ille, qui hoc Adoni affirmabat, ei imposuit procul dubio, ut majorem codici suo auctoritatem compararet, et munus suum, ac describendi copiam, quam Adoni feccrat, venditaret. Non enim Romæ, sed Ado Martyrologio suo præfixit, ac Rosweydus pro vetere Romano nobis postea edidit. »

84. Multa hic paucis pro auctoritate satis rotunde et confidenter definit Valesius, quorum, ut a fine incipiam, postrema duo illi aperte inficior, nempe monachum Adoni imposuisse, quod valde temere, et Martyrologium Aquileiæ compositum esse, quod non minori levitate astruitur; nec enim vestigium apparet uspiam quo magis Aquileiæ quam Hierosolymis compositum dicatur Rosweydi Martyrologium, nec id juris Valesio tributum credimus aut sine causa, virum religiosum audacter mandacii arguat. lio, in præfatione ad Sæc. IV. Benedictin. partem secundam, pag. LXXVIII et sequenti, illa ipsa Valesij verba referens; sed nescio quo religionis obstrictus vinculo, ita subjecit : « Hanc viri eruditissimi, et mihi maxime suspiciendi sententiam penitus refutare nolim, sed tamen dissimulare non possum auctoritatem concilii Cloveshoviensis, » etc., cujus et Aquisgranensis verba proxime retutimus. Equidem Valesium et doctos quoslibet viros demisse suspicio et veneror, sed usque ad aras, non ita, inquam, ut prodita veritate quidquam ab eis suscipiam, quod sine vade, sine teste comminiscuntur. Non tanta mihi Valesii autoritas, ut non contra, et religiosi fratris, sive is monachus, sive alius fuerit, mem; nec id mihi eripi patiar, nisi contrariis argumentis apertius evincatur.

85. Et utriusque testimoniis habeo Martyrologium et quidem venerabile ac perantiquum; habeo ab urbe Roma Aquileiam cuidam sancto episcopo, a pontifice Romano directum. Quid, quæso, sponte sua inde profluat ? nisi Martyrologium illud Romæ conscriptum, Romæ usitatum fuisse, demum, æque Romanum nominari posse, ac illud vetustius vulgo Hieronymianum a S. Gregorio commendatum, quod passim eruditi alii cum Bollando et Florentinio vere et proprie Romanum dici posse assentiuntur, quidquid Valesius contra tricetur, in hac parte a Florentinio abundantissime confutatus. Neque opponas hinc fore consequens quod duo fuerint Romana Martyrologia, nam in eo nihil magis piaculi, quam C quod plura sibi invicem Sacramentaria successerint, ut Gregorianum Gelasiano, illud hoc ornatius et exactius : sic enim minus Romanum, nitidius et clarius, alteri majori et confusiori facile substitui potuit, licet septem aut octo dies nunc vacui appareant, qui forte amanuensium socordia sic fuerint relicti. At Romæ nullum hujusmodi exemplum repertum est. Quid tum postea ? Quis Romæ Hieronymianum invenit ? Quis nescit Romana illa vetusta, seu magnum seu parvum, plane intercidisse, postquam Usuardinum, commodius et elegantius in omnes fere Occidentis Ecclesias introductum est? Plusculum lucis ex dicendis accedet.

86. Pergit Valesius : « Totum fere istud Martyrologium quod a Rosweydo publicatum est, descri- D sensatum, exactumque judicium ferens pag. 16, quod ptumest ex ecclesiastica Historia Rufini presbyteri Aquileiensis, cum ipsis etiam mendis quæ in Rufino habentur. » Idque probat pro toto anni decursu, ex diebus quinque; ex pridie Nonas Februarii; Idibus Aprilis; item xix Octobris; secondo Novembris, et iv ejusdem mensis, ubi non male animadvertit Theodotum Laodicenum perperam a Romani parvi compilatore inter sanctos relatum, ut pluribus ad diem п Novembris disseruimus. Quamquam non dissimulavero, magna hic denuo superjectione Valesium uti, cum neque totum, neque media pars, imo nec quinta pars Romani parvi ex Rufino con-

Vidit hæc ante me, nisi fallor, eruditissimus Mabi- A flata sit. Fateor nibilominus hæc sola esse, quæ tanto viro digna, in ea dissertatione dici possint, quæque in Observationibus nostris ad plurimos Usuardinos textus, toto opere inculcavimus. At vero tota concidit Valesii conclusio, vicelicet, Martyrologium illud, quod Ado Viennensis suo præfixit Martyrologio, nullo modo dici posse Romanum. Quod autem nova auxesi intorquet, gravissimis erroribus scatere, ad unum restringitur Theodotum Laodicenum.

87. Ast hic error Martyrologii istius auctori facile condonabitur, si meminerimus bona fide ex Rufino acceptum, ab homine nec satis docto, nec satis critico, ut aliunde deprehenderet, Theodotum in Ariana hæresi perseverasse, quod tot alios viros eruditos et Adonis testimonium sincerum et verum existi- B postipsum latuit, que madmodum novimus Eusebium Cæsariensem per tot sæcula in Usuardi Martyrologio locum inter sanctos obtinuisse, quo eum tandem deturbavere Martyrologii Romani reformatores. Si tam carus Valesio fuisset Theodotus, forte pro ejus orthodoxia asserenda, æque ac pro Eusebiana decertasset. Sic pridem in litteris ad me Castellanus ingenue fassus est, iniquam agnocons Valesii agendi rationem : « Videtur enim, inquiebat, ad vindicandum Eusebium, vel eo potissimum inductus, quod e Romano Martyrologio erasum ægrius ferret Theodotum, eo acrius perstringere quod in eo superstes sit : æqua ratio postulabat ut vel ambos damnaret, vel tueretur ambos. » Ut ut est, affirmat quidem, pene dixeram divinat Valesius, sed nullo modo probat « aut Adonem fucum nobis fecisse, qui hoc Martyrologium, tanquam a Romano pontifice transmissum ediderit, aut monachum, qui hoc Adoni affirmaverit, illi imposuisse. » Nos ab utroque vera relata credimus, et Martyrologium a Rosweydo editum, Romani titulo neutiquam privandum.

> 88. Sane non multis argumentis opus est, ut refellatur quod gratis astruitur; nec vero Adonis sanctitatem, nec religiosi fratris fidem, tota illa sua dissertatione, saltem apud cordatos labefactavit Valesius. Ut autem, qui sententiam nostram egregie confirmet, laudatus modo Claudius Castellanus, mihi, ut supra dicebam, ad edendum Usuardum adhortator incitatorque præcipuus, in sua ad primi Bimestris Martyrologii Romani, notis longioribus illustrati, præmonitione, prudens, doctum, verum, hic ex Gallico Latinum facio. Ita habet : « Parvum Martyrologium, Roma Aquileiam directum, editum est a Rosweydo, sub nomine veteris Romani ; sive titulum istud in ms. sancti Pantaleonis Coloniæ apud Cartusianos servato repererit, sive ipse de suo ascripserit: quod certe non nisi meritissime fecisset. quandoquidem in eo ms. inveniatur Martyrologium longiori Adonis præfixum, pateatque sanctum illum Viennensem archiepiscopum, in Martyrologii sui præfatione asserere, se in capite operis posuisse venerabile et perantiquum Martyrologium, Roma Aquileiam, cuidam sancto episcopo a Romano pon-

tifice directum, quod religiosus frater, inquit, mihi A erant, aliisque circumstantiis; quæ omnia perapaliquot diebus præstitit, quodque apud Ravennam positus transcripsi. Quis credibile faciat Romanum pontificem aliud Martyrologium Romanum Aquiliam direxisse, quam quod Romæ tunc temporis esset usitatum?»

89. « At vero (Castellani semper verba sunt) quod probat manifestius Martyrologium in capite Adoniani operis, apud sancti Pantaleonis Coloniæ repertum, certissime esse antiquum Romanum, ad usum Ecclesiæ Romanæ, verumque apographum illius, quod Romanus pontifex Aquileiam direxerat; non solum inde sumitur, quod sancti ibi reperiantur Romanæ urbi proprii et Hieronymianis plane incogniti, ut Martina, Dafrosa, Papias et Maurus, solo mense Jannario; neque ex eo quod Cathedra p Novembris; cum satis pateat, similia a cœnobiis, sancti Petri proprio die signetur, ab Antiochena reclissime distincta; verum etiam, quod inter varias ecclesiarum Romanarum dedicationes, illa quoque occurrat, quæ est sacelli alti, castri sancti Angeli, expressa per terminos inter nubes, quodque festo sancti Sebastiani, legatur ejus sepultura in vestigiis APOSTOLORUM, designando per hæc verba Catacumbas, in quibus sanctorum Petri et Pauli corpora aliquandiu quieverunt. Et quomodo, inquit, post hæc moderni aliqui scriptores, mutua terentes vestigia, ausi sunt asserere Martyrologium a Rosweydo editum non esse vetus Romanum, sed potius Hieronymiani Martyrologii apographum? Ecquid inde liquet, viros illos, siquidem Martyrologium illud inspexerint, non nisi levi oculo lectitasse? Etenim C præter ea, qnæ de sanctis Romanis, et Romanarum ecclesiarum singularibus dedicationibus jam diximus, minima quævis attentio aut applicatio patenter ostendit, totum Rosweydini Martyrologium contextum, ab omnibus Hieronymiani Martyrologii cognitis apographis diversissimum esse.

90. Hæc omnia a Castellano rectissime observata sunt, plura haud dubie dicturo, si adhuc paulo profundius Romani parvi arcana rimasset, quæ toto hoc opere clarius ob oculos posita sunt. Audiamus tamen factam ab eo Parvinostri cum Hieronymianis comparationem : « In Rosweydino dies vacui inveniuntur, in Hieronymianis quantumcunque abbreviatis, omnes dies pleni sunt. Rursus in illo composita omnia et ordinata, in hisce confusio ingens ab varia ecgrapha sæpius transumpta. In Rosweydino D plures Veteris Testamenti prophetæ consignatisunt, in Hieronymiani vetustioribus apographisnullus. In illos martyres et sancti alii ex Rufino accepti, at non Lugdunenses; in istis Lugdunenses sunt et pauci alii, adeo ut fatendum sit Rosweydinum vetus autographum esse, magno studio elaborainum, nullo autem modo ex alio desumptum. Hinc prudenter conjicitur, Romanos Hieronymiani, in quo sola martyrum nomina et palæstræ notabantur, pertæsos, aliud præoptasse, in quo selecti et novi sancti, tum martyres, tum alii, minori numero annuntiarentur, ascriptis imperatoribus judicibus ve, sub quibus pas-

posite in veteri Rosweydino exprimuntur. Quid, guod credibile sit, illud ipsum esse Martyrologium Romanæ Ecclesiæ, tota Occidente cognitum ab anno 747, quod in Anglia habitum et concilium Cloveshoviense, cujus canon 13 hæc verba definitiva subministrat.... » Habes supra num. 81.

91. Pergit Castellanus ostendere, Adonem, dum circa annum 858 Martyrologium scriberet, merito ductorem suum Aquileiæ repertum. perantiquum æcque ac venerabile appellare poluisse. Nec sibi objectari patitur paucula Romani parvi additamenta, ut Brminonem, seu Brminum Lobiensem XXV Aprilis; inventionem reliquiarum in Stabeleto, ejusdem mensis xx aut dedicationem Malmundariensem xvII quorum id aut simile manuscriptum olium fuerit, facillime adjici potuisse, quemadmodum Quirinus xxx Aprilis, addo vigiliam Apostolorum eodem die, aut hujusmodi minutias alias, quas Romanis fatemur non convenire : ex aliis enim plurimis apertissimum est, singulas quasque Romæ proprias solemnitates ita ab Adone descriptas, ut antesignamum suum semper quasi digito præmonstret.De cætero, mirum videtur Castellano, et mirum cuique videri debet, tam antiquum codicem, tam integrum ad nostra tempora pervenisse.Porro an festum omnium Sanctorum inter accessiones censeri debeat, suo loco dicemus.Fatetur autem per errorem,a Martyrologii illius auctore, Rufinum nimis cæce secuto, Theodotum Laodicenum adjectum fuisse, de quo nos plura alibi. Alia Castellani, pro authentia, vetutate et auctoritatc Romani parvi argumenta sparsim reperiuntur toto primo bimestri, ab ipso cum egregiis notis vulgato, cujus operis complementum utinam aliquando videre liceat? Sed jam dicta, ultra mensuram, ni fallor, sufficiunt, ut Valesii aliorumque objecta penitus convellantur.

92. Hic verbo monendus lector inter adversarios mihi nequaquam objiciendum venerandum magistrum meum Danielem Papebrochium, dum hæc scribo, ad laborum coronam, senio et meritis gravem, a Domino, uti plane confidimus, evocatum. Non, inquam, ille inter adversarios hic mihi objiciatur, tametsi variis locis, in magno nostro de Actis Sanctorum opere, sed præcipue tomo V Junii, pag. 550, litt. C, oppositam sententiam ex incidenti propugnet. Pridem ct sæpe fassus est, se in eorum hic numero esse, quos proxime aiebat Castellanus, viros cætera eruditissimos, re non satis examinata, alios transcripsisse, atque adeo de Romano nostro parvo non sensisse pro merito. Ibi certe Papebrochius Florentinii opinionem paucis verbis totam complexus est; sed auditis subinde solidioribus rationum nostrarum momentis, iniquiorem illam censuram, et eo loco et quocunque alio in Actis adoptatam, induci prorsus et eradi voluit. Porro tam citati Florentinii, tum cæterorum Romani parvi impugnatorum argumenta, non minus quam Valcsiana, longe

a scopo aberrare, nec ullo pacto venerabilis et pe- A esse Romanum, sed tenemur quæ vera sunt prorantiqui Rosweydini Martyrologii auctoritatem infringere, jam etiam demonstratum est.

ARTICULUS II.

Frustra nituntur adversarii ostendere, Romanum paroum illud ipsum non esse Martyrologium, quo se adjutum fatetur Ado, quodque Mariyrogio suo se præfixisse asseverat.

§ I. - Refelluntur Andreas Saussayus et Joannes Fronto.

93. Jam ex Castellano audivimus neotericos nonnullos, re minime perpensa, descriptores mutuos, ausos nihilominus asserere Romanum nostrum parvum, a Rosweydo vulgatum, ex majori et vetustiori Romano, vulgo Hieronymiano, contractum esse compendium. Tales ego paucos reperire memini; verum ritissimos esse oportet, qui ex unius solius mensis, imo paucorum dierum facta inter codices collatione, apertissime convinci possunt, Martyrologti illius auctorem tam esse ab Hieronymianis remotum, ut plerisque diebus ne unum guidem nomen referat, quod in Ilieronymianis inveniatur. Censeo itaque, tales adversarios nec refutatione dignos esse. Majus facessunt negotium, qui exteriori quadam fallacique similitudis imagine delusi, sibi induxerunt in animum, Martyrologium nostrum parvum, non aliud esse, quam puram putam Adonis epitomen, duobus minimum sæculis ipso Adone posteriorem. Inter hos præcipui sunt laudati jam supra Andreas Saussayus, in opere de scriptoribus mysticis a Florentinio citatus : Joannes Fronto, prænotatorum ad Kalendarium, anuo 1652 editum, § 8, et Franciscus Maria Florentinius, ad Martyrologium Hieronymianum admonitione prævia 4 et 5. A Frontone incipiam, cujusparagraphus eo facilius evertitur, quod rotunda ejus et nulla ratione subnixa affirmatio, per oppositam negationem æque rotunde, plane et prorsus elidatur. Paragraphi ipsius titulus est : Quid censendum de Martyrologio Romano vetere, quod eddidit Rosweydus? Decretoria est responsio; attende.

94. « Martyrologium illud non est nisi epitome Martyrologii Adonis, ut facile agnoscet, qui conferet ipsum : habet eadem errata, habet eadem sæpe verba; nonnullla fuerc addita : denique nullo modo Romanum est, nec vetus. Et quod non sit vetus, demonstratur ex eo quob solemnit. Omnium D Sanctorum inscribit, quam certum est non antecedere tempora Gregorii III, qui sedit anno 731, aut Caroli Magni, qui decessit anno 813, ut demonstravi ad 1 diem Novembris. Romanum non est, nam cum de sancto Felice loquitur xiv Jannarii, seu xix Kal. Februarii, sic scribit : Nolæ, Felicis presbyteri, in Pincis sepulti. Et quis nescit pincis esse locum qui Romæ est, non vero Nolæ, ut demonstravi ad illum diem? Hoc autem erratum non cadit in Romanum scriptorem, sed venit ex Adone. Nemo dicat me hic conjecturis indulgere, res certa est. Alioquin mea non refert, Martyrologium illud esse, vel non

ferre. » Hujusmodi ratiocinio argutari quis facile posset, Menologium Græcum a cardinali Sirleto Latine redditum, non esse a Baronio in Martyrologium Romanum translatum, sed ipsum illud Menologium ex Romano moderno extractum fuisse.

95. Certe paucis hic multa transigit vir doctissimus, rem una confecturus, si solidis momentis censuram fulcivisset. Si ego flatu unico totam illam periocham, non solum incertam, sed levem, sed falsam pronuntiavero, nemo merito dixerit, me conjecturis indulgere, cum dicta sigillatim probaturus sim. Non magis mea refert, quam Frontinis, illud Martyrologium esse vel non esse Romanum; sed si tenemur, quæ vera sunt proferre, eadem plane reliquicunque ii sint, næ illos in hujusmodi rebusimpe- R gione tenemur, quæ falsa, aut sunt aut saltem plane videntur coarguere. Amabo, quid ex his sequitur, habet eadem errata, habet eadem sæpe ver ba? An quod Romanum parvum ex Adone ? an non evidentius, quod Ado ex Romano parvo acceperit, ipso præsertim tam luculenter testante, sibi apud Ravennam posito, a quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum, a se diligenti cura transcriptum, et in capite operis sui positum ? Sint ibi errata eadem, sint eadem verba omnia, sint iidem apices; quis obsecro, aliud educat, quam illum transcripsisse, qui se disertissime transcripsisse profitetur? At nec vetus.est, nec Romanum. Postremum abunde demonstratum est, porro demonstrabitur, nec miserum in PINCIS eum nobis titulum eripiet, de quo videnda Observatio ad citatum diem xıv Januarii. De vetustate ita brevi statuemus, ut ex festivitate Sanctorum omnium, nihil Frontoni subsidii sit accessu- rum : hic modo ad rem nostram satis est, tam vetus esse, ut Adoni in adornando Martyrologio suo vere prælucere potuerit.

> 96. Supersunt bini adversarii, Saussayus et Florentinius, quorum non definitionibus, sed rationibus respondendum est. Retulimus non ita pridem magnifica Saussayi in Rosweydum, ob veteris illius Romani Martyrologii publicationem, profusa elogia. Verum congestas laudes alibi in vituperia vertit, quæ cum apud Florentinium inveniam, in fonte quærere supersedeo. Hunc igitur audiemus, et presso pede sequemur ad singula.Erat primo Saussayus in eo, quod Rosweydi codicem cum Bedæ Mrrtyrologio componens, ridicule asserat, esse merum Martyrogii Bedæ indicem; forte qui alium Bedam non noverat præter Plantinianum, ex Adone male consutum, facile induci potuit, ut alterum alterius epitomen faceret, quemadmodum Florentinius Adonis epitomen censuit, dum ipsum cum Adone conferret. At pupillam oculi Saussayo læserat Rosweydus, Hilduini de Dionysio placita ex suo codice impugnando. Hinc acriores illæin Rosweydum invectivæ, hinc illa plurium argumentorum series, qua ipsum impetens, plerosque graves et eruditos viros negare affirmat, Martyrologium illud Rosweydi esse vetus Romanum, ab Adone laudatum, et a S. Gregorio

depictum, etc. Verbo spurium decernit, diversum a A vero et repudiandum esse, imo corruptum, fucatum et ex corruptissimo codice depromptum. Siin extrema opposita fœde prolabuntur, qui de rebus non satis discussis et perpensis, nunc amore, nunc odio distracti, temere pronuntiant. Ultro admisi, Rosweydi Martyrologium non esse Gregorianum; at non esse ipssisimum illud, quod ab Adone laudatum est. id vero pernego, nec id unquam extundent Sanssayi aut Florentinii ratiocinia, quorum ut medullam contraham, sic ordine prosequor.

97. Arguebat, ut video, Saussayus a vocabulo nalalis, sed quam imbelli telo, tam non digno quod repellatur. « At urgent fortius, inquit Florentinius, quæ deinde censor opponit, Martyrologium nempe illud nequaquam esse posse, quod Ado laudavit, et B video minutias quisque excutiendi indeque argua quo se plurimum adjutum fatetur. Primum, quod ex tribus antiquis codicibus, quibus Rosweydus usus est, in uno tantum invenerit Adoni præfixum, cui potius tanquam Kalendarium præfigi potuerit, et cujus specimen revera non incongruum exhibet. Inde Rosweydum exagitat, quod putaverit Adonem ubique vestigiis Romani veteris insistere, cum ex locis adnotatis certum ostendat, Romanum illud putatitium in multis cum Adone non convenire, in aliquibus exuberare. « Si nihil ibi habeat Saussayus quod fortius urgeat, vere ostendit se ea solum causa Rosweydum aggredi, ut Hilduinum suum tueatur. Quid si decem, quid si viginti codices Adonianos reperisset Rosweydus, Romano parvo vacuos, atque in solo aliquo, ordine quinto et vigesimo, felicitor præfixum, Crisco notaverat, tanquam auctori abjudicanda; plura an inde, obsecro, minoris faciendus esset tam diu expetitus, tandiu desideratus thesaurus? An minori • eruditorum omnium applausu ubique acceptus est Beda, a Majoribus nostris editus, tametsi contextus ille a centenis codicibus abfuerit, in uno solum aut altero, imo in duabus laciniis Romana altera, altera Divionensi repertus.

68. Edat nobis modo aliquis tot latentia antiquorum opera, velsi a millenis aliis codicibus abfuerint faxo et gratanter et benevole ab eruditis omnibus admittantur, si nullo alio præterquam raritatis vitio laborent. Scimus ab Aloysio post longam molestamque perquisitionem repertum esse Adonis exemplar aliquod, in cujus comparatione, omne aurum nihil exempla magis, vel minus integra vidit Mabilio, viderunt alii, a quibus etiam forte aberat Romanum parvum, imo ipsa Adonis præfatio; nec tamen inter eruditos ullus ex eo capite suspectum habuit, quod tam feliciter orbi litterario porrexerat Rosweydus, quid, quod testetur laudatus Mabilio Sæculo IV Benedictino, parte II, pag. 272, in pluribus, quæ vidit istius Martyrologii (Adonis) exemplaribus manu exaratis, non comparere Adonis nomen; an inde fortasse etiam arguet Saussayus, Martyrologium, quod Adonis nomine venit, perperam ei attribui, quia in multis exemplaribus, Adonis nomen non comparet?

99. Aliud æque insipidum est. Rosweydi Martyrologium Adoni tanquam Kalendarium præstgi potius potuit. Jamne excidit, quodpaulo ante Saussavus dixerat, morum Martyrologium Bedæindicomesse? Profecto longe inter se differunt Beda, etiam supposititius, et Ado; saltem tantum, ut utrique idem index aut Kalendarium non conveniat. Sed neque illud satis capio, qua demum verisimilitudine Romanum parvum, tanquam Adonis Kalendarium venditetur, si certum ostenditur, in multis cum Adone non convenire, in aliquibus exuberare? Si index aut Kalendarium, cum operc non convenit, operis illius index aut Kalendarium dici omnino nequit, non magis quam Kalendarium Missali Romano præfixum, aptari possit Liturgiæ Græcanicæ, aut Copticæ. Nimiam hic tandi pruriginem, ubi moderatiori, et accommodata rebusipsis censura est opus. Demus aliquid antiquis

codicibus, fateamurque cum Florentinio, sacras ipsas Tabulas, ut Sacramentaria, Diptycha, Martyrologia, non potuisse ad nos tam integra perventre, ut per summam notariorum aut amanuensium ecclesiasticorum incuriam, aut truncata, aut interpolata non sint; adeo ut rigidiorum criticen id genus codices revocare, idem sit ac eos prope convellere, quemadmodum in codicibus suis Hieronymianis satis expertusest Florentinius, et nimis quam frequenter experiuntur, qui codices antiquos, præsertim usuales, ut sunt Martyrologium, sæpius versant.

100. Multa Mosander in sua Adonis editione astein appendicem refecerat Rosweydus : sed ecce Mabilio, citato jam loco, pleraque restituenda putat; alia vero, quæ alii genuina censuerant, ab interpolatore inserta. Quæ eo solum huc adducimus, ut pateat vix humanitus fieri posse, ut tales codices ad nos integri perveniant; quod in hac nostra Usuardieditione diebus prope singulis usuvenit. Nihil proinde miri erit, si in Romano parvo addita aliqua, alia hinc inde detracta fuerint, quamvis id raro accidisse deprehenderimus. Quomodo igitur adhucmagis oppugnant Rosweydi Kalendarium dies frequentes a martyribus vacui? Vere obtundit Saussayus. Numeremus primum quot dies in Romano parvo vacui sint, subducta ratione, universum reperiemus septem; esse duzit. Cedocui homini in mentem venerit, editio-nem ejus redarguere, quod sola et prima esset? Alia D Junii, xv Octobris, xx Octobris et xxv1 Novembris. Atque hi sunt frequentes illidies a martyribus vacui? Ecquid terminis abuti oportet, ut intertrecentos scxaginta quinque dies, deficientibus solis septem, FREQUENTES dicantur deficere? At enim, si recte hoc argumentum expenditur, quo frequentiores fuerint in Romano parvo dies vacui, eo minus speciem referet Adoniani Kalendarii, ut vocat Saussayus aut Adonianæ epitomes, qualem fingit Florentinius.

> 161. Instat Saussayus: «Si Adoin præfigendis diebus festis, male alioquin per singulos dies ac Kalendas dispositis, hoc (Romano parvo) usus esset, cum et in eo aliqui dies deficerent, non utique Bedam et

USUARDUS MONACHUS SANGERMANENSIS.

est : nusquam scripsit Ado se ex Romano parvo supplevisse dies omnes qui in Beda a Floro aucto desiderabantur, sed adjutum'se fatetur, ut dies martyrum verissime, hoc est distincte, notarentur, qui confusi in Kalendis inveniri solebant non utique in Beda et Floro confusi ;sed in antiquiori Hieronymiano, ex quo necdum confusionem omnem sustulit Florentinius. Fuerint igitur dies septem vacui, an de cætero non recte adjutum se profiteri potest Ado, dum ccclviii dies plenos reperit? An ei defuerunt Sancti alii, quibus pauculos illos dies suppleret ? Dissolvamus omnia : xxvIII Februarii ex vicinia accersivit Romanum abbatem Jurensem. xviv Aprilis non vacabat Beda, et tamen eo ipso die sanctum Alexandrum Lugdunensem, Mellito, a Beda signato, B adjecit xxIII Maii, non procul excurrendum fuit, ut Desiderius Lingonensis, imo vel Viennensis synonymus commemoraretur: vidi ibi observationem nostram Usuardinam. viii Junii habuit in Beda Medardum, quo tamen contentus non fuit. xv Octobris, Lugdunum Antiochum, Colonia Mauros, suggessit. xx Octobris, popularis S Caprasius haud longe quærendus erat. Denique xvi Novembris adfuit-Lugdunensis Eucherius. Vides non magna adjumenta Adoni aliunde accessisse, ut proinde verissimum maneat, maxime et præcipue ex venerabile illo et perantiquo Martyrologio adjutum fuisse.

102. Sequitur argumenta quod nescio unde a Saussayo desumi aut exsculpi, qua autem vel veri umbra a Florentinio referri potuerit. Aures arrige : C « Insuper negari nequit (semper Florentinii verba recito) quin ad recentiora tempora Martyrologium illud (Romanum paroum) ablegent, quæ subdit Saussayus, ad annum scilicet 1049. Etenim cum in eo ad diem xx Octobris, Rhemis solemnitas S. Remigii adnotetur, quæ antea die migrationis xui Januarii peragi consueverat, et bæc in eumdem diem accommodata fuerit in concilio Rhemensi, Leone IX astante pontifice, nemo potest concedere, Martyrologium illud esse, quod autographo suo præfixerit Ado, episcopns Viennensis, circa annum 875 (melius scriberet circa aunum 858) sed compositum, vel scriptum undecimo sæculo excurrente » Nec Œdipus ipse hic nobis edisserat, quid tota hac speciosa rerum farragine sibi demum velint Sanssayus et Florentinius, nisi aperte fateantur, se vetus Ros- D weydi Martyrologium nunquam inspexisse, saltem co, qui citatur, die xx Octobris.

103. Iterum repeto me prorsus non capere quomodo hæc in virorum cætera eruditorum mentem incidere ullo pacto potuerint. Etenim si vere in exemplum adducitur dies xx Octobris, monstra sibi fingunt, quæ tuto profligent, cum is præcise dies ex septem unus sit quos in eo codice vacare diximus. Neque vero, toto eo mense, alia Remigii solemnitas rofertur, quam quæ ipsis Kalendis consignata est his verbis : Bl Rhemis civitate, sancti Remigii episcopi. Imo hæc unica et sola solemnitas, quæ de Remigio,

Florum supplere potuisset. » Novus hic scrupulus A in hoc nostro Romano parvo posita sit. Quod si hac primuminstituta fuerit anno 1049, Leonce IX astante pontifice, vide, obsecro, quanta absurda inde consequantur; jam enim Martyrologia nostra omnia Bedæ, Wandalberti, Rabani, Adonis, Usuardi, Notkeri, imo et Hieronymiana ipsa, composita, vel scripta fuerint undecimo sæculo excurrente, cum in iis omnibus eadem ipsa solemnitas disertissime annuntietur. Si hoc sat's non est, ipsis omnibus antiquior Gregorius Turonensis sæculis quinque junior flet, cum in Historia Francorum, cap. 21 assuerit : Factum est autem ut post dies paucos adesset sestivitas sancti Remigii, quæ initio mensis Octobris celebratur. Diem selegit Leo IX quem antea Remigii festivitati destinatum probe noverat.

> 104. Stupore potius quam admiratione percellor dum hujuscemodi cavillos, nænias, imopura puta figmenta protrudi video, et quasi per manus etiam doctorum virorum derivari, quæ ab acatholicis avide arrepta, in nostrum vituperium venditantur, ac similia comminiscendi ansam ipsis præbent viamque ostendant. Certe citatus supra Beckius, istiusmodi flosculis ex Saussayo, Valesio et Florentinio collectis, suum illud prætensum Germaniæ Martyrologium egregie exornavit, et ne palmam eis cederet, ineptissimo commento locupletavit. Postquam enim Rosweydum Thrasoni similem ex Valesio depinxit, qui nempe sesquipedalibus verbis Pontificem allocutus sit, puerilia alia admiscens, tandem et ipse capto e pera lapillo, Goliathum se prostraturum destinato ictu existimat. Audi porro quam belle argutetur pag. 22: «Recentioris etiam ævi Martyrologium-Rosweydianum arguunt, quæ Iv Nonas Julii legantur Bodem die Augustæ, sancti Uldarici episcopi et confessoris: qui vero sæculo x vixit, et sine dubio non statim est canonizatus. Ado sane ex hoc fonte aguas derivare non potuit, quippe sæculo ix vivens, nisi dicere ivelimus, a recentiori scriptore addita bæc fuisse, atque ita statuunt Mosander et Rosweydus in appendice, quibus suspecta hæc esse videntur, atque a posteriori manu, fortassis monachi Benedictini, in cujus solius codice sunt reporta, et in tribus reliquis mss. aberant, adjecta. »

> 105. Ignosce, lector, si bilem mihi moveat inepta, fatua et mendacissimis gerris contexta ratiocinatio, ut ovum ovo, ita Saussayanæ persimilis, et pari prorsus fundamento subnixa; nam patentissime falsum est, citata hic a Beckio de sancto Udalrico Augustano verba, in toto Romano veteriRosweydino usquam reperiri, nedum ıv Nonas Julii, ut homo iste intrepide fingit, qui forte citata verba in appendice Adoniana Rosweydi reperiens, multa commentitia superstruxit, quæ manifeste ostendunt, ruere hominem Andabatarum more, nec argumentum noscens de quo tractandum erat, nec libros, quos manu versabat. Mosandrum Rosweydojungit, quasi et ille Romanum parvum ediderit, quæ altera falsitas est. Tertio, Mosandri appendicem appellat, qui de condenda appendice ne somniavit quidem, in ipso

81 Ì

Adonis textu, asterisco notare solitus, quæ ipsi A Aque hisce Saussayum ex arena jubemus excedere. suspecta videbantur. Quarto, fingit, nescio quem codicem monachi Benedictini, qui cum tribus aliis editioni Romani parvi servierit, cum diserte fateatur Rosweydus, se tribus solum codicibus usum in edendo Adone, a quorum duobus aberat Romanum suum vetus Adoni præfixum. Ut verbo absolvam, tota ea Beckiana machina, ficta, futilis et inanis est, cui comminiscendæ, utinam viri alias eruditissimi, mibique venerandi, falsis præjudiciis abrepti, viam non præmonstrassent !

513

106. Redeo ad Florentinium, ita telam Saussavanam pertexentem : « Postremo, inquit, Rosweydi, sive Martyrologium, sive Kalendarium, illud non esse a Baronio desideratum probat Saussayus. » An satis recte, non examino, cum nostra hic nihil B potius ex Adone, conferenti cuique exceptum videri intersit, sive magnum, sive parvum Romanum, magnus Annalium ecclesiasticorum scriptor expetiverit, modo verum perstet, illud edidissc Rosweydum, quo se adjutum fatetur Martyrologus Viennensis : « Ne vero Saussayus aliquid prætereat quod omnem adimat auctoritatem Rosweydi Kalendario, idemque nullæ certitudinis aut ponderis codicillum esse, futile crassisque erratis respersum prorsus concludat, addit pro coronide ridicula etiam quædam continere; idque ex adnotatis ad iv idus Novembris probare nititur : Bo ipso |legendum, Et ipse] die quatuor Coronatorum, » etc. Sed ridicula illa clare, ni fallor, solvimus, ad dictum vi idus Novembris, solvitque hic etiam Florentinius, recte aliquando observans, « durum nimis exactorem esse Saussayum, ut Dionysium Parisinum, eumdem esse ac Areopagitam mordicus defenderet, quod a Rosweydi tam Martyrologio quam adnotationibus, nonnihil infringi conjiciebat. »

107. Hæc nempte tota mali labes; hac ita incensus Saussayus, dum oculis emissitiis omnia rimatur. ridicula, inepta, parachronismos, et nescio quæ alia in Romano parvo se reperisse existimavit, in quo prius selecta et aurea omnia inseruerit : « Heribertus certe, eximius ipse solis sapientiæ radius. vivi fidei fontis, rivulus, virentis justitiæ stipitis ramus, jamque cœli pulchrum et æternum sidus. » Amabo, qui tam cito mutatus est color optimus? Sincere et ingenue edisseret clar. Castellanus, a quo cum notitiam libri illius Saussayni de Scriptoribus mysticis a Florentinio citati postulassem : D reposuit ille, se quidem opus illud non nosse, at hoc probe scire, opera Saussayi omnia Parisiis in sumno esse vilipendio (profonde mésestime). Ait præterea, grande illud Martyrologii Gallicani opus, duobus voluminibus distinctum, contemptim appellari plaustrum mendaciorum. Demum, Hilduinistam fuisse pertinacissimum, unde religioni sibi duxerit non acerrime insurgere in opusculum, qua Dionysium utrumque tam accurate alterum ab altero discretum advertebat. Nimirum, nulla ipsius intererat, quidquid veritas pateretur, dum præjudiciis (à ses entêtements), contrariam offenderet.

÷

§ II. - Diluuntur es que speciosius objicit Florentinius.

108. Superestnobiscum ipso Florentiniocontroversia, in qua discutienda veniunt quæ Joannes Fronto non ita pridem decretoria potius sententia determinaverat, quam'solidis argumentisprobarat, Florentinius vero, adductis rationibus, speciosius, sed pro viri doctissimi more, summa cum modestia, ex Romani parvi et Adonis ad invicem collatione ostendere conatur. Juvat ex ordine singula ejus argumenta expendere. Ita prosequitur : « Verum secuti Saussayo facile concederem, Rosweydi nuncupatum Martyrologium, non esse vetus Romanum a D. Gregorio indicatum, et a Baronio expetitum : ita ex Bedæ Hagiologio contractum nequaquam consentirem, cum compendiosius Kalendarium omnino possit. Contuli equidem cujuscunque mensis plurimos dies, et ex iisdem ab Adone excerptis, ac in proprium usum vel obscuriori, vel mutilo, vel recentiori stylo deductis facile agnovi, non Adonem ex hoc Kalendario, tanquam ex Antiquo Aquileiensi codice, in suum Martyrologium transtulisse, sed e contra recentiorem scriptorem, inde suum indiculum compegisse.» Sedulo observes velim, Florentinium ex Saussayo hausissise, et passim supponere, Romanum parvum scriptum esse, sæculo xi excurrente, quo præjudicio munitus, facile alia colligit quæ ipsi recentioris styli vestigia præferre videantur. Evagemus, inquit, compendiose, si libet, per unum aut alterum mensem : imo vero, et libenter, per totos duodecim; et aliquot signatos dies, ego volo omnes et singulos, cum Adone et nostro simul conferemus, ul assertionis non minus veritas quam nostri vetus tioris ætas apparent.

109. Vitandæ confusionis gratia, hæc ad rem nostram se jungi cupio, ultroque concessa quantavis ætate Hieronymianis apographis, pro quibus ipse unice pugnat, soli Adonis et Romani parvi collationi insisto, ut, uter ex altero ceperit, perspicue elucescat. Florentinius ab ipso limine sic auspicatur : Rosweydi Martyrologium,recentiori ritu,guam nostrum, a Kalendis Januarii annum orditur. Sic plane.a Kalendis Januarii annum or ditur, sed inde nihil minus consequitur, quam quod recentioris ritus sit. Multum laborat, sed ferme in vanum, Florentinius, exercitatione sua secunda, ut rituum istorum annum inchoandi antiquitatem, seu, ut clarius lequar, prioritatem alicunde eruat, nequendum fixos cardines, nobis producere potuit, ad quos figendos, nec facilis sane, nec expedita sententia est. Utcumque fuerit, argumento ad hominem plane exarmatur, qui hic Rosweydum adoritur; Florentinius; nam quod inter Hieronmiana ejus apographa vetustissimum est. scriptum, ut constat, sub initium sæculi octavi, anni sui sacri seriem etiam incipit a Kalendis Januarii, idemque facit Beda, Willibrordi plane synchronus. De ætatis pærogativa cum Hieronymianis, nullatenus discepto, sufficit mihi, si parem Epternacensi et Bedæ, Romano parvo concesserit Florentinius.

110. Nec pluribus opus esset, ut tota hæc prima A diaconus, auctioris Bedæ Martyrologii compilator. Florentinii argumentatio plane enervaretur. Lubet tamen in curiosorum gratiam, ulterius inquirere, sitne usus in Ecclesia magis recentis, annos a Kalendis Januarii, quam a natali, aut a vigilia nativitatis, aut aliunde exordiri : quæ res apud eruditos adhuc satis incerta et ambigua est. Percurramus antiquos Rituales libros et Martyrologia. Certum est, Allatii et Frontonis Kalendaria pro antiquis haberi, similia esse nec ætate multum differre. Allatianum, quadriennio ante Frontonem, nempe anno 1648 operi de Consensione Occidentalis et Orientalis Ecclesiæ, sub finem insertum est. Confer utrumque; statim animadvertes Allatianum incipere a Dominica prima Adventus, diesque notare, rum more, per Kalendas, Nonas et Idus. Contra vero Frontonis editio initium facit a dienatali Domini, sicque more, hodierno per ordinales numeros totius anni dies decurrit. In Sacramentariis a Menardo et Thomasio editis initium sumitur a Vigilia nativitatis Domini, ex tribus vero Gallicanis, ab eodem Thomasio, et post a Mabillone vulgatis, nullum est, de quo judicare possis, consimile alteri habuisse principium. Nec dissimulat Mabillo de Liturgia Gallicana pag. 98, num. 3; pag. 176, num, 5, et alibi, dubias et incertas csse de hisce rebus conjecturas.

111. Parem puto fuisse, hoc est non stabilitam, sed arbitrariam Martyrologiorum inchoandorum rationem, de qua nihil satis compertum sit. Jam de Hieronymiano Epternacensi et Beda locutus sum : addi his debet Blumianum. Lucense autem et Corbeiense non a vigilia nativitatis, ut Ado Roswevdi, sed cum Frontoniano Kalendario, ab viii Kal. Januarii, seu ab ipso natali Domini annum auspicantur. Porro Aloysius et Mosander sic Adonem ediderant, ut a Kalendis Januarii principium facerent. Rosweydus vero sic ultimo præfatiunculæ suæ paragrapho loquitur : « Quod in Martyrologio Adonis initium sumatur, non a Kalendis Januarii, ut hactenus editum, sed a vigilia nativitatis Domini, scias hoc ex Romanæ Ecclesiæ ritu factum, quæ anni epocham olim habuit Nativitatem Christi, et a Vesperis vigiliæ ipsius Nativitatis annum auspicabatur. Constanter ita exhibebant tria mss. exemplaria, quibus usus sum. » An forte tunc immemor erat vir accurantiquius, a Kalendis Januarii exordiri? Si omnia Adonis manuscripta exemplaria inter se conferrentur, plura credo repertum iri, quæ in hac parte Romano parvo essent conformia.

112. Fuit Wandalbertus Adonis æqualis, imo ipso senior et ante ipsum Martyrologus, utpote qui anno 842 scripserit; ipse nihilominus sic præfatur : A Kalendis Jonuariis, usque ad finem anni, per dierum singulorum occurrentes festivitates (Martyrologium) metro edidi; idem factitavit is, cujus ope et subsidio Wandalbertus præcipue usus est, sanctus et nominatissimus Florus, Lugdunensis Ecclesiæsub-

Adde his Rabanum, et ipsum Adone vetustiorem, adde Notkerum ei ferme æqualem, patebitque evidenter, quod supra dicebam, modum istum annos inchoandi, per id tempus valde arbitrarium in libris ecclesiasticis, sed præcipue in Martyrologiis fuisse. Quinimo, a majori antiquiorique Martyrologorum nostrorum numero ita stabilitur Romani parvi auctoritas, ut potius consequatur, seculo ipso octavo inchoandorum annorum rationem a Kalendis Januarii cœpisse, quam ex Florentinii conjecturis ullo pacto verisimile sit, recentioris usus esse sic annos exordiri. Hæc concludo præfatiuncula Bollandi, t die Januarii, ita opus suum auspicantis : « Præcipua semper religione celebratæ a Christianis Kalendæ Januariæ veterum Romanorum et Martyrologiorum nostro- B sunt, propter Dominici natalis octavam, sacrosanctæ circumcisionis Christi memoriam, et augustissimum nomen Jesu, in quo nimirum oportet omnes homines salvos fieri. Meritoigitur veteres Romanos, in auspicando ab hoc die anno, sequi Ecclesia maluit, quam cæteras gentes, quæ aliud quodpiam statuerent exordium, ut ipse dies sacrum nostræ symbolum salutis præferret ?» Sed de his plus quam satis.

113. Pergamus cum Florentinio compendiose evagari : «In ipsa autem Kalendarum die, inquit, præter octavam natalis et circumcisionem, non alios quam tres martyres exhibet, unicumque confessorem, relictis apud Adonem, triginta martyrum Romanorum corona, Euphrosyna virgine ac Eugendo abbate. » Hic hæreamus tantisper, quæramusque ex Florentinio rectene Martyrologii compilator prætensam suam epitomen, vel indicem, vel Kalendarium contexat, dum tres omnino annuntiationes apud Adonem intactas relinquit? Ego talem indicem, vel Kalendarium, vel ex hoc solo capite, ut infidum et spurium rejicerem. Quæramus denuo an ipse collationem suam satis opportune inde incipiat, ubi tanta inter Adonem et Romanum parvum discrepantia est? Cur ad secundum Januarii diem progressus non est? Ibi certe longe majorem invenisset conformitatem. Verum ne nimis tædeat (Florentinii verba sunt) omnia sigillatim hic perpendere, verbo unico rem absolvam; sive Romanum parvum cum annuntiationibus Adonianis' conveniat, sive in numero discrepet, sive deficiat, sive exuberet, nihil inde contra Romanum parvum conficitur, cum adductus a Florentiratissimus, Romanum suum vetus, Adone multo D nio Kalendarum textus apud omnes cordatos probare debeat, Adonem posteriorem a priori accepisse quidquid in eo continebatur, addidisse, quæ alibi repererat, aut Lugduno, ubi Martyrologium scribebat, viciniora erant.

> 114. Meminisse poterat debebatque vir doctissimus paulo ante a sedictum non ita Adonem *Romani* parvivestigiis se accommodare volvisse, ut ne latum quidem-unguem trangressus sit.Quinimo transgredi omnino debuit, dum aliunde subsidia adfuere, quod Kalendis Januarii plane ostendit : alibi, dum sanctos alios non reperit, ut secunda die Januarii et sæpe alias, nullos exornavit sanctos, præter eos quos ei

> > المجمعين بالوعد الالبار يعارين عربها بالعدامي المراجد والمراجد

tum esset, puta, si Romanum parvum ex Adone accepisset, quæuam, obsecro, cogitabilis causa dari posset, cur indiculi auctor, exocto Adonianis annuntiationibus, solas quinque selegisset, iis sanctis prætermissis, qui erant notissimi? Rursus, quæ causa, cur vel ipsam primam celebrioremque Adonis annuntiationem immutasset, addendo et circumcisio, quæ verba a Viennensi aberant. Dicetne Florentinius ipsam circumcisionis nomenclaturam usus etiam esse recentioris? sed vere inutiles sermones cædimus, nimis clare sese explicuit. Ado ipse, nimis distincte et aperte ductorem et antesignanum suum præmonstravit, ut articulo sequenti liquido manifestabitur.

currenda, singulis sua reponenda solutio : omnia expendamus. Sic procedit : « Conferat in eodem primo mense curiosus lector diem xIII, quam Corona et nominibus quadraginta militum mutilat: xix, ubi Pontianum ad bestias damnatum ex multis colligit. » Nihil hic novi adducitur quod in superiori ratiocinatione adductum et solutum non sit Sequitur falsa Florentinii, sed perpetua ejus suppositio, ex Saussayo hausta, quod Romanum pervum szeculo xi non sit antiquius. Adverte hic qua id ratione confirmare conetur. Sic infit : « Sed præcipue xx diem (Januarii) advertat et agnoscet Fabianum ab Adone Romæ episcopum dici, a Breviatore vero. recentiori more papam appellari; quem titulum cum ubique et constantissime Romano pontifici tri- C perantiquum Adoni facem prætulisse; nam plane buat, et rarissime apud Adonem inveniatur, non obscure vide! ur arguere, Kalendarii auctorem post Gregorium VII advixisse, quod anno Christi 1073 pontifex ille statuerit, nomen papæ, aliis hactenus episcopis et clarioribus presbyteris commune, proprium deinceps et singulare Romani pontificis cognomentum esse debere. »

116. Hæc est ¶lla, quam non semel digito monstravi, Florentinii hypothesis, qua Romanum nostrum parvum ad sæculum xi excurrens retrahitur, plausibiliori, ut verum fatear, quam superius, ratione; sed tamen nulla, cum ex scholæ placitis argumentum nihil probet, dum probat nimium, suoque sibi gladio adversarium ipsum jugulat. Si vere subsistit Florentinii ratiocinium, jam codem argumento D conficitur, Hieronymianum Lucense, imo et Corbeiense ad sæculum xi esse revocanda, cum ipsi illi codices i Julii GAGI PAPE? II Julii, MELCIADE PP. vel MILTIADIS PAPÆ, et x Septembris Hylari PAPÆ, distinctissime annuntient, et forte alibi eadem appellatio recurrat, quod ulterius scrutari opus non est. Quid plura? Beda ipse nomine papæ passim utitur, et omnes sæculi noni Martyrologi quos tali ex causa inepte quis ridicule ad undecimum sæculum excurrens amandare præsumeret. Quod vero ait Florentinius, rarissime apud Adonem iuveniri nomen pape, mirum profecto, et plane falsum, nam sola pag. 47 bis recurrit, proxima inde pag. 52 iterum;

Romanum parvum suggesserat. Quod si contra fac- A item pag. 54 et tot aliis, quas sigillatim enumerare supervacaneum est. Aliis armis opus, ut Romani parvi antiquitas concutiatur.

117. Jam vero, quod Martyrologii istius auctor constantissime Romano pontifici tribuat appellationem papæ, hoc ipsum, inter alia, argumento nobis esse debet, prædictum Martyrologium Romæ scriptum, Romæ usitatum fuisse, et verosimiliter perseverasse, usquedum Usuardinum Romæ, uti in omnibus aliis Occidentalibus Ecclesiis, admissum est. Vis et robur asserto nostro adjungitur ex vetusto Kalendario Romano, tum ut ab Allatio, tum ut a Frontone editum est, nam ibi nomen papæ sæpius recurrit, unde nihilominus quis pessime argueret sæculo octavo esse posterius, turpius vero ad unde-115. Cæterum argumenta Florentinii singula per- B cimum ablegare contenderet. Quod autem Florentinius cordatum lectorem mittat ad xx, xxi, xxix et xxx Januarii, tum ad xi Martii, ad Kal. Aprilis, ad vii Septembris, ad Kal. Novembris, ad x, xxvi, et xxvni ejusdem mensis; denique ad xviii et xix Decembris, ut ex illis arguat, omnia purum putum Adonem sapere: ego lectorem eumdem libentissime arbitrum eligo, an ex citatis istis, imo ex omnibus fere totius anni diebus, omnino contrarium non pateat, nempe Adonem, purum putum Romanum parvum sapere ubicunque sanctos alios, aliunde conquisitos ei non superinducit, ut proinde nihil minus verisimile sit quam ex Florentinii dictis constare vetus Romanum, sive cum Bollando minus Romanum, cx Adone contractum potius esse..., quam uti oppositum, refutatis jam adversariorum argumentis, ex professo demonstrare aggredimur.

> 118. Verbum unum cum Florentinio superest, quo cursim ostendam virum clarissimum, nimio laudandi exornandique Hieronymiani sui Martyrologii æstu abreptum, illud ipsum in Romani parvi locum intrudere voluisse, eique characteres aptare ab Adone signatos, nempe, venerabile et perantiquum ab urbe Roma Aquileiam, cuidam sancto episcopo a pontifice Romano directum. « Ita suadent, inquit, hinc nostri codices in quibus, D. Hieronymo ascriptum, et a nobis exhibitum Martyrologium, Adoni prorsus sociatur, quod antiqui characteres, qui Gregorianum omnino demonstrant, vix dubitandi locum relinguunt quin illud ipsum sit apud Adonem, venerabile et perantiquum, » etc. Credimus an qui amant? profecto si codicum sociatio aliquid probat, tot sociatos reperere majores nostri, tot in muszo nostro collecti et sociati sunt, ut ex iis probari possit quidlibet; puta et Usuardum ex Rabano, et Bedam ex solis Hieronymianis conflatum, quod nihil est incptius. Si tantillum operæ posuisset Florentinius in conferendis cum Adone Hieronymianis apographis, luce meridiana clarius deprehendisset, vix majorem Adoni cum Hieronymianis, quam cum Kalendariis Bucherii, Carthaginensi, Allatii et Frontonis affinitatem intercedere, atque adeo gratis omnino et perperam dici, illa Adoni facem præferre potuisse.

517

dicta sint, cui ne nihil prorsus largiri vldeamur, hoc ei non recusabimus, quo admonitionem suam quartam concludit videlicet Martyrologium Hieronymianum, « supra omnia, quæ hactenus edita sunt, ex sola ipsius nomenclaturæ inspectione, additionum ætate, et loquendi stylo, vetustius existimandum esse; tantum vero illud a Rosweydo editum antecedere, quantum omnia in vetustatis characteribus antecedit, et quantum in simplicissima Martyrum messe largo proventu supra illud redundat. » Hoc, inquam, Florentinio sive liberaliter, sive ut debitum, ultro tribuimus; Hieronymianum ætate, vetustate, et Martyrum numero, Romanum nostrum parvum præcellere; at in multum vicem nobis concedi postulamus, Romanum parvum, R nitore, ordine, exacta Kalendarum distinctione, tota denique operis sui symmetria, Hieronymianis codicibus omnibus tam longe anteferendum, ut ipsa ad hoc ne ullo quidem pacto comparanda sint. Sed jam tempus est, ipsummet controversiæ caput, vetus Rosweydi Martyrologium, nobis Romanum parvum, penitus introspiciendi.

ARTICULUS III.

Romanum parvum sic delineavit Ado, ut ex ejus præfatione ostendatur ipsissimum esse quod suo Martyrologio præskit,

120. Jam variorum variisque modis Romanum parvum impugnantium argumentis, ex ordine et sigillatim refutatis, superest ut de ipsius Martyrologii vero genere, auctoritate, stylo, ætate cæteris-С que propriis characteribus ea depromamus, quæ longa exercitatione, ac multiplici, jam annis aliquot, Martyrologiorum omnium, præsertim Romani ipsius parvi et Adonis, facta ad invicem collatione, nobis tandem persuascrunt, non aliud Martyrologium in Adonis præfatione designari potuisse quam ipsissimum illud vetus seu parvum Romanum a Rosweydo editum : quod tanguam textori catena, sit ut exemplar, ut argumentum, ut substructio Adoni primum, ex hoc Usuardo et Notkero præluxisse, aperte, nisi vehementissime fallor, me comperisse existimo. Non dissimulaverim tamen, labore magno, continua attentione, et perenni studio opus fuisse, ut præconceptam opinionem, ex Frontone Valesio, Florentinio, aliisque prius haustam, quæ tot speciosis illusionibus compta, facile a pluribus D eruditis viris quos hic appellare supersedeo, imbibita est, ut eam, inquam, opinionem, pridem animo insidentem expellerem. Nimirum luctandum quotidie, cum diebus singulis in meis ad Usuardum Observationibus, idem fascinus, ut ita dicam, oculis obversaretur; videri nempe Romani parvi terminos, Adonianis tam similes, ut non possem non Adonianum aliquid in Romano parvo agnoscere.

121. Dicamus quod verum est : tenuit hæc lucta diu multumque, nec acquiescere primum potui urgentissimis Castellani momentis, quibus me non semel pulsaverat; verum diuturna tandem medita-

117. Hæc ad speciosiora Florentinii objecta satis A tione, perpetuo examine, animique volutatione. utriusque Martyrologii annuntiationes approximans, severoque scrutinio conferens; inde Adonis ipsius insigne testimonium expenens ex ipsis autem rei visceribus plura quotidie offendens, quæ vere Romanum parvum Adone vetustius ostenderent : omnibus accurate mecum libratis, victas dedi manus certumque agnovi Castellani effatum, supra a num. 87. relatum, scilicet, viros illos omnes, quamtumvis eruditos, re neguaquam satis attente perpensa, sola illa fallaci conformitate captos et delusos, se mutuo transcripsisse. Id quibus argumentis confecerim, sic cum lectore communico, ut paratus sim ad priorem redire sententiam, siquis majori rationum pondere mecum certet. Neque enim, ut Frontonis verba repetam, mea ullatenus refert, Martyrologium illud esse vel non esse Romanum, vetus vel novum, Adoni præluxisse, vel non præluxisse (cum hinc Usuardi puritas, aut integritas nequaquam pendeat) sed tenemur, quæ vera sunt proferre, et quod possumus præcavere, ne quæ nobis diu illusit fucata imago alios in errorem inducat.

122. Ut de tota hac disputatione rectc, et secluso partium studio, judicium feratur, nunquam abesse, nec ab animo, nec ab oculis possunt, ea, quæ sanctus Viennensis episcopus in sua præfatione disertissime pronuntiat, quæ ad sex capita revocari debere existimo. Primum est, Adonem opus suum exsecutum fuisse,...imperio et jussione sanctorum virorum, ut supplerentur dies, qui absque nominibus martyrum in Martyrologio, quod venerabilis Flori studio, in labore domni Bedæ accreverat, lantum notati erant. Alterum, quæsivisse Adonem, dies martyrum verissime notatos, qui confusi in Kalendis inveniri solent. Ubi facile observas, verum opponi confuso, ut proinde, pro verissime, absque ullo scrupulo supponi possint distinctissime. Tertium est, quod ad id præstandum adjutus sit venerabili aliquo et perantiquo Martyrologio. Quartum, quod ipsum illud Martyrologium, ab urbe Roma ab Aquileiam cuidam sancto episcopo a ponti fice Romano directum sit.Quintum, quod idem Martyrologium, postmodum a quodam religioso fratre aliquot diebus Adoni præstitum, ab ipso, apud Ravennam posito diligenti cura transcriptum sit. Demum, quod istud idem in capite sui operis ponendum putaverit. Ex his liquet evidentissime, illud vere et unice esse Martyrologium, ex quo Ado suum, post Bedam et Florum supplevit et locupletavit, in quo sine controversia conveniant prædicata omnia et singula, sex illis nostris capitibus proxime enumeratis comprehensa.

123. Alterum decidendæ litis principium est, quod nullus adversariorum merito queat abnuere.nempe : nulla hactenus Martyrologia Adone antiquiora, saltem quibus adjutus sit, assignari posse, præter illud quod sub Eusebii et Hieronymi nominibus circumfertur, item Romanum parvum, et illud quod Flori studio in labore Bedæ accrevit, quodque ab Adone ex altero illo vetustiori suppletum est. Si igitur

A . 10 40 .

- . 🕈

nullo pacto quadrare posse sex jam statuta ex Adonis præfatione capita, si contra evicero in Martyrologium Rosweydi aptissime et apertissime cadere; puto neminem fore in posterum, qui debitæ Romano parvo antiquitati, et meritis Rosweydi laudibus ausit detrahere. Age vero singulos Adonis apices expendamus. Et ad primum quidem caput quod attinet, non diffiteor, ex Hieronymiano adjuvari aliquatenus potuisse Adonem, ut dies vacuos suppleret; quin et adversariis dabo, quod forte ignorarunt, nam ex Adone ostenditur, ipsum Hieronymiano usum fuisse, ut pote quod diserte citat xxiv Februarii his verbis: Bt in Martyrologio, quod Eusebii et Hieronymi vocabulis insignitum est. Probant hæc, uti potuisse, ut supplerentur dies vacui; ast usum fuisse, hoc est B notaret; quos in Hieronymianis confusos inveniebat. quod nec suadere tentarunt adversarii, nec persuadebunt unquam. Sola Observationum nostrarum ad Usuardum lectio, quemlibet non obstinatum de contraria veritate, diebus ferme singulis convincet.

124. Rem ipsam aggrediamur, atque ad primum Adonianæ præfationis caput, liquido demonstremus, Adonem in supplendo Beda, Hieronymiano Martyrologio usum non fuisse. Huc faciet Florentinii methodus, qua speciminis gratia evagabimur per mensem unum aut alterum, utrumque Martyrologium et Hieronymi et Adonis conferendo; neque enim pluribus opus erit, ut manifestissime percipiamus, nihil minus cogitasse Adonem, quam ut ex Hieronymiano dies in Beda vacuos restitueret. Vis paucis et palpabiliter veritatem tangere, percurrere solos primos duos menses Januarium et Februarium, atque in illis ^C solis duobus dies ferme quadraginta invenies, in quibus nec una quidem Adonisannuntiatio cum ulla Hieronymianarum concordet. Si ex cæteris aliquæ hinc inde, saltem nomine tenus, convenire in aliquo videantur, semper etiam diversitate aliqua, et satis notabili discrepant. Sancte profiteor, in Usuardinis Observationibus (quibus potissimum studui ad antiquissimam radicem sanctorum memorias revocare) sæpe mihi laborandum fuisse, ut nunc ex illo, nunc ex altero Hieronymiano apographo affinitatem aliquam, obtorto quasi collo, inter ipsa et Adonem extunderem.

125. Quod hic de duobus mensibus dico, id lector in omnibus sequentibus non minus clare et perspicue deprehendet, sæpe demiraturus tam multa, tam D audacter, tam temere de hisce Martyrologiis et Romano parvo, ex perfunctoria unius fortasse aut alterius loci collatione, determinata et definita fuisse. Clamabant supra, inde Rosweydi Kalendarium magisoppuqnari, quod dies frequentes haberet martyribus vacuos, cum frequentes illidies vix totum septenarium constituerent; hic vero, si superis placet, ex Hieronymiano dies in Beda vacuos suppleri potuisse contendent, ubitoto mense Februario vix quatuor, aut quinque annuntiationes assignabiles sunt, quæ ad Hieronymianas utcunque reduci queant. Singulos dies percurrere, nec vacat, nec opus est : res ipsa

PATROL. CXXIII.

demonstravero in Martyrologium Hieronymianum A loquitur; eademque toto Usuardino opere ferme ad nauseam inculcanda fuit et repetenda, uti e contra ibidem, ad dies prope singulos quam fieri potuit exactissima, ex Romano parvo. Adonis, Usuardi et Notkeri, genesis tantaluce in oculos perpetuo incurret; ut quis sciens ac volens cæcutire debeat, qui hæc omnia evidenter demonstrata inficietur.

> 126. Non minus perspicuum est, secundnm Adonis pronuntiatum, ab Hieronymianis longissime dissitum. Non deerat Adoni Martyrologii Hieronymiani exemplar, sed cum in eo ingentem rerum confusionem adverteret, tum in nudis martyrum et sæpissime truncatis luxatisque nominibus, tum in Kalendis, seu laterculis ipsis, plane deordinatis; id sibi subsidii quærendum vidit, ex quo dies martyrum verissime, Id vero quam opportune, tam feliciter invenit in reperto Ravennæ Martyrologio, cujus vestigia omnia clarissime, et distinctissime præfert vetus illud Rosweydi, nobis Romanum parvum quo de hic agimus : atque illud dicimus venerabile et perantiquum, forma quidem, ordine et tota sua eleganti œconomia venerabile, ætate perantiquum, cum centum et amplius annis Adone vestustius esse, omnino censeamus. Poterunt quidem et hæc duo epitheta Hieronymianis propter vetustatem tribui, sed cum in aliis plane deficiant, satis patet, alium Ravennæ repertum ab Adone thesaurum, quo in concinnando Martyrologio suo adjutus fuerit ; jid quod Romano parvo planissime et plenissime eompetit, ut pote quo diebus singulis ita se adjutum ostendit Ado, ut raro prætermittat sanctos, raro ipsa verba negligat, quibus sancti in Romano paryo annuntiantur, eamque nuper diximus esse totam et continuam operis nostri demonstrationem.

> 127. Quarto loco testatur Ado, Martyrologium Ravennæ sibi præstitum, ab urbe Romæ Aquileiam, cuidam sancto episcopo a pontifice Romano directum. Sine, te submoneam, ex dictis supra num. 122. notum Adoni fuisse Martyrologium quod Eusebii et Hieronymi vocabulis insignitum est. Quis igitur, vel verisimile faciat, iis verbis, ea phrasi usurum Adonem, si libellus, Ravennæ a religioso fratre communicatus, eadem Eusebii et Hieronymi vocabula prætulisset ? Nemo, ut in proverbio est, e duobus tria videat, aut pulverem oculis offundat : hic tam diversis characteribus utrumque Martyrologium designatur, ut saltem Hieronymianum nullo prorsus pacto esse possit, illud quo se Ado adjutum fatetur. At nostro Romano parvo aptissime convenit, ut Romæ scriptum et compositum, tanquam vere Romanum, tunc Romæ usitatum, a Romano pontifice cuidam sancto episcopo Aquileiam directum sit; nempe ut is episcopus ritui Romano se conformaret ; idque ab Aquileiensi aliisque eclesiis factitatum existimamus, donec methodus Usuardina magis placuit tantumque paulatim invaluit, ut Romæ etiam adoptata, diu ante Belini Patavini tempora dici meruerit, Martyrologium secundum morem Romanæ curiæ.

521

Papebrochii opinio, expressa in prologo ad Bedam ante secundum tomum Martii, num. 11, nihil magnop re obluctabor, cum nihil ibi asserant, quod cum hac nostra sententia non apprime conveniat. Sic habent: « Ac primum invenimus, tria nos habere (manuscripta Bedæ Martyrologia), quæsingula integrum Bedam, sed modice auctum, et quoad vacuos dies suppletum, tam fideliter exhibuerunt, ut omnino persuaderemur, in plerisque Romanis basilicis, abrogato Hieronymiani Martyrologii usu et illo, quod Aquileiensi episcopo, a pontifice missum supra monuimus, fortasse non nisi in Laterano, aliisque paucis ecclesiis recepto, ita probatum aliis Bedam fuisse. ut eo convenienter aucto, utendum plures sibi putaverint, usquedum Usuardus visus ecclesiasticis usi- B tiquitate proficiscatur. bus accommodatior. » Hæc quidem alibi paulo aliter explicat Papebrochius, ut in appendice ad articulum 18 Responsionum, sed dicta sua et scripta omnia, quæ Martyrologium materiam spectant, ad hanc nostram sententiam revocari et reformari ante obitum suum postulavit. Verum sic ferme a proposito argumento dilaberemur.

129. Jam ad quintum caput quod attinet, præfatum sæpe Martyrologium a religioso fratre aliquot diebus præstitum, diligenti cura per Adonem transcriptum esse, quid aliud nobis etiam patentissime denotat, quam Martyrologium Hieronymianum? Fuerat sanctus Ado monachus cœnobii Ferrariensis in Vastinio, deinde ad Prumiense migraverat, aliaque haud dubie, ut erat diligens rerum scrutator, alia, C inquam, ordinis sui cœnobia lustraverat, alia Martyrologia certo viderat, et certissime exemplar vel forte exemplaria Hieronymiana, quæ Ravennæ quærenda non fuerunt, nec ibi transcribenda : aperte eloquamur ; non ita scriberet Ado de præstito sibi codice, si Martyrologium, quod Eusebii et Hieronymi vocabulis insignitum est, transcribendum accepisset. Enimvero novi, aliquid ibi detexit, Ado sibi suisque prius incognitum, idque ob exactam Kalendarum seriem, ob martyrum nomina tam clare distincta tanti fecit, ut ferme Crœsi opes, quod de Pauli tunica prædicabat Hieronymus, se effodisse existimans, illud unum tanquam regulam sibi proposuerit, ut notatis accurate Kalendis, ex collectis undecunque passionum codicibus, sanctorum encomia paulo latius et apertius describeret, sicque in Armio-D res fratres,... in memoriis martyrum haberent compendiosam lectionem, atque in parvo codicello, quod multo labore per alii plures codices exquirunt.

130. Superest sextum idque ultimum Adonianæ præfationis caput, haud quaquam contemnendum. In eo declarat Viennensis Martyrologus, quod illud ipsum Ravennæ transcriptum Martyrologium, in capite sui operis ponendum putaverit. Non dixit operi suo sociandam, aut una cum opere suo compingendum, sed diserte, in capite operis ponendum putaverit, sic ut cum opere suo, unum quodammodo idemque opus constituat, et ita quidem ut ipsa sua

128. Si cui fortasse magis placeat Henschenii, et A præfatio, utrique operi præmittatur, utrumque opus manifeste afficiat, verbo, utrumque opus tanguam unum idemque complectatur. Ubi Florentinius, aut adversariorum quispiam alius, exemplar aliquod Hioronymianum, in capite Adoniani Martyrologii ea ratione positum alicunde eruerit, per me licet, tunc disputando inquiratur, an postremum hoc ex sex Adonianis capitibus, Martyrologio Hieronymiano aliquatenus aptari possit. Nobis interim certum videtur, tam apte, tam clare, tam manifeste omnes eos articulos; cum Romano parvo congruere, quam liquidum, patens et evidenssit, prædicata illa omnia ab Hieronymiano esse alienissima; si forte excipias, quod venerabile et per antiquum appellari posse non diffiteamur, si tota veneratio a sola an-

> 131. Ex his rectissime concludi posse existimo, iis coloribus, ab ipsomet Adone nobis depictum esse vetus, seu parvum Romanum, ut magis ad vivum vix a quoquam delineari potuerit. Viderat, et scrupulose observaverat lineamenta hæc omnia oculatissimus Rosweydus, priusquam lectori auderet asserere: Adonem veteris hujus Martyrologii vestigiis semper insitere; priusquam lectorem, veritatis securus, ita confidenter alloqueretur : « Enimvero vetus hoc Romanum Martyrologium, fontem esse omnium aliorum Martyrologiorum (Hieronymianum et genuinum Bedam necdum noverat) qui vel leviter inspexerit, non dubitabit asserere. Ado certe ex hoc fonte suas aquas derivavit. Et ut fontis latex ab origine sua recedens, sensim augescit, et in rivum aquis undique confluentibus abit : idem factum huic Martyrologio, quod nunc a Beda (Plantinianum indigitat ex Adone sumptum) nunc ab Usuardo (hunc Adone seniorem putabat) nunc ab Adone, nunc ab aliis paulatim increvit. Licebit nunc ad fontem digitum semper intendere; eo enim fine, caput fontis, quod hactenus latebat, in apertum produxi. » Hæc Rosweydus sagaci, maturo veroque judicio, quo usque ferebat adopta tunc temporis Martyrologiorum notitia. Rivuli vero et rivulorum cum primo illo seriei nostræ fonte connexio, per totum Usuardini Martyrologii curriculum diebus singulis, tam sensibili et palpabili modo ex Observationibus nostris elucescit, ut pluribus hoc saxum hic volvere supervacaneum videatur. Verum cum et alia argumenta suppetant, quæ Romani parvi authentiam mirifice illustrent, lubet et illa sequenti articulo ordinate deducere.

ARTICULUS IV.

Romani parvi auctoritas, ex characteribus propriis, stylo, genere, ætate demonstralur.

132. Eam modo Romani parvi effigiem ex Adonis præfatione expressam dedimus, ut facillime a quovis agnosci possit et debeat, eaque agnita promptissimum sit omnes adversariorum cavillationes infringere. Demus Frontoni, Florentinio, Cointio ad annum 518, p. 515, et quibus cunque aliis in eadem navihærentibus; demus, inquam, omnia inter Romanum parvum

et Adonis Martyrologium ita inter se congruere, ut A Domini alteram: cum tamen Beda præter illas duas. utrobique idem sit stylus, idem ordo, eadem verba, iidem solæcismi, iidem errores, prorsus ut in nullo discrepent, sintque similia omnia, nequedum consequens ullo pacto inde fuerit parvum illud Romanum ex altero contractum, nisi tota Adonis præfatio evidentis falsitatis et apertissimæ suppositionis convincatur; quod in ullius cerebrum hactenus, vel per somnium incidisse, non novimus. Atqui sanctissimus Viennensis præsul candide et sincere profitetur, se ad supplendos Bedæ dies vacuos, adjutum fuisse venerabili et perantiquo Martyrologio, Ravennæ sibi præstito, a se transcripto, a se in capite operis sui posito : invenitur istud ipsum Martyrologium in capite Adoniani positum, apparent ubique singula et omnia sic Romano parvo propria sunt ut in nullumaliud Martyrologium convenire ullo pacto possint. Et erunt post hæc, qui sanctum ipsum Adonem, tantum non mendacii arguentes, tanquam ex tripode nobis definiant, Mart yrologium nostrum parvum, seu vetus a Rosweydo editum, non esse nisi epitomen Martyrologii Adonis, in quo omnia purum putum Adonem sapiant. Ego me fateor capere non posse, qui id saltem Florentinio, penitius omnia scrutari solito, persuasum fuerit. Sed fidem liberemus, ipsumque Romanum parvum vivis suis, propriis, nativisque coloribus depingamus.

133. Prima antiquitatis nota propria, et ab Adoniana methodo diversa, inde in Romano parvo desumitur, quod ubi Ado et cæteri noni sæculi Martyrologi, religiose semper sancti aut beati nomen C martyribus et confessoribus præfigunt, auctor istius Martyrologii, licet apponat aliquando, attamen sæpius omittere soleat; nam ex duabus et sexa-'ginta annuntiationibus mensis Januarii quibus sanctibeali, aut sanctorum et beatorum titulus præfigi potuit in triginta tantum et una reperitur; mense Februario, ex quadraginta quinque anuntiationibus, septemet viginti apposito carent. Rursus mense Martio ex quadraginta quatuor, solæ signatæ sunt sedecim. Si menses alios percurras pauciores commemorationes occurrunt, in quibus de ascribenda sancti aut beati appellatione Martyrologii illius auctor sollicitus fuerit, adeo ut toto mense Novembri vix quater, Decembri solum bis inveniatur. Hanc vero certam esse antiquitatis notam, ex eo confice D quod codices Hieronymiani, tum majores a Florentinio editi tum, minores quos priori capite percensuimus, raro id genus titulos præmittant, atque adeo tanto rarius, quanto antiquiores fuerint, quod mirifice elucet in apographo Epternacensi, in quo vix nota est sancti aut beati nomenclatio, et ubicunque apponitur, forte tanquam adjectitia expungimeretur.

134. Alter, isque indubitatus vetustatis character, iu Romano parvo censeri debet, quod toto anni circulo, ut Martyrologi loquuntur, rarissime Vigilias sanctorum signaverit; imocertissime non nisi unam, Romæ fortasse propriam sancti Laurentii; Natalis

etiam sancti Joannis Baptistæ et sanctorum Petri et Pauli vigilas posuisse reperiatur; ut inde non improbabili conjectura colligere quis possit, Martyrologium illud nostrum ante Bedæ tempora fuisse compositum, quamvis nos epocham ejus putemus paulo post Bedæ obitum inchoandam. At vero vigiliarum omissionem inter vetustatis certa indicia plane computandam esse, probant rursus Hieronymiana apographa, ad quæ sic notat Florentinius xxiv Decembris: « Cum neque in codicibns nostris, neque in Martyrologio vetustissimo (namque Antuerpiensi, vel Epternacensi) Vigilia nativitatis Domini, in hodiernis fastis indicetur; ansam præbuit dubitandi non esse hoc in Ecclesia vetustissimi usus, vel saltem vestigia, tam clare ab Adone præsignata, eaque et p certum esse, in verustioribus Martyrologiis vigi-LIAS NON INDICARI. » Si paulo accuratius Romanum parvum evolvisset vir clarissimus, advertisset que, non nisi unam Laurentii, alteramque Natalis Domini vigiliam in eo signari, tametsi plures aliæ in Adone reperiantur, non tam facile pronuntiasset, « agnovisse se, non Adonem ex hoc Kalendario, tanquam ex antiquo Aquileiensi codice, in sunm Martyrologium transtulisse; sed e contra recentiorem scriptorem, inde suum indiculum compegisse.» Neque dicas signari vigiliam Apostolorum xxx Aprilis, nam satis liquet, eam inepte ibi intrusam csse, uti eodem die Quirinus ponitur, in gratiam Novesianorum ibi ascriptus, et male ex xxx Martii repetitus.

135. Ut hic semel compendio epitomatores omnes exarmem, rogo ad sequentia quæsita solidas mihi responsiones subjiciant. Quæro, 1º Si Martyrologii Romani veteris seu parvi compilator Adonis Martyrologium præ oculis habuit, cedo, cur dies septem vacuos reliquit, cum septem illos, non minus ac cæteros omnes ex Adone commodissime implere potuerit ? 2º Quæ ratio satis excogitari potest, cur vigilias, tam clare in Adone signatas, prætermiserit, ut de vigilia Assumptionis Deibaræ seorsim disputavimus ad xiv Augusti? 3º Cur totius debitum sancti titulum, in Adone distinctissime positum, suppressit ? 4° Cur plures passim in Adone annuntiationes ? cur in Romano parvo pauciores?sic xiv Aprilis, in illo quatuor integre, in hoc sola una et unica, cur IV Maii, ex commemorationibus quinque; xxvi Maii, ex sex; xu Junii et alibi sæpius, ex quatuor non nisi rursus unica redditur? Plurima et ferme quotidiana sunt hujusmodi exempla, quæ in Observationibus nonnunquam expendentur. Fateor equidem tantum apud me fuisse hujus argumenti pondus, ut inde rimari incipiens, totam illam Rosweydi adversariorum machinam plane ruinosam adverterim.

136. Quid enim, ita inquiebam, quid prætensum illum epitomatorem absterrere potuit, quominus sanctorum saltem nomina ex Adone excerperet, cum ipsi insolitum non sit, quatuor aut quinque sanctos, imo totidem annuntiationes uno die repræsentare ? Inde ad alia scrutanda progresso, lux semper nova, semper major oborta est, qua Martyro-

- 24

logii istius pretium et æstimatio mirum in modum A certe præluxerit, non negabit Florentinius, nec qui apud me accrevit. Inde tamen, ut dicebam, disquisitionis meæ ferme principium. Ne longius evagemur, conferat lector solum mensem Januarium. Quæro, cur primo die apponatur Circumcisio, Adoni præterita? Cur omittuntur milites xxx? Cur Buphrosyna, cur Eugendus? Cur III Januarii solus Antherus a Romano parvo extractus est, omissis Genovefa et Florentio? Cur xvII Januarii nihil habet de Lingonensibus Tergeminis? Vidc ibi observationem nostram. Tu perge ab dies alios non minus inæquales, et causam, sodes, vel ineptam excogita, cur hi aut illi præ aliis sanctis ex Adone seligi potuerint. Est ad manum catalogus bene longus, per omnes anni menses diesque decurrens, quem tædii vitanin re clarissima non versari existimem.

137. Sed et alio argumento ora obtrectantium occludamus. Contendunt eadem in Romano parvo, eadem in Adone errata reperiri, in quo etiam egregie falluntur, ut exempla multa in Observationibus nostris ostendunt. Demus hic non unum specimen. Die II Januarii de Argeo et fratribus recte scripserat Romanum parvum, sed Adonis elogium exerrat. Maii vii Romanum parvum, Nicomediæ, Augusti et. Augustini : Ado de suo aliquid addens, in errorem denuo labitur; sic enim habet: Flazii, Augusti et Augustini fratrum; videbis quæ in eam rem eo die notavimus. Junii XIX, in Romano parvo legitur: Commemoratio Nazarii et Celsi, recte, opinor, ut Rosweydus in notationibus censuit, interim Ado, illam G commemorationem eo die præteriit. Junii xix simplicissima est Romani parvi annuntiatio quæ in Adone corrigenda sint, ex Observatione nostra eo die intelliges. Augusti vu scribit Romanum parvum Fausti, Ado, Justini, errat alteruter, sed non uterque. Augusti xxxi bene a Romano parvo refertur Aristides ex Rufini libro IV, cap. 3, dum ibi multa ductori superaddit Viennensis, a recto tramite deviat. Obtundam, si hæc sigillatim hic prosequar, cum hujusmodi diversitates in Usuardo nostro frequentius recurrant; ubi aliud quoque ridiculum Frontonis effatum facile convelles, cum asserit iisdem verbis uti utrumque Martyrologum. Paratum habeo discrepantiarum syllabum, sed satis est paucas hic designasse, ex quibus curiosus lector dealiis statuere valeat. Præter citatos dies, videri possunt xi D xuet xxviii Januarii; xx Martii, xii Julii, xxvii Augusti... Pergimus ad alias notas Romano parvo proprias.

138. Jam dicta ostendunt vetus esse, saltem Adone et forte Beda antiquius, unde prima prærogativa ei a Rosweydo data plane vindicatur. Romanum esse faxo et ii agnoscant, qui alterum illum titulum frustra arrodunt. Adonis testimonium ex viri religiosi ore acceptum, nemo, quod sciam, excepto solo Valesio detrectare hactenus ausus est; nec adversarii alii id directe impetunt; nam admissa veritate superius probata, quod nempe vetus illud, seu parvum anum Ravennæ ab Adone repertum sit, eique

cum ipso sentiunt, prædictum Martyrologium vere, et proprie Romanum esse, quandoquidem disertissime testetur Martyrologus Viennensis, ab wrbe Roma Aquileiam cuidam sancto episcopo a ponlifice Romano directum. Romanorum pontificum agendi rationem nescire oportet, rerumque Romanarum prorsus esse ignarum, qui inde consequi non perspiciat, indicatum verbis illis Martyrologium, Romæ contextum, Romæ scriptum, Romæ per id tempus usitatum fuisse, nec alia causa Aquileiam directum, quam ut ea ecclesia, Romanæ cæterarum matri, sese purius conformaret. Et hæc quidem ex viri religiosi et Adonis fide, apud omnes sensatos cordatosque rectores in aperto esse, persuasissimum habeo. di gratia non produco, cum ex allatis speciminihus 13 Jam ne quis porro dubitet, ex ipsomet Martyrologio, Romana vestigia satis clare expressa exhibeamus.

> 139. Repetenda hic sunt quæ supra ex clar. Castellano adduximus, ubi credibile non existimans, aliud Martyrologium, præter vere et proprie Romanum, a Romano pontifice alio directum, sic deinde sermonem prosequitur: « At vero quod probat manifestius, Martyrologium in capite Adoniani operis, apud S. Pantaleonis Coloniæ repertum, certissime esse antiquum Romanum, ad usum Ecclesiæ Romanæ, verumque apographum illius, quod Romanus pontifex Aquileiam direxerat, non solum inde sumitur, quod sancti ibi reperiantur Rómanæ urbi proprii, et Hieronymianis prorsus incogniti, ut Martina, Dafrosa, Papias et Maurus, solo mense Januario: neque ex eo, quod Cathedra sancti Petri proprio die signetur, ab Antiochena rectissime distincta; verum etiam quod inter varias ecclesiarum Romanarum dedicationes, illa quoque occurrat, quæ est sacelli alti, castri S. Angeli, expressa per terminos INTER NUBES, quodque festo sancti Sebastiani, legatur ejus sepulchrum in vesticus aposto-LORUM, designando per hæc verba Catacumbas, in quibus sanctorum Petri et Pauli corpora aliquandiu requieverunt. » Hæc tam solerter quam vere a magno Martyrologium scrutatore observata sunt; nec pluribus opus esse censuit, ut quemlibet non mordicus pervicacem, de tali veritate convinceret, cujus radii, solis instar, ad singulas libelli paginas in oculos non lippos incurrunt. Supersunt nihilominus quæ ad ejusdem rei elucidationem et confirmationem hic subnectam.

140. Ex solo mense Januario, ne longius excurram, ex solo, inquam, isto mense addere potuit Castellanus sanctos Romæ proprios atque Hiero-. nymianisomnino preteritos: 111, Anthereum papam; IV, Priscum et socios ; v, Telesphorum papam; III, Anastasium ad Aquas Salvias; xxIII, Emerentianam; denique xxvIII, Agnetem secundo, proprie et præcise Romano modo expressam. Inter dedicationes Romanas, præter jam dictam, quæ habetur xxix Septembris, de ecclesia Archangeli, a beato Bonifacio papa constructa in Circo, qui locus INTER NUBES dicitur; notabilissima, et si ita loqui licet, Romanis-

.... er. * سردية حاريب والمالي

PROLEGOMENA.

sima sunt, quæ refert idem Martyrologium pridie B Non. Maii : Bt sancti Joannis apostoli, quando ante portam Latinam in ferventis olei dolium missus est: et rursus III Idus, seu XIII Maii : S. Maria ad Martyres dedicationis dies agitur, a Bonifacio papa statutus, nempe a Bonifacio IV, qui sedit ab anno 606 ad 614. Quid autem magis Romanum dici potest quam quod ponitur vi Julii : Primus ingressus apostoli Pauli in urbem Romam? Item quod signat idem Martyrologium xiv Septembris, his verbis : Exaltatio sanctæ crucis, ab Heraclio imperatore a Persis Jerosolymam reportatæ; quando et Romæ lignum salutiferum crucis a Sergio papa inventum ab omni populo veneratur. Nota sunt Sergii tempora, ab anno 687 ad 701.

141. Nec verebor hic addere festivitatem, a Gre- R gorio III Romæ institutam inter annum 731 et 741, in honorem beatæ Mariæ virginis et sanctorum omnium, tanquam ampliativam, ut ita loquar, prioris dedicationis a Bonifacio IV celebratæ. Hæc talibus terminis a Romano parvo consignata est, ut auctor tantum non indicet, eam se vivente et quodammodo vidente, primum fuisse inchoatam. Attende locutionem: Festivitas sanctorum, quæ celebris et generalis agitur Romæ, quasi dicere velit, recentem eam festivitatem esse, et Romæ duntaxat celebrari, necdum ad alia regna aut Ecclesias propagatam. Hujus rei luculentior testis esse neguit, quam Ado ipse, ex cujus verbis temporum distinctio aperte commonstrari videtur, dum superaddit : Sed in Calliis, monente sanctæ recordationis Gregorio [IV] pontifice, C id quidem pro suo abitrio, sed, ne debito cultu piissimus Ludovicus imperator, omnibus regniet imperii sui episcopis consentientibus, statuit ut solemniter festivitas omnium sanctorum in prædicta die (1 Novembris) annualim perpetuo ageretur. Quid Romani parvi impugnatores ad rei evidentiam desiderare ultra possint, equidem non intelligo.

142. De hac omnium sanctorum festivitate, non male disserit Fronto ad supra citatum Romanum Kalendarium, a pag. 142 ad pag. 145; quo loco recte censet, ejus Romæ institutionem 1 die Novembris ad Gregorii III tempora omnino revocandam. De festi ejusdem extensione videantur Ado et Usuardus. Si vera est Menardi, pro sui Sacramentorum libri ætate conjectura, festivitatem eamdem ante Caroli Magni tempora in Galliis receptam oportet, cum in eo libro D clare exprimatur. Sed hæc ad nos nihil, cum de sola Romana festivitate agamus, cujus institutionem Gregorio III cum Frontone ascribimus. Atque hic, decurso jam toto Usuardo, figendam credimus Martyrologii hujus nostri parvi Romani epocham, ut nempe compositum statuatur circa annum 740. Ex quo aliisque argumentis jam deductis, ejus vetustatem; ex sanctis vero et festivitatibus Romæ propriis, ac peculiaribus, ejus genus, patriam et natalem; verbo, quod verus et Romanum sit, in confesso positum arbitramur : quod etiam supra ex nomine papæ, ibi identidem repetito, et quasi studiose apposito, educi posse, contra Florentinium ostendimus.

143. Reliquum est ut Romani parvi characteres cæteros, in ipso singulariter conspicuos paucis colligamus. An illius auctor Hieronymianum viderit, aut saltem in adornando suo consuluerit, toto nostro opere apertius declarare ausi non fuimus, nec modo audemus; et licet quandoque iidem sancti in utrisque notati occurrant, ut vide xxvi Februarii, probabilius censemus, ex Romanis aliarum que ecclesiarum Kalendariis sanctos illos a Romani parvi auctore acceptos esse, qui ferme vulgo magis innotuerant. Tria observo Romano parvo propria. Primum, ex Historia Eusebii, interpretationis Rufini, magnam partem coaluisse, ut sæpissime in hoc opere intento quasi digito commonstravimus. Atque hoc unum est, quod Henricus Valesius, novissimus Eusebii interpres et illustrator, commode advertere potuit, et diligenter præstitit, melius nomini suo consulturus, si reliquis, ejus eruditione parum dignis, imo ad ejus forum minime pertinentibus, supersedisset. Solus mensis Februarius, ut alios fecundiores non adducam, IV, VIII, IX, XVIII et XXVII, assertum Valesii abunde comprobat. Plures sanctos suggeret mensis December, ut xix ejusdem mensis te nostra docebit observatio.

144. Alterum Romani parvi germanum indicium dabit observatio, x Januarii, in Nicanore, eademque alibi frequentius inculcabitur; nimirum singularem operam a Romani parvi auctore positam, ut Christi Domini et apostolorum discipulos, quos in sacris litteris nominatos reperit, certis diebus assignaret, tam inclyti fidei nostræ propagatores privarentur. Exempla obvia sunt; en paucula: xxi Januari agitur de Publio; xxIII, de Parmena; xxv, de Anania; 11 Februarii, de Cornelio; 111, de Agabo; xvi, de Onesimo, etc. Hi vero et tot alii, cum in antiquioribus Martyrologiis noti non sint, quis audeat inficiari ab hujus Martyrologii auctore primum collectos fuisse? Tertium jam notavit superius Castellanus, ostendens prophetas Veteris Testamenti, ab Hieronymiano præteritos, a Martyrologii nostri compilatore, pro suo rursus libitu, signatos esse. Ut taceam Abbacum et Michæam xv Januarii ; Jeremiam, 1 Maii ; Elizœum, xıv Junii, unus mensis Julius quinque prophetarum commemorationes suppeditat, quaram sola prima de Aaron in Hieronymianis innotescit, in Beda solus Isaias, qui de cætero paucorum aliorum meminit, ca ratione et modo quem explicat Papebrochius tomo I Aprilis, pag. 837.

145. Hisce superaddi potest quartum caput, idque in hac re postremum, sed soli etiam Romano parvo, præ Hieronymianis et Beda, omnino proprium. In illis vix ullam invenias martyrum Africanorum, in Wandalica persecutione passorum, memoriam, in hoc satis frequens est, ut palam facient Observationes Usuardinæ. Ne diu quærendum sit; inspice xxix Martii, xiii Julii, vi Septembris, xiii et xxviii Novembris, vi et xv Decembris, quorum modo aliqua mihi inhæret recordatio. Colligat, obsecro, æquus lector characteres omnes, toto hoc- A tum mss. exemplaribus, videlicet monasterii S. articulo enumeratos, Romano parvo tam peculiariter debitos, ut nulli alteri conveniant; repetat animo delineationem ab Adone tam native repræsentatam; conferat quæ toto capite disputata sunt, meritamque Rosweydo laudem, aliquando restituendam mecum decernat : reddatur, inquam, Rosweydo honos, redintegretur fama nominis, perstetque eruditissimi viri gloria, qui tam vetus, tam illustre, tam authenticum monumentum primus eruerit, primus vulgaverit, primus fontem monstraverit, ex quo Adonianum atque ex hoc Usuardinum nostrum Martyrologium promaneverint. Superest horum duorum genealogia sequenti capito pertexenda.

CAPUT III.

De Adonis et Usuardi propagine.

146. Exhibitis, enumeratis probatisque Adonis progenitoribus, huc Martyrologium prosapiam deduximus, ut jam de Adone ipso, ejusque legitima prole Usuardo, quem unice illustrandum suscepimus, agendum supersit. Et quidem toto præcedenti capite satis demonstrata est prima illa, quam num. 78 expresseram, propositio, nempe quod Ado in adornando Martyrologio suo usus sit Romano parvo Rosweydi, tanquam stamine, si ita loqui licet, totumque ferme ad verbum descripserit; id quod præterea toto nostro opere, seu perpetuis ad singulos Usuardinos textus Observationibus, tam perspicue ostensum est, ut talpam esse oporteat, qui de tam evidenti veritate ausit dubitare. Sequitur modo propositio altera æque evidenter in prædictis C Observationibus comprobata, et citato num. 78 his vcrbis concepta : Usuardus Adonem, quem Flori librum secundum appellavit, ita in omnibus secutus est, ut verum dici possit Adonis compendium. Meminerit lector, majores nostros post Molanum aliosque eruditissimos viros, in eo passim errore versatos quod Usuardum crediderint Adone antiquiorem, vel saltem ita synchronum, ut alter alterius Martyrologium non viderit, quod innumeris locis toto priori de Actis sanctorum semestri decantatum est, donec Papebrochius, tomo V Junii, pag. 250, col. 1 in fine, oppositum cœpit observare. Hic jam tractanda sunt quæ ad vivam Adonis et Usuardi delineationem, præter jam a nobis et majoribus nostris dicta, desiderari possent.

ARTICULUS I. De Martyrologio sancti Adonis Viennensis episcopi.

147. Non satis pro merito de Adone locutus videtur Bollandus, dum in præfationis generalis capite 4, § 8, pag. LII sic cursim de eo disseruit : « Sanctus Adeo eodcm sæculo (1x) Viennensis in Gallia episcopus, de quo agemus xvi Decembris, luculentius scripsit Martyrologium. Edidit illud Jacobus Mosander; dein Rosweydus, cum tribus mss. collatum, Everbodiensi, S. Pantaleonis, Petri Scriverii, hunc præcipue secutus. Habemus cum tribus aliis colla-

Laurentii Leodii, cui tameu Usuardi ad Carolum regem præfixa est epistola; ecclesiæ Taroanensis cœnobii Dobiensis. » Ita Bollandus, nihil memorans de prima et omnium antiquissima editione, ab Aloysio Lipomano procurata, quæ exstat operum ejus tomo IV, a pag. 150. Nonnulla ibi præfatur Aloysius, ex communi tunc opinione recepta, quæ modo falsa agnoscimus ; sed observatu dignissima sunt verba illa, quibus ob repertum Adonis exemplar, incredibile gaudium testatur : «Quanta, innuit, tunc exsultaverim lætitia, Deus scit, omne aurum nihil esse duxi in comparatione illius... ac ingentes Deo nostro et Filio ejus Domino Jesu Christo gratias egi, nccnon amico fideli, qui tanto me munere decorave-B rant.

148. Id autem in hac Aloysii editione notandum est, distinxisse illustrissimum Vcronensem antistitem, inter vitas, ut ipse vocat, seu longiora illa Adonis elogia, ex passionalibus exornata ; distinxisse, inquam, inter ca quæ brevius, et alia quæ diffusiori stylo describuntur : nam « breviores, inquit, pleræque sunt, quæ vulgo in D. Hieronymi Martyrologio habentur. In edendo ergo Adone hunc modum tenui, ut quæ a D. Hieronymo sunt positæ, ommino prætereantur, cum in promptu sint omnibus, nisi eis additum quid reperiatur. Quæ autem ab illo non sunt positæ, hic omnes sunt insertæ. • Vult dicere, breviores omnes commemorationes a se præteritas esse, sola longiora elogia impressa. Sed quis harum rerum peritus intelligat, breviores vitas, in D. Hieronymi Martyrologio haberi? Profecto idea hujusmodi ab Hieronymianorum stylo immensum distat, in quibus scilicet tantum nomina martyrum, locus et dies passionis positi habentur; qui plura ia Martyrologio aliquo reperit, certo statuat, non esse sibi præ manibus purum Martyrologium Hieronymianum.

149. Huic difficultati explanandæ opportune succurrit sagax in hac parte Molani observatio, præfationis suæ cap. 2, « citari nempe a permultis Martyrologium D. Hieronymi, quod vulgo habetur : verum illi, inquit, non citant ipsum Martyrologium Eusebii et llieronymi, sed Usuardi, qui ex Eusebio, Hieronymo, Beda, Floro et aliundè suum Martyrologium, cura et jussu Caroli Magni collegit. » Plu-D ra quidem hic peccat Molanus, sed illud vere asserit, citari a permultis, ut a Petro Equilino, et eo tempore passim ab omnibus, Usuardinum, pro Ilieronymiano, quale ipsi nunquam viderant, sattem quod eo nomine recte veniat, cujusque exempla a Florentinio edita sunt. Erat tunc ea Martyrologiorum confusio, ut in cujuscunque fronte famosa epistola Chromatii et Heliodori legeretur (legebatur autem prope in omnibus Usuardinis exemplaribus) Martyrologium illud Hieronymianum appellaretur; atque inde per aliquot sæcula, llieronymi nomen l'suardino Martyrologio adhæsit. Ut res pateat, confer Usuardum cum Aloysii cditione, et continuo

perspicies, breviores annuntiationes omnes præter- A laudem omnipotentis Dei, » etc., cui operi exhormissas esse, ubi vero longiora elogia ex Adone contraxit Usuardus, illa integre et Adoniane ab Aloysio restituuntur. Atque hic rursus semina vides, ex quibus crescat posita superius propositio; puta, Usuardum, totum ferme Martyrologium suum, ex Adone aut descripssise, aut contraxisse.

150. Porro sanctum Adonem Martyrologum, non Trevirensem, ut Aloysius, Mosander et alii plurimi perperam censuerunt, sed Viennensem fuisse archiepiscopum, satis evicit Rosweidus, at que hoc tempore apud eruditos omnes in confesso est. Vitam ejus, vel potius Vitæ compendium ex Breviariis Viennensi et Romanensi acceptum, aliis documentis erudite illustravit Mabilio, sæculi IV Benedictini parte II, a pag. 262 ex quo ea, quæ sanctissimi et doctissimi p sweidus in secessum rejecerunt. » Hæc eruditissimo viri ætatem ac Martyrologium spectant, paucis decurram. « Nobili prosapia exortus » dicitur in pago Wastinensi aut Senonico, « circiter annum octingentesimum » in lucem editus: «quippe annos natus scptuaginta sex, decessit anno Chrisii octingentesimo septuagesimo quinto. » Monachis Ferrariensibus in disciplinam traditus, istic a Sigulfo abbate adhuc infantulus, aut puer susceptus fuisse videtur : « ubi bene conversatus, teste Lupo, omnes sibi coævos in studiis litterarum præivit. » Inde ad Prumiense cœnobium, rogatu Macwardi abbatis directus, ibi aliquandiu commoratus est, donec «quorumdam invidiosorum insidiis » impetitus, Romam se contulit «ut domum B. Petri principis apostolorum orationis gratia visitaret, » unde post quinquennium patriam G rcpetens, Ravennæ Martyrologium illud reperit et descripsit, de quo toto capite proxime præcedenti abunde litigatum est.

151. Ravenna cum effosso thesauro digressus, « inde Lugdunum pervenit, ubi tunc præerat dignæ memoriæ Remigius, præsul eximius, qui Dei famulum Adonem pie suscepit, et quæque necessaria illi perbenigne exhibuit. « Ab hoc igitur ob scientiæ et probitatis laudem detentus, Lugduni aliquandiu commoratus est, et, si vera narrat Breviarium Romanense, Remigius Adoni « Ecclesiam beati Romani, cum sibi adjacentibus rebus in obsequium delegavit. ubi secretius orationi vacaret : » imo et litterarum studiis, ac potissimum adornando Martyrologio suo, haud dubie Remigii, et aliorum præsulum hortatu, quos per « imperium acjussionem sanctorum viro- D eruitur? fallunt enim ca omnia, siad propositam rerum, » in præfatione sua fortasse intelligi voluit. Hic nos cum Mabilione, Castellano aliisque Martyrologii ejus epocham figendam censemus, nempe priusquam ad cathedram Viennensem evcheretur, gnam anno 860 certo conscendit, ut proinde verosimillimum sit, præfatum Martyrologium circa annum 858, aut forte paulo citius exaratum fuisse : « nam cæteras lucubrationes, » inquit Mabilio, « condidit jam episcopus, » hunc vero ante episcopatum aggressus est; utique dum Ravenna redux, totus erat in colligendis sanctis, eorumque passionibus latius describendis, « serviens infirmioribus fratribus ad

nando non aliud magis opportunum tempus assignari potest quam pro Lugduni apto ad id otio fruebatur. Atque in hac Martyrologii Adoniani epocha facile cum Mabilione conveniunt hodie eruditi omnes.

152. Non ita mihi placent argumenta aligua a laudato Mabilione in eum finem adducta, ex caro sibi, nescio quo, Adoniano codice ante annos sexcentos, ut ait, manu descripto, ex quo satis intrepide contendit pag. 273 circa medium, « restituendam esse» Adoni « commemorationem sancti Mauri abbatis sanctæ Scolasticæ et aliorum fere omnium sanctorum, quos Mosander et Rosweyduseliminaverunt.» Et sub paginæinitium dixerat : «Idem judicium esto de fere omnibus nominibus, quæ Mosander et Roviro, nostrique operis, dum viveret, amantissimo, ut ut velim, concedere omnino non possum, cum non semel observaverim, præfatum codicem, quem solum in Actis Benedictinis passim appellat, ab omnibus tum editis tum mss. nostris longissime discrepare. Exemplum non unum recurrit in Observationibus Usuardinis vi Julii, xiii Septembris, xii Novembris et alibi. Ut autem evidentius pateat codicem Mabilionanum vere et pure Adonianum non esse, eruditos lectores solum rogare velim, ut ipsi per se Adonem conferant cum Usuardo et Notkero; cum enim hi duo priorem passim aut contrahant aut describant, certiori indicio explorari nequit quid proprie Adoni, quid multiplicibus ejus interpolationibus sit ascribendum: nec ad id pluribus ferme opus est, quam ut prædictas Observationes nostras consulant, in quibus cum fonte rivuli quotidie comparantur.

153. Juverit hæc patentissimo exemplo ob oculos ponere. Mabilio pag. 272, paulo infra medium, sic habet : « Ad hæc in ms. codice nostro dedicatio ecclesiæ monasterii Cellensis anno 830 facta, accurate describitur xvii Kal. Novembris, eum ad modum quo superius relata est ad annum 873, ubi dc sancti Frodaberti abbatis translatione egimus. Hæc quo minus ab interpolatore addita putem, ca me causa movet, quod singulas, quas vocant circumstantias, non ita accureate nosset homo posterioris temporis. » Hinc nempe Adonis ætatem detegere voluit Mabilio, quæ aliunde melius et certius gulam exigantur. Usuardus et Notkerus deaccurata illa descriptione dedicationis ecclesiæ Cellensis nec verbum proferunt. Præterea, nec in Adone Aloysii, qui longiores historias nusquam negligit, nec in Mosandri aut Rosweydi editionibus, nec demum in mss. Leodiensi, reginæ Sueciæ, Taroanensi, aut Lobiensi, nec demum in Adonianis codicibus a Papebrochio in prologo ad Bedam enumeratis, autaliis mss. nostris, ulla præfatæ dedicationis reperitur memoria; estque adeo apertissime consequens, a puritate Adoniana longissime recedere Mabilionis codicem, ab eo tantopere laudatum. Non necesse est, tantum operæ in Martyrologiis examinandis, A capite. Primum, quod cum istuc Martyrologium in quantum hisce aliquot annis a me collocatum est, quemquam posuisse, ut plane convincatur, nullum Adonem manuscriptum, quantumvis antiquum, ad Rosweydi editionem ullo pacto comparandum.

154. Nemo mihi succenseat, si meritam palmam Roweydo vindicem, quamquam non adeo integram omnibusque numeris absolutam arbitrer ejus editionem, ut non aliquando ab ejus placitis libere recedam; tum præsertim, cum juxta propositam regulam, Usuardi et Notkeri consensum habeo; videlicet, dum annuntiatio, a Rosweydo in appendicem rejecta, in duobus ejus filiis reperitur; tum ego magnopere ambigendum non puto, quin eadem illa Adoni quoque ascribenda sit. Ut uno specimine rem in aperto ponam, videat lector Obser- B non conjecturaliter, sed certo decernimus, eam non vationem nostram ad Usuardum die xx Martii, ubi Archippum, Pauli apostoli commilitonem, Adoni restituendum putamus, quidquid a Mosandro asterisco notatus, a Rosweydo in appendicem rejectus sit; ea ducti ratione quod in utroque Adonis filio, Usuardo et Notkero diserte signetur, præterquam quod etiam ab Adonis genitore Romano parvo referatur. Si ad hanc normam codices Adoniani, tum mss. tum typis excusi, scrupulosius discutiantur, puto viam facillime sterni posse, ut simplex, integra, genuina et germana Adonis, editio procuretur.

155. Quid quod et aliam explorandi semitam ali quando ingressus sim, quamvis ipsam tam securam non existimem. Ea est, ut si quando iu Usuardo С et Notkero commemorationem reperiam eadem sententia eademque phrasi conceptam, quæ ex Beda accepta non sit, tum non difficulter inducar ut credam, Adoni illam tribuendam esse. Si quis discernicula certiora proferre in medium possit, ultro et gratanter acceptabimus. Interim nec Mabilionis, nec cujuscunque alterius auctoritate movebimur ut quæ Adoniana non sunt, sub Adonis nomine venditari patiamur. Exemplo iterum sint Florentinius et Hilarius, quos xxvii Septembris Martyrologio Viennensi obtrudere conatur laudatus Mabilio ex Petro de Natalibus, lib. viii, cap. 124. Non est me hercule satis idoneus auctor Equilinus episcopus, ut ferat testimonium pro Adonis germana simplicitate, quam nos ex tam variis, exemplaribus stabiliendam suscipimus, a quibus, omnibus absunt citati duo martyres. D rum, qui per totum annum ubi notatim positi erant, quosaliunde acceptos in suum Martyrologium retulit Usuardus, ut est in nostra Observatione, jam dicta die xxvII Septembris. Jam me longa experientia docuit, non a solo Petro aliisque pluribus, sed et ab eminentissimo cardinali Baronio nonnunquam perperam citari Adonis Martyrologium.

De reliquis quæ ad Adonem attinent, cum Mabilione non disputo, istis locus erit in Actis xvi Decembris. Rejicienda omnino non sunt quæ de Adoniani Martyrologii accessionibus conjicit in hæc verba : « Quod enim alia atque alia desint in diversis membranis codicibus, id provenit ex duplici

divinis officiis, per varias ecclesias legeretur, alii ipsum contrahebant, alii quosdam sanctos, provinciæ aut ecclesiæ suæ ignotos resecabant. Alterum, quod auctor ipse multis vicibus Martyrologium suum auxit, alios atque alios addendo sanctos, qui in eo primo non exstabant. Unde contigit, ut qui primarium exemplar transcripsere, non tot habeant, quam qui secundariis exemplaribus usi sunt. » Prudentem conjecturam hic non respuo, quippe qui eam nonnunquam admittere debuerim, præcipue circa episcopos Viennenses, quibus cum Usuardus sæpe careat, verisimile existimo, Adonem ipsos Martyrologio suo Lugduni perfecto, Viennæ postea superaddidisse. At vero, ibi primigenia simplicitas quæritur, ex unius aut alterius codicis, sed ex plurium æque probatorum collatione educendam quemadmodum in expurgando ab additionibus Usuardo, toto hoc opere præstitimus : quo solo argumento, vel si deessent cætera, Mabilionis exempla omnia, multis locis adducta, Adoni penitus abjudicanda sunt.

157. Pluribus hIc supersedeo, cætera docebunt Observationes nostræ Usuardinæ, quibus satis probatum est, non solum Belam a Floro auctum, et Romanum parvum, sed Hieronymianum etiam, Adoni aliquando præluxisse; quod non video cura Castellano negatum sit in prævia admonitione ad primum Bimestre pag. 22, quamvis omnino fatear, rarissime in Adone occurrere vestigia Hieronymianorum stylo conformia. Si hactenus dicta cum iis junxeris quæ superioribus capitibus de sancto Martyrologo disputanda fuere, ad Martyrologii Adoniani ætatem et genealogiam nihil ultra desiderari perspicies. Audi hic modo, quam ipse de toto suo opere rationem reddit, in præfatione sua sic lectorem alloquens: « Ado peccator lectori salutem. Ne me putes in hoc opere in vanum laborasse, et rem non necessariam exsecutum fuisse; breviter tibi causam facti aperiam. Primum fuit imperium ac jussio sanctorum virorum, ut supplerentur dies, qui absque nominibus martyrum in Martyrologio (quod venerabilis Flori studio in labore domni Bedæ accreverat) tantum notati erant. Deinde collecti undecunque passionum codices, animum in tantum suscitaverunt, ut non solum præteritas dierum festivitates, verum et aliolatius et paulo apertius describerem, infirmioribus fratribus et minus legere valentibus serviens, ad laudem omnipotentis Dei, ut in memoriis martyrum haberent compendiosam lectionem, atque iu parvo codicello, quod multo labore alii per plures codices exquirunt. »

 158. Atque hine longæillæin Adonis martyrologio desumptæ ex martyrum passionibus historiæ hinc magna illa dierum inæqualitas, dum nempe Actorum defectu, sanctorum nuda ferme nomina referuntur, quo haud dubie, qui in divinis officiis Adonis Martyrologio forte uti coperant, impulsi fuerint, ut nuper

aiebat Mabilio, ad resecanda incognitorum sancto- A auctoritatis inesse quam ex Adone transumpserit; rum nomina; vel potius, ut ego verosimilius existimo, ad contrahendas historias, ut ad uniformitatem aliquam dies singuli reducerentur. In eo felicissime versatus est Usuardus, Adonis Martyrologium abbrevians et expoliens, sed quod mirere, ignorato vero auctoris nomine. Cum enim Usuardus alios Martyrologos, præter Hieronymum, Bedam et Florum non nosset; stylum autem Adoniani operis, ab Hieronymiano longissime recedere; contra vero Bedæ a Floro aucto persimile, credidit Flori secundum librum esse, quo vacui omnes Kalendarum dies supplebantur. Frustra argues latissimum inter utrumque Martyrologium discrimen in Usuardi oculos incurrere verosimiliter debuisse; id scio et fateor; at mihi tam certum tamque evidens est B circiter annum 838, stat igitur nostri calculi exacta Adonis opus fuisse, quod librum Flori secundum appellat Usuardus, ut vel paradoxum admittere oporteat, nempe Martyrologium, quod Adonis nomine venit, non esse Adonis, sed Flori; vel fingere miraculum, quo videlicet fateamur, Florum et Adonem sic scripsisse, ut Menæchmos diverso partu effuderint. Ast hæc comminisci supervacaneum est : Usuardum ipsum dramatis nostri, ut ita dicam, heroem, hic demum cominus intueamur.

ARTICULUS II.

De Martyrologio Usuardi monachi.

156. Huc reducenda fuit tota nostra de Martyrologis et Martyrologiis disceptatio, ut præmissis Usuardi proavis, parentela, cognatione et affinitate, ipse tandem, seu fetus ejus, omnium oculis clarius C exponeretur. Non vacat, nec opus est, hic describere quæ de eo multi eruditissimi viri, præter majores nostros, pridem tradiderunt, Adrianus Valesius, Joannes Mabilio, Gerardus du Bois, et recentissime Claudius Castellanus, omnes in eo jam conspirantes contra Sigeberti, Trithemii aliorumque antiquiorum opiniones; 1. Usuardum nostrum fuisse monachum presbyterum ordinis S. Benedicti, in cœnobio Pratensi, seu sancti Vincentii Lutetiæ Parisiorum. 2. Floruisse; non sub Carolo Magno, sed sub cognomine nepote Calvo, atque huic, non illi opus suum dedicasse. 3. Martyrologium suum composuisse circiter annum 875. Quæ omniøsatis solide probata invenies apud Mabilionem in Prolegomenis ad sæc. Iv Benedictinum, parte 11, pag. 88, atque n in Historia Ecclesiæ Parisiensis laudati du Bois, parte 1 pag. 467, quibus in stabilienda Usuardi ætate et professione omnino subscribimus; in hoc plane dissentimus, quod eum Bollando, Henschenio, Papebrochio aliisque omnibus, solo excepto Castellano, Usuardum Adoni præponant, aut quamvis suppares videant, sictamen scripsisse Martyrologia sua existiment, ut neuter alteri notus fuerit, et uterque eodem fere tempore manum ad opus suum admoverit: quæ eeclesiastici historici jam citati verba sunt, guibus adde subtimidum Mabilionis assertum, num. 174, Ad Usuardi auctoritatem prope accedere Adonis Martyrologium: ubi dicendum erat non plus Usuardo

non plus rivulo quam fonti; non plus nato quam genitori.

160. Jam sæpius monui agnovisse demum Papebrochium tomo V Junii, pag. 250, col. 1 in fine, præposterum illum ordinem, idque ex Castellani suggestione, a quo primum transpositus est, et prioritatis loco restitutus Viennensis Martyrologus, quem annis fere octodecim, in scribendo Martyrologio Usuardum antecessisse brevi hac supputatione ostenditur. Usuardi Martyrologium dedicatur Carolo Calvo jam imperatori; atqui Calvus imperator non fuit ante annum 875; ergo vel illo anno compositum, saltem completum est, vel anno sequenti : atqui Ado, ex num. 151 suum scripsit ratio. Hoc solum argumentum hic ex professo nobis versandum est, Usuardum pleraque sua omnia ex Adone accepisse, cujus continuam probationem exhibent quotidianæ ad Martyrologium Usuardi Observationes a prima die Januarii ad ultimam Decembris, quibus utriusque Martyrologi textus expendo, annuntiationes, ut hic loquimur, annuntiationibus, phrases phrasibus, verba ipsa verbis comparo; fataque collatione, Usuardi laterculos, ex Adonianis descriptos, abbreviatos, contractos, modice quandoque ex Beda immutatos, ea perspicuitate, ni fallor, ostendo, qua majorem in hisce rebus desiderare nemo queat. At eo pacto, ut plagiarium me dices Usuardum traducere. Apage plagii crimem, audi ipsum Usuardum totius operis sui rationem reddentem, tumque intelliges, quid de suo ipse se præstitisse, quid ex aliis sanctorum Patrum Martyrologiis sese accepisse ultro fateatur; id fere unum molitus, ut ad commodam æqualitatem sanctorum commemorationes, singulis Kalendarum diebus, concinna methodo reduceret.

161. Expendamus ipsam Usuardi præfationem ex illustri codice nostro Heriniensi, unde illam edidit Bollandus cap. 4, § 7, quæque in aliis etiam vetustiscodicibus reperitur; et vel in ipso Adone Leodiensi S. Laurentii, etc. Domino venerabiliter recolendo, Karolo regum piissimo (al. Augusto) Husuardus, quanquam indignus sacerdos et monachus, præsentis ævi prosperitatem et æternæ beatudinisgloriam. Vestram minime latet celsitudinem, o reverende princeps, qualiter imitandos antiquorum studiis monemur quidquid in libris, maxime ecclesiastice doctrinæ congruis, minus debito perfectum habetur, velpro posse supplere, vel suppleri optare. Quæ res, pia quidem sollicitudine, addito etiam vestræ dignitatis jussu, me compulit, ut videlicet sanctorum recurrentes festivitates, ex diversis sanctorum PP. Martyrologiis in quamdam exciperem unitatem. Recolebam siguidem in sacris sanctorum solemniis, multimodos propriæ negligentiæ excessus; quod me plurimum ad hoceis in Dei amore persolvendum cogebat officium, et si non satis idoneum, utpole inscium, sed tamen divino, ut considebam, ac indi-

lium, Hieronymi videlicet ac Bedæ præsbyterum in hoc provocabar descriptis; quorum unus brevitati admodum studens, alter vero quamplures Kalendarum dies infactos relinquens, multa probantur hujus opusculi præteriisse uecessaria. Adhibui igitur Flori memorabilis viri, collecta e pluribus IN EODEM NEGOTIO SECUNDI LIBRI COMMENTA; quem maxime imitandum, in his quæ visa sunt congrua ac memoria digna, censui, quia plura summo studio, quæ breviter perstrinxi, et correxit et addidit.

162. Postrema hæc Adonem vivacissimus coloribus adumbrant; et licet in vulgari Usuardi præfatione a Greveno, Molano aliisque edito, paulo aliter exprimantur, recte perpensa, eodem prorsus recidunt. Sie ibi legitur : Quorum prior brevitati stu- B addita, ut quamplures illi Kalendarum dies intacti dens, alter vero quamplures Kalendarum dies intactos relinquens, multa inceniuntur hujus operis præteriissse necessaria: quos tamen secutus, censui et Flori memorabilis viri latiora jam in eo ipso negotio sequi vestigia, præsertim in secundo ejusdem libro; ibi enim multa quæ in priori omiserat. et correxit et addidit. Attende Bedam hic describi ab Adone, non ex aliqua parte, ut Florus fecerat, sed integre completum. Porro ex his plane conficitur tria Usuardum præ oculis Martyrologia habuisse, ex quibus opusculum suum coagmentaret, in prædicta vulgata præfatione monens: At siquid, præter quod ab illis accepi, in hoc tempore auctum vel mutatum est, sagaci a me indagine id perquisitum agnosci poterit. Atque eccum plane evanescit plagii crimen, de quo nuperrime memini, dum ad unum illud SI QUID revocantur, quæcunque pure Usuardina nuncupari possunt accepta ex tabulis Martyrum Cordubensinm, unde Usuardus sanctorum Georgii et Aurelii reliquias conquisierat; ex vicinioribus Galliarum ecclesiis, aut ex passionalibus, paucisque aliis documentis, quæ suis locis indicare atque enumerare non prætermisimus.

163. Verumtamen sincere agnoscit Usuardus se ex tribus potissimum Martyrologiis sumpsisse prope omnia; Hieronymianis scilicet, ex Beda, prout a Floro, anctus fuerat, quæ sunt Flori memorabilis tiri latiora jam in eo ipso negotio vestigia, et ex ejusdem Flori libro secundo, ubimulta quæ in priori omiserat, et correxit et addidit: vel ut clarius habet præfatio Heriniensis; Adhibui igitur Flori, D memorabilis viri collecta e pluribus in eodem negotio secundo libri commenta, quem maxime initandum IN HIS, QUÆ VISA SUNT CONGRUA ET MEMORIÆ DIGNA CEN-SUI, QUIA PLURA SUMMO STUDIO, QUÆ BREVITER PERS-TRINXI, CORREXIT ET ADDIDIT. Quemnam, obsecro, manifestius imitari potuit Usuardus quam Adonem, breviter perstringendo quæ hic longis suis elogiis summo studio addiderat, seligendoque quæ risa sunt congrua et memoriæ digna? De cætero Hieronymianum, et Bedam Flori consuluisse Usuardum Observationes nostræ sæpissime ostendunt, noe minus clarc evincunt Florum illum, ab Henschenio et

ano eorum sublevandum auxilio. Nam et venerabi- A Papebrochio editum, nunquam vidisse. Torquet eruditorum ingenia et majores nostros mirum in modum vexavit secundus ille Flori liber, quem tot sæculis, et præsertim proxime præterito, frustra quæsitum novimus, et porro frustra quærendum, nisi, ut supra dicebam, vel paradoxum nobis, vel miraculum sobrii et vigiles fingamus.

> 164. Negotium facessit solum Flori nomen, quod si non appellasset Usuardus, opus ipsum citatum, tam clare, tam aperte, tam perspicue Adonem referret, ut ex solis depictis characteristicis, legentium et conferentium oculos veritatisluce perfunderet. Describuntur siquidem commenta collecta e pluribus in negotio Martyrologii, quæ in priori opere Bedæ a Floro aucto omissa fuerant; in hoc autem ex omni parte implerentur, sicque adessent omnia talis opusculi necessaria. At suppletio illa Adonis non semper congrua est, nec memoriæ in Martyrologiis referendæ*digna*, cum historiæ longiores sint. quas ideireo Usuardus breviter perstringere coactus fuerit. Atqui hæc ipssissima et genuina Adonis lucubratio est, sic in ejus præfatione, quam habes nnm. 137. delineata: Ne putes mein hoc opere in vacuum lahorasse.... Primum fuit imperium ac jussio sanctorum vivorum, ut supplerentur dies, qui absque nominibus martyrum, in Martyrologio (quod venerabilis Flori studio in labore domni Bedæ accreverat) tantum notati erant. Deinde collecti undecunque passionum codices animum in tantum suscitaverunt, ut non solum præteritas dierum fes-С tivitates... latius et paulo apertius discriberem, etc. Hæc toto opere Adoniano ubique se produnt, et diebus singulis cum Usuardina contractione a nobis comparata, sic parentem commonstrant, sic genus indigitant, ut filius nullusgenitorem melius referat, hoc est, ut nulla epitome magis congrua memoria, digna, et Martyrologico opusculo necessaria. eatenus inventa sit. Quis igitur ultra dubitet quin sub Flori nomine, vel pro Flori libro secundo, Adonis Martyrologium Usuardus descripserit?

165. Nova hæc esse dicas, mira clamites; nihilominus certum erit et indubitatum quod scribimus, idque manifestissime reteges, si prolem cum patre, si Usuardum cum Adone contuleris, vel ut labori parcas, si quotidianas Observationes nostras expenderis. At quæso, inquies, qui Usuardo in mentem venire potuit Florum nominare, cum forte adhuc superstes esset Ado ipse, verus Martyrologii auctor, nomen suum in fronte operis tam clare exprimens, Ado peccator lectori salutem. Id qua ratione factum fuerit equidem miror et ignoro; sed ita rem habere, hoc me apertissime, perpetua hisce aliquot annis collatione, comperisse existimo. Effugio utitur Castellanus, præfationis ad 1 Bimestre pag. 23, dum difficultatem declinans, ait Usuardum non asserere se Florum descripsisse. At melius idem ipse in opere suo pag. 764, fatetur, Usuardum Adonis manuscriptum, Lugduno ad se destinatum, pro Floro descripsisse

Adhibui Flori memorabilis viri collecta e pluribus in eodem negotio secundi libri commenta? vel ista : Censui et Flori memorabilis latiora jam in eo ipso negolio sequi vestigia, præsertim in secundo ejusdem libro? Ego in toto isto libro secundo non alium quam Adonem video, Adonem sentio, Adonem loquentem audio.

166. Jam si propositæ quæstioni insistens, rogitando obtundas et eneces qui Usuardo in mentem venire potuerit Florum nominare, cum adhuc probabiliter superstes esset Ado ipse, nomen suum in fronte operis tam clare exprimens, Ado peccator lectori salutem? ad eam qu:estionem non habeo quod reponam præter hane unam verisimillimam, me quidem arbitro conjecturam, videlicet, missum Lugdu- B adjunxisset Usuardus. Et quidem raros hujusmodi no ad Usuardum Viennensis antistitis opus acephalum fuisse; puta caruisse præfatione et Romano parvo, cui ipsa præfigitur. Ne vero gratis id me fingere existimes, quæro an satis credibile videatur nullum usquam de Romano illo parvo, ab Adone Ravennæ reperto, verbum facturum fuisse Usuardum, si illud in fronte operis ad se transmissi vidisset? Aberat igitur Romanum parvum, aberat proinde et tota Adonis præfatio; atqui nomen suum ibi expresserat Ado, quod in totius operis decursu, procul dubio, omiserat; nihil itaque adeo mirandum, si Usuardus verum nomen auctoris Martyrologii ad se missi ignoraverit. Hoc posito, videntur cætera sponte profluere, etiam ratio ipsa cur Usuardus opus illud Floro tribuendum putaverit.

167. Hanc equidem sic cum animo concipio : cum jam pridem Lugduno abesset Ado, ad Viennenses infulas, ut minimum anno 860 evectus, relictum Lugduni opus absque auctoris nomine; symmista aliguis Benedictinus monachus ad Usuardum Lutetiam direverit; hic vero Bedæ Martyrologium, a Floro recensitum, cum eo componens, ac miram utriusque similitudinem passim agnoscens, continuo secum ipse statuerit fetum utrumque aut gemellum esse, aut saltem ab codem parente progenitum. Aliunde, non minus ipse quam Wandalbertus, novisse poterat Florum illum nominatissimum ecclesiæ Lugdunensis subdiaconum, plures habuisse veteres et emendatos codices; quid magis proclive quam inde collegisse secundum aliquem et pleniorem Martyrologii llbrum a Floro esse compositum, D cum in primo tot Kalendarum dies intacti remansissent? Non eo id dico quod credam veteres illos gualescunque Flori emendatos codices Martyrologia fuisse, multo minus Martyrologium integrum et completum a Floro conditum : sed quo nominis ejus celebritas Usuardi, acephali Martyrologii auctorem quærenti, facile suggerere potuerit Florum illud adornassse, cujus eo tempore insignis doctrinæ fama adhuc supererat. Si hæ conjecturæ non placeant quid plausibilius in hac re opinari fas sit a peritioribus lubens adciscam, dum interim indubitatissimum perstet purum putum Adonis opus fuisse, ipsum

et abbreviasse. Quid enim aliud sonant verba illa A ıllud quod Usuardus secundum Florum librum, aut proprio aut alieno errore seductus, nuncupavit.

168. Fuit, mihi tuto crede, fuit, sub male imposito Flori nomine, Ado ipse sanctus Viennensis præsul, seu potius ejus Martyrologium, perpetua et perennis Usuardi scaturigo, ex qua totum nostrum Usuardinum, pro maxima sui parte coaluit. Adde huic Hieronymianum et Bedam, Flori studio ampliatum, ex quibus, si textrina metaphora rursus uti licitum est, stamen seu catellam conficies, qui subtegmen innexuerit Usuardus, præsertim ex notioribus ipsi sanctis Gallicis, et recens acquisita Martyrum Cordubensium notitia. In decursu operis sæpe a nobis dubitatum invenies utrum Sanctos alios et aliunde conquisitos, enumeratis hic-ductoribus suis, sanctos novimus; novimus tamen: nam Asclas xxIII Jauuarii, ab antiquioribus notatus non est, uti nec Philemon et Apollonius vu Martii. Nonnullos alios alibi indicavimus. Jam memoriæ occurrit Gregorius Eliberitanus Bælicus xxiv Aprilis, qui forte melius prætermissus fuisset. Septembris xxi est Pamphelus martyr Romanus, a me alibi frustra quæsitus. Quid quod xxvm Septembris, xn Novembris et vi Decembris, textus totus proprie et privative, ut vulgo loquimur, Usuardinus sit. Mense Octobri sancti aliqui ab Usuardo aliunde asciti commemorantur, ut vide ibi, 1, 111, x1, x1v, xx et xxv. Hæc in specimen sufficiant.

166 Superest quærere unde Martyrologii sui initium fecerit Usuardus. De ca controversia satis co-C piose dictum est præfationis hujus cap. 2, a num. 109. Beda, Florus, Wandalbertus, Rabanus, notkerus a Kalendis Januarii cum Romano parvo et Hieronymiano Epternacensi annum ecclesiasticum exorsi sunt; credimus tamen Rosweydum recte sensisse, quod Ado a IX Kalendas Januarii, seu a vigilia Nativitatis inchoaverit : idque secutum fuisse Usuardum existimamus, ex præstantissimis vetustisimisque duobus codicibus nostri Pratensi et Heriniensi, a quibus plerique alii dissentiunt. Nos interim primos et accuratiores Usuardi editores, Muneratum, Belinum, Grevenum, et Molanum, atque adeo receptissimum jam morem imitati, ab octava Nativitatis et Circumcisione Domini, seu a Kalendis Januarii exordium sumere maluimus. Atque hic totius nostræ martyrologicæ geuealogiæ terminum figimus, deducta arbore ad Usuardum, qui operis nostri materia, finis et scopus est. Cum vero Martyrologorum nullam tam numerosam prolem, nullus tot filios post se reliquerit, hivero a parentis nativaimagine paulatim deflexerint, in eo nobis maxime laborandum, ut collectis hinc inde lineamentis, veram perfectamque parentis effigiem adumbrare conemur. Lustremus jam itaque totam Usuardi sobolem.

ARTICULUS III.

Antiquiores Usuardini Martyrologii editiones recensentur.

170. Ipse præfationis hujus principio satis præoc-

capata est, quæmihi hic fleri posset maxime obvia ob- A strum subinde accessit, sub titulo Rudimenti novijectatio, cui scilicet post tam multas Usuardini Martyrologii editiones, quæ in omnium manibus sunt, hæc nostra nova et tam operose elaborata prodeat. Brevi responso rem conficiam, si dixero nullam hactenus editionem repertam, quæ non alterius desiderium post se reliquerit; quippe cum nulla talis sit, quin rerum martyrologicarum periti, graves in ea defectus et plures excessus deprehenderint, adeo ut multi eruditi viri, etiam recentissime, doctissimos Patres Benedictinos cœnobii sancti Germani a Pratis excitaverint, et tantum non vellicando compellere conati sint, ut autographum suum, seu verum seu putatitium, publici aliquandiu juris facerent; quod ab ipsis hactenus impetrari non potuit, ut surepeto; omnium instar sit Bollandi nostri meditatum a tot annis consilium, de edendo olim Usuardo nativa simplicitate, ad quam eruendam plura nobis adjumenta accessore, quam in operis de Actis Sanctorum exordio, aut Rosweydus aut Bollandus colligerepotuerint. Ut autem de hac nostra editione rectum feratur judicium, præmittenda est aliarum omnium censura; subjiciendi deinceps singulorum codicum mss. characteres, ex quibus omnibus decerni queat non superfluam, nec inutilem diligentiam in hoc opere a nobis collocatam. En pollicitam recensionem.

171. Prima omnium eaque antiquissima, quam saltem noverimus, Usuardi editio ea est, quam frequentissime citatam habes sub nomine Maxima Lu-BECANÆ. Lnbecanamesse, et anno 1475 typis primum vulgatum tradunt majores nostri in Actis, atque in multis eorum schedis reperio. In ipso opere annus notatus non apparet, cum sit pars aliqua a grandiori volumine avulsa, quo, ut in epilogo dicitur, sacræ fasciculariter totius mundi historiæ ambitus continetur. Patet id ex paginarum numero superne in medio primæ faciei calamo ascripto qui incipit a 409 pergitque ad 435 unicam semper folii faciem notans. Forma in lato spissoque folio expansa est, unde a nobis merito Maxima appellatur, distinguiturque ab alia etiam Lubecana anni 1490 de qua inferius agemus. Nihil habet hæc editio quo magnopere commendetur; nam typi ipsi Teutonici seu Gothici valde imperfecti sunt, scatetque totum opus innumeris mendis; ipsum vero Martyrologium longe recedit ab Usu rdina puritate, sæpe auctius et interpola- D tum, simileque codici manuscripto; quem cum proprio nomine appellare non potuerim, Autuerpiensem simpliciter nuncupo, ut a duobus aliis majori et maximo discernam. Advertat lector cum Lubecana et Antuerpiensi plerumque conjungi codicem Ughellianum, ut alibi dicam. Non est itaque, qua de agimus, editio primæ et optimæ notæ, classem ferme peculiarem cum duobus aliis constituens inter primos et medios, tametsi sæpius inter primarios locum obtineat.

172. Volumen ipsum ingentis molis, a quo hoc martyrologium distractum diximus, ad Museum no-

tiorum. Annus editionis rectissime observatus est, nam ita ad calcem copiosissimi indicis totiusque operis legitur : Anno secundum carnem Filii Dei a Nativitate MCCCCLXXV, ipso die sanctissimi regis et maryris Oswaldi, qui est v Augusti sanctissimo in Christo Patre ac domino nostro Sixto papa IV, illustrissimo proclarissimæ domus Austriæ Frederico tertio, Romanorum imperatore invictissimo, semper Augusto, ac pro nunc Coloniæ existente; imperiali nobili in urbe Lubecana, arte impressoria, speciali gratia divina, animarum ob salutem fidelium inventa : epithoma istud, partes in sex, juxta mundi sex ætates dirisum, prius alibi non repertum, quod placuit Rudimentum novitiorum pra satis insinuavimus. Causas ibi memoratas non **B** intitulari; Dei adjutorio, qui supernas res ac subternas forliter, suariter tranquilleque dispensat, per magistrum Lucam Brandis de Schass, feliciter est excusum alque finitum. Nihil hic ad me attinet de tota illa rerum farragine judicium ferre; non aliunde pretium quam ab impressionis ætate habere videtur, quod et in Martyrologium derivari facile patimur, quamvis de cætero, ut purissimum Usuardinum non admittamus.

173. Ætatis ordine priorem excipit editio seu versio Usuardi Belgica, cujus sex soli priores menses apud nos exstant, immixti Legendæ aureæ Jacobi de Voragine, itidem Belgicæ, in parvo folio Ultrajecti vulgatæanno1480. Verum neque huicæstimationem vetustas addidit, cum raro pura sit, extracta ex codice aliquo simili Leydensi aliisque, quos mediæ notæ appellare consuevimus, et intra latius describemus. Huic jungi potest editio Florentiæ procurata per Franciscum de Bonaccursiis anno 1486, quam Henschenius reperit in bibliotheca Strozziana, eamque cum editione Greveni aliisque duobus codicibus Usuardinis mss. contulit, altero ejusdem bibliothecæ Strozzianæ, altero Medicæ. Quid de ea censendum sit non est mihi integrum hic depromere, cum sola extracta Henschenius propria manu descripta reliquerit, quæ passim inter Auctaria citamus sub nomine codicum FLORENTINORUM. Frequentissimi excessus ostendunt quam parum pura sit præfata cditio, cujus exemplar Neapoli ad SS. Apostolos asservari, emendatum a Georgio Antonio Vespuccio. præposito cathedralis ecclesiæ Florentinæ, notavit alicubi Papebrochius. Atque hæc exaliorum relatu.

174. Præter Lubecanam maximam citari sæpius in Actis solet Lubecana alia anni 1490, cum altera Coloniensi, priori omnino simili, ipsoque eodem anno vulgata. Habet posterior formam parvi folii cum hac in fine epigraphe : *Bxplicit* Martyrologium Usuardi monachi, sicut habetur augmentatum, ut patet; impressum diligenter per me Johannem Roelhoff de Lubech, civem sancte felicisque Coloniæ Agrippinæ, et consummatum feliciter anno salutis ac gratiæ ucccxxc, in vigilia sanctissimorum trium Regum, præfatæ civitatis patronorum ac protectorum jugiter. Notavit RosB

weydus, adjunctum olim fuisse legendæ aureæ, et A tur, si attendat priorem consummatum fuisse in vivalde ab Usuardo variare : quod postremum verissimum esse probant quotidianaa uctaria, ex hac et altera eruditione Lubecana Usuardino textui immista aut adjecta, quorum plurima ad Colonienses proprie pertinent. Porro Lubecana illa alia, ex priori Coloniensi, aut saltem ex consimillimo manuscripto certo certius desumpta, immista est Doctrinali Clericorum forma quarta minori; in eo a priori discrepans, quod incipiat a vigilia Nativitatis Domini. In fine apponitur: Solus isle libellus directive quemque dirigit ad calum. Explicit Doctrinale Clericorum, una cum Martyrologio Sanctorum, diligenter in Lubek impressum anno a Nativitate accccxc. Possent ex isto Doctrinali nonnulla curiose observari, sed ea ad institutum præsens nullatenus pertinent.

175. De hujus Martyrologii, bis uno anno excusi, auctore vel augmentatore, disputare multis non vacat. Rogatus olim a Bollando P. Jacobus Kritsradt. societatis nostræ, ut de Hermanni Greven. Carthusiani Coloniensis ætate et scriptis certa aliqua disquirere conaretur, respondit v Martii 1630, se Carthusiæ illius P. vicarium adiisse, ex quo didicerit præfatum Mart yrologium anni 1499 desumptum esse ex scripto quodam V.38 (qui est numerus bibliothecæ Carthusianæ) per omnia. Porro ad marginem citati Martyrologii excusi, in columna dextra ultima vacua scriptum manu P. Garnevelt p. m. Carthusiani: Auctor est V. P. Hermanus Greven (sive Grefgen) sacerdos professus Carthusiæ Coloniensis, qui obiit anno MCCCCLXXX, v die Novembris. At non satis explorata hæc esse patet ex alia notatione, quam refert idem Kritsradt, nempe, in prima ejusdem codicis pagina scriptum esse antiquo charactere centum annos; Alibi sic scribilur; Joannes Grefgen, nostræ domus Coloniæ, auxit Martyrologium Usuardi. Et infra : Joannes Grefgen obiit Kalendis Aprilis. Infra : denuo, GRIFGIN Carthusianus. Audi modo schedulam manu ipsius vicarii carthusiæ Coloniensis, F. Joannis Lotley, exaratam, quæita habet: De patria et familia P. Hermanni Greffgen nihil mihi constat. Alter, de quo mentionem feci, fuit Joannes Scherfgen, patritius Colon. ob a finitatem nominis a me relatus, qui num a liquid scripserit ignoro. In nulla editione exstat nomen auctoris, quod aliunde conjecturare oportebat.

certa, prætereo, cum satis pateat frustra laboratum in eruendo nomine auctoris, qui editionem illam Usuardinam Coloniensem anni 1490 auxerit aut excudi curaverit; idcirco a majoribus nostris simpliciter semper editio Coloniensis istius anni, a me vero in Auctariis Usuardinis sic cum Lubecensi conjuncta, ut uno semper nomine utramque designem sub titulo editionis Lubeco-Coloniensis, sive a Carthusianis, uno aut pluribus, sive ab alio procurata fuerit. Alteram ab altera divellere nolui, quod eadem plane referat, videaturque Lubecana ex Coloniensi eodem anno accepta; quod nemo tantopere mirabigilia sanctissimorum trium Regum. De auctore duarum aliarum editionum Coloniensium anni 1515 et 1521, quas brevi recensebimus, aliter sentiendum est; eas enim Bollandus, Henschenius et Papebrochius constanter citant sub nomine Usuardi Carthusiæ Coloniensis, vel sub Additionum Carthusiæ Coloniensis ad Usuardum, vel sub æquivalenti descriptione, quæ idem designet; frequentissime autem sub appellatione CREVENI non Joannis, sed Hermanni, quamvis, si hic obierit anno 1480, earum editionum auctor esse non potuerit. Sed quidquid de rei veritate demum statuatur, utraque illa posterior editio Greveniana a nobis dicitur, toto opere sic semper nuncupata.

177. Anno illo eodem 1490 alia Usuardi editio prodiit Parisiis in folio, sub solo titulo Martyrologii, ut testatur Rosweydus, qui editionem alteram anni 1536 apud Ambrosium Gerault in quarto majori, quæ apud nos exstat, contulit cum priori, servata Lovani in domo Standonica. Ejus auctor vel editor fuit Joannes le Munerat, cantor et scholasticus, theologus Parisiensis, ut alicubi notavit Colvenerius. Castellanus proprium nomen admittit, sed titulum alium non tribuit quam Boursier du collége de Navarre, 1 Bim., p. 668, ubi, nisi fallor, in duobus errat; 1. quod pro anno 1536 signet 1535; 2. quod ita loquatur ac si eo primum anno editio facta fuisset, cum constet priorem alteram annis quadraginta quinque vetustiorem esse, sit que verosimillimum Muneratum ad secundam usque editionem non supervixisse. Observatione dignus est titulus, qui in posteriori editione ascribitur his verbis : Martyrologium, hocest Martyrum recensio, sive catalogus, in quo, quid pro Christi Ecclesia et fide sancti martyres Dei passi gesserint, succincte et vere recensetur; eorumdemque festivitates, in quemque mensis diem incurrant, indicantur; ad Eusebii et Hieronymialiorumque sacrorum auctorum exemplum, cura et jussu Caroli Magni imperatoris digestum, insertis lectionibus, moralibus, disciplinæ ecclesiasticæ regulam continentibus, de mandato Ludovici Christianissimi et gloriosissimi, semperque Augusti, conscriptis, anno a Christo nato pcccxvi. Hæc facile corrigi possunt ; utinam tota editio erroribus aliis, et præsertim typographicis, non redundaret ! Cæterum inter puriores 176. Cætera in hanc rem perquisita, sed æque in- D Usuardos hic connumerata est, tunc exclusa, cum alio deflectit.

> 178. Descriptas hactenus Usuardi editiones, celebritate sua antecellit ea cui hic titulus præfigitur : Martyrologium secundum morem Romanæ curiæ. In fine autem ita habetur: Finit Martyrologium accuratissime emendatum per magistrum Belnum de Padua, ordinis Fratrum Heremitarum sancti Augustini; necnon additionibus Patrum aliarum religionum copiosus (in alia editione copiosum) effectum. Impressum Venetiis jussu et impensis nobilis viri Lucæ Antonii de Giunta Florentini, arte autem Joannis Bmerici de Spira, anno accccxovIII. Idibus Oc-

> > i

C

men Belnum pro Belinum, quod in altera editione emendatum est, vel Bellinum. Postremo hoc modo scripsere passim majores nostri in Actis, nec male, cum ita exprimatur in præfatiuncula ante Kalendas Januarii. Ego aliam formationem secutus sum, quod eam veriorem existimaverim cum in editione Parisiensi clare ad calcem poneretur, satisque appareret in prima Veneta litteram I absorptam fuisse. Utramvis inflexionem elegeris perinde nobis erit. Monendus hic lector nonnunquam in Actis, memoriæ lapsu, præfatam editionem Venetam citatam esse sub anno 1488 pro vero anno 1490; sic habetur tomo II Maii, pag. 657, etc.

179. Liceat mihi hic verbo quærere fueritne typographus ille Joannes Emericus de Spira, filius aut R nepos Joannis Spiræ, vel de Spira, an idem ipse, qui typis longe elegantissimis, rotundis seu Romanis anno 1479 Venetiis excuderat Caii Plinii Historiam naturalem in amplissima forma et quidem membranea ; quam dono æterna memoria digno, Museo nostro hagiographico traditam voluit vir illustrissimus nostrique operis studiosissimus Guillelmus Albertus, baro de Grisperre, Goyck et Libersaert, Brabantiæ cancellarius, de qua verbo memini in dedicatione Tractatus mei de Patriarchis Alexandrinis, ante tomum V Junii, eidem patrono nostro et Mæcenati inscripti. Dubium movet adjecta præfato volumini metrica hujusmodi epigraphe :

Quem modo tam rarum cupiens vix lector haberet, Quique etiam fractus pene legendus eram, Restituit Venetis me nuper SPIRA JOANNES Exscripsitque libros ære notante meos, etc.

Cur autem filio potius, nepoti vel alteri consanguineo, Belini editionem tribuendam censeam facit immensa typorum diversitas, excudendique ratio tam parum accurata, ut Belini Usuardus ad Plinium nec per umbram comparandus sit. Sed ad Belinum redeamus.

180. Præmittit ipse solitis præfationibus aliam, fortasse suam particularem, a Molano etiam editam, qua fatetur se solos duos Martyrologos, nempe Hieronymum et Bedam, Usuardo antiquiores agnoscere. « Tertius, inquit, fuit Usuardus monachus, cujus opus magis habetur in usu apud multas ecclesias, quæ etiam creduntur aliqua ejus operi in locis variis addidisse, præcipue de sanctis et festis pertinentibus D batur. Optime profecto de Usuardo meritus est, aut ad easdem. Et hujus est Martyrologium scriptum, quod nos pro majori parte duximus eligendum et præ aliis tenendum.» Candide et vere ait, pro majori parte, nam et ipse sanctos et festa pro arbitrio suo addidit, ut ex Auctariis Usuardinis sæpe patebit. Nihilominus a Scardeonio, de antiquitate urbis Patavinæ lib. 11, classe 7, pag. 154, laudatur Belinus non solum ut editor, sed ut corrector « Martyrologii, quod olim cum pro sua raritate in choris tantum et in conventibus publice legeretur, nunc hujus opera factum, ut ab omnibus legatur » etc. Adde his Castellani verba, Bimestri 1, pag. 134, quibus hanc lau-

tobris. Facile observas male impressum auctoris no- A dem Belino tribuit, quod quemadmodum Notkerus inter antiquos classicos Martyrologos postremusest, ita Belinus inter recentiores sit primus. Sciebat ultique vir eruditissimus, alias editiones Belinianam præcessisse; sed huic primas deferre voluit, quod communior esset, magisque pervulgata.

181. Præter primam illam Venetam editionem anni 1498, est penes nos posterior Parisiensis anni 1521 ; atque hæ solæ sunt, quas toto opere citavi, cum posteriores seu Venetas seu alias impressiones in Museo nostro non repererim. De aliquibus loquitur Molanus in editione anni 1575, præfatione ad lectorem, pag. vii: Venetiis ad signum Spei excusum (Belini Martyrologium) anno 49, et Parisiis anno 21 (et hac potissimum editione utitur Molanus). « Videtur etiam id nonnihil auxisse sanctis Paduæ, et Venetæ ecclesiæ, et diversarum religionum. Exstant et alia Romanæ ecclesiæ Martyrologia, quæ non vidi. Ecclesia enim sancti Petri utitur Martyrologio Venetiis impresso anno 60. Quod Alexander Peregrinus Brixiensis, Julii tertii sacellanus, opera sua emendatum edidit. Ecclesia autem Lateranensis utitur Martyrologio apud Hieronymum Cavalcalupum anno 1564 impresso. » Videor recordari, nominatas alicubi editiones annorum 1548 et 1566, nisi fortasse in numeris erratum sit, et annus 66 pro 64, et 48 pro 49 male redditus. Sed quidquid de his sit, solæ duæ superius laudatæ a nobis appellantur, quarum posterior a puritate Usuardina magis deflectit; excessus et defectus suis quique locis in Auctariis describuntur.

182. Belinianis longe castigatior et accuratior gemina Coloniensis editio anni 1515 et 1521. Quam utramque Hermanno Grefgen seu Grefgin (molliori inflexione Greven) a majoribus nostris adscriptam nuperrime dixi, et porro adscribere perrexi, non alio quam Greveni nomine, ambas appellans. Scio citari aliquando sub generaliori appellatione Carthusia, vel Carthusianorum Coloniensium; sed frustra pluribus tribuitur quod ab uno solo procuratum est, ut ex ejus verbis paulo inferius constabit. Non magna in re inter utrumque diversitas, paulo major in stylo; sed ultima correctior est, et cum priori ita collata, ut ex una utriusque sententia perspiciatur. Utraque apud nos est, utramque consului, siquando commemorationum varietas id mereri vide-Hermannus ipse Grevenus, aut quiscunque alius editiones illas adornavit et correxit, dum textum ipsum Usuardinum, apposito signo, ab additionibus variarum ecclesiarum sollicite discrevit, non sic tamen ut textus ejus semper omnino expurgatus sit. Non lubet hic dies omnes percurrere, quibus ab omnimoda puritate recedit ; faciet id lector, si subjunctos Usuardinis textibus codices vel solum numerare voluerit. Notanda hic sunt quæ Grevenianæ editioni propria animadvertimus.

183. Satis certum est Grevenum (sic auctorem in posterum nominare liceat) priorem editionem

Coloniensem habuisse præoculis; at ut textum ge- A Castellanus in præfatione ad Martyrologium univernuinum ab accessionibus secerneret, adjutus fuit codice aliquo Usuardino ex Gallia accepto, quem Carnotensem fuisse, probant additamenta ei ecclesiæ propria, a me hic inde detecta, ut xıv Martii : Bodem die Carnoti, sancti Leonini episcopi et confessoris. Item xvi Maii : In pago Carnotino, passio sancti Emani, Mauritii atque Almari. Solus mensis October exempla quatuor suppeditat, ut vii Oct. : Civitate Carnoti, inventio corporis sancti Caletrici, ipsius civitatis episcopii. Tum xv1 :Carnotis,natalis sancti Prisci martyris, super Fluvium Andure. Rursus xvII: Carnoti, sanctæ Solinævirginis. Apud eamdem urbem, dedicatio basilicæ in memoria beatissimæ Mariæ matris Dei et Domini nostri Jesu Christi. Denique xxv : Apud Carnotum, dedicatio ecclesiæ B sancti Joannis Baptistæ, et sancti Vincentii, Levitæ et martyris. Quæ aliaque in decursu operis nonnunquam observato, clare, ni fallor, ostendunt non potuisse illa Usuardo tribui, nisi quia in proprio Carnotensi codice reperta, quem solum habuerit, et tanquam purum Usuardum Grevenus sibi sequendum præfixerit.

184. Utitur alio signo Grevenus, sic ferme formato, L, de quo ita loquitur in præfatione sua fol. 5 : « Interdum autem, inquit, parvus L ponitur, ad insinuandum sanctum illum, cui præponitur, superadditum esse Usuardo, quamvis ante (aliud signum) ponatur. Quod tamen in festis Conceptionis, Præsentationis, et Visitationis beatæ Mariæ, sancti Thomæ, episcopi et martyris, et sanctæ Catharinæ, virginis et martyris minime observatum est. » At quocunque signo affecta vel non affecta fuerint ea quæ textui Usuardino adjiciuntur, ea nobis sufficiens ratio est, quemadmodum alibi non semel diximus. ut Grevenus e purorum codicum numero excludatur. Sic habes citatis jam diebus, item I Aprilis, v et xx Augusti, xiii Septembris et alibi. In fine totius operis rationem reddit cur sanctos aliquos Martyrologio non putaverit inserendos; ubi inter alia sic loquitur, ut vere colligi possit nonplures, sed unicum totius collectionis auctorem esse. En ejus verba: Finis Martyrologii Usuardi monachi, cum additionibus ex diversis Martyrologii multo sudore collectis, separatimque jam secundo, anno D. NDXXI, apudColoniamAgrippinamadjectis. In quibus additionibus, QUI IPSAS COLLEGIT, juxta sententiam D. D Hieronymivel Bedæ, simpliciter fidem sive historiæ, quam legebat, sive diversorum in hacre studiosissimorum scriptis accommodavit; deprecanscharitatem Spiritus sancti, ut labor suus fructum in devotorum profectu, ad Dei et sanctorum ejus gloriam, invenire valeat. Quæ hic addi possent ex proxime sequentibus facile intelligentur.

185. Usuardi editionibus hactenus ênumeratis, nitore, elegantia et puritate palman omnino eripit, postrema ordine, quam peculiari studio adornavit Joannes Molanus, Lovaniensis theologus, vero cognomine Belgico Vermeulen, quod Gallice vertit

sale, de la Meule. Malim ego vertere de Moulin. Testatur Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, Insulis Flandrorum natum esse, anno 1533 « quo pater, inquit, discendi idiomatis Gallici gratia, cum uxore prægnante, concesserat. » Mirum est quod addit, « nonneisi materni ac vernaculi, hoc est Brabantici sermonis, gnarum fuisse, maluisseque Lovanienscm audire, » a matris patria, cum pater esset Schoonhovianus. Ego e Molani lectione mihi plane persuaseram, Gallici sermonis peritum, imo in servanda Gallica scribendiratione pauloscrupulosiorem, utpote qui ubique ab efformando W studiose abstineat, quod ipsum in auctariis ejus plerumque servavimus. Nimis religiose fortasse, sed eadem scribendi ratione, quæ in aliis Usuardis codicibus passim servata est, ut vel hinc haberent curiosi quo de singulorum pretio facerent conjecturam.

186 Quid si autem in lingua Molani vernacula tantillum aberrarit Valerius, qui nec Martyrologii ejus editiones satis accurate consuluit. Etenim Molani scipta enumerans, sic habet primo loco : Usuardi Martyrologium, adnotationibus auctum vani, MDLXXIII et MDLXXVII. Typis Hieron. Wellei. Dormitavit hic Valerius; nam prima editio Wellæana annum præfert 1568, altera 1575, tertia est Antuerpiensis apud Nutium anni 1582, quæ etiam Parisiis magno volumini Historiæ veterum Patrum per la Barre inserta est, eodem ipso anno 1583; nec alias scio hactenus prodiisse. Huc spectat allucinatio altera, nisi fallor, V. C. du Pin, qui in sua scriptorum Bibliotheca editionis Amstelodamensis, sec. IX, pag. 200, col. 2, impressionem, nescio quam, Antuerpiensem citat, pro anno 1588 priorem scilicet, Lovaniensi anni 1363. Verum conjicio male legisse eruditissimum virum, aut forte citras transpositas reperisse sicut pro ultimæ editionis anno 1583 viderit 1538 ;qui certe facilis lapsus est ;at turpius errat idem bibliographus, dum in citata ipsa columna Bollandum in Mosandri locum substituit, Surianique supplementi auctorem facit.

187. Quidquid interim sit de Molani natalibus, aut vernaculo sermone, constat, eruditione et scriptis, quæ ibi Valerius explicat, celebrem fuisse, sed prima Usuardini Martyrologii editione celebratissimum. Hæc una est, quam supra dicebam, antiquioribus omnibus palmam præripuisse, eo potissimum quod Usuardi textum, quanta fieri potuitdiligentia, nativæ puritati et simplicitati restituerit. Hanc extollunt, hanc celebrant, hanc merito suspiciunt Hagiophili omnes, tantoque in pretio fuit cardinali Baronio, ut hoc æstimationis suæ perenne monumentum, præfat. ad Martyrologium Romanum cap. 9 exstare voluerit : « Tanti viri, de Ecclesia Dei et veritate catholica optime meriti, nec brevem schedulam deperire æquanimiter patior : cui (dicam ingenue) istæc omnia, hac ex parte accepta fero, quod in densissimam silvam primus ipse ingressus, mihi aliisque aditum patefecit, quo etiam nomine, cum

549

ter agnoscimus et confitemur. » Laudat illic etiam Baronius editionem posteriorem, seu mavis posteriores; nam qui earum unam novit omnes novit; mihi vero omnibusque puræ et nativæ Usuardinæ simplicitatis adoratoribus, unice chara summoque in pretio est prima illa, in qua sola Usuardus agnoscitur, altera vel alteris, nescio quorum ductu et consiliomutationibus, transpositionibus, atque interpolationibus ita deformatis, ut Usuardus prope ex oculis fugisse videatur. Priori itaque ad eruendum Usuardi textum usi sumus, aliæ augendis ferme Auctariis plerumque subserviunt. Audiamus modo Molanum ipsum de prima illa sua editione præfationis cap. 4 disserentem.

aliis a vero aberravit; sic ibi prosequitur : « In primo autem prologo, inter eos qui Usuardo communiter præmitti solent, notatur, Usuardi opus magis quam Hieronymi aut Bedæ in usu haberi apud multas ecclesias; quæ etiam ejus operi creduntur aliqua in locis variis addidisse, præcipue de sanctis et festis pertinentibus specialiter ad casdem. Propter istas autem additiones ad Usuardum, non facile est ipsum Usuardum solum et absque additionibus et in distincto permistis prelo dare ; quod tamen nos fecisse spero, quamvis subdubitem, num pauca nostros conatus subterfugerint. Interposui quidem nulla in ipso Usuardo ex Beda, Adone, diversis ecclesiarum Martyrologiis et aliunde, sed alio charactere et præmissa littera, per quæ lector facillime advertat ea Usuardi non esse. Contuli autem Usuardi Martyrologium Coloniæ in 8 excusum anno 1521, cum Romanæ Ecclesiæ Martyrologio; ea enim Usuardo aucto utitur : item cum diversis Martyrologiis in Francia excusis, quæ omnia sunt Usuardi, sed aucta : et postremo cum mss. aliquot, et ex horum collatione animadvertit Usuardum Coloniæ prædicto anno impressum, paucas tantum habuisse additiones ab Usuardo indistinctas : plurimas enim habet, sed ab Usuardi verbis notula aligua distinctas.Indistinctis itaque illis additamentis ex Usuardo expunctis, est in hoc Martyrologio ipse Usuardus majori charactere solus, et diversorum exemplarium subsidio castigatus. In quibus omnibus Usuardus scriptum invenio, semel atque iterum HUSUARDUS; Trithemius tamen et plures Germani eum Isvardum D nominant. »

189. Ex his paucula nobis expendenda sunt et illustranda. Verissimum censeo, quod ait Molanus, propler additiones ad Usuardum, non facile esse Usuardum solum, et absque additionibus ei indistincle permixtis prelo dare; nam adhibita omni sua diligentia, locis plusquam triginta ab Usuardina puritate recessisse, in Observationibus nostris lector inveniet. Nec quisquam existimet me ita mihi adblandiri, ut simplicitatem omnem assecutum putem, quod qui fleri satis commode possit non video, cum inter tot editiones jam recensitus, et tot mss. codices,

ego, tum eruditi omnes plurimum ei debere, luben. A quos porro recense bimus, nullus sit, qui non pluribus excessibus aut defectibus laborare comperiatur. Id præ Molano subsidiii habuimus, quod plures omni generis codices ad manum fuerint, quod ejus aliorumque solertia adjuti, apertis, consultis collatisque Usuardi fontibus, facilius longe nobis fuerit falsa a veris, genuina a spuriis, scoriam ab argento secernere. Si quid conatus nostros subterfugerit, et cognoscendi et ignoscendi errati locum nobis datumiri, plane confidimus. Argumenta ultro citroque ad eruendam probandamque Usuardi puritatem ventilata, hic repetere superfluum judico, cum hæc sittotius nostri operis per singulos dies deducta materies.

190. Pergit Molanus: Contuli autem Usuardi Martyrologium Coloniæ in 8 (minori forma) excusum 188. Mitto illa in quibus cum Sigeberto aut cum R MLXXI (Grevenum indicat, de quo proxime egimus cum Romanæ ecclesiæ Martyrologio, ea enim Usuardo aucto utitur. Ea est Belini editio, quam pro Romano Martyrologio accepit Molanus, ex hoc capite a Baronio reprehensus, sed tolerabili, inquit vir eminentissimus, et venia digno errore, cum ipse tam longe positus, ea nesciverit, quæilli, qui Romæagunt, vix magno labore, pervigili diligentia, et summa sunt industria consecuti. Si quidem id consecuti sint, aut consequi potuerint, rebus illis adhuc in obscuro latentibus.Quanquamenim Baronius præclare doceat, Romanum aliquod antiquum fuisse Martyrologium a sancto Gregorio descriptum, fateri tamen cogitur se istiusmodi Martyrologium nunquam vidisse; nos vero sub principium superioris capitis evicimus Gregorii characteres in Martyrologium, ab Adone Ravennæ repertum, nullatenus convenire; in quo Romanis nihil damni datum est, cum pro uno bina Martyrologia vera, genuina, vetusta ; et pridem publicis juris facta ipsis vindicaverimus. Hæccum Molanus ignoraverit, Belinus autem editioni suæ gloriosum titulum Martyrologii secundum morem Romanæ curiæ præfixisset, venia certe dignissimus fuit error ille perexiguus, quo Belini Usuardum Ecclesiæ Romanæ Martyrologium appellavit.

> 191. Cæterumque utroque isto Greveni et Belini Martyrologio usum fuisse Molanum ex sola collatione certissimum est, adeo ut sæpe etiam errores adoptaverit, aut saltem in Auctaria rejecerit, præsertim ex altera illa Belini editione Parisiensi, cum prima ipsa et purior Veneta anni MCCCCXCVIII ei nota fuisse non videatur. Contulit item Molanus Usuardum cum diversis Martyrologiis in Francia excusis, quæ omnia sunt Usuardi, sed aucta. Quæ fuerint diversa illa Martyrologia explicat ipse præfationis cap. 12, eague potissimum revocantur ad binas editiones Munerati et Belinianam anni moxxi de quibus supra diximus. Vellem distinctius codices suos mss. enumerasset Molanus, illum præsertim quem citat sub littera Q, quemque eumdem plane existimo cum præclarissimo nostro Heriniensi, qui in Molani manus facile venire potuit, cum ipsum habuerit Augustinus Hunnæus, theologus et canonicus Lovaniensis, Molani æqualis. Paulo clarius

laudatum codicem designat in sæcunde editionis A tio Germanica Walasseri citata quandoque sub nomi epistola ad lectorem pag. 6 verso, cum vocans Usuardum ms. qui vix ullas habebat additiones, præterquam de sanctis Remensibus, quæ est ipsa nativissima Heriniensis nostri effigies. Interim ex perpetua Molanianæ editionis codicisque nostri collatione non video adhibita esse omnia, quæ adjumento esse poterant, ut clarius docebunt observationes nostræ Usuardinæ.

192. Unum est quod hactenus haud satis explorare potui, unde nimirum Castellano, Bimestri I, pag. 196, innot uerit usum fuisse Molanum iu additionibus Martyrologio ms. ecclesiæ Parisiensis, descripto ex antiquiori anno 1316 et rursus transsumpto anno 1829. Certe inter omnia quæ in præfationibus tum prioris tum posterioris editionis fuse B commemorat Molanus, de tali Parisiensi ms. nusquam, quod sciam, meminit. Videat lector cap. 12 et 13 præfationis primæ, et § 10 epistolæ ad editionem secundam. Si dixisset Castellanus præluxisse editiones Munerati, et Belini, id recte attigisset, quod ipsemet Molanus asserit, contulisse se Usuardum cum diversis Martyrologiis in Francia excusis. Videor etiam posse colligere non vidisse Molanum verum vel prætensum autographum quod in S. Germani a Pratis Parisiis asservatur, neque ejusdem ecgraphum ad ipsum fuisse transmissum, quod lectoribus significare nequaquam prætermisisset. De cætero, cum ex tot codicibus, tum mss. tum typis editis, ea Molani editio adornata sit, eos omnes meis annumerari cupio, quo postremæ huic nostræ editioni non exiguum auctoritatis momen-B tum accedere oportet, ut pote cum ex tot exemplaribus eruta sit, recensita, castigata, emaculata.

193. Inveniet præterea lector citatum aliquoties mense Januario Usuardum aliquem satis purum, editum cum Agonibus Martyrum, sive cum libro qui hunc titulum præfert, quem utinam integrum habuissemus! Verum cum solus ille mensis exstet, de eo pluribus dicere supersedeo. Est etiam penes nos Martyrologium seu Viola Sanctorum editionis Argentinensis anni 1508, cujus non semel in Actis meminerunt majores nostri. Ast eo usi non sumus, quod frequentissimis magnisque interpolationibus nimium ab Usuardi stylo deflecta. Ferme in oppositum peccat Martyrologium ordinis sancti Benedicti, quod habemus et manuscriptum et editum, non ma- C gis ad Benedictinos quam ad alios quoslibet religiosos spectans, nulla loci aut anni nota apposita. Non deerat nobis codicum aliorum optima et abundantissima messis. Hagiologion Franco Gallia, a nostro Labbeo editum, non merebatur nomen Martyrologii authentici (tres-authentique), ut ipsum vocat Castellanus, pag. 654; nam plane incompletum est, et quid quid boni habet, præter Bituricensia propria, ex Usuardo fere decerptum est. Sic nec Maurolycum aut recentiores alios Usuardi non editores, sed interpolatores, adgenuinum ejus textum inquirendum consulendos putavi; quemadmodum neglecta est edi-

PATROL. CXXIII.

ne venerabilis nostri Petri Canisii, licet plerumque Usuardum referat, sed locupletissime auctum. Rursus, nulla est habita ratio additionum manuscriptarum Papebrochii ad editionem Coloniensem anni 1490 ex codice abbatiæ S. Michaelis Antuerpiæ, guod eæ plerumque a nostro Usuardo longissime recederent. Ut paucis rem concludam, tot aliunde suppetebant codices, ut plures quærereesset superfluum : aliunde vero, ita Auctaria quandoque excrescere animadvertebam, ut de rescindendis potius nonnullis quam de novis accersendis non semel cogitaverim. Hæc de vulgatis Usuardi libris, nunc ad manuscriptos procedimus.

ARTICULUS IV.

De codicibus Usuardinis manuscriptis.

§ I. - De Codicibus purioribus, ac primum, de Usuardo Pratensi.

194. Inter codices Usuardinos mss. quos habemus decem et septem numero integros, et collatos cum Greveno, aut aliis, supra triginta, præter Chiffletianos octodecim et plures alios; inter illos, inquam, omnes principatum apud nos semper tenuit, si non omnimodæ puritatis, saltem vetustatis titulo, codex ille qui in cœnobio S. Germani a Pratis, tanquam auctoris ipsius manu scriptus sive autographus, summo in pretio habetur; adeo ut nullis conatibus impetrare potuerim, ad breve saltem tempus, quo securius in hac editione procederem, mihi commodaretur. Deeo in præfatione sua meminit Bollandus, pag.51, ita scribens :« Eum codicem Usuardi ævo, aut non multo post scriptum censet Sirmondus noster, qui pro sua humanitate meum illud apographum cum alio quadragintorum facile annorum, aut etiam vetustiore, qui in eodem sancti Germani cœnobio Parisiis asservatur, accurate contulit.» Ita fert notabile codici nostro præfixum, ubi indicatur per litteram A prius illud designari; per B, posterius. Pergit ibidem Sirmondus : « Hoc nostrum antigraphum ex priore descriptum est; in quo quæ lineolis subnotata sunt, ea ex autographo A vel ad marginem apposita, vel in textum ipsum, sub finem cujusque diei inserta fuerunt, alia manu, ferme tamen antiqua. Ex quo apparet ea nonpertinere ad l'suardi Martyrologium, sed adjecta post fuisse a monachis, præsertim sancti Germani, ad quos magna ex parte spectant. »

195. Quam accuratam moniti hujus rationem habuerimus, exnostris Observationibus abunde liquet. In fine paginæ alia manu legitur: Hoc Usuardi Martyrologium cum citatis hic codicibus, una cum R. P. Jacobo Sirmondo contulit Parisiis anno 1631. Joannes Baptista de Cortas, societatis Jesu sacerdos. Vulgo nota est celeberrimi Sirmondi in conferendis dignoscendisqueantiquis codicibus peritia: nihilominus cum hinc et inde ex Castellani citationibus nonnullam ab antigrapho nostro diversitatem observassem, ad eum ipsum confugi, ut de prædicto codice distincte, minutim et exacte instrueret ; quod et præstitit semel. iterum ac tertio ad fontem recurrendo, ea

cem prætermississe videri possit. Quanquam qui non minori benevolentia Castellani vices supplevit eruditissimus noster Stephanus Chamillart, postrema collatione, nonnullos nævos observaverit. Cæterum Castellanus novam cx integro cum prima editione Molani collationem exorsus, in epistola data 31 Maii 1709 per diessingulos variationes quantumvis exiles solertissime adnotavit. Atque eo subsidio vehementer impulsus sum, ut opus, fastidiosissimis disquisitionibus plenum, audentius aggrederer. Fatebor hic ingenue in viri hagiophili laudem, non minori constantia in porrigenda, quoad vixit, auxiliatrice manu perseverasse, quam principio se facturum spoponderat, postquam per subsequentes litteras 31 Julii ejusdem anni datas, non sine mærore significasset, R superiores cœnobii sancti Germani, ad transmittendum huc codicem, per eruditissimum Theodoricum Ruinartium induci omnino non potuisse.

196. Inter hæc amicam disceptationem agitabamus de antiquitate non solum, sed maxime de sinceritate, puritate et simplicitate jam dicti sæpe codicis, quem tot litturis, erasionibus, superinductionibus, adjectionibus, detractionibus, mutationibus respersum diffiteri non poterat; cui cum ego opponerem codices nostros, præsertim Heriniensem, ubique integrum, nitidum, plenum, vetustate et splendore venerandum; ivit ad illud denique quo se tutatur Mabilio, nempe ex Necrologio, illi codici adjecto, constare, scriptum illum Usuardi tempore, ac proinde ab ipsomet auctore : interpolationes vero, lituras, erasiones, inductiones, suprascriptiones et hujusmodi alia, signa sibi videri, ex quibus vere autographum censeri debeat, ab Usuardo ipso diversis temporibus, pronotitiarum accedentium diversitate, sic truncatum, auctum, imminutum, variatum, guemadmodum in autographis, prima manu scriptis, passim usuvenire eruditi noverint. Hinc ad probandam vetustatem huc ad me transmisit Monitum a Mabilione codici illi propria manu præfixum, quod cum in citatasæpius præfatione ad sæc. Iv Benedictinum, parte II, pag. LXXXVII, editum reperiam, malo ipsum inde tran sumere. Sic ibi scribit vir eruditissimus nobis que semper æstimatissimus Mabilio :

197. « Et sane antiquissimum ejus Martyrologii exemplar habemus, eo tempore (nempe sæculo nono, quo Usuardus vivebat) exaratum, cum subjecto D Necrologio, in quo primaria manu mors Irmintrudis reginæ, uxoris Caroli Calvi, signata est Nonis Octobris; obitus vero Caroli II imperatoris, pridie Nonas Octobris manu recentiori. Itaque hic codex scriptus est eo temporis intervallo quod effluxit inter annum 869, Irmintrudis supremum, et annum 877, quo Carolus Calvus defunctus est. Idem etiam confirmatur ex Ebroini episcopi et abbatis sancti Germani obitu, qui anno 858 contigit, prima manu xiv Kal. Maii consignato; cum successorum ejus Hilduini et Gozlini, xvi Kal. Maii; atque Eboli, vi Nonas Octobris obitus secunda manu conscripti sint.»

diligentia et scrupulosa ferme religione, ut nec api- A Nimis mihi probata est Mabilionis sincera fides, nimis perspecta ejus in distinguendis vetustis characteribus solertia, ut adductas obituales notas, earumve exploratam diversitatem in dubium velim revocare, quamvis si codicem ipsum licuisset inspicere, ac severiori critice Necrologium istud excutere, omnia inter se componendo conferendoque, forte nonnulla occurrissent quæ vim argumenti infringerent, aut saltem exceptionibus ansam præberent.

> 198. Neque vero ex signatis Neerologii annis ea convictio exoritur, quam mihi ingerebat Castellanus. Quid-si enim totus ille codex, centum et, si vis, ducentis annis post Usuardi obitum scriptus sit, ecquid eadem prima manus Necrologium aliquo usque prosequi potuit, secundaria autem nescio quæ reliqua supperaddere?Ut valde probabile admitti debet Mabilionis argumentum, ut convincens, nequaquam : magis convinceret, nisi adessent quæ in codicis commendationem non magnopere faciunt. Certe ex aliis mox deducendis. alterutrum forte probabilius confici posse videbitur; vel diversa Usuardum scripisse Martyrologia, seu ejusdem Martyrologii variata exempla, ex quorum uno Heriniensis noster atque alii processerint, quemadmodum ex aliquo ali Prætensi simili, sumpti apparent Autuerpiensis major, Rosweydinus et Aquicinctinus; vel ad Usuardi ætatem prædictum Pratense manuscriptum pertingere non posse, atque adeo rccentius exaratum dici oportere, idemque a posteris ejusdem instituti monachis, eo quo jam exstat modo interpolatum et reformatum, aut potius deformatum fuisse, quod ex tota codicis structura, ex vario charactere, aut ex scripturæ ejusdem, diversis temporibus et diverso atramento, appositione, nævisque aliis magno numero occurentibus, sibi continuo objici posse, facile advertit Mabilio.

> 199. Audiamus vero quo pacto ad hæc sese præmuniat citato nuperrime loco. Sic ibi pergit : « In illo Usuardi (sic enim appellare licet) autographo nonnulla passim additamenta reperiuntur, quædam etiam lituræ et scripturæ, eodem, ut videtur, tempore superinductæ, fortasse ipsius auctorismanu, qui opus suum identidem recognoverit. » Haud equidem diffiteor id ita fieri potuisse, ut mihi non semel a Castellano dictum regestumque est. Vellem ta verisimile reddi posset, atque codicis illius patronis effugium placet : aliunde enim infra arguemus, si verus est Mabilionis Achilles, non tantum vitæ Usuardo superfuisse, ut tot variationes in autographum suum induceret. Ergo mibi videor rem omnem diutius, maturius, accuratius et ex professo expendisse, dum diebus singulis textus singulos, imo singulorum textuum commemorationes, cum aliis codicibus, itidem Usuardinis, purioribus et ntegrioribus contuli; ex qua collatione difficultates offendi, quæ prædictum, seu vere, seu prætense autographum in pluribus, ut minimum suspectum reddant, quanquam de cætero primum ei inter

sitationes meas atque occurrentia sæpenumero dubia proponere, quæ ab crudjssimis viris, codicis jam toties laudati possessoribus, dissolvi velim.

200. Non repetam quæ toto sparsim opere in Observationibus meis Pratensi illi autographo singillatim opponere coactus sum : sufficiet dies hic aliquot indicare ubi ea reperiri possint. Videat lector mense Januario, I, IX, XII, XIII, XIV, XVI, XXII, XXVI, XXVIII, XXIX, XXX, XXXI. Mense Februario, die III, VIII, XVII. Mense Martio, die x, XVII, XVIII, XXVI, XXVII, XXIX, XXX. Mense Aprili, die II, XII, XVII, XIX, xxII, xXIII, XXVII. Mense Maio, die x, xI, XXVII. Mense Junio, die 1, 1v, v, 1x, x, xv, xv11, xx1, xxv, xxvi, xxx. Mense Julio, die 1, vii, xi, xviii, xx, xxii, B suerit eo die explicatum, et, ni fallor, abunde rexxviii. Mense Augusto, die xii, xxiii, xxvi, xxix, xxx. Mense Septembri, die 1, 111, v, xx111. xxv, Mense Octobri, die xIII, xvi, xvii, xix, xxiv, xxx. Mense Novembri, die 1, 11, X111, X1X, XXI XXIII. Mense Decembri, die IV, XXII, XXV, XXIX, XXXI. Et locis ferme octoginta, atque aliis non tam scrupulose hic annotatis, a simplicioribus codicibus aliistum excusis, tum mss., dissentit Usuardus Praten, sis (quanquam non semper ea causa e purorum numero exclusus sit), tot, inquam, locis aut mutatus, aut auctus, aut contractus, aut interpolatus est, quid igitur aliud inde consequens videri possit, quam aut autographum non esse codicem illum, aut saltem aliud fuisse autographum unum vel plura, ex quo vel ex quibus lleriniensis et alii, Pratensi puriores, de quibus infra agemus, descripti sint.

201. Scio cum Mabilione et Castellano mihi reponendum, non paucas ex recitatis variationibus tales esse, ut licet lituris inscriptæ, aut ad finem additæ, aut translatæ, transpositæ et intortæ sint, potuerint tamen ab ipsomet Usuardo, opus suum identidem recognoscente, ascribi vel superaddi. Novi poetæ verbum, jus summum summam sæpe esse malitiam, vol ut alii legunt, injuriam. Nolo esse exactor nimis rigidus, nolo contendere, nolo vetustissimum primariumque Usuardi exemplar concuterc, nedum convellere; imo id pervelim, ut venerandus codex ab omni prorsus suppositionis vel minima suspicione liberetur. At enim, ubi nuda veritas inquiritur, nefas est quidquam dissimulare; aperte omnia eloquor. Id scrupuli remanet, quod mihi hactenus D xx Julii, ad quem interpolator aliquis Vulmarum eximere haudquaquam potui. Demus additiones plures, mutationes, interpolationes, superinductiones, transpositiones, ab ipso auctore factas; necdum perspexi qua satis ratione solvantur variationes illæ, prima ipsa manu in ipso textu codicis Pratensis expressæ, quæ in nullis aut solum perpaucis codicibus, tum scriptis, tum impressis, reperiuntur. Hinc enim fit verisimile, quod supra innuebam, argumentum, aut Pratensem codicem plane autographum non esse, nec proinde Usuardi ipsius manuscriptum; aut Usuardum ipsum plura autographa scripsisse, quorum alia ab aliis descripta

.

alios locum semper tribuerim. Liceat mihi hæ- A fuerint. Id jam paulo clarius et distinctius exponendum superest.

> 202. Toties appellatus et inposterum appellandus Pratensis codex, ad x11 Januarii, sic secundam annuntiationem exprimit : In Casarea Mauritania. sancti Archadii, etc., nulla usquam litura, nulla superinductione apparente. Atqui ea positio, seu martyrii locus in Cæsarea Mauritaniæ, in nullis aliis nostris codicibus, tum excusis, tum manuscriptis, præterguam in extracto Aquicinctino occurrit; ergo codices alii ex autographo Pratensi descripti non sunt, ergo vel autographum non est, vel necesse est admittere plus quam unum autographum exstitisse, aliosque codices ex une, alios ex alio descriptos. Quid ad hoc argumentum Castellanus repofutatum invenies. Mihi certe ea ratio urgentissima semper visa est, talisque ut nulla exceptione, nullo effugio enervari facile valeat, quidquid variis modis tentaverim, aut vim elidere, aut saltem aliquo pacto emollire, ut paulo infra latius explicabo. Ne vero ex unica illa commemoratione id me credas conficere, vide quæ aliis locis in eamdem rem dicta sunt, xvi et xxxi Januarii, xii et xvii Aprilis, xv et xvii Junii, xu et xxu Augusti. Unum præterea aut alterum exemplum adducamus : xvii Aprilis sic penultimo loco, ante annuntiationem Cordubensium legitur: In Oriente, beati Nicofori, etc. Abest Nicephorus a probatissimis quibusque codicibus, in solis Rosweydino, Aquicinctino et Bruxellensi repertus, adeoque nec suit in eo autographo, ex quo alii notæ optimæ desumpti fuere.

> 203. Notavit Castellanus in textu Usuardino, Pratensi diem 5 Junii fuisse transcriptum (redefcrit) in adjecto foliolo, incipiendo a Bonifacio, prætermissis martyribus Egyptiis. Quæro an primaria manu, an secundaria? Si primum, militat argumentum; si secundum, non minus premit. Nam hic etiam cum Pratensi conveniunt perpetui ferme ejus socii, Antuerpiensis major, Rosweydinus et Aquicinctinus, aliis omnibus plane discrepantibus. Rursus codices omnes, excepto Pratensi et sociis illis tribus, legunt xvII Junii in medio textu : *Bodem die sancti* Vulmari confessoris, admirandæ, etc., alii isti tres cum Pratensi, ipso illo die et loco agunt de Gundulfo Bituricensi. Recurrit major confusio ad diem transtulit, expuncto illic Paulo, martyre Cordubensi, quem alii codices prope omnes constanter signant. Hæc et id genus alia, ab ipsomet Usuardo mutata fuisse mihi quidem non satis fit credibile. ut diebus illis, pluribus ostendo. Sequitur denuo primarios nostros et puriores codices, ex quibus Usuardi textus desumi debuit, aliunde quam ex Pratensi codice fuisse descriptos. Qui dies cæteros hic assignatos aliosque plures consuluerit, eamdem ipsam conclusionem facile eliciet.

204. Hisce aut componendis, aut utcunque salvandis, modos potissimum duos excogitari posse

ł.

557

video. Primum, si concedatur, auctorem Martyrolo- A num 869 et 877; imo admittendum erit scriptum. gii Usuardum, opus suum semel atque iterum et forte tertio transcripsisse aut transcribi curasse, sic ut ecgrapha illa successive descripta, prout forte imperatori aut aliis offerri debebant, hinc inde postea in nonnullis ab auctore ipso correcta, limata aut mutata fuerint, accedentibus, ut fit, novis notitiis, seu veris seu falsis. Porro ex diversis illis transsumptis accepta fuerint apographa illa, quæ cum autographo in sancti Germani relicto, non usquequaque concordant. Hoc vero ibi servatum, toties subinde deletum, erasum, superinductum, interpolatum et deturpatum sit, ut Mabilio ipse de vera ejus authentia dubitaverit. Certe aliquid, mea quidem sententia, defuisse fatendum est, cum eruditi illi viri, tot antiquorum manuscriptorum edito- B res, ab hoc promulgando, quantumvis sæpe provocati, tandiu abstinuerint : procul.dubio, liturarum et mutationum intercurrentium multitudine deterriti. Sed quidquid a vulgando Usuardo suo ipsos remorari potuerit, via hic assignata, ad elidendas et aliquousque explanandas objectas difficultates, mihi semper verosimillima, aliisque omnibus expeditior visa est.

205. Aliam nihilominus, seu modum alium suggero, præfatis objectionibus sese extricandi ; quanquam non tanta probabilitate subsistat : si nempe tantisper supponatur primos ipsos Usuardini autographi descriptores, aut per oscitantiam omisisse aliqua, aut proprio arbitrio decerpsisse quæ arriderent, eademque auctoritate, quæ non placerent præteriisse. Id equidem satis plausibiliter excogi, tari posse non inficior: verum an harum rerum periti, id sibi persuaderi patientur ? An credent id tam facile contingere aut potuisse, aut saltem licuisse, in eo potissimum Martyrologio, quod Cæsarea, ut ita dicam, auctoritate, ad communem Gallicanarum Ecclesiarum usum destinabatur ? quibus id quidem concessum fateri possumus, ut propria ecclesiæ suæ festa adjicerent ; Sanctosautem extrudere, aut commemorationes mutare; id vero est, quod sub ipsis principiis toleratum, haudquaquam existimamus. Hæc fere sunt, quæ pro suspectanda vel propugnanda tuendaque Pratensis codicis vetustate candide censuimus, hoc unice quærentes ut ei sarta tecta maneat vel ipsa Usuardi ætas, admittaturque correctiones omnes, interpolatio-D nes, etc., in quibus eadem manus apparet, ab ipso Usuardo factas fuisse ; quamquam id creditu difflicillimum, propter aliud quoque argumentum, quod hic subjicio.

206. Qui Usuardum pridem ad Caroli Magni tempora rejecerunt, ea ducti sunt ratione, quod ejus-Martyrologium Carolo Augusto dedicatum esset; ast alii nobiscum recte reposuerunt probationem nullam esse, cum et Carolus Calvus Augustus, seu imperator fuerit, atque huic ut imperatori oblatum. Supra autem ex Mabilionis conjectura admisimus scriptum fuisse Martyrologium inter anvel saltem completum fuisse post annum 875, quo primum Calvus imperator creatus est, adeoque probabilissime anno proxime sequenti 876. Insistendo Mabilionis conjecturze, consequens etiam erit obiisse Usuardum ante Calvum, cum hic alia manu Necrologio inscriptus sit, proindeque, ut summum, ad initium anni 877 supervixisse, uno circiter post absolutum et oblatum Carolo imperatori Martyrologium suum, Quis jam credat unius aut paulo amplius anni intervallo, tam multa Usuardo occurrisse, quæ in Martyrologio vixdum imperatori, atque adeo ecclesiis Gallicanis communicato, eradenda, mutanda, obliteranda, transponenda, interpolanda fuerint? Imo quis suspicari ausit id Usuardo aut fas aut integrum fuisse, postquam Martyrologium ab in.peratore et ecclesiis esset admissum? Rursus, quis suadeat toties recursurum eamdem manum, addentem, detrahentem, etc., et tamen tam sæpe apparere atramentum aliud, vel indicia alia, quæ satis convincant multos annos faciendis correctionibus certo intercurrisse.

207. Aliud est, quod codicis Pratensis authentiam seu autographiam incertam reddit, inde deductum quod prima ipsa scriptoris manus constare omnino nequeat. Si enim sola ista, quæ ipsum textum cxprimit, autographa et Usuardina manus est, quæcumque manu alia et recentiori ad marginem sive ad calcem adjiciuntur, Usuardo adjudicanda sunt. Atqui non raro occurrit, ut similia adjectamenta, in omnibus aliis codicibus proprio loco reperta, certo demonstrent iffa ipsa verissime Usuardina esse; hinc itaque consequitur, omnia, quæ in eo codice continentur, prima ipsa Usuardi manu scripta non esse, vel ipsum diverso charactere usum fuisse, quorum alterutrum non facile digerent autographi illius, seu veri seu prætensi propugnatores. Inter varia exempla, illud in argumentum assumo, quod nobis offert mensis Novembris dies vuin elogio Herculani Perusini episcopi : Cujus corpus post abscisionem capitis, etc., desumptum ex Magni Gregorii Dialogorum lib. III, cap. 13. Hoc autem reperitur in exemplaribus omnibus, seu primæ, seu secundæ, seu cujuscunque notæ, sive manuscriptis, sive typis editis, si Tornacensem et Pulsanensem excipias, quibus familiarissimum est similia elogia aut decurtare, aut prorsus rescindere. At vero hoc ipsum elogium codici Pratensi ad marginem adjectum est, ac teste Castellano (à la marge et en leltres moins anciennes que le texte) hoc est, recention manu : ergo in præfato codice aliqua vere Usuardina sunt, quæ nihilominus recentiori manu ascribuntur; ergo non constat primam manum esse Usuardinam. Quæro, utra sit ? Falli et doceri cupio, at tot defectus, augmenta, inductiones, mutilationes, etc., plane natæ sunt suspicionem injicere, codicem illum qualemcumque, non magis quam cæteros autographiæ prærogativa donatum.

208. Hèc et quæcunquæ alia in Observationibus

Usuardinis de iliustrissimo codice, ultro citroque A stellanus, sincere testando, annuntiationem istam : dicta, si velim accipiant eruditissimi nobisque æstimatissimi RR. PP. Benedictini sancti Germaniut, veritatis indagandæ gratia, unice discussa et disputata. Solam illam, solam Usuardinam simplicitatem, jam tot annis atque ex tam variis exemplaribus quæsivimus; quæ si ex solo Pratensi manuscripto hauriri potuisset, non existimo codicis illius possessorcs, tot sæculis eruditos omnes, ejus avidissimo, tanto thesauro privaturos fuisse. Solet passim longe plurisfieri Molani editio, quam laudatus toties codex, sive vere sive prætense autographus, nec me in ita sentientium numero csse diffiteri ausim. Si fallor, errorem et mihi et cæteris eximat ex ea celeberrima Congregatione doctus aliquis, harumque rerum peritus; dubia mea, imo errata, B longe antecellat. Scriptura vetustatem satis probat, in qua, codice ipso privatus, incidi, explanet et diluat; primus ego promptissime retractabo quidquid forte de autographo illo iniquius sensisse dici possum. Satis equidem de republica litteraria meritus videbo, si id ab ipsis importunius extorsero, quod nemo hactenus precibus et exhortationibus impetrare valuit : puta, si id dubitationibus meis efficiam ut Usuardum ipsi suum nativa simplicitate. iisque, quibus voluerint, adnotationibus vindicatum publici juris aliquando faciant; imo si eodem impetu Usuardum nostrum succutere conentur, sic cecidisse, triumphus erit; eundem omnes scopum præfixum habemus, ut, dissipatis tenebris, errores depellantur, eruatur veritas, antiquitas ecclesiastica vel æmulis studiis illustretur, ad majorem C feratur translatio sancti Nicolai, si hæc vere con-Dei sanctorumque gloriam.

II. — De nostro primario Heriniensi codice.

209. Bollandus dicto superius præfationis loco pag. 51, postquam Pratensem, et alium Miræi codicem laudasset, sic pergit: « Sed quod supra citavi exemplar nostrum, utrique illi longe præfero, et purlus ac sincerius reor, nam antiquissimum illud Parisiense, Idibus Januarii hæc babet : In monte Verziaco, S. Viventi confessoris, cum constet, post Usuardi ætatem translatas esse Vergiacum S. Viventii reliquias, nisi extremis fortasse Calvi temporibus scripsit, et diu postea illi superstes vixit, istaque tunc adscripsit. Sed a nostro illa, quod ideo magis genuinum censeo, absunt exemplari. Fuit hoc quondam monasterii Carthusianorum, quod B. Mariæ Virginis D Capellæ dicitur, sive de Herines » (hinc nos Heriniensis appellatione derivavimus) « juxta Edingam aut ut nuncappellatur Enghianum, Belgii oppidum: deinde Augustini Hunnæi, viri celebris fuit, postea donatum collegio nostro Lovaniensi. » Quod hic Bollandus præclarissimum codicem nostrum Heriniensem Pratensi præferat minime miror; magis etiam fortasse prætulisset, si labes novisset et maculas, quibus repersum esse a Castellano edocti sumus : præferet quilibet, nisi vehementer fallor, qui utrumque inspexerit contuleritque. Verum illud quo Bollandus utitur, argumentum elidit idem Ca-

In monte Verziaco, etc.. secundaria aliqua manu codici Pratensi adjectam, ut xui Januarii agnoscimus; id quod a Sirmondo et Cortasio observatum non fuerat.

210. Si de utriusque manuscripti votustate quæritur, ultro et lubens fateor, Heriniensem nostrum membraneum Pratensi palmam omnino cedere, si vel sola characteris forma attendatur, quæ teste Castellano, in Pratensi modum scribondi antiquissimum refert, quem ipse vocat Carlovingiacum; Heriniensis vero, paulo elegantiorem ac nitidiorem, duobus minimum sæculis posteriorem. At si puritatem spectemus, sinceritatem, integritatem, simplicitatem, non dubium est quin codex noster alteri tametsi a peritissimo librario depicta sit, habetque præ cæteris ferme codicibus, quod diphthongum æ clare semper efformet per e, recepto more sæculo xi, ad quod codicem illum revocandum majores nostri merite censuerunt, cum nulli sancti eo sæculo reccentiores adjiciantur. Sic xix Aprilis textui Usuardino attexitur: Depositio domni Leonis papa, qui Ecclesiam beati Remigiit edicavit: sed, ut vides, absque sancti titulo; obiit nimirum anno 1054. Item 1 Junii legit : Treveris civitate, depositio beati Simeonis monachi, etc., quem mortuum constat anno 1035. Titulo beati insignitur, communi nomine, etiam post canonizationem (anno 1042 factam) a Martyrologis tribui solito. Cum autem IX Maii retigit anno 1087. consequi debet codicem nostrum sub sæculi finem exaratum fuisse.

211. Scio majores nostros pro occurrentium circumstantiarum varietate, nonnunquam circa hujus codicis ætatem, opinionem tantillum mutasse, uti de Henschenio invenies tomo I Junii, pag. LXXXVIII, litt.D.; at de sinceritate et puritate dubitari haudquaquam potuit. Non negaverim additiones aliquas ab Usuardo diversas hinc inde occurrere; verum si Rhemenses, aut provinciæ Rhemensis, quæ ferme Treverim usque extendebatur, sancti removeantur, luce meridiana clarius patescet inter omnes Usuardinos codices, tum excusos, tum manuscriptos, principem locum meritissimetenere, adeoque ex antiquo Usuardino autographo, vel saltem purissimo apographo olim fuisse descriptum. Difficultas Henschenio visa est quod xv Octobris in textu secundo loco inseratur : Bodem die : sancti Oswaldi, episcopiel confessoris, ut habetur tomo III Februarii, pag. DCCL. Sed tunc in ea erat opinione Henschenius quod codex noster sæculo x esset antiquior, cum alia loca, quæ juniorem ostendunt, necdum expendisset. Si quæras cur eo die potius quam xxviii aut xxix Februarii Oswaldum retulerit codicis descriptor, fatebor me veram causam ignorare. Si conjecturas quis cupiat, apud Henschenium citato loco requirendæ sunt. Fatemur annuntiationem Oswaldi additamentum esse ex cultu, quem in Gallia, præsertim in provincia Rhemensi, peculiari aliquo titulo obti- A institutione. Tum xxv, In pago Viromandensi, S. nuerit.

212. Tales accessiones Rhemenses in hoc nostro codice frequentius offeruntur; quæ si abessent, paucissimæ aliæ reperirentur, ut recte Molanus supra numero 191 ipsum vocaverit, Usuardinum manuscriptum, qui vix ullas additiones, præterquam de sanctis Rhemensibus. Hanc codicis patriam esse prorsus non dubito : inde translatum oportet ad carthusiam Heriniensem, olim S. Maria Eremi, seu Montis Dei, quæ e primis totius Belgii carthusiis fuit. Conjecturam hanc meam, atque una codicis ætatem confirmat addita recentiori manu ad marginem 11 Nonas, seu die 1v Octobris, hæc commemoratio : In Calabria, depositio beati Brunonis confesappositam reor ex solo singulari hujus carthusiæ erga parentem veneratione, cum aliunde notum sit quam tarde Brunoni publicum cultum Ecclesia decreverit. Ex his abunde declarantur Usuardi hujus Heriniensis ætas, patria, natales et migrationes; ne quid desit, et formam addo, quæ recepto usu, in quarto nuncupari solet; estque compactus cum tractatu manuscripto sancti Hieronymi in Epistolas Pauli et alias Canonicas; cui in fine attexitur Kalendarium cum anniversariis cœnobii Heriniensis. Dixi supra num. 169 annum in hoc codice, uti et in Pratensi inchoari a vigilia Nativitatis Domini.

213. Jam vero, ut de ejusdem simplicitate et puritate statuas, percurre menses singulos, augmenta Rhemensia secerne, continuo perspicies pauca additamenta immisceri, raras interpolationes, lituras vix unam aut alteram. Ad Iv Januarii refertur Rigobertus Rhemensis archiepiscopus ; xv de Mauro adjectum, discipuli B. Benedicti abbatis. Demum xxIII nescio undeaccersitus sit beatissimus Hildephonsus. nisi hic aut in provincia Rhemensi, aut in cœnobio, cujus olim codex fuit, peculiarem cultum habuerit. Mense Februario, Blasius ad III retractus est; VIII additur Paulus Virodunensis, forte ibi etiam proprius. Mense Martio, sola prima die defectus aliquis reperitur. Mense Aprili, præter Rhemensia, xvm de Materno, xix, de Leone IX; xxiv, de Bova et Doda, xxx, de Maderniano; sola occurit Maria Egyptiaca, quæ ad Ix signata est Mense Maio; quinque dies sunt ab Usuardo diversi, ut 1 de Marculfo; vin, de Gibriano; 1x, de translatione Nicolai; xx, Romanimo-D nachi; xxix, de translatione Remigii; sed multum fallor nisi hæc omnia Rhemeusi provinciæ propria sint. Mense Junio, viii in Medardo, aliquid deest; xx1,omissus Leutfredus; xx111, deest Felix Sutrinus, quemadmodum et 111 Julii, socii ejus Irenœus et Mustiola, de quibus vide nostras Observationes.

214. Præterea, mense Julio una occurrit litura in principio, quam puto esse de translatione S. Benedicti; xvIII, adjectus est Arnulfus; deinde xx et xxIII translationes Rhemensibus celebre de Theodosia et Nicasio. Mense Augusto, xix superadditur textui Bertulfus abbas, ex propria, opinior, cœnobii

Hunegundis. Mense Septembri, 1, agit de Ægidio, Sinicio, et Nivando, tanquam Rhemensibus; III, additur Remaclus; vii, xxv et xxvii, item de Rhemensibus : at x nonnihil mutilus est ; xx interpolatus, ut Observationes nostræ fusius explicant. Mense Octobri, 1, purus non est; xxvII, ponitur Vigilia sanciorum Simonis et Judæ; de qua dubitari potest an Usuardina non sit; xI, xv, xvI, xx, xXI et xxv, non excedit nisi in solis Rhemensibus. Mense Novembri, 1, 11, VI, IX, XV, XVIII, XXIII, XXVI. Demum mense Decembri, IV, XVI et XXIX, pleraque additamenta pure Rhemensia sunt. Ineat modo rationem curiosus aliquis, conferat Heriniensem cum famoso Pratensi autographo, utriusque excessus aut defectus soris, primiinstitutoris ordinis Carthusiensis, quam B ad æquam lancem, ad justam trutinam excutiat, si nullo ducatur partium studio, spondere ausim, ratione rite subducta, pedibus et manibus in nostram iturum sententiam.

§ III. De Tornacensi aliisque vetustioribus maxime probatis.

215. Secundum ab Heriniensi codicem censemus eum qui apud nos Tornacensis vocatur, quem aliquando cathedrali illi perantiquæ in usu fuisse, aliunde nobisnon constaret, ex additionibus ei ecclesiæ propriis satis demonstraretur. Credimus autem ex Altovillariensi prope Rhemoscœnobio Tornacum delatum, aut forte ex monasterii illus codice alíquo olim transsumptum, ut dixi in Observationibus meis, præsertim iv Julii. At quæcunque demum codicis origo fuerit, speciem et antiquam et elcgantem refert, majori forma in membrana scriptus, atque elegantibus, quamvis nonnihil extritis, cancellis distinctus, quibus quandoque textus magis aptari videtur, quam cancelli ipsi textui accommodentur. Ætatem ejus ex subjuncto Necrologio, eadem, ut apparet, sed pressiori manu scripta, sic probabiliter erues, si attendas Anselmum et Geraudum vel Geraldum, Tornacenses sæculi x11 episcopos; atque item Stephanum et Gosuinum, alias Goscelinum, qui anno 1203 et 1218 vita functi sunt, prima manu signari; at vero Walterum, oriundum de Tornaco, hujus ecclesiæ episcopum, cui Sammarthani cognomentum Marvis apponunt, quique sedem tenuit ab anno 1219 ad 1252, in præfato Necrologio referri xiv Kal. Martii, manu secundaria, quemadmodum et successores, Walterum de Maudra, defunctum 1262, et Joannem de Buchel vel Buchiaul, mortuum 1266; unde verosimiliter conficitur scriptum fuisse Martyrologium inter annos 1219 et 1252. Hæc pro codicis ætate.

216. De sinceritate et simplicitate ex Observationibus nostris statuent æqui lectores. Certum est a prioribus duobus multum recedere, non quidem sæpius in sanctorum numero, sed nonnulla annuntiationum correptione, quasi revera paratis cancellis, ut jam dicebam, Usuardini indiculi aptari debuerint ; vel quod librarius minori scrupulo, gras-

sari nonnunquam, et longiores orationes contrahere, A ætate supparem esse; quod ettam ostendit apposita sibilicitum putaverit. Quod si cavisset scriptor ille, quicunque primus codicem temeravit, de nativa simplicitate codex hic cum Heriniensi ferme certaret. Singulas contractiones enumerare nimis tædiosum foret; generatim loquendo, aut purus passim, aut puro proximus est ; aliquantulum deviat xvi, xvii, xvm et xx Julii, atque item x1x Octobris, ubi excusari potest, quod propria aliqua, aut Altovillariensia, aut alia perperam Usuardo, vel saltem Martyrologio sub Usuardi nomine asc ripserit. Dolendum profecto amanuensium vel in curia, vel audacia tam insigni codici debitum decorem splendoremque ademptum fuisse. Titulus et præfationes avulsæ sunt, habetque hiatum plane notabil em arx Augusti ad xxvi Septembris, avulsis, imperitorum culpa, B pretiosis foliis. De adjuncto Necrologio, satis diffuso, dicere cœpimus; ex eo Tornacensis ecclesiæ benefactores plurimi facile dignosci enumerarique possent.

217. Tornacensi ætate suppar, qui multo antiquior majoribus nostris visus est, codex domus professæ societatis Jesu Antuerpiæ, quem Henschenius, non uno loco; tomo II Aprilis, pag. ccccxLv, infra E; tomo II Maii, pag. cxxx1, infra B; in Prætermissis, de S. Letardo ; rursus xviii Maii, in Præter missis de S. Mildreda virgine ; tomo IV, pag. cxxxviinfra A, et alibi, ante annos sexcentos scriptum pu. tavit. Specimina ex eo inter Bedæ exemplaria protulit Bollandus præfationis generalis pag. xux, ubi recte advertit, Bedæ nomine, sed ab recentiore ma- C nu prætitulatum esse. Notat item, et vere, Ang licanum esse, nam plnribus diebus, ut alibi sæpe suis locis ostendimus, augmenta Anglicana adjecta exhibet. Hoc vero codici huic peculiare quod uniformis non sit, aliquando enim, ut mense Januario, auctior est, alibi passim purus Ussardus; mense Octobri et Novembri manu paulo recentiori suppletus. Quod de Heriniensi diximus, seclusis Rhemensibus, purissimum esse, id ferme de hoc codice dici posset, si Anglicana nonnullaque in principio liberiora augmen_ ta abessent. De Auctariis Anglicanis, vide mensibus singulis dies plerumque aliquos; notavi : ex Julio, II, VI, VII, VIII, XV, XVII, XXXI Ex Augusto, xxiv. Ex Septembri, IV, XVI, XXX. Ex Octobri, VI, -vin, xi, xii, xiii et xv, etc.

218. Hæc codicis patriam abundantissime pro-D bant. Ad ætatem quod attinet, puto extritas rubricas, exesas litteras, et lacera hinc inde folia Henschen ii oculos fefellisse, nam ex sexcentis annis, meo quidem judicio, bina sæcula subdici possunt, sic ut ad sæculum xiii pertineat. Forma litterarum cum Tornacensi satis aperte convenit; at decretorium argumentum præbet adnexa vi Julii, S. Thoma martyris translatio, ubi certissime Cantuariensem episcopum indicari existimo, cujus translatio eo die, saltem eo mense facta cognoscitur anno viii Honorii III pontificis, qui est 1223. Unde patet me recte principio dixisse codicem hunc cum Tornacensi

utrique xxv Novembris sanctæ Catharinæ commemoratio, in antiquioribus, Pratensi, Heriniensi, sequenti Rosweydino aliisque ignotæ. Porro codex iste ut inter Usuardinos proprio aliquo nomine designaretur, breviori appellatione a nobis vocatus est An*tuerpiensis major*, ut contradistinctus a minimo in forma octava, quem simpliciter Antuerpiensem dicimus, et alium grandem tomum, qui Antuerpiensis maximus nominatur, cum hic noster sit in forma quarta membraneus, compactus cum Beda ecclesiæ Atrebatensis, ex quo Florus ille a nostris editus potissimum eductus est. Notavi superius non pauca hinc inde reperiri, in quibus cum Pratensi concordat, tum maxime cum hic a cæterorum turba recedit.

219. Postremis duobus Usuardis hic descriptis, ætate paulo superior est præclarus omnino codex, manu elegantissima in membrana, majori forma seu folio exaratus, qui fuit ecclesiæ B. Mariæ Ultrajecti, tantiolim a Rosweydo æstimatus, ut ex eo genuinum Usuardum reddere cogitaverit in magna illa Martyrologiorum, duobus voluminibus collectione manuscripta, quæ apud nos exstat, hujus præfat onis exordio atque alibi non semel citata. Hinc codici ipsi nomen inditum:ne enim sæpius recurrerret longa illa paraphrasis ecclesiæ B. Mariæ Ultrajecti, breviori nomenclatura Rosneydi vel Rosneydinum semper appellavimus. Habet sane nostrum hoc manuscriptum quo nitore, ornatu el elegantia legentium oculos rapiat; at enim licet his titulis, imo et vetustate sua priores duos Tornacensem et Antuerpiensem majorem antecellat, locum duntaxat quartum inter Usuardinos Musæi nostri obtinet, cum puritate etcr sincitate tantum illis inferior sit quantum superat antiquitate. Non multa contrahiu hic scriptor, sed pro sua licentia amplificat; frequentiora ex Hieronymianis codicibus additamenta nonnunquam mihi suspicionem injecere, Grevenum in augendo Usuardo, vel ipsum hunc codicem, vel saltem ejus ecgraphum adhibuisse.

220. Cæterum de codicis hujus ætate notavit Henschenius tomo II Aprilis, pag. vII, infra litt. A, hoc Martyrologium citans, quod ante quingentos annos ex Martyrologio aliquo Anglicano videtur transcriptum. Hicet ætas et patria vere ab Henschenio designantur. De annis quingentis iterum agit tomo IV Junii, pag. ccccLvi, col: 1, circa finem. At diev Junii, pag. 456, litt. D, in Bonifacio episcopo Moguntino, prædictam ætatem distinctius determinat, afferens exaratum fuisse circa annum 1138. Recte, opinior, et accurate, idque Henschenius colligere potuit ex brevissimo chronico, Martyrologio isti præfixo, quod ad annum 1138 pertingit, in quo clarissime eadem apparet manus qua totum Martyrologium scriptum est. Non puto verosimiliori argumento veteris cujusdam codicis ætalem definiri posse; atque hoc est quod dicebam, Tornacensi et Antuerpiensi majore antiquiorem esse. Accedit et alia valde probabilis ratio, quod careat annuntiatione sanctæ

Catharinæ virginis xxv Novembris. Imo clarissime, A non possumus, simpliciter vocamus Antworpiensem. ni fallor, confici potest ex eo quod de sancto Thoma episcopo Cantuariensi, celeberrimo sæculi x11 martyre, altum sileat, cum is in utroquo priore diserte exprimatur, ut vide in Auctariis xxix Decembris.

221. Quod vero aliis istis simplicitatis atque adeo auctoritatis ordine postponatur, facit jam insinuata descriptoris libertas, qui Martyrologium Usuardinum nimis frequenter ex codicibus Hieronymianis et ex Adone interpolavit, aut aliunde auxit, aut modice corrupuit, ut Observationes quotidianæ Auctariaque nostra manifeste ostendunt. His adde accessiones Anglicanas (unde patriam superius observabat Henschenius) quarum hic pauculas attigisse satis est; cateras lector suis locis facile animadverniensis episcopus. vi Ad Julii, depositio Sexburgæ. Ne singula prosequar, videantur xIII, xv et xxxI Augusti; iv Septembris et alibi sæpe. Prope exciderat adnotare, quod in aliis codicibus rarum est, id in hoc reperiri, ex quo de ejus vetustate liceat facere conjecturam, nempe, quod æque ac Heriniensis diphthongum æascribat per e subvirgulatum, quemadmodum supra de primario illo codice nostro Heriniensi studiose monuimus. Hoc denique repetendum quod de Autuerpiensi majore observatum est, Rosweydinum, quo de loquimur, manuscriptum, cum præfato codice et Aquicinctino, Pratensis vestigiis plerumque insistere, dum hic a reliquis omnibus dissentit.

222. Illustrem vocavit Henschenius tomol Aprilis. pag. xiv, infra litt. E, codicem alium, a præcipua ejus annuntiatione xx Junii posita, Pulsanensem dictum, quoniam ibidem Joanne abbate Pulsanensi ita agit, ut plane det intelligere olim in cœnobio illo ex antiquiori Usuardino exemplari descriptum fuisse, sed sæpissime contractum et decurtatum. Ex anno obitus Joannis, incarnati Verbi 1139, ferme collegit Papebrochius tomo IV Junii, pag. 39, num. 8, tam vetustum esse hoc Martyrologium, ut sub immediato sancti successore Jordano scriptum videatur.quippe aliorum Pulsanensium sanctorum nomina nulla habens. Facile assentior, cum ea signa præferat quæ vetustatem omnino commendent. Indicium vero haud obscurum exhibet, dum de Thoma Cantuariensi ad marginem et recentiori caractere meminit, ut est in Auctariis citata superius die xxix Decembris. Quo D a reliquis deviat, hic cum duobus solitis sociis claspacto ad nos pervenerit, explicat ibidem laudatus Papebrochius, ex notula a Bollando codici præfixa. Scriptus est in membrana, forma octava, principio diebus quatuor mutilus. Jam dixi, et ex toto opere nostro liquet multoties Usuardum abbreviari, et nonnulla quandoque nimis libere omitti; addo, mense Junio Usuardum nonnunquam deseri, et ex Hieronymianis suppleri, forte quod in apographo Usuardino, ex quo descriptus est codex, aliqua defuerint quæ oportuit aliunde accipere.

223. Vetus item, membraneus, in minori forma scriptus est codex ille, quem quia alio remittere

Nulla certa ætatis signa præfert, præter characterem, qui sæculum xiii sapere omnino videtur, mihique id adeo facilius persuadeo, quod nullos sanctos signet eo sæculo posteriores. Sunt in præfixo Kalendario S. Thomas confessor, vii Martii ; xxix Aprilis Robertus abbas, is haud dubie qui ordinem Cisterciensem primus inchoavit. Tum xx Augusti, litteris miniatis, Bernadus abbas, unde non inepte conjicitur codicem olim ad Cisterciense aliquot monasterium spectasse. Ad xv Octobris, ponitur Franciscus; ad xix Novembris, Elisabeth. At vero notandum Kalendarium a manu longe recentiori esse quam sit Martyrologium cui præmittitur; certe nulli in hoc sancti reperiuntur Francisco aut Elisabeth recentiotet. Ad diem x11 Martii adjicitur *Elfragus Winto*- B res. Purissimum Usuardum non esse docebunt Auctaria. De cætero notavi superius num. 172. ex hujusmodimanuscripto factam esse primam illam et omnium vetustissimam editionem Lubecanam anni 1475; unde in opere nostro semper conjunguntur hæc duo Martyrologia citando Antuerp.et Max-. Lubec; quibus plerumque accedit codex alius, cujus so lum extractum seu collationem habemus, ex bibliotheca celeberrimi abbatis Ughelli, unde nomen indi tum, Ughellianus, de quo cum aliis extractis infra agemus.

224. Usuardinis manuscriptis melioris notæ etiam annumerandus venit codex Marchianensis, quem putamus in ipsa abbatia integrum non exstare quandoquidem solum mensem Februarium inde acceperimus, cum lacinia aliqua mensis Martii. Ex eo specimine cætera facile cognosces; utinam, si adhuc supersint, ad nos aliquando transmittantur: id per aliquos e nostris Patribus sæpe jam frustra impetrare tentavimus. Viciniægratia, Marchianensi subjungo Aquicinctinum exemplar, quod licet totum quoque et plenum non habemus, defectum illum abunde supplet accuratissima ejusdem collatio, cum secunda Molani editione anni 1573, ubi ea qua fieri potuit diligentia, variantes lectiones omnes appositæ sunt, ex quibus de totius codicis puritate et simplicitate judicium feratur. Ex præfatis extractis videor posse conjicere codicem illum sæculo tertio decimo haud posteriorem esse; eadem pro Marchianensi sententia. Hoc autem Aquicinctino nostro cum Antuerpiensi majore et Rosweydino commune est, quod ubi Pratensis sem illam peculiarem constituat, de qua jam sæpe superius atque in Observationibus nostris Usuardinis frequenter sermo recurrit.

225. His omnibus subjungi debet, si non puritatis, aut simplicitatis, saltem antiquitatis jure, vetus codex sancti Richarii, quem a priori cœnobii illius nomine Centulensem indigitamus, et merito, cum ex ıv Junii, xxvı Augusti, 11 Decembris et aliis diebus clarum sit ibi olim scriptum atque usurpatum fuisse. Manu sua ascripsit Rosveydus se Martyrologium suum habuisse ex abbatia S. Vedasti, uude prius ecgraphum sibi describi curaverat, quod inter col-

lecta manuscripta, ad Bedam pertinentia, repositum A nominandum censui. Belgicum esse, constat, ex feinveni. Fefellit titulus, hoc modo expressus: Incipit Martyrologium secundum Bedam, per anni circuium. Hinc factum ut a Bollando præfationis generalis pag. XLVIII primo loco inter Bedæ exemplaria repositum sit, extractis sex primis anni diebus, licet a vigilia Nativitatis scriptor Martyrologium exordiatur. Evincunt soli isti dies nihil in toto illo Martyrologio haberi quod ad Bedam ullo modo pertineat. Mihi evidens est scriptorem, quisquis fuerit, Usuardum habuisse præ oculis, quem pro suo libitu aut commodo mutavit, corripuit, interpolavit, in id maxime intentus, ut quotidie pleraque abbreviaret. Jam dixi Martyrologium incipere a vigilia Nativitatis; addo hic principium tale esse, ut merito codex ille inter Usuardinos primæ et optimæ notæ computaretur.

226. Ad quod sæculum reducendus sit; ex scripturæ modo non facile statues, hic enim vetustatem, nisi vehementer fallor, justo antiquiorem præfert. Pressus character, satis elegans, et paulo grandior in membrana, forma quarta, in principio multum exesus, sæculum x11 ferme sapere videretur, nisi ibi legerem ad ıv Kal. Maii, seu xxvm Aprilis: Bodem die Mediolani, sancti Petri martyris ab hæreticis occisi. Item xxv Augusti : In Francia sancti Ludovici regis Francorum, ac gloriosissimi confessoris, xII lc. in cap. Hæc enim plane innuunt scriptum duntaxat fuisse sub initium sæculi xiv. Atqui hæctamen qualiscunque ætas, præcipuus est titulus quo sibi æstimationem aliquam codex ille conciliat cum de cœtero rarissime, præterquam in principio, puritatem attingat, semper ad Auctaria rejiciendus; sicut plurimum, singularem. classem constituens, quemadmodum facit codex alter, qui inter extracta collocatus est olim cœnobii Carthusianorum Ultra- 👝 ponatur. jactensium, sub nomine Matricula, unde quotidie inter accessiones citatur sub titulo Matriculæ Carthuse Ultrajactensis, quæ est etiam purum putum Usuardi compendium, sæpe vel in solo sanctorum numero deficiens. Utrique id quodammodo privilegii concessum, ut ambrorum textus integri diebus singulis describendi fuerint.

§ IV. — De codicibus quos mediæ notæ appellamus.

227. Sequentibus codicibus, plerisque Belgicis D mediæ seu saltem inferioris notæ appellationem indidimus, quod tum ætatis, tum Usuardinæ simplicitatis ratione, cum superioribus plane conferri non possint. Videntur ex eodem, aut saltem non multum dissimili fonte promanare, longioribus hinc inde elogiis respersi; sed, quod mirere, non multis sanctis Belgicis aut aliis popularibus aucti. Inter hos, a voluminis magnitudine nomen sortitus, præcipuus et speciosissimus est codex maximus, eleganti charactere inmembrana descriptus, corio suillo vestitus, cujus cum verum domicilium hactenus non detexerim, Autuerpiensem maximum a diuturna commoratione

stis propriis in Kalendario signatis, ubi x Julii notanter ponitur, singulari rubricæ prærogativa, S. Amelberga, quæ cum in monte Blandinio festivius colatur, suspicionem ingerit, aut in ea abbatia, aut saltem Gandavi codicem olim usurpatum fuisse. Ætatem scrutando reperi, nam inter parva opusoula Martyrologio subjuncta, ante, Provinciale omnium partium mundi, in explicatione versiculorum Paschalium, indicatur annus 1425, eadem manu qua cætera omnia ascriptus. Codicis splendorem et magnificentiam ex eo intelligas, quod singulæ facies, dierum singulorum Usuardinis textibus respondeant; sinceritatem, ex toto operis nostri decursu.

228. Autuerpiensi isti maximo aut compar aut si librarius reliqua eo modo prosecutus fuisset, B proximus est Usuardus Ultrajectinus, forma quarta et ipse membraneus ac nitide scriptus, ad cujus calcem, ante variarum benedictionum collectionem, et patriam suam et comum designat, his verbis: Pertinet ad domum Clericorum S. Jheronymi in Trajecto. Hæc cognomenti ratio fuit, atque ut a duobus aliis Usuardinis Ultrajectinis distingueretur, majorem illum insignem, qui fuit ecclesiæ B. Mariæ, quemque tanti fecit Rosweydus, ab ipso supra vocavimus Rosweydinum; alterum vero typis excusum, cujus solum semestre primum ad nos pervenit, de quo meminimus num. 173, editionem Ultrajectinam Belgicam, hunc simpliciter, Ultrajectinum placuit nuncupare. Nusquam occurrunt certa ætatis indicia; at, si recte conjicio, Autuerpiensi maximonon multo antiquior esse potest. Quodnam proprie tempus designet festivitatis sacrorum Stigmatum, xvi Septembris primo loco posita, non ausim temere determinare. Ut ut fuerit, nihil codici illi detractum volumus, tametsi in serie Usuardinorum manuscriptorum mediæ notæ Autuerpiensi maximo post-

229. Sequentur hinc codices, simul compacti in forma quarta, quorum alter Belgice in membrana, alter Latine in charta crassiori exaratus. Fuit ille, qui vernacula lingua scriptus est, ad usum Sororum regularium lacus sancte Marie juxta Leydam, ut notavit Bollandus tomo I Januarii, pag. 165; alter in Actis vocatur Usuardus Leydensis sancte Cæcili z. Nos eam nomenclaturam in utroque servavimus, ne alias Longiori paraphrasi Lugdunenses Beatorum dicendi essent, aut si simplicius, Lugdunenses vocarentur, facile imperitior aliquis Lugdunum Galliæ, cum Lugduno Batavorum confunderet. Ambos codices Usuardinos esse dubitari omnino nequit sed auctos atque prioribus duobus Autuerpiensi maximo et Ultrajectino perquam similes. Fateor Belgicum, quanquam male depictum, nonnunquam puriusaliqua referre, in quibus cum Autuerpiensi maximoaliguando consentit, ut suis locis indicatum est : verum eampassim tam exigui momenti sunt, ut hac causa, Belgicus Latino præferri non magnopere de. beat. Ubi autem concordet invenio, guemadmodum plerumque concordant, sub uno eodem Leydensis nonomine utrumque complector. Neuter antiquitate A beati Francisi, festum majus duples. Item xix Ausæculum xv superare videtur.

230. Duobus proxime adumbratis elegantior est, sed ejusdem, nisi multum fallor, ætatis, codex alius ejusdem formæ, in membrana descriptus, quem a collegio nostro Lovaniensi, cujus olim fuit, Lovaniensem indigitamus. Ipsum ex Autuerpiensi maximo, vel Autuerpiensem maximum ex ipso transumptum crederes, nisi sæpius sanctorum elogia decurtata aut mutilata repræsentaret. Submonuit Bollandus alicubi Martyrologium hoc Lovaniense Ecclesiæ alicujus Belgicæ olim fuisse; cum sanctos signet diœcesis Camaracensis, ut Gudilam, Rumoldum, Gaugericum, Nicasium et alios. At postremi duo Usuardini sunt, ut proinde a solis Gudila et Rumoldo firmanda sit conjectura. Aliunde satis colligitur R Ketillus, aliique locis aliis. Quantum porro ab fuisse cœnobii alicujus ordinis sancti Augustini, guandoguidem sanctissimo doctori semper adjectum exhibeat titulum Patris nostri, idque non solum in ipsius Martyrologii contextu, verum etiam in subjectis opusculis, idque cum Martyrologio olim compacta, ac religiosis illis Augustinianis in usu fuisse existimo. Canonicis autem Regularibus potius quam Eremitis servivisse, inde conjicio quod de sancto Nicolao Tolentinato non memincrit.

231. Sextus mediæ notæ codex nomen habet ab eo cœnobio cujus notam præfert his verbis appositam: Liber monasterii beati Anthonii in Alberghen Canonicorum Regularium, datus a venerabili domino Henrico Mathie, vicario in Wersloe. Ex Miræo, in Originibus Canonicorum Regularium didici, prædictum comobium situm fuisse in Tuenta, diæcesis C olim Ultrajectensis, ex qua codex hic sanctos plerosque consignat. Forma et scriptura cum Leydensi Latino satis convenit, sed isto nonnunguam auctior est. Scriptus videtur ad usum Patrum ordinis S. Francisci, quod patet ex iv et xi Octobris, ex xiii ac xx Junii aliisque locis. Nec mirum videri id debet, cum monasterium istud Albergense exstrui primum cœperit anno 1406, ut habet antiquus aliquis codex noster ms. sub nota + ms. 34, fundationem ipsius describens, narransque evocatos illuc fratres ex congregatione Zwollensi, quæ per id tempus cum Davatriensi regularis disciplinæ observantia et sanctitatis fama maxime inclarescebat, teste præfato nostro codice manuscripto aliisque historiis Transisalanis sæculi xv. Atque hæc pro codicis no- D ret, ex quibus etiam intelliget quantum absit ab titia satis dicta sint.

232. Ordine uti et sinceritate posterior est, licet fortasse ætate paulo prior, codex noster Danicus, qui ab Henrico quodam equite, cognomine Rancou, emptus Lubeca 1584, ad domum professam Societatis nostræ Pragensem devenerat, dono datus Bartio et Janningo an. 1688 ibi existentibus. In prima pagina ascripta sunt hæc verba : Liber conventus Nistadensis provinciæ Daniæ. At Franciscanam familiam spectasse conventum illum probat in inferiore ora folii xvII Septembris recentius ascripta : .In monte Alverno, impressio sacrorum stigmatum gusti, charactere etiam novo: Civitate Massiliensi. beati Ludovici episcopi et confessoris, de ordine Fratrum Minorum, festum majus duplex. Rursus 110ctobris: Translatio sanctæ Claræ virginis, festum minus duplex. Et viii Novembris : Item translatio S. Ludovici confessoris. Sic ad marginem appositi sunt Bernardinus xx Maii; Bonaventura, xiv Junii, etc. Franciscus primum locum in textu occupat, w Octobris xxv Maii : Apud Assisium, translatio beatissimi Patris nostri Francisci. Cum autem translatio Antonii patavini facta 1349 aut 1350, et quæ prima citavimus ab alia manu sint, videtur conjici posse codicem illum sæculo xiv recentiorem non esse. Patriam manifestant x et xi Julii, Kanutus et Usuardina simplicitate distet, ex quotidianis auctariis intelligi dabitur.

233. Supersunt codices duo integri, non ignobiles forma quarta, membranei et satis antiqui, Bruzellensis et Hagenoyensis, quibus inter manuscriptos mediæ notæ postremus locus dandus fuit, quoniam præter cæteros liberius ac liberalius aucti et interpolati sunt : præterquam quod stylo, ordine et ineptiori scribendi modo reliquis cedere debeant. Bruxellensis tomos duos complectitur, præfixo Kalendario et tractatu de decem persecutionibus, per gentiles Romanorum imperatores Bcclesiæ illatis, etc., quibus subnectitur canonici Bruxellensis præfatio, ubi, laudatis antiquorum Martyrologorum, præsertim Usuardi, conatibus, sic inter alia disserit: « Sed negligentiæ vitio hucusque non caruit, quod hujusmodi sanctorum (quos Ecclesia Bruxellensis recolebat) in lectione Martyrologii memoria non fieret, pro iis diebus, quibus nos eorum festa celebramus. Quæ res pia quadam sollIcitudine, venerabiles dominos, præceptores meos, decanum et capitulum hujus ecclesiæ collegiatæ et plebaniæ sanctorum Michaelis archangeli et Gudilæ virginis, matricis aliarum ecclesiarum totius hujus insignis oppidi Bruxellensis Cameracensis diœcesis, ad jubendum, meque ipsorum inutilem canonicum ac obediendum compulit, quatenus ex præfatorum Patrem Martyrologiis, sanctorum solemnitates, » etc. Hinc licentius evagatus, multa collegit, sed male, pro suo arbitrio disposuit, uti auctaria legenti ultro occur-Hieronymianorum brevitate, de qua re diximus num. 38. Ætatem nemo facile eruet : nisi fallor ad finem sæculi xıv vel ad initium sæculi xv pertinet.

234. Hagenoyensem vocamus ab incolatu, sive a possessore Mag. Nicolao Schickio, Hagenoio, nam de cœtero non video magis ad Hagenoyam quam ad aliam quamlibet Alsaciæ vol Palatinatus civitatem revocari debere. Scriptor nomen indicat versibus quatuor pinguioris Minervæ ad calcem adjectis, ex quibus habemus scriptum fuisse Martyrologium anno milleno quater C et duodeno, Junii die decima sesta, Penna fecit litteras Wydo Krentzelin hasg^{luti-}

natas. Poterat scriptionis tempus non improbabiliter A esse, ut manifeste comperi in codice Ughelliano. colligi ex xxvn Septembris, ubi Elzearius Ariani comes per Urbanum V noviter canonizatus dicitur : cum enim ea canonizatio facta fuerit an. 1469, non poterat codex a fine sæculi xiv vel initio xv longe recedere. Porro si Kreutzelinus iste, alicubi a Castellano citatus, hujus Martyrologii collector fuerit, non magnam retulit laudem, nescio quas historias passim commiscens quæ ab Usuardi aliorumque codicum Usuarinorum stylo remotissimæ sunt, quasque sæpe referre piguit. Non poterat tamen codex ab Usuardina classe excludi, cum plerumque eosdem sanctos, imo passim Usuardi ipsius phrasi, quanquam corrupta et luxata, consignet. Hactenus de codicibus plenis et integris quibus in hac editione et recensione usi sumus. В

ARTICULUS V.

De codicibus quorum sola habemus extracta seu lectiones variantes.

235. Hos codices merito distinguimus abiis quosplenos et integros, seu typis editos, seu manuscriptos hactenus retulimus. Perextracta autem seu variantes lectiones, ea hic intelligo in quibus ab Usuardi textu aut excedunt aut deficiunt. Ut rem clarius percipias, paucis explico quæ mihi sæpius narravit bonæ memoriæ magister meus Papebrochius extractorum, præsertim posteriorum, hanc rationem reddens. Dum cum Henschenio annis 1660, 1661 et 1662 per Germaniam, Italiam et Galliam peregrinatus, ea desanctis monumenta, tum Græca tum Latina, collegit quibus Musueum nostrum egregie locupletatum est, ne in describendis Martyrologiis Usuardinis, quorum tanta apud nos erat copia, nimium detinerentur, hac usi sunt methodo. Greveni editione, ut facile portatili magisque commoda, in exemplum assumpta, ubicunque manuscriptum aliquem Usuardum nacti sunt, totum cum Greveni editione anni 1521 contulere, variantibus seu auctariis in adversaria relatis, unde percommode accidit nt, facto temporis compendio, ea omnia compararint quæ alias longiorem moram sumptusque majores postulassent; puta, si singuli isti codices per ipsos aut per amanuenses ad verbum describendi fuissent. Hæc itaque omnia quæ sic adnotata et extracta sunt, lectiones variantes seu accessiones Usuardinas vocamus, quas inter nostra auctaria collocanda putavimus.

286. Præfata extracta, seu variantium elenchi, ferme triginta sunt numero ; suntque adeo totidem codices, quos si superius enumeratis editionibus, quibus usi sumus, quatuordecim, codicibus mss decem et septem, denique octodecim aliis a Chiffletio collectis, adjunxeris, patebit postremam hanc nostram editionem ex codicibus prope octoginta adorantam, illustratam, repurgatam. Nolim tamen dissimulare esse aliquid quod in collationibus et recensionibus ab Henschenio et Papebrochio factis mihi displiceat, cum ex indiculorum nostrorum modo perspexerim non omnes interpolationes appositas passim simili editioni Lubecanæ maximæ et Antuerpiensi manuscripto; prioris enim additamenta omnia exactissime notata sunt, non item ea quæhaud dubie in medio textu inserta fuerant. Quod cum Papebrochio pridem objicerem, candide fassus est ita ab ipsis institutas fuisse collationes manuscriptorum cum Greveno, ut nonnisi de prima et ultima annuntiatione solliciti fuerint. Hæc præmonere oportuit ut advertat lector quam sincere juxta ac rigide expensa et discussa sint documenta omnia ex quibus hæc nostra Usuardina editio concinnata est. Jam extracta, atque una codices unde accepta sunt, sic breviter repræsentabo, ut nihil prætermissus sim quod ad sufficientem omnium notitiam desiderari queat.

237. In nostra collectione primum locum occupat codex Aquicinctinus, non ab Henschenio et Papebrochio, sed ab aliquo, fortasse cœnobii illius monacho, accuratissime et distinctissime collatus, ne neglectis quidem intercurrentibus minutiis. De hoc supra dicere cœpimus num. 224, ubiipsi et Marchianensi fragmento inter antiquioros purioresque manuscriptos codices datus est locus, natatumque in multisconvenire cum Pratensi, Antuerpiensi majore et Rosweydino, tum vel maxime, cum hi a cæterorum turma segregati sunt. Hic præterea cursim observabo quæ codicis Aquicinctini ætatem non obscure definire queant. Qui manuscriptum cum secunda Molani editione anni 1568 contulit ad 25 Augusti, descripta ultima commemoratione : Ipso die, Parisius, elevatio beati Ludovici confessoris, sedulo notavit, hæc calamo longe recentiore adjecta esse. Sic xx1 octobris, ad hanc ultimam etiam annuntiationem : Colonie SS. undecim millium virginum, additur : Hec sunt a manu recentiore. Hujusmodi indicia satis probare videntur codicem ipsum autographum sæculo xm aut forte citius exaratum fuisse. De hoc paulo fusius, reliquos omnes multo brevius enumerabimus, ea sola describendo quæ a collatoribus observata fuerint.

238. Antiquitatis et simplicitatis ordine segui hic deberet manuscriptus Usuardus Marchianensis, citato num. 224 etiam laudatus; sed cum sola fragmenta duo, nempe mensis Februarius et pars Martii penes nos sint, plura dicere supersedeo.

239. Victorinus citari poterat sub duplici nomi-D ne, quippe cum altero collatus; sed satis est id verbo hic indicasse. Variantes seu extracta scripta sunt manu Henschenii, præmissa hoc titulo : Usuardus Parisiensis ms. sancti Victoris, et excusus Molani, collatus cum ms. serenissime regine Suecie, quod pertinuit anno 1521 ad Bernardum Hannetreau presbyterum curatum B. Mariæ in ecclesia Silvanectensi. Videtur fuisse alicujus monasterii in diæcesi Nivernensi. Sæpissime convenit, adeoque in Auctariis sæpe citatur, cum alio codice reginæ Sueciæ signato n. 130, de quo infra.

240. Sequentur fragmenta aliqua codicis ecclesiæ Pulsanensis, ac Messanensis, tum Martyrologii Ple-

2

Ľ

1.50

b. 3

ASPE. 64:2

11

7.1.2

÷.,

36

.....

₩. £

a t

12

ار معتر

11-

<u>e</u>:

pre '

1.15

11.2

۰¢ ۳۰

i-

22

schionensis, quorum primum non magni momenti A est; alterum paulo majus, desumptum est ex manuscripto Longobardico, quod verosimiliter aut plenum non fuit, aut saltem integre legi nequivit.

241. Proximo extracto, etiam ab Henschenio descripto, hæc in fronte præmittutur : Usuardus manuscriptus reginæ Sueciæ, qui fuit illustrissimi principis domini D. Petri Vok Ursini, domini domus a Rosemberg, ultimi et senioris, et e primatibus Bohemiæ, celsissimi et antiquissimi, an. 1609 collatus cum ms. Ultrajectensi in quarto, et excuso Molani. Codicem antiquum non esse ostendit commemoratio S. Bernardini posita xx Maii, cum hic sanctus obierit an. 1444.

242. Ex chartis PP. Fulliensium Parisiis hic interjicitur sanctorum elenchus, qui an plane Usuar-B dinus sit non audeo statuere. Sic incipit : Ex antiquissimo Martyrologio ms. prioratus de Daverone, ordinis sancti Benedicti, diæcesis Carnotensis. Citatur in Auctariis sub nomine codicis Daveronensis. Admiscetur series antiqua regum Franciæ. Tum : Index et catalogus sanctorum, quorum passiones et Vitæ continentur in Legendario ms. RR. PP. Carmelitarum Discalceatorum suburbii S. Germani Parisiis.

243. Ultima totius scripti pars est Martyrologium manuscriptum ecclesiæ Ambianensis. Cum ipsum in serie Usuardinorum repererim, ut tale in Auctariis citavi.

244. Superius num. 116 locuti sumus de codice aliquo integro, inter extracta reposito, sub hoc titulo : Compendiosum Martyrologium, excerptum ex matricula carthusiæ Ultrajectinæ, conscripta in pergameno, saltem primo digesta, jam facile a ducentis aut amplius annis. Poterat hujus codicis descriptor, qui ipsum cum Martyrologio Romano contulit, paulo certius ætatem determinare, si advertisset, xxx Julii sic legi : Brigittæ sanctimonialis, a qua habent ortum illius ordinis observatrices, quæmodernis temporibus in diæcesi Trajectensi oriri cæperunt. Non ponitur Bruno vi Octobris. Est merum Usuardi compendium, semper integre, ut citato numero diximus, in Auctariis descriptum.

245. Tres Usuardi Bigotiani satis puri esse debent, cum pauca additamenta invenerint Henschenius et Papebrochius; hic singulis notas apposuit. De primo sic habet : Usuardus collatus cum Martyrolo- D gio M. bibliothecæ Bigotianæ, sub nomine Eusebii, Hieronymiet Bedæ, quodolim fuit alicujus conventus Patrum Cælestinorum, sign. P. 5. De secundo scribit : Ex ejusdem bibliothecæ codice antiquo signato E 3, vel E 40, qui fuit ecclesiæ S. Stephani, ut putetur, Cadomensis, in quo fere simplex textus Usuardi et paucissima Bellini. Vix ulla in isto additamenta reperta sunt; nec multa in tertio : Usuardus collatus cum terlio vetustiori, sign. D. 9. Omnes incipiunt a vigilia Natavitatis Domini, quo modo Usuardum ipsum Martyrologium suum inchoasse diximus num 169.

246. Sequitur foliolum, P. Chiffletii manuscriptum, sub hoc titulo : Excerpta ex Martyrologio S. Benigni Divionensis, quod ipsum est Usuardi Martyrologium, paucis vel textui insertis, vel ad marginem ascriptis, quæ hic pleraque collegimus. Pauca certe Usuardo adjecta invenio : quæ ad marginem apposita dicuntur, spectant ad dedicationes altarium, vel capellarum, ut plures habentur in famoso Pratensi codice, sed eas prope omnes prætermisimus, nisi cum in aliis exprimuntur. Altera collatio a manu Papebrochii sic depingitur : Martyrologium Usuardi, collatum cum ms. S. Benigni Divionensis, quod est apud Cistertium. Primum vocavimus Divionense, hoc Cistertiense. Alia sunt inter Chiffletianos extracta, de quibus suo loco.

Est deinde Martyrologium Usvardi, collatum cum manuscripto Cluniacensi. Exiguus accessionum numerus satis ostendit codicem istum purioribus annumerandum.

247. Martyrologium Usuardi, collatum cum ms. monasterii sancti Laurentii Canonicorum Regulagium civitatis Augensis. Et in hoc pauca auctaria reperit Papebrochius, atque adeo si collatio recte instituta est, hic etium puris nostris Usuardis accedit.

248. Paulo auctior est is quem Papebrochius ita designat : Martyrologium Usuardi, collatum cum ms. Fratrum Conventualium monasterii sanctæ Mariæ Chamberii, cui subjunctum Kalendarium, continens obligationes et mortes memorabilesillius conventus.

249. Sequens collatio facta est cum duobus Usuardis manuscriptis reginæ Sueciæ, quorum alter notam præfert numeri 130; estque is idem, quem supra diximus sæpe convenire cum codice Victorino. Secundus distinguitur per numerum 428. Utrumque auctiorem, ac proinde a simplicitate Usuardina multum recedere docebunt Auctaria.

230. Ut tres proximi satis dignoscantur, describendus est totus Papebrochii titulus : Martyrologium Usuardi, collatum cum ms. A, domini Le Mare, quod fuitcollegii Canonicorum S. Lazari Augus toduni, habelque in margine notatos obitus et obligationes istius collegii ex vi legatorum, etc. quæaccuratissime exprimuntur. Item cum ms. B, in quo scribitur S. P. N. Augustini. Et ms. C, quod fuit alicujus conventus Franciscani, ut patet ex festis ei Ordini propriis : utrumque post seculum xiv, scriptum; pertinensque ad D. Du Cheval Divione, cum primum ante sexcentos annos scriptum esse constel. Extracta omnia ita inter se commista sunt, ut vix securus sim de recta singulorum citatione. Hic vere locum habet poetæ dictum : Dum brevis esse laboro, obscurus flo. Eadem confusio proxime recurret in codicibus Florentinis ab Henschenio collatis.

251. Copiose auctus, et contra copiose contractus, codex Usuardinus Vaticanus, signatus num. 5949, scriptus charactere Longobardico, quem vocat Papebrochius Novam collectionem ex Usuardo, Adone etaliis factam pro ecclesia Beneventana. Pro ea ecclesia collectum aut compositum esse satis innuit titulus S. Sophiæ, toties in contextu relatus. Ex Adone vix quidquam habet, potius ex aliquo Hieronymiano interpolatus est. Ætatem quodammodo conjicere voluit Papebrochius, dum ait meminisse S. Romualdi et Thomæ Cantuariensis. Sed de ea pluribus disputare operæ pretium non est.

252. Hic sequitur codex ille, de quo supra non semel memini, nempe Usuardus *abbatis Ughelli* sive *Ughellianus*, quem in omnibus puto convenire cum nostro Antuerpiensi et antiquissima editione Lubecana maxima. Qui si accuratius collatus fuisset, haud dubie a duobus aliis nunquam divelleretur. Nolim tamen id tam certo affirmare, cum facile etiam in aliquibus dissentire potuerit.

253. Altempsianum recte advertit Papebrochius B in Anglia auctum esse, cum hujusmodi additamenta sæpe recurrant. Qua occasione Romam pervenerit, explicatum non est, nec de ejus ætate scrupulosius inquirenda multum sui sollicitus : id vero observavi, codicem olim fuisse ecclesiæ Wintoniensis, cum xxx Octobris ita legat : I 300 die ordinatio sanctissimi antistitis atque patroni nostri Swithini; alii scribunt Swithuni. Collatio nostra incipit a mense Martio, rejectis in finem Januario et Februario. Suspicor autographum ipsum ita olim scriptum, vel forte male compactum fuisse.

254. En modo confusionem Florentinorum codicum, de qua dicebam num. 250. Sic in fronte scripsit Henschenius : Martyrologium Usuardi collatum 1º cum ms. D. Caroli Strozzii, senatoris Florentini, in quarto. Collatum 2º cum Martyrologio Florentino, edito Florentiæ anno 1486 (alibi notatur 1484, sed primum numerum servavimus), per Franciscum de Bonaccursiis presbyterum, et spectat ad eumdem Strozzium, in quo dum desunt additur (K deest). Collatum 3º cum manuscripto Medicaa bibliothece, in pergameno, in quarto. Que si conveniat, inferius subditur, si alia ibi sola sint, superne linea trahitur. Quam hae errori obnoxia sint, nemo non videt. Conatus sum, qua potui diligentia, ad proprios codices referre singula : sicubi deflexerim, prudens lector facile ignoscet. Non videntur hi codices sæculum xv superare, certe perpetuis ferme redundant auctariis.

255. Sequuntur extracta, seu collationes aliæ, Florentiæ et alibi factæ, cum aliis Martyrologiis, ex D Adone et ex aliis multum interpolatis, quæ pro Usuardinis non agnovit Henschenius, neque nos eorum accessionibus Auctaria nostra crescere voluimus, aliunde satis ampla et numerosa. At cum Chiffletiana pleraque ex codicibus Usuardinis accepta videantur, eorum potior habita est ratio, unde hic singulorum nomina percurremus, ne quid in toto opere recurrat quod non undequaque explicatum sit. Hic titulus a Papebrochio omnibus præfigitar.

Rxtracta ex variis Martyrologiis a R. P Petro Francisco Chiflelo.

256. Bx veteri manuscripto Usuardi S. Rigaud,

۰,

clesia collectum aut compositum esse satis innuit A hoc est S. Rigaldi, in territorio Matisconensi. Si ex titulus S. Sophie, toties in contextu relatus. Ex Adone vix quidquam habet, potius ex aliquo Hierobum esse oportet, cum illæ paucæ sint numero.

> 257. Ex Martyrologio monasterii Jurensis S. Ragnoberti, ex Adone et Usuardo contexto, inquit Papebrochius; at si singula recte expenderis, a stylo Adonis permodice participat. Magis crediderim Usuardum esse ad aliorum morem, sed non multum interpolatum,

> 258. Ex Martyrologio ecclesiæ Lugdunensis sancti Stephani; sub nomine Bedæ, sic iterum loquitur Papebrochius, sed Adoni similiori. Non satis capio unde hæc rursus similitudo accepta sit, nam Auctaria pleraque, si non Usuardum, saltem ejus enuntiandi modum ferme sapiunt.

> 239. Ex Martyrologio Usuardi ecclesiæ Burdigalensis. Nihil additum est ex quo de ejus ætate statuatur.Quantum a primigenia simplicitate absit, intellige ex Auctariis.

> 260. Ex veteri Martyrologio Castri Karoli, seu, mavis, ex cœnobio sanctæ Mariæ de Castro Karoli. Locum mihi hactenus ignotum fateor. Si codex Usuardinus est, non videtur contemnendus.

> 261. Ex Martyrologio Bizunticensi S. Pauli. Non multa habet ex quibus magis ad eam quam ad aliam quamlibet urbem pertinere dicendus sit. Huic addi possunt extracta alia non magni momenti, desumpta ex Martyrologio Luxoviensi. De hoc etiam peculiare quidquam notatum non invenio, nec observare ipse potui.

> 262. Ex Martyrologio sancti Anatolii Salinensis. His extractis subjunguntur alia etiam perpauca, ex Martyrologio Franciscanorum Salinensium. Sola nomina indico, cum dubiis conjecturis indulgere nolim.

> 263. Æque obscura sunt ea quæ Chiffletius sumpsit exMartyrologio abbatiæ Gollianæ,

> 264. Item ex Martyrologio Montis Sancti, nisi quod in eo magis exornentur Romaricus (a quo nomen sortitur locus, ut sit mons sancti Romarici) aliique sancti cum eo conjuncti, aut ad idem cœnobium spectantes.

> 265. Ex Martyrologio Usuardi, Caudiacensis prioratus. Memini me alicubi in Actis hunc codicem reperire sub nomine Candracensis, sed servanda est nomenclatio, qua etiam in Auctariis usus sum potissimum. Tot solus hic codex additiones habet quot in sequentibus quatuor reperiuntur.

> 266. Ex Martyrologio Balernensi. Duæ solæ annuntiationes extractæ sunt, quæ aliunde in Auctariis satis notæ, ex hoc codice citari non merebantur.

> 267. Ex Martyrologio sancti Vincentii Cabillonensis. Patriam suam clarissime indicat, nam quæcunque habet, loci ipsius propria sunt.

> 268. Ex Martyrologio Usuardi, monasterii sancti Benigni Divionensis. Idem nomen ex ipsiusmet Chiffletii manuscripto supra citavimus num 245; verum extracta non plane conveniunt, nam in priori

nonnisi sex, in hoc annuntiationes undecim repe-A riuntur. Sed tanti non est ea discrepantia, ut hic ei explanandæ diutius immoremur.

269. *Bx Martyrologio Divionensi ecclesia saneti Stephani*. Et hic codex pauca suppeditat. Inter additiones undecim, duz duntaxat Divionensibus proprize reperiuntur.

270. Ex martyrologio pervetusto Remensis ecclesia sanctorum Timothei et Apollinaris. Codex hic valde copiosus est, pluribus abundans auctariis quam ullus ex præcedentibus. Utrum vere Usuardinus sit, non explicavit Chiffetius.

271. Ba Martyrologio sancta Maria Belnensis. Et hoc vere nomen suum præfert, cum non nabeat nisi Belnensia.Vide egregium specimen xxvI Aprilis.

272. Ex Martyrologio Accincti. Unicam habet B commemorationem : In territorio Bisuntino, monastorio Bellevallis, translatio S. Petri episcopi et confessoris; de qua vide VIII Maii.

273. Chiffletianis postremo hoc loco superadditur extractum non maximi momenti *ex Martyrologio Usuardi Abding hoffensis* in Westphalia, quod vix pagellam implet. Alia ex eodem codice adjunguntur quæ huc non pertinent.

Codices alii in hoc opere non adhibiti.

274. Præter longam codicum Usuardinorum seriem, satis fuse hucusque descriptam, alia penes nos manuscripta sunt, quæ numerum augere poterant, nisi tanta aliorum copia fuisset. Habemus codicem alterum Ultrajectinum ecclesiæ sanctæ Mariæ Canonicorum, manu Belgica, in folio, cui ascripsit olim Rosweydus non esse Usuardum; recte, si de puro intellexit, at ex Usuardo et aliis compilatum fuisse statim perspiciet, qui Usuardum noverit. Citat Molanus, præfationis cap. 13, Usuardum Guilielmitarum Brugensium, quo in sua editione usus sit. Invenio descriptos inde menses duos, ex quibus colligo, multum convenire cum Usuardis nostris Leydensibus, præsertim cum Belgico, unde et cum ipsis codicibus, prædicti duo menses compacti sunt. Est item codex alius parvus, manu recentiori scriptus, quem simpliciter Brugensem vocamus, semel aut iterum, ni fallor, a nobis citatus, sed subinde rejectus, quod ab Usuardo nimis sæpe deflecteret. Adjungo his codicem alium minimum, corio nigro coopertum, qui fere Usuardinus dici posset, nisi D nimium et quasi studio contractus esset. Citantur in Actis non raro Additiones manuscripte Cartusie Brucellensis, sed hæ nihil ad Usuardum, cum mera augmenta sint, editioni Grevenianæ superaddita. Contulit Papebrochius editionem Lubeco-Coloniensem, cum codice aliquo abbatiæ Præmonstratensis S. Michaeli Antuerpiæ, verum et in eo additiones sunt additionibus superadjectæ. Demum in Actis frequenter recurrit Florarium Sanctorum, in quo Usuardina multis aliis immista sunt. Sufficiebant mihi codices jam enumerati, quotidie evolvendi, ut facile reliquos omnes intactos relinquerem.

275. Erit fortasse qui ex citatis præfationis hujus initio Bollandi verbis, quærat cur inter tot Usuardos hic jam ordine recensitos, locum non habeat Pragensis ille quem cum Bruxellensi ibidem nominat? Dicam candide nullum me peculiarem codicem Pragensem nosse. Non diffitebor tamen in nostra Martyrologiorum collectione, Martyrologium aliquod Pragense reperiri, quod proprium Pragense vocavit Henschenius; idque merito, cum solos eos dies signet, quibus Pragæ festivitas aliqua celebratur, propter sanctorum reliquias a Carolo IV Cæsare, magno numero procuratas eoque collatas. In manuscripto nostro manu Papebrochii notatur P. Gamansium codicem ipsum Pragensem ad Bollandum olim misisse, sed ad dictum Patrem remissum anno 1681. Cæterum satis mihi certum est, de tali Martyrologio Bollandum in præfatione generali locutum non esse. Malim credere Pragenses Patres nostros, Usuardi Danici olim possessores, extracta aliqua et specimina ad Bollandum misisse, ex quibus ipse facillime judicare potuerit, amplificata sanctorum elogia, el plurima nomina ascripta. Si præter hoc, aliud Pragense Martyrologium aut vidit, aut sibi commodatum habuit, certum est in Museo nostro non exstare. Quod si fortasse lector codices allos sub Usuardi nomine in Actis citatos reperiat, meminerit incompletos esse, aut extracta aliqua ad majores nostros fuisse transmissa, sicuti de Hieronymiano Tamlactensi diximus præfationis hujus num. 25.

ARTICULUS VI.

Editionis hujus fldes, ratio, ordo.

276. Quod præfationis hujus principio testatus sum, secure denuo sub finem audeo asserere, me in tota hac nova recensione id maxime habuisse præ oculis ut, præter Martyrologiorum genealogiam, Usuardum purissimum et sincerissimum proferrem; in quo, confidenter dicam, nibil operæ, nibil laboris, nihil diligentiæ a me prætermissum fuisse. Fontes assignavi ita repurgatos et mundatos, ut limpidam veritatem ex iis haustam existimem ; atque adeo tuto et absque ullius invidia Usuardo huic applicare possim quod pontifici Paulo V de suo Adone asseverabat Rosweydus : « Ea fide curaque recensitum, ut affirmare non verear, parum a Calamo menteque auctoris abesse. Intererat profecto reipublicæ Christianæ, ne quid magni viri titulo legeretur, quod ipsius non esset, ne quid corruptum ejus nomine circumferretur, aliena adsutum manu; ne viri auctoritatem secuta posteritas, erroris funiculos necteret; ne quoque Usvardo quidquam abjudicaretur; cui certissimum ab unanimi codicum suffragio testimonium esset. » Ne vero plura in hanc rem argumenta coacervando, præfationis jam satis, forte nimis diffusam, ulterius protraham, asserti mei sinceritatem per singulos dies perspiciet, qui Observationes nostras consulere dignabitur.

277. De operis item ratione et ordine paucissima

dicenda supersunt. In fronte cujusque diei ponitur A mentis, seu excusis, seu apud nos manuscriptis bre textus ipse Usuardinus, ex præcipuorum, imo omnium codicum collatione eductus; quorum, qui eo die puri reperti sunt, nomina minori charactere Italico subjiciuntur, tanquam præmissi textus Usuardini probatio. Si quando nullus codex integre purus et simplex fuerit, attexitur dissertatiuncula, qua de textus simplicitate lector abunde edoceatur. Eo autem ex probatioribus codicibus expurgato, cætera omnia quæ Usuaro abjudicanda censemus, in eum elenchum rejecta sunt, quem Auctaria appellavimus. Porro, operis ordine, seguitur manipulus lectionum variantium, in codicibus Usuardinis, pro eo textu citatis occurrentium, ubi si forte minutiæ observentur momenti perexigui, meminerit lector mehic omuium gustibus deservire debuisse, adeoque et morosis antiquariis non nihil tribuere. Hos vero qui noverit, scit cum iis se ingeniis conflictari, quibus religionis est vel minimum apicem in hisce rebus negligere. Qui similibus non delectantur, auctor iis sum ut de Variantibus nibil solliciti, ad Observationes transeant, ibi reperturi quæcunque ad auctaria nostri illustrationem conducere posse censuimus.

278. Prima cura fuit textus Usuardini genesim eruere et explanare, ut lectores quotidie habeant, quam supra dicebam, Usuardi cnm patre, avo, vel avis et abavis, cognatis et affinibus conjunctionem, eo plane modo quem supra præfatione principio re præsentare conatus sum. Præter Martyrologos, ad demonstrandam cultus sanctorum diuturnitatem, non semel adduxi antiqua Kalendaria, eaque præcipuæ hoc tempore inter eruditos auctoritatis, ut est C celeberrimum illud et vetustissimum, primumja Bucherio vulgatum, in commentario ad Victorii Aquitani Canonem Paschalem a pag. 267, et denuo editum a Ruinartio inter sincera et selecta martyrum Acta, in editione Parisiensi (qua sola usus sum) a pag. 692, iu recentiori Amstelodamensi, a pag, 617; cui in utraque hac editione subjungitur Kalendarium aliud Carthaginense, etiam antiquissimum, quod primus reperit, publici juris fecit notisque illustravit laudatus sæpe a nobls Mabilio, Analect. tomo III, a pag. 368.

276. Alia duo sunt, vel forte editorum duorum Kalendarium idem, qnod primum Leo Allatius operi de Ecclesiæ Occidentalis atque Orientalis perpetua consensione, edito an. 1648, inseruit a col. 1487. D Fronto autem, de quo supra egimus, sub alio ferme titulo vulgavit an. 1652, ut vide supra num. 110 ac szepius in operis nostri contextu. His adde Sacramentaria a Menardo, Thomasio et Mabilione edita recensitaque, quæ omnia stabiliendo sanctorum vetusto cultui suis locis adducta sunt. Altera ferme quotidie mota est quæstio de Martyrologiorum nostrorum encomiis, seu Actis ipsis, unde illa a Beda et Adone accepta et contexta sant, in quibus gravior plerumque difficultas, sed hic pro operishujus instituto, sic paucis expedita, ut se mostri primo ex Actorum commentariorumque nostrorum fide, res decisa plerumque sit, semestri autem altero, monu-

viter discussis, intricatiora controversiarum capita ad majus opus remiserimus. Hic nonnunguam auctores citavi, necdum satis diligenter a me examinatos, atque inter eos præcipuum Sebastianum Lenain de Tillemont, in laboriosissimo opere Gallico sub titulo Commentariorum ad historiam ecclesiasticam, in sexdecim volumina distributo, quem et alios quoscunque in eadem rem ita appellatos volo, ut eorum auctoritati nec hilum tribuam, si cum Romanæ Ecclesiæ consensu et approbatione non omni ex parte conveniat.

280. Hæc lectorem eruditum præmonuisse plus quam satis est; quod unice quærimus : nam harum rerum imperitis talis nunquam monumentorum no-B strorum explicatio dabitur, quæ ad omnium intelligentiam sufficiat. Idem ferme dictum sit de tota orthographiæ ratione, quæ in ipso Usuardi textu ex codicibus ferme servata est, eademque passim in Auctariis adbibita, sic ut nemo offendi debeat aut possit, si plurima perperam scripta inveniat, tum in rebus ipsis, tum in nominibus propriis. Sic passim scribitur in textu presbyteri, etc., Dionisii, Hiero nimi, Hierosolimis, etc.; quorum omnium ratio redditur, in eo quem distinguimus articulo, sub nomine-Variæ lectionis. In Auctariis multa recurrunt longe absurdiora, ubitamen visum est restituere diphthongum æ, quæ in nullis codicibus, præterquam in Pratensi, Heriniensi, Rosweydino atque Molani editione reperta est. Barbariei a nobis servatæ vindicias dabit Augustinus, relatus a Molano in adnotatione IX Januarii. Hic præfationis metas figo, nam id genus minutiarum exponendarum, si singulas vellem percurrere, nunquam esset finis; satis fortasse alibi tædii afferent, ut hic iis percensendis tempus denuo terere operæ pretium non sit. Et mihi et omnibus faciam satis, si Usuardi Mrrtyrologium, purum, germanum, sincerum et simplex exhibuero, qui est præcipuus operis nostri finis, ad unam, ut jam non semel diximus, eamque majorem Dei sanctorumque gloriam.

NOTANDA PRO INDICIBUS.

281. Adevitandam, quæ in Molani indice est. sanctorum Usuardinorum, aliorumque qui solum in additionibus referentur, confusionem, duplicem toti operi indicem subjunximus; alterum, qui sanctos pure Usuardinos aut festa alia ad Usuardum vere pertinentia complectitur; alterum, in quo Auctariorum omnium sancti continentur, sed dispositi, ut pleraque, codicum ipsorum, ex quibus desumpti sunt, errata, atque in transformandis, multiplicandis commutandisque sanctorum nominibus, item in iisdem sæpe repetendis perturbatio ablata non sit, in quo etiam fidelitatem nostram lectori probatam voluimus. Neque vero hujus loci erat sanctos illos aut ad proprios dies natales revocare, aut controversa alia dissolvere, cum hæc propria sit commentariorum nostrorum ad ipsa acta institutio, quo hæc omnia reducenda et remittenda putavimus.

per novem sæcula asservatum, tantopere aberuditis expetitum, toties efflagitatum, en tandem prodit e bibliotheca sancti Germani a Pratis. Ex quo R. P. Joan. Bollandus, cujus pios doctosque labores nulla unquam delebit oblivio, præclarum istud monumentum sibi describi, et cum alio ejusdem abbatiæ recentiori codice conferri curaverat, Usuardumque juris publici facturum esse se promiserat (Praf. in Acta. S.S., tom. I); Benedictini, qui, suis modo ditescat opibus respublica litteraria, pro nihilo ha-bent sibi munus acceptum referri, de illo typis mandando ne cogitabant quidem. Illa gloria frui virum optime de Ecclesia merentem non solum æquo patiebantur animo; sed etiam gaudebant de suo nonnihil accessisse Collectioni quæ uberes orbi Christiano fructus allatura erat. Sibi persuadebant viro erudito ejusque adjutoribus summo in pretio futurum esse suum codicem, eosque religioni ducturos addere quidquam vel detrahere.

Nec eos terrebat, quod in sua præfatione celebris ille Jesuita magis in Heriniensem codicem quam in Pratensem propendere videbatur. Cum enim Heriniensis illi non visus esset potior Pratensi, quam quod iste Idibus Januarii translationem reliquiarum S. Viventii Verziacum annuntiaret, nihil factu fuisset facilius, quam evellere ex animo tenuissimum illum scrupulum. Satis fuisset virum veritatis amantem admonere, adjectam recentiore manu fuisse illam translationem : scripturarum discrimen esse vel cæco perspicuum; in hujus generis opere nihil mirum esse, quod quædam addita fuerint; nisi vellet pro novis festis novum subinde exaratum fuisse codicem: nihil inde auctoritatis autographo decedere, quod se satis scripturæ antiquitate, nitore, elegantia tuetur atque defendit.

Sed nostra nos sesellit opinio. Postquam per septuaginta annos suspensam omnium exspectationem emittunt Martyrologium, Usuardi vocant, sed ita nou purum, ut, si revivisceret Usuardus, in illo frustra se ipse quæreret. Quibusnam vero causis tantum sibi licentiæ dederunt? quia in autographo Pratensi lituræ sunt, et lituris superinducta quædam, quæin cæteris Usuardini Martyrologii exemplis desunt. Mirum scilicet in autographo lituras videri, quasi non illud maxime laudaretur opus quod multa litura coercuit: et superinducta quædam quid autographo fidei detrahunt, cum quæ superinduxit manus, eadem est, quæ reliquum codicem exaravit?

Illatam nostro codici tantam injuriam dissimulare non decebat, non licebat.Nam si notæ chronologicæ quas præ se codex ille fert; si forma litterarum quibus describitur ; si silentium de iis, qui postea sunt in sanctorum numerum relati; sifestorum consecutis temporibus institutorum prætermissio; si nostra in

(a) Titulus : Usuardi San-Germanensis monachi Martyrologinm sincerum, ad autographi in D gis. San.-Germanensi abbatia servati fidem editum et ab observationibus R. P. SolleRII societatis Jesu vindicatum. Opera et studio D^{**} presbyteri et monachi Benedictini e congregatione Sancti Mauri. Parisiis apud Petrum Franciscum Giffart, librarium, via Jacobaa, sub signo sancta Theresia.

Autographum Usuardini Martyrologii tanto studio A conservandis codicibus cura, vigilantia fidesque non possunt a suspicionibus tutum Usuardi autographum præstare: quid certi futurum est in litteris? Omnium auctorum qui nostris e biblio hecis exierunt, quem habemus habuimusve codicom, cujus vetustas et præstantia pluribus firmioribusque argumentisnitatur? Artis criticæ veluti norma est, ut vetustissimus est codex et proxime ab auctore abest, ita minime interpolationis nomine suspectum esse : quid fiet, obsecro, illa norma, si, quem ab ipsomet auctore, aut eo dirigente scriptum esse constat, eum adulteratum fingere licet?

At enim, inquies, Sirmondus, Joannes Baptista de Cortas, Stephanus Chamillart Jesuitæ codicemillum inspexerunt (b); illum etiam Castellanus Parisiensis Ecclesiæ canonicus semel et iterum contulit : qui fieri potuit, ut viri in dignoscendis conferendisque codicibus exercitati tam sæpe fallerentur?

Istud mihi etiam, donec ipse hisce oculis codicem B vidi, visum est incredibile. Quin et diu dubitavi an revéra Castellanus retulisset ea quæ ab illo accepisse se testatur postremus Usuardi editor R. P. Sollerius soc. Jesu : necdum crederem, nisi tam timuissem illius fidem, quam parum ille timuit Benedictiomnibus patet bibliotheca; præsto erit codex, unus-quisque judex esse poterit. Tant um opus ex oculis. Atque ut omnes, quid occasione m controversiæ dederit, sciant; non solum paginarn integram ære in-cidi voluimus; verum etiam autographum exhiberi totum, cujusmodi est. Quæ addita fueruntaliamanu, ea certe pauca, alio charactere pinguntur; quæin margine posita, in margine relicta sunt: quæ manca sunt et mutila, eadem videbuntur. Sic lector ipse judicabit, quæ Usuardo abjudicari, quæ eidemadjudicari, debeant.

Quis autem Usuardus ille fuerit ; quo tempore Martyrologium scripserit ; ex quibus illud fontibus hauserit, disputant inter se critici, totaque in bis rebus prolixissima versatur præfixa Solleriano Usuardo præfatio. Ego qui grandis voluminis minime sum ambitiosus, quæ certis ex monumentis comperire licuit, narratione tradam brevi

Usuardus vir magnæ probitatis (c), sancti Germani Parisiensis sacerdos et monachus fuit (d). Jamanno 838, professioni monasticæ nomen dederat (e). Tunc enim subscripsit instrumento, quo Pratenses monachi precum societatem sanxerunt cum Remigianis Rhemensibus. Annis circiter decem et novem elapsis, cum diruta a Saracenis vel Mauris Valentia civitate, spes data fuisset Pratensibus, facile se in ruinisillius urbis corpus beati Vincentii Levitæ sui patroni inventuros; Hilduinus II abbas neminem judicavit Usuardo magis idoneum; qui pium hoc et laboriosum iter susciperet. Quod ingressus cum comite Odilardo cum Valentiam ire non posset, Mauris itinera infe-

M. DCCXVIII, cum approbatione et privilegio re-

(b) Vide edit. Soller. præf. in Usuardi Martyrolog., c. 3, art. 4, § 1, n. 195. (c) Aimoin., Transl. corp. SS. Georgii Aurel.,

etc. pag. 4. (d) Prolog. Martyrol. Usuard.

(c) Spicil. t. IV, pag. 229; Aimoin., ibid., pag.

PROLEGOMENA EDITIONIS (a) J. BOUILLARTIL

PRÆFATIO

...

Egmantum in villam ad monachos Pratenses pertinentem et in Senonensi diœcesi sitam revexit sanctorum Georgii et Aurelii corpora et sanctæ Nataliæ caput.

585

Anno 863 Nortmannis, qui sancti Germani monasterium incenderant, in suam patriam reversis, Usuardus cum cæteris monachis Parisios redit, jussuque Caroli Calvi Martyrologio operam dedit. Cur id negotii datum illi fuerit, ipse causam affertin Prologo. Tunc temporis plurima vulgata fuerant hujusgeneris scripta. Nam præter illa quæ Hieronymi et Bedæ nomina præferebant, Florus (incertum quis fuerit) aut peculiare quoddam concinnaverat, aut Bedæ tantum auxerat. Rabanus Moguntiæ archiepiscopus, Wandalbertus diaconus et monachus Prumiensis in diœcesi Trevirensi, ejusdem generis opus composuerant: quos secutus fuerat Ado primuin Ferrariensis monachus, dein episcopus Viennensis. Ex omnibus illis Martyrologiis unum confecit Usuardus B Rabanianum, Wandalbertinum, Adonianum, et fornoster.

Ex omnibus illis dico, quamvisilla nominatim non appellet. Nam clare indicat, præter llieronymi Bedæ et Flori martyrologia, alia fuisse quibus uteretur. Prologi verba sunt: quæ res pia quidem sollicilu-dine (vestro, si recordamini, jussu dignanter admoto) me ad hoc, et si indignum, compulit, qualenus sanctorum sacras atque anniversario recolendas festivitates ex quibusdam præcedentium Patrum martyrologiis in quamdam colligerem unitatem. Erant igitur ante Usuardum quædam præcedentium Patrum Martyrologia. At Rabanianum, Wandalbertinum et Adonianum composita ante fuerant, quam suo manum Usuardus admoveret. De duobus prioribus res extra controversiam est. De Adoniano inter eruditos convenit conditum ab Adone fuisse, antequam Viennensem cathedram occuparet, quam occupavit anno 860. Jam luce clarius est Usuardum confecisse suum postquam ex Ilispania rediit. Id probant cum plurimi sancti ex Hispania, quos sacris fastis inservit, tum exceptio corporum sanc-torum Georgii et Aurelii xui Kal. Nov. prima manu consignata (a). Egmantum venit anno 858. Egmanti, in villa scripsisse libris omnibus destitutum, res et omnium absurdissima. Nec minus absurdum de Martyrologio Carolum Calvum cogitasse, dum Nortmanni regiam urbem obsidebant et vićina igne ferroque vastabant. Ante annum autem 863, Usuardum cum cœteris monachis Lutetiam non rediisse narrat Aimoinus testis oculatus et reditus comes (b). Non igitur ante annum 863 ad Martyrologium animum adjunxit Usuardus. Ante Usuar-dinum igitur Adonis Martyrologium scriptum fuerat; quod in causa est cur sæpe in utroque elogia iisdem fere verbis concepta legantur. Nec Adonem tamen nec cæteros laudat nominatim; quia nec profitebatur se proprio Martyrologium conficere, et illi Martyrologi nemini tunc temporis noti non D erant

At illa, inquies, præcedentium Patrum Martyrologia sunt Hieronymi, Bedæ et Flori martyrologia. Repugnant Usuardi verba. Sic enim pergit paulo inferius : Præterea et venerabilium, Hieronymi scilicet et Bedæ presbiterorum, piis, quamvis succinctis, super hoc provocabar descriptis. Nemo hac attento animo cum antecedentibus comparaverit, quin intelligat illa precedentium Patrum martyrologia non eadem esse ac illa, quæ Hieronymi et

(a) Aimoin., Transl. corp SS. Georg. Aurel., etc., pag. 51.

stantibus, Cordubam petiit, unde tandem anno 858 A Bedæ pia descripta vocat. Præterea ait ideo suscepisse Martyrologium, quod recolebat in ipsis eorumdem (Martyrologiorum præcedentium) solempnitatibus quan multos propriæ negligentiæ excessus. At hujus vitii nee Hieronymum, nec Bedam, nec Florum accusat. Sic enim primum de llieronymo: quorum alter brevitati studens. Si brevitati studuit, brevitas non fuit negligentiæ : deinde de Beda: alter vero quamplnres dies intactos relinguens adnotavit, ut ipse testatur in fine epitomes, omnes quos invenire potuit. Si ergo uterque multa inveniuntur hujus operis præteriisse necessaria, alter brevitatis studio peccavit, alter ignoratione, neuter negligentia. Florum lenique tantum abest ut negligentiæ insimulet, ut illum sibi sequendum esse censuorit : Censui et Flori memorabilis latiora jam in eo ipso negotio sequi restigia, etc. Igitur præter Hieronymi, Bedæ et Flori Martyrologia, præ oculis habuit Usuardus tasse alia quarumdam ecclesiarum propria, quæ ante Usuardum composita cognoscimus.

Neque vero præcedentium ita pressit Usuardus vestigia, ut ab illis aliquando recedere non auderet. Nullum in suo Martyrologio vitium reliquit ex iis quæsibi in aliis displicuerant. Hieronymianum æguo brevius dilatavit, supplevit quæ Bedæ deerant necessaria : Flori, aut, si mavis, Adonis /nam an secundus ille liber, quem sequi statuit, revera sit Flori, an ipsissimum Adonis Martyrologium; lis est adhuc sub judice) longiores narrationes paucioribus contraxit. Addidit etiam multa de suo; plures sanctos quos in Ilispaniam iter faciens in eo regno coli didicerat ; dies festos omnes sui monasterii proprios, et alia quæ sagaci indagine perquisierat. Itaque qui cujuspiam sancti mentionem ab Usuardo factam ideirco negaret, quia de illo si lent alia martyrologia, is incpte faceret, cum Ususardus ipse clamet non alia martyrologia se in omnibus imitatum c-se. At si quid, inquit, præter quod ab illis accepi in hoc opere actum vel mutatum est, sagaci a me indagine id perquisitum agnosci poterit.

Opus fanto labore perpolitum, tantaque perfectum industria non poterat omnibus non probari. Ne tamen essent, qui illum levitate potius animi, quam rei utilitate ad corrigenda alia martyrologia adductum esse suspicarentur, suum Carolo, q i nondum Augustus erat, ut liquet ex vetustissimis hujus abbatiæ, Regiæ Bibliothecæ, aliisque Usuardi codicibus, nuncupandum esse duxit : quo etiam illum impulit spes haud obscura fore ut liber tanta auctoritate munitus plus apud præsentes et posteros ponderis haberet. Res ad votum successit. Ita enim concinna sua et eleganti brevitate placuit istud Martyrologium, ut vix absolutum ab omnibus fere ecclesiis usurparetur.

Quandiu postea vixerit Usuardus, incompertum. Id unum exploratum est, vitam eius prorogari non posse ultra annum 877. Nam in Necrologio, quod eadem ætate est et ejusdem auctoris ac Martyrologium, Ermentrudis reginæ uxoris Caroli mors prima manu notatur; alia eaque recentiore mors Caroli. Ermentrudis autem obiit anno 869. Carolus anno 877. Usuardus igitur intra illud spatium obiit mortem, idque Idibus Januarii. Nam hoc die in eodem Necrologio rubeis litteris memoratur Usuardus sacerdos.

(b) Aimoin. 1, 11, Mirac. sancti Germani, c. 15.

19

VARIÆ USUARDINI MARTYROLOGII EDITIONES

Quæ a Pratensi Codice recedunt.

Lubecana anno Ultrajectina anno Florentina anno Papiensis anno Lubecana alia anno Coloniensis anno Parisiensis Munerati anno Veneta Belini anno	1480 1486 1487 1490 1490 1490	Coloniensis Greveni altera anno Parisiensis Belini anno Parisiensis Munerati anno Editio incerta anno Lovaniensis Molani anno Lovaniensis Molani altera anno Antuerpiensis anno Parisiensis anno Michaelem Sennium	1521 1521 1535 1537 1568 1573 1583 1583
Veneta Belini anno	1498	Parisiensis apud Michaelem Sennium	1583
Loyaniensis Molani anno	1513	Antuerpiensis Sollerii anno	1714
Coloniensis Greveni anno	1515		

REVERENDO PATRI

JOANNI BAPTISTÆ SOLLERIO

PRESBYTERO ET THEOLOGO SOCIETATIS JESU

D. "Presbyter et Monachus Benedictinus Congreg. S. Mauri

S. P. D.

Tandem persolvisti munus, quod septuaginta ab- B referat ; nihil, quod tibi honori esse possit. Hinc hinc annis Bollandus dux vester pollicitus fuerat. Opus sane magnum et magni laboris. Erudita præfatio, tam utilis quam prolixa. Neque enim dubium est quin doctis vehementer placeant, quæ disse-ruisti de Bedæ Martyrologio Flori diligentia aucto, tecumque tuis rationibus victi judicent Henschenium et Papebrochium deceptos Bedæ adjudicasse quod Bedæ et Flori erat; Floro tribuisse quod in-certo interpolatori ascribendum fuit. De Martyrologio Romano Rosweydi curis edito multum etiam tibi debet litteraria respublica : in quo vindicando tuus co gloriosior est triumphus, quo plures tibi crant et formidolosiores adversarii, Henricus et Valesius, Saussayus, Fronto, Florentinius. Nec laudare non possum tuam de secundo Flori libro conjecturam, eum esse purum putum Adonis Martyrologium, si conjecturam vocarem licet sententiam tot tamque solidis argumentis fultam. Quod contra omnium eruditorum opinionem affirmas (Adonem ante Usuardum scripsisse, fuisseque modo non ab Usuardo exscriptum, id ita mihi videtur evidens, ut mirari satis non possim quo modo a criticis negari potuerit. Neque etiam inutiles futu-ræ sunt Observationes. Verum est, postquam Usuardus ipse in prologo ingenue confessus fuit per quos profecerat, non admodum necessarium fuisse fontes indicare, unde fluxerat maximam partem ejus Martyrologium : sed quia oportuisset quatuor aut quinque libros conferri simul, quibus illi libri deerunt, aut conferendi otium non erit, ii non ægreferent se hoc labore levatos fuisse. Denique Auctaria aut sanctorum ignotorum nomina suppeditant, aut notorum docent quo memoria pertinuerit; qui sane fructus haud quaquam est levis. Hæc omnia pulchre, bene, recte. Si tam præclaris principiis cætera responderent, o librum eximium ! o Martyrologium nullis non laudibus extollendum ! Verum in judicio quod de codicibus tulisti, pace D Scripturas sacras finxerunt aut adultarunt ? Quid tua dixerim, nec Henschenii et Papebrochii cor-rectorem, nec Martyrologii Romani assertorem runt, quam fabricatores aut corruptores? Quid si eaagnosco : nihil video quod tuam xpirixiv divapir

pendebat tamén Editionis et pretium et utilitas. Nam ne legit quidem Præfationem qui Usuardo tantum opus habet. Caput est, Auctor ipse: et tuæ editoris præcipuæ partes erant curare, ut Usuardum exhiberes, ipsum, si fleri posset; sin, quam minime interpolatum. Tota res igitur in codicum delectu posita. Tu codicem omnium antiquissimum, integerrimum, reddendis Usuardi sententiis verbisque accommodatissimum, atque, ut verbo dicam quod codice commendat maxime, ipsummet Usuardi autographum neglexisti nulla causa; prætulisti codices, quorum nullus omnino purus, alii sunt aliis inquinatiores, quique nec ad edendum Usuardnm utiles tibi esse poterant. Atque hæc culpa est, omnium quas editor possit committere gravissima, in quam te incidisse demonstrare aggredior. In quo cavebo quam maxime ne quid mihi excidat, quod vel tantisper tuum animum offendere possit. Sed sicubi aut acris indoles, aut calidius veritatis studium, aut tuze censurze iniquitas, aut paulo remissior circumspectio fecit, ut injuriam injuria rependerem, id pro tua humani-tate ignoscas velim. Incipio.

Ac primum contendo autographum esse nostrum codiccm. Quibus rationibus, audi. 1. Liquet scripturam esse noni sæculi. Judicium oculorum est, a quo provocat nemo quin sit aut cæcus aut male pertinax. 2. Certum est scriptum fuisse codicem ante 877, cum in Necrologio, quod eadem scriptum est manu, Caroli imperatorishoc anno defuncti morsalia manu notetur. Scio quam hic argumento suspicionem asperseris. Quid si, inquis totus ille codex centum et, si vis, ducentis annis, post Usuardi obitum scrip-tus sit, ecquid eadem prima manus Necrologium aliquousque prosequi potuit, secundaria autem, nescio que, religua superaddere? Quo in ludo, R. P., didi-cisti res certas suspicionibus eludere? Quid si Judæi dem officina prodierunt historici, oratores, poetæ?

Unde abii, revertor. 3. Carolo regi necdum Augusto dedicatum opus fuisse fidem faciunt mss. Pratenses, Regiæ Bibliothecæ, aliique non pauci codices, quorum prologus Carolum non Augustum, sed regem piissimum simpliciter appellat. 4. In abbatia Sangermanensiexaratum fuisse codicem, res est perspicua. Solemnitates omnes monasterii proprias Martyrologium refert ; Martyrologio adjungitur sancti Benedicti Regula in capitulo legi solita; in Necrologio abbates et monachi ejusdem abbatiæ memorantur ; tria hæc eadem manu. 5. Extra controversiam est Usuardum S. Germani a Patris monachum fuisse : id ipsa indicat Prologi subscriptio: Explicit Prologus Usuardimonachi sancli Germani Paris .Neque suspicio esse potest adjectam hanc postea fuisse subscriptionem : ita enim Prologum inter et Augustini testimonium inseritur, ut, si defuit antea, nulla arte intrudi potuerit. 6. Nemo dubitaverit in usum hujus abbatiæ cessisse huncipsum codicem per tria saltem B sæcula. Rem probant additæ margini solemnitates, quæ post Usuardum celebrari cæperunt, et quæ in aliis ejusdem Martyrologii exemplis, quæ, expleto Necrologio, fuerunt eodem in monasterio scriptæ ibidemque etiamnum asservantur; in textum ipsum translatæ sunt. 7. Indubitatum est nunquam a nono sæculo aut combustam aut direptam fuísse hujusce monasterii bibliothecam. 8. Nemo Benedictinos criminatus est aut cudisse aut corrupisse veterum libros, nisi qui veterum auctoritatem defugere voluit. Quid tibi animi est, Rev. Pater ? Hæ certæ non sunt autographi notæ ? hæc argumenta meris conjecturis debilitari possunt? Tuas in causa tot tamque firmis subsidiis munita negligere liceret, et reapse negligerem, si mihi cum quovis lectore sermo esset : sed cum te a veritate abduxerint, illas dissipari, si non omnibus, tibi saltem utile fuerit.

Primum (Præf. c. 3, art. 4, § 1) autographo mi-nime convenire tibi videntur tot lituræ, erasiones, C superinductiones, adjectiones, detractiones, muta-tiones. Deerant recepta vocabula, quibus tuum a Pratensi codice alienum animum satis exprimeres : nova et Latinis auribus inaudita fabricari oportuit. Quam varia sunt hominum judicia ! Ego nulla alia re magis adducor ad credendum Auctoris ipsius esse nostrum codicem, quam quod tot deleta, erasa, superinducta, adjecta, detracta, mutata video. An unyuam fuit autographum operis saltem non mali, quod lituris vacaret? An ulli unquam vitio datum est damnasse quæ placuerant, invenisse quæ fugerant ? An soli Usuardo non licuerit scire, stylum non minus agere cum delet ? Certum habeo te tuis e schedis erasurum quidquid in Pratensem codicem non satis considerate dixisti. Id ut mihi inducam in animum, facit et nota tua probitas et veritatis amor, quem præ te fers. At si cui decem post mortem tuam annis Antuerpiensem Jesuitarum domum invisenti quispiam e sodalibus intuenda præberet tua scripta sic D emendata et correcta, ferretne sodalis ille sic argutantem : Quære peregrinum, scripta illa non sunt autographa. Non aliud ego recipio quam quod ipse in lucem edidit. Fuit symmista quidam, qui eruditi scriptoris famæ consulere volens, suum stylum ad illius accommodandum esse censuit. Si typis mandandum denuo esset illud opus, exemplis uterer in vulgus disseminatis, tuo quod vocas autographo nullam tribuerem fidem. Illa enim sunt nitida, splendida, nullo additamento, nulla interpolatione; hoc autem horridum, sordidum, totum lituris interpolationibusque fædatum est. Cogita, R. P., quibus rationibusilliberalem illam cavillationem repelleret so-

dalis tuus, et iisdem tuam a nobis repulsam puta. Dixeris (Præf. c, 3. art. 4. § 1, n. 199): Non tan-tum vitæ Usuardo superfuit ut tot variationes in autographum suum induceret. Quod ut probabile videatur, rationem temporum computas. Scriptus est Pratensis codex, inquis ex Mabillione, hoc temporis

Nosti quo perduceret isthæc suspicandi licentia? A intervallo, quod Ermentrudis inter et Caroli imperatoris conjugis ejus mortem intercessit. Nam in Necrologio mors Ermentrudis reginæ prima manu nonis Octobris; Caroli autem, pridie nonas Octobris recentiori manu signata est. Ermentrudis obiit anno 869, Carolus anno 877 defunctus est. Scriptum igitur fuit Martyrologium inter annum 869 et 877. Pergis tu Præf. c. 3, art. 4, § 1, n. 206) : Imo admitten-dum erit scriptum vel saltem completum fuisse post annum 875, quo primum Calcus imperator creatus est, adeoque probabilissime anno proxime se-quenti 876. Insistendo Mabillionis conjecturæ consequens etiam erit obiisse Usuardum ante Caloum, cum hic alia manu Necrologio inscriptus sit,proindeque, ut summum, ad initium anni 877 supervixisse. Atque ita subductis calculis Usuardum censes uno circiter post absolutum oblatumque Carolo imperatori Martyrologium anno vixisse; quo brevi temporis spatio non esse credibile tam multa potuisse Usuardo occurrere, quæ in Martyrologio mutaret, obliteraret, adjiceret.

Ain tu, R. P., totus annus non sufficit, ut opus tam exiguum in quinquaginta circiter locis corrigatur ? Nam non plura sunt, ubi stylum verterit Usuardus. Cojusmodi sunt autem illæemendationes? Hic nuda litura est, illic additum sancti nomen ; est ubi loci tant im mutetur appellatio; ut omnibus correctionibus vix decem plagellas impleas. Et unde habes nuncupatum Carolo imperatori fuisse Martyrologium ? Non Augusto sed, regum piissimo dedicatum esse docuerat præmissa tuo Heriniensi codici præfatio. Nullane est illius tantopere commendati codicis auctoritas, nisi ubi cum Pratensi pugnat ? Neque etiam iste, neque Dervensis codex in bibliotheca regia servatus, de cujus vetustate et pretio dicam postea, Augusti nomen præfert. Quid contra tres istos codices recentiorum turba? Etsi igitur quod voluit noster doctæ memoriæ Mabillio, annum inter 869 et 877 scriptum fuisset Martyrologium, facile potuit Usuardus perfecto jam et oblato Martyrologio vivere superstes quatuor aut quinque annos; longius quam necessarium erat, intervallum temporis ad eradenda quæ displicebant, addenda quæ magis apta judicabat. Præterea, sive majoribus negotiis distractus fuerit Mabillio, cum conjecturam scribebat, sive ego tardus sim, omnino non capio cur, ex eo quod Ermentrudis Caroli uxoris alia, alia Caroli mors notata sit manu, necesse sit exoratum fuisse Martyrologium hoc temporis intervallo, quod inter utriusque mortem effluxit. Quid vetat scriptum esse duobus, quatuor, sex annis ante Necrologium ? An quod eadem sit manus ? sed manus cum annis non mutatur præsertim tam paucis. Fieri etiam potuit ut, cum Usuardus Necrologium scriberet, nullius mors esset, quæ Nonis Octoribus consignaretur. Erat enim hoc in more positum, ut qui Necrologium scribebant omnes anni dies primum ordinarent, posteaque mortuum quemque diei ascriberent, quo mors ejus acciderat : quod in causa est cur in Usuardino Necrologio plurimi sint hodicque dies omnino vacui; plurimi etiam quos replevit manus Usuardina recentior.

Addis (Præf. c. 3, art. 4, § 1, n. 206): Quis suspicari ausit Usuardo aut fas aut integrum fuisse corrigere, postquam Martyrologium ab Imperatore et Ecclesiis esset admissum? Delicias facis, R. R. An nunquam lege cautum est ne quis Usuardino Martyrologio quidquam adjiceret aut detraheret? Nonne concessum omnibus Ecclesiis fuit, ut suas quæque solemnitates adderent? Et illa codicum varietas nonne signum est impune fuisse mutatum, auctum, imminutum? Pergis porro (ibid.): Quis suadet toties recursuram eamdem manum addentem, detrahentem, etc. et tamen lam sæpe apparere atramentum aliud vel indicia alia, quæ satis convincant multos annos faciendis correctionibus certo intercurisse? Hic tu clamitas apparere sæpe atramentum aliud, et

589

atramento conquestus es. Sed atramentum aliud at A albo Pratensem expunxisti. Quærenti tam iniqui juque aliud sæpe fuerit adhibitum; an atramenti laguncula multis annis sufficit? Nonne tibi, omnibus sæpe usu venit, ut atramentum elapsa hébdomada decoloretur? Næ illi veteres non consulebant in longitudinem. Providere debuerunt sua scripta ob atramentum apud nepotes futuros plus minusve habitura auctoritatis ; proinde curare ut ne sibi venderetur. quod brevi flavesceret. Quæ alia illa sint indicia multos annos impendere debuisse Usuardum emendando codici, nescio. Refellam, cum assignare poteris.

Jam si rogites qui factum fuerit, ut Pratensis codex corrigeretur, cæteri non item : ratio in promptu est. Auctor sui Martyrologii exemplum offert Carolo regi. Statim probatur omnibus, exscribitur. Suus interim codex domi manet. Succedente tempore, novæ notitiæ accedunt. Incidit auctor in Acta quæ prius ipsi non visa fuerant. Quoties in manus resumit opus, quædam, ut fit, scripisse, quædam B omisisse, quædam non aptius adnotasse pænitet. Adjicit, obliterat, loco movet, luxuriantia adstringit. dirigit inordinata, soluta componit, ad unguem castigat. Habes cur Pratensis emendetur. Emendati autem non sunt alii codices, quia alia procul dubio aliis mensibus exspolita sunt, et importunum fuisset, -simul atque quidpiam corrigere visum fuerat, omnes Ecclesias admonere. Fortasse etiam admonuit; sed autnovos suumpts facere, aut alia nescio quacausa monitis parere noluerunt. Quid vero nos torquemus, ut ejus rei ratio reddatur, cum idem quotidie accidat ? Non est auctor, qui anno postquam in lucem opus editum est, non animadvertat a se multa prætermissa, quæ dixisse ; multa dicta, quæ prætermi-sisse vellet: nec tamen gratum aut commodum fuerit cruditis nova ejusdem scriptoris eadem de re singulis annis emptitare volumina : atque, ut exemplo utar quod ad rem accedit propius, præstaresne Baronii martyrologium qualicunque errato purum et integr m? In usu est tamen; nec de nova editione cogilatur, quoties aliquid nævi in eo critici repre-hendunt. Eodem prosus modo correxit Usuardus; sed aut nescierunt cæteræ Ecclesiæ, aut neglexerunt. IIæc de lituris hactenus.

Nunc ad argumentum venio cui palmam das, et propter quod te effers magnifice. Nimirum sexdecim et sexaginta anni dies magno apparatu enumeras (Praf. c. 3, art. 4, § 1, n. 200), quibus a simplicio-ribus codicibus aliis cum excusis tum mss. dissentit Usuardus Pratensis; unde efficis aut autographum non esse codicem illum, aut saltem aliud fuisse Autographumunumvelplura, exquovel exquibus Heriniensis et alli Pratensis puriores descripti sint. Quam nulla ratione omnibus illis locis Pratensem codicem e purorum numero excluseris Notæ palam facient.llic duntaxat argumentum excutiam.lgitur, si tibi credimus, ideo non est autographum Pratensis codex, quod a cæteris et quidem sæpe numero rece-dat.An ex animo, R. P., justam esse causam existimas? D Mihi quidem aliena prorsus videtur. Nam si codex est autographum, tua ratio probat id unum, nulla fide exscriptum fuisse codicem. Primo igitur proba-tum oportuit autographum non esse ; et addidisses postea nihil esse mirum quod toties a reliquis codicibus dissideat. Autographi enim a cæteris discrepantia quantalibet sit, nunquam argumento esse potest non esse autographum. Sentis, opnior, primum tui argumenti vitium. Quod aliud colligis aut aliud fuisse autographum; id equidem non negaverim: at ex illo alio autographo puriores Pralensi descriptos esse, id tibi nullo modo assentior. Tritum est vetustate proverbium : δεύτεραι φρουτίδες σοφῶτεραι. Polit lima, non deturpat; nisi forte Usuardus similis fuerit illis medicis, qui ctiam integra secant : quotantum abest ut fecerit, ut etiam plura emendassevellem.

Deinde legiet perlegi diligenter quidquid a te fuit observatum in illos dies, quibuse purorum codicum dicii rationem, hæc mihi tua fuisse visa est, corruptum illum esse Codicem ubicumque lituris sordescit. Nam sanctos reddis omnes, quossine litura Pratensis codex exhibet. Itaque toties e tuis antiquiores memorant quos dam sanctos, ubi nulli sunt in Pratensi, aut in isto aliter annuntiantur : si litura fuit his locis in Pratensi, nunquam omittis tuos anteponere quasi nativam Usuardi simplicitatem assecutos, quam in nostro sublatam alia manu aut corruptam esse contendis. Tuumne sensum satis calleo? At ita parum idonea est ad elevandam Pratensis codicis auctoritatem ista ratio, ut mirum sit quomodo tibi. homini magna sagacitate magnoque judicio, in mentem venire potuerit.

Age, R. P., tam dociles veritati aures commoda, quam éoinmodaturum te spopondisti. Litura non fit, nisi ut vel nihil sit, ubi quid antea scriptum fuerat; vel aliud legatur loco eorum quæ scripta fuerant. Nihil igitur tibi proderunt lituræ, quin aut quo loco litura est in autographo, eodem semper in aliis codicibus sancti legantur; aut sancti qui lituris inscribuntur, nunquam iidem sint qui eodem loco videntur in aliis codicibus. Nam si aliquando accidit ut, ubi litura facta est in autographo, tui codices nullos referant sanctos, aut tui codices eosdem habcant sanctos, ac eos, qui in autographi lituris versantur; etiamsi verum aliquando esset deesse in autographo sanctos, ubi quosdam tui codices commemorant ; aut in illo sanctos memorari alios ab iis quos referunt tui codices : nullum tamen ex lituris de autographo judicium ferre posses. Quid ita? Quia regula non est quæ a seipsa dissidet secumque discordat

Quantumvis perspicuitati studeo, vereor tamen ne intricatum tibi esse videatur hoc argumentum. Exempla confero. Die 18 Aprilis Pratensem codicem sequi propterea noluisti, quod Niceforum habet, qui tuis in codicibus desideratur. Sed quo loco nunc in Pratensi legitur Niceforus, eodem olim litura fuit. Ut igitur certus sis ducendam esse illo die ex tuis codicibus primigeniam Usuardi simplicitatem, deberet in illis sanctus quispiam reperiri, qui ante lituram in Pratensi fuerit. Nullum autem hujus lituræ fateris in tuis codicibus apparere vestigium. Qui ergo Nicefori mentio tibi potuit esse causa, cur tui codices potius quam Pratensis, primigeniam Usuardi simplicitatem redolere viderentur

Item diebus 14, 28 et 30 Januarii; 10, 17, 29 et 30 Martii; 2, 17, 22, 23 et 26 Aprilis; 15 Junii; 23, 26 et 30 Augusti; 25 Septembris; 17 Octobris: 21 et 23 Novembris, Pratensem codicem vitiatum judicasti, quia in lituris quorumdam sanctorum facta fuit commemoratio, de quibustui codices plane conticescunt. At diebus 16 et 19 Martii, 8, 13 et 29 Augusti ; 20 et 21 Septembris : 17 Octobris ; 2 Novembris aliisque locis foedatur etiam lituris Pratensis codex; nec tui tamen ab illo vel unguem discedunt. Ut igitur tui codices aliquando diversi sunt a Pratensi, ubi in isto sunt lituræ : sic etiam cum illo nonnunquam conveniunt. Lituræigitur tibi non possunt esse loco regulæ, ex qua Pratensem codicem diju-dices; cum regula illa nulla sit, quæ non semper eadem est. Atque ut hæc paucis omnia contraham : lituræ Pratensis codicis usui tibi esse non possunt ad deprimendam ejus auctoritatem, nisi hinc indi-caveris qui sancti ab Usuardo ante lituras inscripti fuerint ; vel demonstres inscriptos lituris fuisse diversos ab iis quos Usuardus ipse designaverat. Neutrum ex tuis codicibus evincere potes ; quandoquidem sæpe repræsentant et sanctos qui in lituris leguntur, nullo liturarum vestigio ; et eosdem qui in lituris videntur. Operam igitur lusisti, cum tuorum codicum numero potius et mole quam pretio et dignitate Pratensem obruere atque opprimere codicem aggressus es.

Quid ad hæc, R. P. ? Num aliqua ex parte vi-

lictum est? Unum video, et quod quidem tibi monstraverim lubens. Dic te non lituris solis usum fuisse pro regula, sed lituris sinul et codicum discrepantia; te quibusdem locis aspernatum esse Pratensem, quia, præter lituras, ab aliis discrepabat; aliis locis imitatum esse, quod quamvis lituræ essent, cum aliis tamen codicibus concordaret. Placetne ? Atqui nihil factu facilius est quam hoc etiam tibi præcludere. Nam læva manus non est dextræ similior quam quæ in lituris sanctos a te rejectos scripsit similis est illi quæ sanctos a te admissos notavit. Contestor oculos omnes. Si vel tenuissimum scripturarum discrimen sit, nullum verbum dico, quin codex non modo non autogra-phum, sed etiam omnium codicum deterrimus habeatur. Cum igitar in utrisque lituris cadem scriptura sit, nullo modo ad nativam Usuardi simplicitatem explorandam subsidio esse potest codicum discrepantia.

Id nunc te sollicitum habet, qui fieri potuerit ut Heriniensis et Tornacensis codices, præ quibus Pratensem contemnis, quasdam correctiones admiserint, quasdam vero minime. Equidem nullo negotio nodum expedire posse mihi videor. Antequam Usuardus excrisbi juberet Martyrologium, quod Carolo-regi offerendum crat, haud dubie jam in autographo lituræ erant. Eruditum enim et multæ lectionis opus est, et in hujusmodi operibus quid novi quotidie succurrit quod corrigas. Quæ correcta fuerant in autographo, hæc omnia traducta sunt in primum ejus exemplum, quod alterum autographum vocare licet. Ex isto tui sunt derivati codices. Hinc est quod quasdam primi autographi correctiones referant: alias autem non habent, quia nova identidem induxit Usuardus in suum quæ alias Ec clesias latuerunt, aut ab illis neglecta sunt.

Propero ad ultimum tuum argumentum. Quædam, inquis, in Pratensis codicis margine leguntur C quæ licet manu recentiore addita, in vetustissimis, tamen quibusque Usuardi codicibus reperiuntur, atque adeo Usuardi sunt. Unde consequens tibi videtur aut non ipsa Usuardi manu scripta esse omnia, aut ipsum diverso charactere usum fuisse. Inter varia eæempla, quæ falso subindicas magno numero adduci posse, unum tibi maxime visum est ad rem opportunum. Sic enim die 7 Novembris de sancto Herculano prima manus in Pratensi codice : Apud Perusinam Italiæ urbem, natalis sancti Herculani episcopi; el in margine manus recentior : cujus corpus post abscisionem capitis ita unitum atque sanum die quadragesimo, ut scribit sanctus Gregorius papa, repertum est, ac si ulla incisio ferri tetigisset. Quam tamen postremam longioremque elogii partem nullus non habet Usuardi Martyrologii codex etiam antiquissimus. Utra est, rogas, manus autographa ? Fateor in vetustissimis hocce narrari miraculum, ut ego illud ex Dervensi exscripserim. I Neque negari potest in margine adjectum esse manu recentiore et quidem imperita. Nam pro, ac si nulla koc incisio ferri, scripsit, ac si ulla incisio fer-ri, quæ sensu vacua sunt. Lubens ctiam dederim Usnardi esse totum illud elogium. Brgo non constat primum manum esse Usuardinam? Hæc tua conclusio est, R. P. Mihi, qui ob oculos codicem habeo, longe secus videtur. Sancti Ilerculani inter et beati Amaranti commemorationem spatium interjicit r latum circiter pollicem, quod scalpells rasum est; sed ita ut hodièque facile legatur cujus prima manu scriptum. Hinc tu, qui tot, tam dudum scribis, quique adeo sæpe expertus es quanta mobilitate ingenium probet, improbet, manum siimulet aut compescat, facile nodum solvis. Ego quidem sic rem in-telligo. Cum illius diei articulum litteris mandaret Usuardus, primum in anima habuit ornare miraculo S. Herculani elogium. Scripta prima voce, repudiavit consilium quod primum instituerat. Dictanti pos-

tium facit hæc argumentatio? Num quid effugii re- A tea codicem Carolo rsgi offerendum subiit aminum lictum est? Unum video, et quod quidem tibi monstraverim lubens. Dic te non lituris solis usum fuisse pro regula, sed lituris simul et codicum discrepantia; te quibusdem locis aspernatum esse Pratensem, quia, præter lituras, ab aliis discrepabat; aliis locis imitatum esse, quod quamvis li-

Verum etsi in reliquo codice una aut altera esset commemoratio alia manu scripta, modo omnium exemplorum illa sit, parum ad autographi fidem mihi videtur interesse, eadem an alia ejusdem ætatis manu exaratum esse. Nam non illud solum est autographum, quod ipsa scripsit auctoris manus. Satis est illud eo dictante aut dirigente esse seriptum. Quo concesso, quod negare non potes, an ad manum semper est idem scriptor? Nam ad id operis quod ab omnibus legi oportebat, Usuardus elegit procul dubio, qui nitidus elegantius que pingeret. At scriptor ille abesse, ægrotare potuit, cum quid in B mentem auctori veniebat, quod codici adjectum vellet. Summa est, quod omnibus exemplis est antiquis, id, sive eadem, sive alia ejusdem ætatis scriptum sit manu, non posse nisi ad autographum pertinere. Quidquid igitur correctionum in omnibus Usuardi exemplis repcritur, id, quamvis alia manu codice lituræ inscriptum, quamvis alia manu notatum, Usuardo ipsi vindicari debet. Satisne dubia tua, imo errata explanavi et dilui?

Quid si demonstravero tibi tuos codices neque ad ferendum de Pratensi codice judicium, neque ad edendum Usuardum utiles esse potuisse?

Autographum nosti codicem esse, quem auctor ipse exaravit propria manu. aut qui ipso dictante vel dirigente exaratus est, proinde ex quo certo dignoscitur quid, vel quid non scripserit. Cum igi-tur ex Heriniensi et Tornacensi aliisve pronuntiaveris Pratensem non esse autographum, oportet ex illis te perspectum habuisse quid scripserat, quid non scripserat Usuardus. Neutrum tamen a té comperiri potuisse vehemens mihi suspicio est. Neutrum enim tibi compertum esse potuit, nisi vel autographnm in manus venerit, vel saltem exemplum purissimum : et utrumque tibi defuisse mihi persuasissimum est. Quo argumento? Audies. Lutetiæ, in bibliotheca regia, Usuardi Martyrologii servatur codex miræ vetustatis, Carlovingiaco charactere scriptus, vix ulla litura, perpaucis additamentis, iisque in quibus perfacilé manum recentiorem agnoscas. Noni sæculi vertentis, aut saltem ineuntis de-cimi esse nullus dubito. Nam ad calcem texitur manu recentiore quidam librorum catalogus, cum hoc titulo, eum esse librorum, qui reperti súnt in Arca Asonis abbatis Dervensis, postquam is Jerosolymam profectus est. Profectus est autem anno 992. Est igitur decimi sæculi manus illa recentior. Quam prope ad Usuardi ætatem accedere oportet codicem ipsum, a qua manus recentior tam parum distat! Certe aut nullum est purissimum exemplum, aut illud est. Adde pertinuisse olim insignem illum codicem ad Dervense monasterium, quod a Carolo Calvo tot beneficiis cumulatum fuerat, ut non dubium sit quin, ubi auditum est jussu regis concinnatum fuisse Martyrologium, illud abbas ejusque loci monachi in suum usum transtulerint. Adde etiam sancti Odonis commemorationem esse recentioris manus, qui tamen anno 994 obiit, et statim a morte cultu publico honoratus est. In illo tamen exemplo, quamvis plerumque cum tuis codicibus consentiat, multa sunt loca ubi dissentit. Vis nonnulla recenseam?

Die 15 Februarii, articulus incipit a sancto Blavio, ut in Pratensi, 28 Maii, nihil de sancto Charauno refert, ne nominat quidem; 5 Junii, nihil habet de sancto Bonifacio episcopo; 30 refert hæc verba: non tamen eadem die, sed evoluto anni tempore ut vir disertus Arator scribit; quæ tu negas ab Usuardo esse scripta. 8 Julii, post Ciliani martyris,

additur, et sociorum ejus; 12, de sancto Dyo silet; A Ecclesia? An novis reliquiis ditata est abbatia San-20, ipso die sanctæ Margaritæ virginis; 28 Augusti, item via Portuensi SS. martyrum Simplicii, Faustini et Beatricis temporibns Diocletiani, etc., quos mart yres tui codices hoc die prætereunt. 7 Septembris, sanctus Clodoaldus simpliciter vocatur presbyter et confessor; 19, sanctum Sequanum non presbyterum, sed abbatem et confessorem dicit; 8 Octobris, Libaria virgo Pelagiæ peccatrici adjun-gitur; 9, Eleutherius unus ex Dionysii sociis non diaconus, sed presbyter appellatur; 20, Syndulfum et Adraudum annuntiat ; 23, de Benedicto confes-sore altum silentium ; 30, de Germano Capuano ni-hil, sed : Medio vico SS. Martyrum Pientii et Agentii et S. Columbæ rirginis. Mitto cætera. Quid ex illa lectionum varietate consequatur, etiam tacente me, plane intelligis. Tui codices procul abscedunt a duobus aliis, quorum unum autographum esse constat, alterum ex alio autographo desumptum esse potius quam tuos, probabilissimnm est. Qui B in Pratensi antequam scriberetur Dervensis codex. potuerunt igitur *ex autographo tel saltem puris-simo apographo describi*? Quo pacto ex illis vel Neque enim dixeris ex isto Pratensem fuisse corre-ctum. Alioquin, o ur uno potius loco quam altero? conjicere poluisti quid scripserat, quid non scrip-serat Usuardus? Quo jure ex illis pronuntiasti Pratensem nou esse autographum? Tristis sane tuæ editionis conditio. Video illam inter duos scopulos, quorum alterutro illidatur necesse est. Quo enim accuratius res ab auctore conscriptas ejusque verba reddit editio, co censetur purior et castigatior : nihil utraque exhibet accuratius quam autographum ; et ab autographo Usuardi, utrum-vis demum illud sit, longe aberras.

Sed benigne tecum agere volo. Esto tui codices merum Usuardum referant, paucis exceptis additamentis, quæ tu sagacissime odoratus fueris. Esto Pratensis codex non autographi titulo dignus sit, et inter apographa recenseri debeat. Hoc etiam dato, vide ne non sagacis et prudentis hominis fuerit Pratensi præferre quemvis alium codicem. Primum C fateris Pratensi cæteros omnes antiquitate cedere. Nonne tibi, R. P., incogitanti isthæc excidit con-fessio? Satisne deliberasti? Advertistine quantum periculi fuerit id honoris habere Pratensi codici? Certo quo propior est aquo scaturigini, co minus alienis miscetur; et Pratensis, si non fons ipse, saltem ita fonti vicinus est ut inter utrumque vix ullum perspici possit intervallum. Nam Heriniensis, te ipso teste, licet undecimi sæculi, Pratensi tamen ducentis est annis recentior. Nono igitur sæculo exaratus Pratensis codex. Te ipso etiam tempora computante, vita functus est Usuardus anno 876. Usuardo igitur ad summum 23 annis posterius apographum.

Dabis etiam, sat scio, illud ex autographo esse. deductum. Neque enim simile veri est aliunde accersitum esse codicem, cum opus fuit, ut autographo nimis extrito, codex alius exscriberetur. Nimis extritum fuisse autographum R. P? Opus fuisse ut D post tres et viginti annos exscriberetur codex membranaceus, qui semel tantum per dies singulos, et singulis diebus per quatuor temporis momenta sumebatur in manus? An istud credibile tibi videri potest? cum nostris in templis chartacei videantur libri, qui licet singulis diebus sexaginta abhinc et eo amplius annis diu noctuque versantur, integri sunt tamen. Sed volo tantulum illud tempus durasse autographum. Saltem id concesseris monachos Pratenses, ut librum a suo sodale compositum, a se per tres et viginti annos usurpatum restaurarent, non aliunde codicem fuisse mutuatos.

Id præterea fatearis oportet, nullam ecclesiam, nullum esse monasterium, quod minus interpolationis nomine suspectum videri debcat. Qua causa, quo colore mutassent Martyrologium Pratenses monachi? Num eo temporis spatio quod Usuardi mor-tem inter et decimum sæculum interest, sauctos quospiam suis fastis addidit aut detraxit Parisiensis

germanencis? Num societatem iniit cum alio monasterio, qua sanctos ejus colere obligaretur? Præsagio quid sis responsurus. Prima manus, inquies. bona fide autographum reddidit : sed post nonum sæculum perfida alia in totum codicem grassata est, et loco corum quæ scripserat Usuardus, alia substituit. Frustra te in istain latebram conjicis, R. P., habeo quo te teneam. Quæ enim lituras secit manus, et in lituras nova induxit, eadem reliquum codicem scriptum esse manifestum est. Quod si sponte concedere nolueris, id vel ab invito extorquebo, lituras esse decimo sæculo superiores. Nam codex Dervensis, quem et litterarum forma, et appositæ temporis notæ, et eruditi testantur nono sæculo vertente, aut ineunte decimo exaratum esse, multos ex iis articulis integros repræsentat, qui in litura scribuntur, nec verbum habet de iís, quæ ante lituras scripta fuerant. Erant igitur illæ lituræ

ctum. Alioquin, o ur uno potius loco quam altero? Cur priorum illarum correctionum nulla, aliqua superessent posteriorum vestigia? Eadem correctionum omnium est manus. Ergo omnes noni sæculi sunt. Eadem igitur ætate et exscriptus et correctus est codex. Nulla causa fuit nono sæculo cur Martyrologium a Pratensibus mutaretur. Fatearis igitur necesse est in nullam Eclesiam nullumve monasterium cadere minus posse interpolationis suspicionem.

Nunc in medium veniant tui codices, et cum Pratensi de honore et præstantia contendant. De æ-tate habeo confitentem reum. Ultro et lubens fateor, inquis (Prof. c. 3, art. 4, § 2, n. 210), Heri-niensem nostrum membraneum Pratensi palmam omnino cedere.... duobus minimum sæculis posteriorem. Magnum temporis intervallum, R. P., et quo, etiamsi verum esset nihil novi inscrium in Usuardum fuisse, id tamen non tam certo de He-riniensi quam de Pratensi judicare poteras ; quod satis fuit ut Pratensem anteferres.

Heriniensem aliosve ex autographo aut ex purissimo apographo expressos fuisse quo argumento tibi persuadere potuisti ? Qua nota dignoscere quid Usuardum saperet, quid Usuardo repugnaret ? Hieronymiani indices. Beda, Florus, Ado et quotquot ante Usuardum fuerunt martyrologiographi nihil subsidii conferre poterant, quandoquidein se ab illis aliquando recessisse non obscure indicat Usuardus ipse, cum ait in Prologo : At sil quid præter quod ab illis accepi in hoc opere actum velmutatum est, sagaci a me indagine perquisitum agnosci poterit. Neque magis auxilio crant quot quot post Usuardum scripta sunt martyrologia. Vix enim duo invenias, quæ omnibus anni diebus sint sibi invicem consentanea. Heriniense Rhemensis provinciæ sanctis refercitur; Tornacensis codex multos ex Anglia admiscet ; alui alios. Dices illos facile ab Usuardinis discerni, quia quarumdam Ecclesiarum proprii sunt. At quốt sancti sunt apud Usuardum, quos dam Ecclesiæ? Die 18 April. sanctum Maternum Usuardo abjudicas, ut Treviris proprium. Cur non Usuardus æque Maternum adnotasset ac Maximum, quem etiam Treviri singulari cultu prosequuntur? 24 ejusdem mensis, tuus ille tantopere jactatus Heriniensiscodex inter impuros turpiter relegatur, quod sanctas Bovam et Dodam Rhemensibus proprias commemoret. Cur purus habetur, cum san-ctos Baolum et Theodoricum pagorum quorumdam ejusdem provinciæ proprios annuntiat? Atque etiam aliquando accidit ut illi cæterisque majoris pretii nulla causa interpolationis notam inureres, et illis vitio verteres quod puritati tribuendum fuit. Die 10 Februarii Pratensem illis prætulisti. Injuria; nam in Pratensi sancta Austreberta in litura scribi-

-0-6-6

tur, et eam prima manus, ul vocas, ego, autographum Carolo regi oblatum non memoravit. Deest enim sancta illa in Pervensi codice. Puri ctiam erant 16 Martii. Hilarium et Tatianum suo codici adjecit Usuardus, deleto toto, quem antea scripserat, articulo. Deletus quoque Eustachius, additusque Eulogius Cordubensis die 20 Septembris. Tui codices primam, ut Dervensis, referebant manum, seu primum autographum. Cur illis tecisti injuriam? Neque in illos æquior fuisti 1 Novembris. Mutatum in ipsis non fuerat Marcelli elogium; vere Usuardinum fuit et primi autographi. Adeo nihil certi statuitur, ubi semel a regula discessum est Nullam igitur notam suppeditabant tibi tui codices, qua Usuardina a non Usuardinis discerneres. Sine ergo te iterum interrogem, quo nomine tibi persuaseris illos *ex autographo vel saltem purissimc apographo esse descriptos*?

Denique alias ecclesias aliave monasteria potiori ratione suspectas esse, nihil opus est ut pro-B bem. Res ipsa loquitur. Cum ad illas pervenit Martyrologium Usuardi, jam propriæ erant solemnita-tes. Erant etiam in finitimis regionibus aliæ, quas jampridem sibi adsciverant. Has omnes dubio procul adjunxerunt novo Martyrologio; quas, quia Usuardus ipse signare potuit, nullo indicio ab Usuardinis distinguere possis, nisi fontem ipsum adeas, aut ad fontem quam proxime accedas. Nulla rivulus, te ipso comprobante, proprius abest quam Pratense, ut passus sum appellari, apographum. Nonne igitur sagacis et prudentis hominis fuit Pratensem codicem cæteris anteponere, etiamsi tam certum esset esse apographum, quam autographum esse certum est? Etsi verum sit, ut est certe, tuis codicibus anteponendum fuisse Pratensem, quam meretur fidem tua Editio, qui tuos illi prætulisti? Nullius ergo ad edendum Usuardum utilitatis esse potuerunt.

Atque hæc satis sunt, R. P., interturbare tua C litteraria negotia longiori sermone, in publica com-moda peccare esset. Arbitror nihil omisisse quod te deinceps ad melius de Pratensi codice sentiendum adducere posset. Probatum est litterarum forma, notis chronologicis, perpetuo usu, fida custodia illum esse autographum : litteras, haud dubia autographi signa, demonstravi ab Usuardo factas esse, nec ab illis faciendis eum aut ulla lege aut morte fuisse prohibitum. Planum feci autographi ab exemplis discrepantiam : his quidem, non illi adversari. Convelli fuudamentum, quo tota tua censura nititur, vitiatum esse Pratensem codicem, ubicumque lituræ sunt aut correctiones, quæ in aliis codicibus non comparent; quandoqui dem sæpe correctiones admittunt et ipsi; sæpe nihil habent eorum, quæ ante lituras correctionesve scripta fuerant : scriptura correctionibus ubique simili, aut ad omnia loca admoveri debuisse regulam, aut nullam esse. Lucem attuli exemplo, quod tibi D suspicionem injecerat sibi non constare Usuardi manum. Parum fuit elidere ductum ex lectionum varietate argumentum; ultra progressus ostendi tuos codices ab utroque autographo discrepare, atque adeo ex illis ferri non potuisse de Pratensi judicium. Et ne tuum animum severior exasperaret reprehensio, non sum gravatus me ad tuam demittere opinionem, apographum esse Pratensem co-

tur, et eam prima manus, ut vocas, ego, autographum Carolo regi oblatum non memoravit. Deest enim sancta illa in Pervensi codice. Puri ctiam erant 16 Martii. Hilarium et Tatianum suo codici adjecit Usuardus, deleto toto, quem antea scripserat, articulo. Deletus quoque Eustachius, additusque Eulogius Cordubensis die 20 Septembris. Tui codices primam, ut Dervensis, referebant manum,

In spem venio, R. P., fore, ut hæc argumenta tibi omnem ex animo scrupulum eximant, Pratensem codicem tecum reducant in gratiam, et pro indictis haberi velis quæcumque in autographi sinceritatem integritatemque paulo acerbiora mínusque vera di-xisti. Ea tibi facile condono. Qui enim potuisses de illo codice recte judicare, qui alienis oculis iisque non admodum perspicacibus utebaris, et testimonia sæpe adversa fronte secum pugnantia audiebas.Bollandus et Henschenius, magni viriet in hac palæstra subacti, codicem minime purum existimabant : Sirmondus et Mabillio nihilo inferiores asserebant autographum; alia Castellanus, alia Stephanus Chamillart nuntiabant ; suffusæ hic illic lituræ, nonnulla additamenta facessebant negotium ; proclive erat peccare tot augustiis irretitum. Persuasum habeo multo benignius acturum te fuisse cum Pratensi codice, si tuis oculis illum perlustrare licuisset. Neque tamen est, quod de præpositis nostris conquerare. Non es nescius quanti momenti, quanti pretii sit singulare hujusmodi monumentum. Tutum non erat tam longe transportari in exteras hosti-lesque regiones. Satisne non fuit permittere, ut totum exscriberetur ? ut Sirmondus vester cum alio exemplo conferret? ut postea Castellanus semel, iterum ac tertio inspiceret, et per dies singulos va-riationes quamtumvis exiles solertissime adnotaret? (Soller. Pref. c. 3, a 4, § 1, n. 195.) Quorum omnium testimonia si tibi non facerent satis, cur non per epistolam percunctatus es quibus argumentis Usuardini Martyrologii autographum vindicaremus; cur essent lituræ, cur iis lituris superinducta quædam quæ ab allis codicibus aberant; cur additæ margini solemnitates; an eadem ubique manus, an diversa? Nemo hic est cui non pergratum fecisses; nemo qui officio non duxisset te de omnibus quam diligentissime facere certiorem. Vellem ex animo prudens istud cepisses consilium. Quoniam vero maluisti nostrum Codicem publice traduccre; quod illum publice ulciscimur, a te maximopere peto et quæso, ut æqui bonique facias. Nec vereor ut id te exorem. Tu enim ipse non postulasti nodo, sed etiam flagitasti (Præf. 2 4, § 1, n. 208), ut quis e nostris dubia tua, imo errala, in quæ Uodice ipso privatus, incidisti, explanaret et dilueret : pollicitus te promptissime retractaturum quidquid forte de autographo nostro iniquius sensisse dici posses. Quin de Republica liiteraria satis tibi meritus vi debaris, si id dubitationibus tuis eficeres, ut Usuardum ipsi nostrum, nativa simplicitate, iisque quibus voluerimus, annotationibus vindicatum, publici juris aliquando faceremus. Sane hanc æquitatem exspectabam ab erudito viro, qui ex corum numero est qui (ibid.) eumdem omnes scopum præ-Roum habent, ut, dissipatis tenebris,errores depel-lantur, eruatur verilas, antiquitas ecclesiastica vel æmulis studiis illustretur, ad majorem Dei sanctorumque gloriam. Vale

598

INCIPIT

USUARDI MARTYROLÓGIUM

PER ANNI CIRCULUM

PROLOGUS ^o

AD CAROLUM CALVUM.

Domino regum piissimo Carolo usuardus, indi- A multa inveniuntur hujus operis præterisse necesgnus sacerdos ac monachus, perennem in Christo coronam.

Minime vestram latet celsitudinem, o sapientissime princeps, qualiter monemur imitandis antiquorum studiis, ut quidquid in gestis præcipue ecclesiastico dogmati congruis minus perfectum inventum fuerit, debeamus vel proposse supplere, vel certe suppleri obtarc. Quæ res pia quidem sollicitudine (vestro, si recordamini, jussu dignanter admoto) me ad hoc, et si indignum, compulit, quatenus sanctorum sacras atque anniversario recolendas festivates ex quibusdam præcedentium Patrum Martyrologiis in quamdam colligerem anitatem. Recolebamque in ipsis eorumdem solempnitatibus quam multos propriæ negligentiæ excessus, quos B videlicet et præsentibus regalis examinis auctorietiam purgari tali cupiebam officio. Præterea et venerabilium Hieronymi scilicet ac Bedæ presbyterorum piis, quamvis succinctis, super hoc provocabar descriptis; quorum prior brevitati studens, alter vero quamplures dies intactos relinquens,

Decrat iste prologus in eo, quem publici juris facimus, codice manuscripto, propterea quod exciderat præ vetustate primum ejus folium. Eum vero nobis suppeditavit V. C. Pithæi exemplar ejusdem fere, tum characteris, tum ætatis, teste D. Jacobo

saria. Quos tamen secutus censui, et Flori viri memorabilis latiora jam in eo ipso negotio segui vestigia, præsertim in secundo ejusdem libro. Ibi enim multa, quæ in priore omiserat, et correxit et addidit. At si quid præter quod ab illis accepi in hoc opere actum vel mutatum est, sagaci a me indagine id perquisitum agnosci poterit. Cæterum, benignissime, idcirco hanc exiguitatis mez przfatiunculam huic opusculo inserere malui, ut sciretur non me in hoc usum levitatis conamine, sed potius vestris, ut erat dignum, paruisse imperiis catholicorum fidelium solito consulentibus utilitati. Unde quod vestrum est obsecro, ut si justum decernitur, propria tuitionis anchora roborctur, quod tate, et futuris tantæ auctoritatis firmetur examine. Excellentiam magnitudinis vestræ per multa annorum curricula Rex regum Dominus sua dignetur custodire potentia. Amen.

du Breul, hujusce cœnobii monacho, qui Prologi istius fronti observationem hanc præfixit. Notandum præterea non reperiri in Solleriata Usuardi editione. BOUILLART.

• PROLOGUS ALTER

EX LIBRIS BEATI AUGUSTI, Qualiter colendi sint sancti.

Festivitates sanctorum apostolorum seu marty- C tibi, Petre, aut Paule, aut Cypriane; sed quod ofrum antiqui Patres in venerationis mysterio celebrari sanxerunt, vel ad excitandam imitationem, vel ut meritis corum consociemur, atque orationibus adjuvemur (Aug, l. xx contr. Faust., c. 21). Ita tamen ut nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum sacrificemus, quamvis in memoriis martyrum constituamus altaria. Nemo enim in locis sanctorum corporum assistens altari aliquando dixit : Offerimus

• Desideratur secundus iste prologus in ea quam Sollerius adornavit Usuardi editione; at reperitur in Usuardi ejusdem codicibus fere omnibus manu exfertur, offertur Deo, qui martyres coronavit : ul ex ipsorum locorum amore affectus assurgat ad augendam charitatem, et in illos quos imitari possumus, et in illum quo adjuvante possimus. Colimus ergomartyres eo cultu dilectionis et societatis quo et in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cor ad talem pro evangelica veritate passionem paratum sentimus. Sed illos tanto devotius, guanto securius.

aratis, qui in bibliotheca Pratensi asservantur et in multis aliis. BOUILLART.

feliciore victores, quam in ista adhuc usque pugnantes. At vero illo cultu, qui Græce latria dicitur, Latine uno verbo dici non potest, cum sit propria quædam Divinitati debita servitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum Deum. Cum autem ad cultum pertineat oblatio sacrificii, unde idololatræ dicuntur qui hoc etiam idolis exhihent, nullo modo aliquid tale offerimus aut offerendum præcipimus, vel cuiquam martyri, vel cuiquam sanctæ animæ, vel cuiquam angelo. Et quisquis in hunc errorem delabitur, corripitur, per sanam doctrinam, sive ut corrigatur, sive ut condemnetur; dum etiam ipsi sancti, vei homines, vel an-

Quos etiam fidentiori laude prædicamus jam in vita A geli exhiberi sibi nolunt, quod uni Deo deberi norunt. Apparuit hoc in Paulo et Barnaba, cum commoti miraculis quæ per eos facta sunt, Lycaonii tanguam diis immolare voluerunt. Conscissis enim vestimentis suis confitentes et persuadentes se deos non esse, ista sibi fieri vetuerunt (Act. xiv, 14). Apparuit et in angelis, sicut et in Apocalypsi legimus angelum se adorari prohibentem atque dicentem adoratori suo : Conservus tuus sum et fratrum tuorum, Deum adora (Apoc. xix, 10). Honorandi sunt ergo martyres propter imitationem, non adorandi propter religionem. Honorandi sunt charitate, non servitute.

MENSIS JANUARIUS

HABET DIES XXXI.

Die 1.

Kalendis.

Circumcisio Domini nostri Jesu Christi. Romæ, natalis sancti Almachii martyris; qui jubente Urbis præfecto, cnm diceret : Hodie Octavæ Dominici diei sunt, cessate a superstitionibus idorum, a gladiatoribus occisus est. Via Appia, coronæ militum triginta, sub Diocletiano imperatore. Item Romæ, sanctæ Martinæ virginis, quæ sub Alexandro imperatore diversis tormentorum generibus cruciata, tandem gladio martyrii palmam adepta est. Apud Spoletum, sancti Concordii presbyteri, et martyris, temporibus Antonini imperatoris; qui primo fustibus cæsus, dehinc equulco suspensus, ac ferro post in carcere maceratus, ibique angelica visitatione consolatus, demum gladio vitam finivit. In Cæsarea Cappadociæ, depositio sancti Basilii episcopi, cujus celebriatis xviii Kalend. Julii potissimum recolitur. In Africa, beati Fulgentii, ecclesiæ Ruspensis episcopi, qui ob catholicam fidem, et eximiam doctrinam exilio relegatus, tandem ad propriam ecclesiam redire permissus, vita et verbo clarus, sancto fine quievit. In territorio Lugdunensi, sancti Eugendi [Bouillart., Augendi] abbatis, cujus vita virtutibus et miraculis plena refulsit. Alexandriæ, sanctæ Eufrosinæ virginis.

NOTÆ.

sentari, probant plerique codices, quibus me potissimum inniti in præfatione indicavi : Pratensts nempe codex, aut prætense, aut vere autographus, cum quo semper convenit exemplar B, et alii ibi-

Usuardum in primæva sua simplicitate hic repræ- B dem fortasse similes. Item Heriniensis, Tornacensis, Autuerpiensis, editio maxima Lubecana, Muneratus, Grevenus, Molanus, in quibus nulla, salti momenti gravioris, discrepantia reperitur, ut mox patebit.

VARIANTES LECTIONES.

De presbiteri, et hujusmodi multis aliis minutiis orthographicis superius in præfatione actum est, et erit sæpius alibi dicendi locus. Lego Circumcisio cum Herinien., Tornacen., Autuerpien. et ms. impressisque pluribus, quemadmodum prælucent Beda, et Romanum parvum. Ex prioris annuntia-tione suam procul dubio formavit Usuardus. Praten. scribit Circumcisio. Greven. et Molan. addunt, secundum carnem, quibus vocibus utuntur apographa Hieronymiana et Beda : sed eas ab Usuardo expunctas, ut plerumque multa decurtat, probant puriora exempla omnia tum edita, tum ms. Omisi etiam Alippio, licet in Adone habeatur, et rectius, C opinor, apud Bedam Alypio, ipsa cadem causa, quod in codicibus nostris id nomen non habeatur, forte consulto ab Usuardo prætermissum, tametsi satis verosimile sit, Fallonium Probum Alipium Honorii tempore, dum Almachius, vel Telemachus, trucidatus est, præfecturam Urbis administrasse. Legitur hic et recte, ni fallor, Bugendi non Augendi, contra quam habeatur in Praten., Herinien., Tor-

nacen. et Munerat., ubi pro *Bugendo* positus est Augendus. Mihi Eugendus præplacet, ut majores nostri in Actis hoc die legerunt, et légere débuit Usuardus Adonem describens. Atque ita etiam in antiquis lectum fuisse ostendunt codices alii, pro textu citati. A qua parte stet derivatio Gallica Oyend, judicent alii. In Eufrosinæ servavi modum scribendi codicum mss. et impressorum, quidquid Ado rectius posuerit *Eufrosinæ*, orthographia for-tasse ab editore correcta. Notavit Clar. Castellanus in prætenso Pratensi autographo lituram apparere post Augendi abb. cui deinde in eadem membrana inscriptum, atis. Alexandriæ, sanctæ Bufrosinæ virginis, cujus vila virtulibus et miraculis plena refulsit. Manifesta hæc, ut mitissime dicam, transpositio, auctoritatem illius codicis certo imminuit, nihilominus primo hoc die inter puriores locum obtinet, sæpe alibi ob defectus graviores excludendus. Demum observo, in ecgrapho Tornacen. voces pauculas immutatas, quæ tamen totius rei substantiam illæsam, et intactam relinquunt.

USUARDI MONACHI

OBSERVATIONES.

Non facile dixerim, cur Ado Circumcisionem a A Romano parvo expressam reticuerit, nec cur Usuardus octavam Domini, ab utroque illo et Beda diserte positam. Reliquá, quæ ad hanc primam annun-tiationem spectant, in Variantibus dicta sunt Almachius a Beda primum signatus est, nulla gentis, aut instituti facta mentione; ut dubitari possit, an Theodoretum a Bollando aliisque citat um præ oculis habuerit. Verumtamen, vel ca, vel simili alia causa Telemachum Theodoreti ab Aimachio hoc nostro distinguere velle, scrupulos magis sapit, quam solidam rationem. Brevius de co agit Romanum parvum, sed decollatum pronuntiat, quod Ado non est ausus asserere, secutus simpliciter contextum Bedæ. Utrum e duobus descripserint Usuardus et Notkerus, libera datur sentiendi optio. Erit qui opponat vetustissimum Hieronymianum ecgraphum Epternacense, quod Florentinius Autuerpiense appellat; in cujus specimine, in præfatione Bollandiana pag. quiores Martyrologos notus non est. Not kerus plu xLv1 impresso, et rursus in Popylæo antiquario B cula de eo memorat; Wandalbertus vero canit: ante tomum II Aprilis ex æneis laminis recuso, legitur : Natalis Coronæ, qui jubente Asclepio, etc. Unde nimirum sequeretur, primam Almachiani elo-gii originem ad Iliero: ymiana referendam. At enim facile occurritur; nam manifestissime patet, codicis illius in laterculo hujus diei confusio cx omnibus aliis apographis Ilieronymianis, tum a Florentinio editis, tum apud nos mss. omnino corrigenda. Ut paucis dicam, huic Martyrologio prorsus insolitam est hujusmodi encomia uspiam referre. Rursus non Corona sanctæ, quæ hie nulla est, nec Stephani, quem forte supponere volucris, sed unius Almachii ca propria sunt. Statuendum proinde Laurentium scriptorem codicis ex Anglia verosimiliter a S. Willibrordo allati, aut a sancto ipso, aut ex Bedæ cævi scriptis elogium accepisse, atque illuc non satis apte inseruisse, ut plane intelligunt harum rerum periti, et fusius demonstrari poterit, siquando usus fuerit alia nostra Ilieronymiana apographa, genuinis pro- C xima, typis edere, in quorum nullo similem usquam phrasim deprehendimus. Explodenda porro stultissima imperiti cujus Angli argutatiuncula de Almachio ab Almanacho progenito, quam hic vel notasse plusquam satis est, utpote nec appellari, ne-dum confutari dignam, quod tamen ultro præstitit laudatus nobis et sæpe imposterum laudandus Clar. Castellanus.

Sequitur in textu nostro : Coronæ militnm xxx quæ in Adone post Concordiiannuntiationem posita est, ex Hieronymianls immediate desumpta. in quibus Corona a militibus perperam distingui videtur, quod Viennensi nequaquam placuit, nec item Nostro, a Notkero tamen restitutum est. Actum non ago, si plura requiris, videsis Bollandum et Florentinium. Roma, Martina virginis meminit Romanum parvum; Ado longam ex Actis laudationem concinnavit, breviorem ex ipso Notkerus, solam medullam Usuardus contractam exhibet, ut conferenti luce clarius patebit. Rabanus, licet ex eodem fonte hauriat, diversam plerumque semitam ingreditur. Rursus : Et apud Spoletum, sancti Concordii martyris, Romani parvi verba sunt. Elogium ex Actis Adonianum est, compendium hic Usuardinum, apud Notkerum paulo auctius. Alia denuo habet Rabanus, Concordium Romæ tribuens. Basilius apud antiquiores Martyrologos notus non est. Notkerus plus-

Basiliusque sacer meritorum splendet honore,

isque præterea nativitatem Domini, Euphrosynamet Amachium celebrat, reliquos omnes omittens. Equidem existimo sanctissimum episcopum pure Usuardinum esse. Quod vero subditur : Celebritatem ejus potissimam recoli xviii Kal. Julii, id qua ratione a viris cætera cruditis de *ordinatione* in episcopum intelligatur, mihi studiose quærenti hactenus reperire non contigit. Ultimo loco habet Romanum parvum: Et in Ruspensi ecclesia, sancti Fulgentii episcopi. Hinc ab Adone acceptus pluribus laudatur, quæ a Notkero descripta sunt, a Nostro mo-dice decurtata et polita. Penultimo loco in Adone est Euphrosyna cum vitæ epitome, a Notkero paululum aucta, atque in recentioribus codicibus Usuardinis descripta, ut mox videbitur. Usuardus solum ferme nomen ab Adone transumpsit et ultimo loco retulit; Bollandus vero in gratiam PP. Carmelitanorum ad diem x1 Februarii remisit. De quo vide Resp. Papebrochii, art. 10, num. 44. Eugendus Adoni debetur hoc die, non sequenti, ut Notkerus posuit. Ex illius verbis composita sunt, quæ ab Usuardo dicuntur. Ex his perspicere lector incipiat, quam vere nuper a nobis pronuntiatum sit, Adonis Martyrologium fontem esse, ex quo ferme totum Usuardinum nostrum profluxit.

AUCTARIA.

ANTUERPIEN.-MAJOR inserit, secundum carnem. Post gladiatoribus, cum Beda, addit, hac de causa De Martina, decst, sub Alexandro, etc. Scribit : «Apud Spoletum civitate Tusciæ : » Post triginta, « has pro confessione veræ fidei sub, » ctc. De Basilio : « Episcopi, admirandæ fidei atque doctrinæ viri.» Euphrosyn:e vita sic ex Adone describitur : Qu¹³ orationibus patris sui Papuntii, de sterili ma- D tre progenita, in puerili ætate constituta, clam se tonderi fecit, et monasticam vitam expetiit, Smaragdi sibi nomen imponens. Post etiam in reclusione viginti octo annos in omni sanctitate perdurans, tacta ægrotationis incommodo, et mortem sibi adesse cognoscens, manifestante [inanifestavit] se religioso et cum lacrymis multotiens quærenti eam patri. » llactenus ex Adone. Additur porro: « Cum quievisset, sepulta est a fidelibus in eccle-sia. » In fine adjiicit : « Ravenna, Severi episcopi et martyris. »

Roswed. secundo loco habet : Basilii episcopi, expuncto elogio. Tertio loco: « Romæ, sanctæ Martinæ, uxoris Adriani. Et Coronæ virginis. » Tum : « Et natale sancti Almachii, sub Olympio, » etc. Legit etiam : « Apud Spoletum civitatem Tusciæ » In Fulgentio, abest totum elogium. Denique Eufihrosyna Eugendo præponitur.

PULSANEN. acephalus est, caretque diebus fere quatuor primis.

AUTUERP.-MAXIM., ULTRAJECT., LEYDEN., ALBERGEN. et DANIC. ordinem non nihil immutant, cætera Usuardinæ puritati satis propinqui. Diem itaque sic uniformiter ordiuntur : « Octava nativitatis Domini nostri Jesu Christi, et Circumcisio cjusdem. » Sic deinde secundo loco pergunt. « In Cæsarea Cappadociæ, depositio sancti Basilii episcopi, qui tempore Valentis, doctrina et sapientia insignis, omnibus virtutibus fundatus, mirabiliter effulsit. » Cur omiserint Usuardi verba de festi ejus celebratione xviii Kal Julii, non habeo unde statuam. Prædicti codices de sancta Martina hæc textui subjungunt : « Factus est autem in passione ejus, terræmotus magnus, et crediderunt ea die millia et trecentæ animæ. » Terræmotus ex Adone acceptus est, unde vero et a quo mirabilis ea conversió huc traducta sit, nescio.

LOVANIEN. eodem modo incipit, eumdemque servat ordinem, sed Basilii, Martinæ, Almachii, Concordii et Fulgentii elogia plane rescindit.

CENTULEN : « Octava nativitatis Jesu Christi Domini nostri, atque Circumcisio ejus. Romæ, sancti Almachii martyris. Item Romæ, sanctæ Maximæ

virginis. » Quæ hæc Maxima sit, etiamnum quæro : A sumpto. » De Basilio, ferme ut Antverp.-Max., etc. forte jungenda erit Magno et Maximo, de quibus infra ad Belinum. Sequitur in codice : « Item via Appia, sanctorum xx militum, [*cur non coronæ* xxx ?] sub Diocletiano passorum. Cæsarea Cappadociæ, sancti Basilii archiepiscopi et confessoris. In Africa, civitate Ruspensi, sancti Fulgentii episcopi, vita et doctrina præclari. Apud Spoletum, sancti Eugendi abbatis. Alexandriæ, Eufrosinæ virginis. »

BRUXELLEN. incipit : « Circumcisio Domini secundum carnem, et octava dies Dominicæ nativitatis. » In Almachio, et Concordio satis purus est. De Martina habet sicut ANTUERP.-MAX., etc., sed nomen corrumpit, scribens Marmene. In militibus satis purus, in Fulgentio ex Adone modice interpolatus est. De Basilio inserit, « admirandæ fidei, vitæ, et doctrinæ viri; cujus potissimum elevationis festum, » etc. Euphrosynæ elogium ex Adone non nihil mutilat. Tum « Ravennæ, sancti Severii confessoris. » De eo etiam agunt flieronymiana, sed in B lani in notis pag. 15, et in Martyrologio universali Actis differtur ad 1 Februarii. « Eodem die, sancti Pagodæ [vult dicere Paracodæ, vel ut Mosander Paragodæ] septimi Viennensis episcopi. » Sequitur ; « In territorio Lugdunensi, monasterio Virensium, sancti Eugendi abbatis, » etc. Denique: « Silviniaco, sancti Odilionis, quarti abbatis Cluniacensis, qui per annos quinquaginta sex, miro religionis fervore rexit atque provexit.» Vide infra auctarium Greveni.

HAGENOYEN. : « Circumcisio Domini nostri Jesu Christi, quando ipse præsentatus est sacerdoti ad circumcidendum octavo die, ubi ille pro nobis peccatoribus primum sanguinem fudit, ostendens se verum corpus assumpsisse humanum. » In Almachio deinde, Martina et Concordio satis purus est. Tum : « In Cæsaria Capadociæ, depositio sancti Blasii [*pro* Basilii episcopi. Qui primus monachorum regulas scripsit, et ab imperatore in exilium est missus, et tandem ad suam ecclesiam est reversus. Et a beato Effrem heremita in columna ignis visus est, cujus C caput erat in cœlo et pedes in terra, Qui spiritu prophetiæ claruit, et in tempore Valentis imperatoris, sapientia et doctrina insignis, omnibusque virtutibus ornatus, mirabiliter effulsit. Cujus fes-tivitas, » etc. In Fulgentio et Eugendo satis purus ; in Euphrosyna non plane convenit cum supradictis; In fine, de corona xxx militum, pure.

Aquicinct. in fine : « Ipso die, sancti Maximi martyris. » Vide infra de Magno.

Victorin in fine : « Ipso die, sancti Odilonis abbatis. » Deinde manu recentiori : « Ravennæ, Severi episcopi et martyris. »

MATRIC.-CARTUS.-ULTRAJ. : « Circumcisio Domini nostri Jesu Christi. Almacii martyris, Romæ. Coronæ militum xxx. Fulgentii episcopi et confessoris. Martinæ virginis et martyris. Eufrosynæ virginis. »

REGINÆ SUECIÆ, sub num. 130 : « Ipso die, sancti Odilonis. »

STROZZIAN.: « Eodem die, sancti Magni marty- D ris. » Vide, ut dixi, in Belino.

MEDICÆUS : « Ravennæ, sancti Severi episcopi et martyris. » Editio Florentina anni MCCCCLXXXVI cum hoc ex parte convenit.

SELINENS. PP. Franciscanorum, ascriptum recentiori manu : « Sancti Venerii martyris. » An non Severii ?

EDITIO LUBECO-COL., de Circumcisione, fere ut BRUXELL. Tum : « In Oriente sancti Jaspar regis, quem beatus Thomas apostolus plene fidem docuit et postmodum episcopum patriæ ipsius, sicut et alios duos ordinavit. Qui hac die obdormivit in Do mino, divino sacrificio in ecclesia prius celebrato et Deinde : « Romæ, sanctæ Marcinæ virginis et martyris, quæ cum esset sublimis genere, patre consule nata, dives nimis rerum, quas indigentibus mi-sericorditer erogabat, tenta ab Alexandro imperatore, jussa est sacrificare Apollini ; quæ cum nollet, diversis tormentorum, » etc., » ut supra. In Almachio et militibus xxx satis pura est. De Concordio inserit : « Qui natione Romanus ex patre Gondiarno, tentus, » etc. In Fulgentio pura est. De Eugendo addit, « monasterio Virensium. » De Euphrosyna quod supradictis addit, describi non merctur. In line; « Ravennæ, sancti Severi episcopi. » Vide dicta.

BELIN. inserit, « monasterio Jurensium. » Scripsit etiam Olimpio pro Alypio. Sed præcipuum auctarium in fine est : « Eodem die, sancti Magni martyris, » descriptum forte ex codice simili STROZziano. Ex Belino. accepit Molanus, nec ullus alius codex de eo mcminit. Vide conjecturam Clar. Castelpag. 665. Ut ut est, nihil Baronius, nihil Bollandus, nihil alii de Magno, Maxino, aut Maximo reperere, saltem quod huic martyri aptari queat.

GREVEN. incipit ab Euphrosyna, fere ut supra. Tum : « Eodem die, beati Odilonis abbatis, cujus vitam virtutibus et miraculis claram, Petrus Damianus eleganti stylo descripsit. Hic primus in monasteriis suis generalem commemorationem animarum, post festum omnium Sanctorum instituit, quod in Ecclesia utiliter institutum cernimus. Super aquas etiam cum sociis fide plenis ambulavit. In Oriente, dormitio sancti Gaspar, qui fuit unus ex tribus magis. Hic a beato Thoma Apostolo fidem edoctus, et episcopus ordinatus, quievit in pace. In Apulia, Potiti martyris. » Aliis etiam diebus colitur. Vide xiii Jan. in Actis. « Stephani et Martini marty-rum. Secundi martyris. Trophimi martyris. Severi episcopi et confessoris. Hic etiam memoria recolitur beati Fulgentii episcopi Utricolensis, de quo Gregorius III Dialogorum refert, quod a Gothis intra circuli designationem inclusus, in maxima pluvia pluviam non senserit. Coronæ virginis. » Hanc probabilissime ex Hieronymiano aliquo accepit Grevenus, sed ut dixi, nulla est Corona ista virgo amanuensium vitio perperam avulsa a xxx militibus in textu relatis. Præter Fiorentinium, videri eliam potest Clar. Castellanus, in notis pag. 8 et 12.

MOLAN. in ipso textu litteris Italicis minoribus inseruit de Fulgentio : « Hujus vita virtutibus plena habetur. » Et post Lugdunensi, « monasterio Jurensium. » De Magno habet in fine eodem charactere, quod ex Belino descripsit, sed de eo jam ibidiximus. Sequitur typis Romanis minoribus, elogium Fulgentii Utricolensis ex Greveno desumptum. Sed in præfatione cap. 13 recte monuit idem Molanus, Fulgentium hunc, pro Cartusianorum Coloniensium arbitrio hac die collocatum. In Actis refertur XXII Maii. Castellanus in Martyrologio universali eum recolit III Decembris. Seguitur eodem charactere : « Clari abbatis monasterii sancti Marcelli in Vienna et confessoris, magnæ sanctitatis viri. Castro Meleduno, depositio sancti Aspasii confessoris, cujus ibidem nomini principalis ecclesia titulatur, licet vita penitus ignoretur. In Corbeia, depositio beati Ade-lardi, abbatis. » et confessoris. (ujus vitam scripsit Ratbertus abbas. » Editiones posteriores, de Claro Viennensi addunt, « cujus vita habetur. » Et in Actis exstat. De Aspasio, ut in priori. Non est opus, seu hoc seu aliis sequentibus diebus, adjicere formulam (de cujus antiquitate hic non disputo) : *Et alio*rum plurimorum sanctorum, martyrum, confessorum alque virginum. Respondetur, Dep gratias.

IV Nonas.

Die 2.

Apud Antiochiam, passio B. Isidori episcopi. Et in Ponto civitate Thomis, trium fratrum Argei, Mar-

celli [Bouillart., Narcissi] et Marcellini pueri, qui sub Licinio principe inter tyrones comprehensus, cum nollet militare, cæsus ad mortem, et diu in carcere maceratus, martyrium consummavit. In Thebaide, S. Macharii abbatis.

NOTÆ

Ita Praten., Herinien., Tornacen., Munerati prima editio, Greven, et Molan. Ut proinde de lectionis simplicitate dubitari nequeat.

VARIANTES LECTIONES.

Scribunt aliqui cum Herinien. Isidori. puto ego Usuardum posuisse, ut est in textu. Thomis, Agei, tyrones, Macharii legunt omnes, et ita Nostrum legisse procul dubio censendum est.

OBSERVATIONES.

Prima nostra annuntiatio non ex solito fonte, sed A copi ejusdem loci, unde et veram lectionem, et erroex Hieronymianis ab Usuardo accepta est, quam si integram servasset, forte tot diversa nomina, ut sunt Isidori, Isiridoni, Siridoni, Spiridonis, Stri-donis, et nescio quæ alia, ex uno solo procusa non essent. Legunt apographa illa pleraque apud Florentinium : In Antiochia, Siridoni, episcopi ejusdem loci. Atque inde veram nominis faciem exsculpendam mox ostendetur. Cæterum mirabilis, hæc nominum variatio, quocunque demum modo enuntietur, virorum eruditorum ingenia non parum exercuit, ansamque Baronio dedit, ut præter Isidorum Nitriensem, potius Hermopolitanum, quinescio qua ratione signatus sit, alterum nostrum Isidorum Antiochenum, et alterum Siridonem, item episcopum, Martyrologio inscriberet. Fatetur quideni ingenue, divinare se non posse, cujus demum civitatis Siridon ille episcopus fuerit : Bollandus autem non parum laborat, quo Isidorum Usuardi et Syrodonum Hieronymianorum, aut confundat, aut distinguat, B Quæ sic ab Adone melius relicta fuissent ; nam eloquod certe non satis obvium est. Ego hoc loco eruditorum duorum judicia proferam, de quibus statuet lector, quod videbitur. Heribertus Rosweydus in epistola data 12 Maii mocxxviii vitæ suæ penultimo, ad unum e nostris, si bene conjicio, Romam destinata, quæque inter ejus chartas a majoribus nostris primum reperta, saltem accuratius inspecta fuit, anno MDCLXVIII : ita de hisce Isidoris, vel Siridonis episcopisjudicium, vel dubitationem exponit : Baronius, inquit, neutrum hic episcopum ad sedem suam reducere potest. Si mihi sensum meum aperire li-ceat, valde vereor, ex uno nomine varie lecto, duos episcopos nobis productos. Nam, si recte colligo, in nullo veteri Martyrologio invenientur duo hi episcopi II Januarii, ISIDORUS et SIRIDON; quod vel Siri-donem, vel Isidorum repræsentabunt, prout quisque veteris codicis litteras leget. Id quod dico, videor ex solo Hieronymi Martyrologio colligere, Habes ibi (nempe in) Epternacensi) II Januarii : Isiridoni EPI- C SCOPI ANTIOCHIÆ. Cum tres episcopi Doni, vel Domni Antiochiæ fuerint (addere poterat, Isidorus aut Siridon nullus) vix dubito, aliquem horum designari. Hæc Rosweydus, ad cujus fere mentem, aliam conjecturam Bollandus produxit. Verum, nisi vehementer fallor, rem paulo penitius introspexit Holstenius, et Rosweydi sensum haud satis clare expressum evolvit et exclusitin epistola ad Cl. V. Florentinium, data 4 Kal. Februarii MDCLVIII, ubi sic loquitur : Qui die secunda Januarii tanquam diversi ponuntur (a Baronio) B. Isidorus episcopus, et paulo post S. Si-RIDON episcopus, pro uno vero, duo falsi substituuntur, vitio ambo creati ex veræ lectionis ignorantia, ut ex vetustissimismss. deprehendi, in quibus semel simpliciterque legitur : Antiochiæ, Syrodoni epis-

ris originem facile perspexi. Quis enim non videt legendum : ANTIOCHIÆ SYRIÆ, DOMINI EPISCOPI EJUS-DEM LOCI; atque ita vero illius loci possessore in integrum restituto, duos hypobolimæos expungendos? Quæ si vera sunt, ut plane confirmari possunt ex Martyrologio reginæ Sweciæ, olim monasterii S. Co-lumbæ apud Senones, quod Cassiodorus, teste Castellano, tribuit Hieronymo, et Holstenius in Animadversis ferme totum edidit, nosque inter Hieronymiana mss. habemus ordine xui, ubi legitur Doni; si, inquam, hæc vera sunt, falsa etiam erit Usuardi lectio, quam tamen servavimus, ut auctoris puram et genuinam. Vide de his plura apud laudatos non semel Florentinium, et Castellanum.

Annuntiatio alterá de tribus *Tomitanis* fratribus, ex Romano parvo per Adonem solitoordine profluit, utrobique secundo loco posita. In illo, sic habetur : Et Tomis, martyrum Argei, Narcissi et Marcellini.

gium, quod soli Marcellino tribuit, quodque Noster ex co descripsit, pridem observavit Notkerus alteri tribuendum essé, licet in nomine ipsemet erraverit, scribens Philiepiscopi, et Rabanus die sequenti Titi episcopi; ubi verosimiliter legendum, filii episcopi, qui fuerit Theogenes, in cujus Actis apud Bollandum ca narrantur, quæ néc Marcellino soli in Adone : nec ipsi et fratribus, in codicibus recentioribus Usuardinis recte ascribuntur, ut videre est in Actis III Ja-nuarii, quo die tres illi fratres in Hieronymianis apographis, aliis pluribus immisti referuntur, ad quem locum consuli potest Florentini notatio. Primo loco in Romano parvo signatur : Beali Macarii: in Adone: Natalis beati Macarii abbatis. Hactenus recte, nec quidquam ultra indicant Hieronymiana hoc die. At dum supra ductores sapit Usuardus præfigens ; In Thebaide ; rem implicuit, quam nec Rabanus, ncc ex co Notkerus explicant, dum legunt : Antiochia, Macarii abbatis. Neque prosunt ho-dierna nostra Auctaria, dum nunc Macarium Alexandrinum volunt, alium vero, qui xv Januarii colitur, *Egyptium.* Intricata hæc et confusa, a Bollando elucidata invenies hoc die, et citato xv hujus, nec minus crudite contracta a Castellano in nótis a pag. 40. Ex quibus intelliges, quantum valeant cognomenta illa Alexandrini et Egyptii, cum u erque Libyæ incola fuerit, hodiernus in Celliis, alter in Scithi. Vide Januarium pag. 1005, num. 3, et eos, qui post Bollandum Macariorum Acta accuratius distinguere conati sunt. Audiatur postremo Wandalbertus, qui hunc solum ita recolit :

Macharius quartum Nonarum dedicat astum (forte, astrum) Qui tenuit docuitque eremi pius accola morem.

AUCTARIA.

Thebayda, depositio beati Macharii abbatis, magnarum virtutum viri. Et in Ponto civitate Tomis, trium fratrum Nareissi, Argei et Marcellini pueri. Qui sub Licinio inter tyrones comprehensi, cum nollent militare, cæsi ad mortem, martyrium consummaverunt, et diu iu carcere macerati, in mare mersi sunt. Corpora eorum ad littus delata, et [a] religiosis viris

ANTUERP.-NAJ. textum habet deformiorem : « In D deposita, magnis choruscant virtutibus. » De Isidoro tacet.

Rosweyd.. « Antiochiæ, Ysidori episcopi et beati Macharii abbatis. » De tribus Tomitanis, textum ponit in plurali numero. In fine addit : « Hierosolimis, sanctorum Stephani et Vitalis. » Nomina in Hieronymianis disparata, conjuncta sunt.

PULSANEN. Adhue vacuus est.

ANTUERP. et MAX.-LUBEC., de cætero puri, Usuardi A addunt in fine : « Ipso die, octava sancti Stephani. »

MUNERAT. communior editio altera textui assuit : * Eodem die Silviniaco monasterio, depositio domini Odelonis abbatis. » Hic iterum recurret, quanquam Castellanus xxxI Decembris collocandum existimet.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., LOVANIEN., Albergen., Danic. et editio Ultraject. Belgic. primo loco : « Octava sancti Stephani protomartyris. De Isidoro scribunt omnes : « Episcopi et martyris. » De Tomitanis autem, quasi Usuardi constructionem vellent clariorem reddere, post illa verba, et Marcellini pueri, sic repetunt : « Qui Marcellini, etc., » ut prope dubites, utrum sic Ado, et Usuardus ipse non scripserint. Dehinc Macario elogium texunt in hunc modum : « Hic Alexandrinus, Macharius autem, de quo habetur infra xviii Kalend. Februarii, fuit Ægyptius genere, et ambo florentes in Egypto, et ambo Antonii discipuli. » Vide quæ in Observationibus nostris dicta sunt.

CENTULEN. : « In Thebaida, depositio beati Macharii abbatis magnarum virtutum viri. In Ponto civitate Thomis, trium fratrum Narcissi, Argei et Marcellini pueri. Antiochiæ, passio sanćti Isidori episcopi. Eodem die, octava sancti Stephani. »

BRUXELLEN. incipit etiam ab « octava sancti Stephani protomartyris. » In Tomitanis, satis purus est. Tum : « Ysidori episcopi et martyris. In Thebaide, natalis sancti Macharii Alexandrini abbatis, discipuli beati Antonii, magnarum virtutum viri. Et sancti Sindani episcopi. » Hæc est, ni fallor, alia nominis Syrodoni inflexio, nisi agatur de Silano.

HAGENOYEN. in octava S. Stephani, in Ysidoro et Tomitanis, superioribus similis est; sed de suo su-peraddit : « Item in eadem civitate, Marcellini pueri in mare mersi. » Notabis in priori annuntiatione Marcellinum *puerum* non dici, et crogium totum in numero multitudinis positum. Sequitur : « In Thebayda, sancti Macharii abbatis. Ilic Alexandrinus C supra. Editiones posteriores litteris Italicis textui erat, Macharius autem, de quo habetur infra xviii Kal. Februarii, et fuit Ægyptius genere : Ambo florentes in Ægypto, ambo beati Antonii magni discipuli, ambo magnarum virtutum viri, et magnorum miraculorum perpetratores. »

AQUICINCT. in fine : « Ipso die, sancti Siridonis episcopi. Item, sancti Barbatiani confessoris. Apud Silviniacum, sancti ac beatissimi Odilonis abbatis. Octavæ sancti Stephani protomartyris. »

MATRIC.-CARTUS.-ULTRAJ. : « Octava sancti Stephani protomartyris, Isidori episcopi et martyris. Argei, Narcissi et Marcellini fratrum. » Altera manu subditur : « Frontasii martyris cum sociis suis. » Vide Acta.

CLUNIACEN. : « Item sancti Barbatiani confessoris. » Remittitur a Bollando ad xxxi Decembris.

CAMBERIEN. Sanctæ Mariæ : « Sancti Baldulfi confessoris. »

ALTEMPS. : « Sancti Barbatiani confessoris. Civitate Petragorica, sancti Silani martyris, » socii, opinor, S. Frontasii.

FLORENTIN. : « Ipso die, sancti Spiridionis episcopi, sancti Barbiani confessoris. Hic gesta martyrum a notariis diligenter exquisivit, et in ecclesia recondidit. » Sed hæc transcribentium oscitantia illuc translata sunt ex elogio Adoniano de Anthero papa, die sequenti.

EDITIO LUBECO-COL. convenit omnino cum An-B TUERP.-MAX., etc., præterquam quod id fine subji-ciat : « Eodem die, sancti Baldulphi confessoris. Ipso die, sancti Odilonis abbatis Cluniacensis. »

BELIN. : « Octava sancti Stephani. » in reliquis textus satis purus est, cui subjicitur : « Apud Sil-viniacum (transitus) sancti Odilonis abbatis, cujus festivitas cum in Kalendis habeatur, hic tamen plenius recolitur. Ipso die, sancti Spiridionis episcopi; » editio posterior habet Syridonis. At de his satis dictum est.

GREVEN : « Octava sancti Stephani. Jerosolymis, Stephani et Vitalis, Item Tubiæ, Rutiliæ, Vitalis.» Hæc nomina ex Hieronymianis repetenda sunt. Sequitur: « Stridonis episcopi et confessoris. Frontasii martyris, ac sociorum ejus. Baldulphi confessoris »

Molan. : « Octava S. Stephani. Apud Silvinia-chum, sancti Odilonis, etc., » plane, ut Belinus. Tum : « Ipso die, sancti Siridonis episcopi : » Vide præfigunt : « Octava sancti Stephani : » In fine. « Apud Silviniacum, sancti Odilonis, etc. Apud

Corbeiam, depositio sancti Adalardi abbatis. Ipso die, sancti Siridonis episcopi. »

Mirum est, in nullum codicem Usuardinum irresisse memoriam S. Telesphori papæ, qui hodie a Floro. Rabano, et ex hoc a Notkero, celebratur cum elogio. Nos de eo v hujus.

III Nonas

Romæ via Appia, natalis beati Antheros papæ a, qui cum duodecim annis rexisset Ecclesiam, passus est sub Maximiano, et in cimiterio Calixti sepultus. Eodem die, sancti Petri, qui apud civitatem Aulanam crucis supplicio est interemptus. In Hellesponto, sanctorum martyrum Cyrici, Primi ct Theogenis. Civitate Parisius, sanctæ Genovefæ virginis, quæ a beato Germano Autisiodorensi episcopo, Christo dicata, admirandis virtutibus et miraculis late claruit.

NOTÆ.

Sumitur ex Praten., Herinien., Tornacen., Ore- D posuerat, ejusque proinde textum, ut in iis editioven.et Molan. Hic in posterioribus editionibus mutavit, quæ in prima hac secundum Usuardum recte

• Pratensis codex omittit vocem pape, inquit Sollerius, et legit cimiterio Calixti. Utrobique falsum nibus sæpe solet, depravavit.

a suo monitore fuisse textus hic a nobis redditus arguit. Bouill.

VARIANTES LECTIONES.

Scripsi Antheros cum probatissimis codicibus. Eadem est terminatio in Beda, Romano parvo, et Adone, qui melius habent Anteros. Praten. omittit vocem pape, quam codices alii cum citatis jam Martyrologis constanter retinent. Mirum autem, deesse in omnibus titulum martyris, qui tamen in antiquioribus illisclare exprimitur, forte ab Usuardo studiose expunctus. Posui cimiterio, licet diversimode in codicibus scribatur, plerumque eo modo. Item Calizti cum quatuor postremis; Pratensi

legente, cymiterio Calisti, ut me monuit Castellanus, qui fontem consuluit. Male in Heriniensi est Ellesponto, pejus in Greven. Hellesponta; melius ex aliis in textu. In Cyrici et Theogenis, servo lectionem quam ex nostris puriorem existimo. Lego Parisius more antiquitus receptissimo, non Parisiis, ut Molan. passim correxit. Scribendum esset Autisiodorensi, non Altissiodorensi, ut Molanus, sed codicum ordinaria lectio, quæ sæpius recurrit, est Antisiodorensi; aliqui male Antisiod.

Die 5.

De solo Antero meminit Romanum parvum. Be- A a Surio et Rollando edita reproducit, alibi, is dæ de ipso elogium auxit Ado, Noster errore interpolavit, tyrannum designans Maximianum, ubi cum Adone Naximinum scribere debuisset. Certe Anterum ad Maximiani tempora nullatenus spectare, ex ejus ætate constat. Neque vero illum hic Maximinum intelligas, qui sub initium sæculi rv orientatem Ecclesiam fæde cruentavit; de illo agitur, qui anno cxxxv Alexandro, prope Moguntiam trucidato, successit, spemque fidelium de felici et diuturno Anteri pontificatu, brevi intercepit. Atque hic alius est Usuardi error, a Beda et Adone acceptus, de annis pontificatus xm, qui a Labbeo, Pape-brochio, aliisque chronologis merito corrigitur. Quid dc ejus martyrio sentiendum sit, recte exponit Tillemontius, Commentariorum suorum ecclesusticorum tomo III, pag. 278. Si quid aut inde, aut aliunde usui esse possit, in Supplemento adhibebimus. Florentinius ad xxiv Novembris, pag. 997, ex Ádoniano Anteri elogio aliqua dempsit Usuardus, quæ inter Auctaria ex alíis codicibus resti-tuta ostendemus. Petri Balsami gladio interfecti meminit Rabanus die sequenti, ex quo sua descripsit Notkerus. Apud Florum civitate Auclara Petrus hodie crucifixus est. Unum huuc esse cum Abselamo, qui in Romano moderno recolitur xi Januarii, docet ibi Bollandus in Prætermissis, et hodie, ejus Acta illustrans. Eum sequitur Castellanus in notis pag. 50 et 170. Item Theodoricus Ruinart. in Sinceris et Selectis a pag. 554, ubi Acta

ANTUERP.-MAJ. in prima annuntiatione post papæ addidit cum Adone, etc., « et martyris, qui vicesimus post beatum Petrum, cum duodecim annis, C mense uno, diebus duodecim, rexisset Ecclesiam, passus est sub Maximiano, et [in] cimiterio Calixti sepultus via Apia. In civitate Aulana, passio sancti Petri, » etc. Deest annuntiatio tertia. Tum : « Apud Parisium, natale sanctæ Genovephæ, » etc., sed post *claruit*, ex Adone restituit, « et usque ad, annos octoginta in Christi servitute consenuit. »

Roswerd. in Antero, superiori similis est. Sequitur de Genovefa etiam ut ibi. Caret annuntiatione secunda et tertia. In fine autem ex Adone adjicit : « Eodcm die, sancti Florentii Viennensis episcopi et martyris, octavi ejusdem urbis episcopi. »

PULSANEN. hac etiam die vacat

ANTUERP. et MAX.-LUBEC. decurtant Genovefæ elogium, his verbis : « Quæ a beato Germano Autis-siodorensi episcopo, Christo dicata. » At in fine addunt : « Et octavæ sanctis Joannis evangelistæ. »

MUNERATI editio major et prima ex Adone etiam D addit : « Et usque ad octogesimum annum, » etc., quibus altera editio minor superadjecit : « Cujus corpus requiescit in conventu apostolorum Petri et Pauli, monte Parisius. »

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN et EDITIO ULTRAJ. BELG. primo loco habent : « Octavæsancti Joannis Evangelistæ. » De Antero inserunt : « Qui decimus octavus post beatum Petrum cum duodecim. » etc., pure usque ad finem, nisi quod aliqui scribant Dyogenis, et in fine de Genoveía addant, « et usque ad octoginta annos in Christi. » etc.

LOVANIEN. convenit cum prioribus, nisi quod in fine totum Genovefæ elogium expunxerit.

ALBERGEN. et DANIC. in hoc differunt, quod de Antero ita legant post papæ: « Hic constituit ut, [puto esse ne] episcopi de sede in sedem possint transferri; et etiam gesta martyrum diligenter in notariis exquisivit et in ecclesia recondidit, propter

operæ pretium fuerit, cum nostris conferenda. Ab his dissentit Tillemontius tomo V, pag. 417. Petros duos ex Eusebio de Mart. Palestinæ cap. 10, et ex Actis conatus eruere; de cujus argumentis statuendum erit in Supplemento. Jam vero unde Usuardus Petrum acceperit compertum non est, neque inducor hactenus ut credam Florum genuinum ei unquam visum fuisse. Superest verosimiliter conjicere, aut Acta habuisse, quæ ab Anastasio Bibliothecario synchrono, e Græco versa sunt, aut saltem inde notitiam aliquam ad eum pervenisse, Cyricus, alias Cyrinus, Primus et Theogenes ex Hieronymiano Epternacensi aut ei simili a Nostro desumpti sunt, non magis apud consuetos duces hac die noti, quam Petrus, de quo jam diximus. In iis Martyrologiis Paretiæ tribuuntur, de quo vide Florentinium et Castellanum pag. 51. De Theogene, qui ab aliis Diogenes dicitur, seorsim locuti sumus die præcede Anterote, memorat aliqua, nescio an satis apte excogitata. Minus displicent, quæ de ordinatione ejus, co fortasse die : facta alii eliciunt. Cæterum Rabanus. Elogium Adonianum est, a Notkero descriptum, a Nostro decurtatum, sed in Auctariis plene recitatum. Ad eam jam procedimus, puritate Usuardina abunde demonstrata. Cur autem *Floren*tinius Viennensis ab Adone positus, hic præteritus sit, haud equidem assequor; id sæpius factum in Viennensibus sanctis, mecum lector in decursu observare poterit. Adjicio Wandalberti in Genovefæ honorem versiculum, hodie unicum :

Tertia Nonarumque dies celebrat Genovefam.

AUCTARIA.

quod martyrio coronatus est. Qui decimus octavus... passus est Maximino, » etc.

CENTULEN: « Romæ, sancti Anteros papæ et martyris. Civitate Aulana, sancti Petri martyris. . Deest Cyrici etc. « Parisius, sanctæ Genovefæ virginis. Ipso die, octava beatissimi Joannis evangelistæ. »

BRUXELLEN. incipit ab « octava S. Joannis apo-stoli et evangelistæ. Apud Parisium, » etc., de Genovefa, ut supra. « Romæ, natale sancti Antheros papæ et martyris. Qui gesta martyrum a notariis diligenter exquisivit et in ecclesia recondidit. Propter quod sub Maximino imperatore martyrio coronatus est. » Nihil præterea. In Petro Aulanensi et Hellespontanis satis purus, in fine subdit : « Et sancti Florentii episcopi.

HAGENOYEN., præfixa octava, de Antero post papa hæc comminiscitur : « Qui constitutus fuit summus pontifex contra voluntatem cleri a Cyriaco papa, qui passus est in Colonia cum x1 millibus virginibus, Hic Antheros præsuit Ecclesiæ annis tribus, mensibus duobus et diebus quindecim; martyrio coronatus est sub Maximino imperatore et sepultus in cimeterio Calixti. Hic constituit, ut episcopi de sede in sedem non possint transferri sine consensu Romani pontificis. Et gesta ipse martyrum diligenter a nota-riis quæsivit, et excommunicationis sententiam fulminari jussit in rebelles. Hic natione erat Græcus, et xvm post beatum Petrum apostolum.» In duabus sequentibus annuntiationibus, utcunque purus est. Tum de Genoveía post *Christo dicata*, subtexit; «et sacro velamine est consecrata. » Rursus post senuit: « De hac virgine legitur, quod totiens flevit ex de-votione, quotiens cœlum inspexit. Et sicut Stephanus protomartyr. sæpe Jesum in dextera Patris vidit. Hujus etiam orationibus Symeon, qui stetit in columpna, se committere solebat. Item Marini martyris. »

VICTORIN. et REG. SUEG., sub num. 130. : « Item Romæ, sancti Marini martyris. » An is est, qui colitur xxvi Decembris?

nis apostoli. Genovefæ virginis. Antheros papæ et martyris. Petri martyris, qui passus est crucifigi. Theogonis martyris. » ALTEMPS. : « Civitate Petragorica, sancti Eumasii

confessoris . » Castellan. Eumachi, de quo hodie nihil in Actis.

FLORENTIN. : « In Padua civitate, sancti Danielis martyris. » Vide Acta.

« Octava sancti Joannis EDITIO LUBECO-COL. : evangelistæ et apostoli. » De Antero omnia ferme collegit, quæ superius dicta sunt. In Petro pura est. Tum : « In Hellespontano, sanctorum martyrum Cyrici et Primi. Item in Cyzico IIellesponti, passio Diogenis martyris sub Licínio rege, qui post multas passiones tandem in mare projectus a fidelibus honorifice sepelitur. » Vide quæ die præcedenti diximus de Theogene. Sequitur de Genovefa, et Florentio Viennensi, ut supra.

« In Padua civitate, S. Danielis mart. » GREVEN.: Octava S. Joannis. De Florentio, ex Ado-

ne, ut supra. « In Africa, Martialis, Cirici, Claudionis. » Hæc nomina bene vel male ex aliquo Hieronymiano, ut hic passim usu venit, descripta sunt. « Paduæ, beati Danielis levitæ, et martyris. Qui cæco a se illuminato, locam, in quo corpus suum a paganis, clavis per caput et omnia membra transfixum, jacebat, revelavit anno DCCLXVII. Angelæ virginis de Fulgineo. » Melius die sequenti cum Bol-

lando, notante non virginem, sed viduam fuisse. Molan. In fine addit quæ habentur in utraque Munerati editione. De octava, Daniele Patavino, et Florentio, ut supra. Tum : « Item relatio capitis sancti Jacobi apostoli, » additque typis minoribus, « Fratris S. Johannis. Atrebatum al monasterium sancti Vedasti. Angelæ de Fulgineo. inventio beati Quintini martyris per beatum Eligium. » Vide auctarium ad Bedam et Acta. Editiones aliæ præmit-С tunt litteris Italicis : « Octava sancti Joannis evan-

MATRIC.-CARTUS.-ULTRAJ. : « Octava sancti Joan- A gelistæ. » Mutant Anteri textum, expunctis annis, substitutoque Maximino pro Maximiano, recte quidem, sed contra mentem auctoris. In fine de Cenovefa, ut in priori. Tum : « Die tertia, sancti pro-phetæ Malachiæ et sancti martyris Gordii. » De Florentio, ut supra. « In pago Viromandensi, inventio corporis beati Quintini martyris ab Eligio episcopo, et translatio ipsius. » De relatione capitis S. Jacobi, ferme ut supra. Et aliis litteris : « Ipso die obitus Angelæ de Fulgineo. »

APPENDIX

Ex citata die præcedenti Rosweydi epistola.

Appendicem voco, quod ad Usuardum, aut ejus Auctaria non pertineat ; gratam tamen lectori futuram, puto, viri eruditissimi observationem ad Martyrologium Romanum, in quo hoc ipso die celebran-tur« Zosimus, Athanasius, Theopemptus et Theonas.» BELIN. Præfigitur textui Octava, etc., et attexitur: B Itaque citato textu et Baronii notatione, sic infit : Videndum num quatuor hic errores commissi sint. 1. Quod quator hi sancti ponantur passi m Januarii, cum Zosimus et Athanasius passi sint iv Jan.; Theopemptus autem et Theonas v Jan., ut patet ex Menæis. Depravatum est Menologium cum ponit, TERTIA, VEL QUARTA DIE. 2. Quod quatuor hi martyres dicantur passim in Cicilia, cum Menologium et Menæa tantum Zozimum, et Athanasium in Cicilia ponant. 3. Quod hi quatuor ponantur passi sub Diocletiano cum Theopemptus, et Theonas tantum sub eo passi sint, Zosimus autem et Athanasius sub Domitiano, præfecto, ut habet Menologium et Menæa. 4. Quod in notis dicatur, Zosimum et Athanasium passos sub Domitiano imperatore; imo sub Domitiano præfecto passi sunt : ubi cardinalis Sirletus non rite vertit præside, cum in Græco sit apxovre. » Vide præterea Bollandum in Actis, et Castellanum in notis pag 51 et 73, ubi aliqua adducuntur in Supplemento discutionda. Quibus adde, quæ dicuntur in appendice ad tomum I Januarii, pag. 1087.

II Nonas.

Natalis beati Titi, qui ordinatus ab apostolo Paulo Cretensium episcopus, ac prædicationis officium fidelissime complens, beatum finem adeptus est, ibique sepultus apud ecclesiam ubi fuerat dignus minister constitutus. Apud Africam, præclarissimorum martyrum, Aquilini, Gemini, Eugenti, Martiani, Quinti, Theodoti, Triphonis, quorum gesta habentur. Romæ, sanctorum Prisci presbiteri et Priscilliani clerici, ac Benedictæ religiosæ; qui sub tempore Juliani imperatoris gladio martyrium compleverumt. Item Romæ, sanctæ Dafrosæ, uxoris Fabiani martyris, quæ post interfectionem ipsius, primum relegata exilio, dein a præfato principe, capite jussa est puniri. Civitate Bononia, Hermetis, Aggei, et Gai.

NOTÆ.

Ita fere codices omnes, sed pura simplicitas eruitur ex Praten., Tornacen., Munerat., Greven. et Nolan.

VARIANTES LECTIONES.

pro Martianii Marciani: item post Theodoti addunt cum pluribus aliis mss. particulam et. Aliæ in codicibus nominum variationes occurrunt, ut Theodori pro Theodoti, etc.; nos ex antiquissimis nostris præferimus lectionem textus, nec minutias omnes scrupulosius enumerandas censemus. Triphonis scribunt passimomnes. Pro religiosa, habent aliqui gloriosæ; codices vero multi subjungunt feminæ quæ vox necessario addenda videntur, ut posuit Ado, ne sensus imperfectus maneat, cum nec gloriosa, nec religiose ibi quidquam significent, si substantivo destituantur. Cæterum non recta syntaxis a nobis,

Greven. et Molan. pro Bugenti ponunt Bugenii; D sed Usuardina puritas quæritur, eaque nisi vehementer fallor, ex probatissimis codicibus exhibita est. Dissentiunt Greven. et Molan. qui, reclamantibus iterum codicibus mss. legunt consummaverunt pro compleverunt. Deinde pro dein, vix animadversione indiget. Molan. bene scribit Aggæi, sed rectius cum allis ad Usuardi mentem, Aggei: item Gai licet impressa communius habeant Gaii, Gagii, vel Gagi. Munerati editio nec hic, nec alibi satis correcta et accurata. En specimina : Afrosæ, pro Dafrosæ, præfecto pro præfato, et pauca alia vix notatu digna.

OBSERVATIONES.

Præluxit denuo Romanum parvum Adoni, hic Usuardo et Notkero, qui hodie ex Adonis, et Rabani textibussuum ferme totum conflavit. Quod de primo fonte nostro dixi, id in tribus commo morationibus

hoc die evidentissime patet. Ut a Tito incipiam, sic prima ejus in Fastis sacris memoria soli Romano parvo accepta refertur: Arud Cretam Titi apostolorum discipuli. Quibus fere verbiş ab Adone in Mar-

Die. L.

tyrologio et inde a Notkero celebratur. At elogium A traducta, non integre et fideliter, dum principium ex festivitatibus apostolorum ab Usuardo acceptum et modice contractum est. De Titi vita et gestis nonnulla ex variis collegit Bollandus, sed non ita pridem accuratior sylloge ex Scriptura et Patribus con-cinnata est a Tillemontio tomo II, a pag. 139, fortasse in Supplemento usui futura. Classis martyrum septem africanorum Romano parva nota non est, ex Hieronymianis ab Adone translata, addito cpitheto preclarissimorum martyrum. Item, quorum gesta habentur, sed quænec ipse procul dubio vidit, alias aliquod saltem eorum extractum daturus; nec quisquam alius in lucem hactenus efferre potuit. Tertia annuntiatio martyrum Romanorum *Prisci* presbyteri, et Priscilliani et Benedictæ, rursus ex Romano parvo primum profluit. Quæ ab Adone ad-nciuntur et a Nostro contracta sunt, ca ex Actis S. Pigmenii (de quo cum Usuardo agemus xxiv Martii) educta censet Bollandus; Castellanus tantum non plane rejicit, ut proinde appositæ temporis B notæ, novo et accuratiori examine discutiendæsint. Consule interim præfatum Castellanum pag. 66 et 808. Bt Dafrosæ, simpliciter ponit jam tertio lau-datum Romanum parvum. Breve elogium, quod ab Adone mutuavit Noster, ex præcedenti fonte rivulus est non satis purus. Displicent iterum signata Juliani tempora, pro quibus substituenda Diocletianæa, ex Tillemontio contendit Castellanus. Dafrosæ maritus non Fabianus, sed Flavianus appellabatur, de quo et filiabus vide Bollandum hoc die. Ultima classis Hieronymiana est, ex his a solo Usuardo huc

HERINIEN. in toto textu purissime Usuardinus, in fine habet additamentum, provinciæ Rhemensi proprium, nempe : « Ipso die, natalis sancti Rigoberti, Rhemensis archiepiscopi. »

ANTUERP.-MAJ. mutilus est. Incipit : « Natale sancti Titi apostolorum discipuli. » In secunda et ter- C tia Adoni, quam Usuardo similior. Tum : « Item Romæ, beatæ Dafrosæ, uxoris Fabiani martyris. » Desunt reliqua.

Rosweyd. : « In Creta, natale sancti Titi, apostolorum discipuli. » In secunda, tertia et quarta Adonem etiam potius, quam Usuardum descripsit. Ultima deest, cujus loco hæc substituuntur : « Eodem die, Celsi confessoris. Apud Gandavum, Pharaildis virginis. » Nempe et viduæ.

PULSANEN. Desunt forte duæ lineæ : reliqua satis ostendunt textum esse puro proximum. Caret annuntiatione ultima.

ANTUERP. et MAX.-LUBEC. textui, satis puro, subdunt : « Octava sanctorum Innocentium. »

ANTUERP .- MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., ALBERG., et DANIC., incipiunt : « Octava sanctorum Innocentium. » In reliquo textu satis puri sunt. In fine transponunt nomina *Hermetis*, *Gaii* et *Aggei*.

LOVANIEN. prioribus plane similis, resecat elogium Dafrosæ.

CENTULEN. : « Apud Cretam, sancti Titi apostolorum discipuli. Civitate Bononia, sanctorum Hermetiset Aggei. Apud Africam, sanctorum Aquilini.... præclarissimorum martyrum, quorum, etc. Romæ, passio sanctorum Prisci.., religiossimæ feminæ, qui sub impio Juliano martyrium passi sunt. Item Ro-mæ, sanctæ Dafrosæ, uxoris Fabiani martyris, sub Juliano. Et octava sanctorum Innocentium. »

BRUXELLEN. post octavam Innocentium, secundo loco habet : « Et sanctæ Pharahildis virginis, sororis beatæ Gudilæ, quæ Gandavi quiescit. » De hac aliqua observat Castellanus, quæ ex sermonis Belgici ignorantia non potuit distinguere. Sequitur de Tito non plene. In Prisco et sociis item, in Dafrosa et Bononiensibus utcunque purus est. De martyribus Africanis addit : « Qui multos agones, supplicia magna, et passiones horridas pro fidé

omittitur, nempe : In Oriente, quæ particulæ debite appositæ innumeris conjecturis aditum præclusissent. Baronius contra veteres omnes textus, tyrannum apposuit Maximianum, ut observavit Rosweydus in laudata superius manuscripta epistola. Atque ibi etiam solerter notat, discere nos ex Martyrologio Hieronymiani (Epternacensi videlicet, quod solum vidit) non intelligi his Bononiam Italia, sed Bononiam Orientis sive Illyrici. Duplex enim Bononia inquit, una in Oriente, altera in Occidente; patet id ex auctoribus. Ita Rosweydus, qui tamen in Martyrologio legere debuit clarissime expressum Bononia. Putat Castellanus Bonaniam illam seu Bononiam reperisse in Mœsia, Gallice scribens, a Bodon, vide ejus notas ad hunc diem pag. 66 et 67, et Baudrand in Diction. Geographico. Monuit autem Bollandus in nostro codice Usuardino Leydensi vernaculo legi *Baloniam (Baloen)* in Thracia, quod verissimum est, et ita etiam habetur in edito vernaculo Ultrajectino. Sed codicem Leydensem Belgicum imposterum citare supervacaneum censeo, dum cum altero Leydensi Latino omnino convenit. Wandalberti versiculus hodie singularis est; ita sonat :

Tum pridie Nonas Augenti festa recurrent.

Recentiores passim sentiunt hic Bugendum abbatem recoli, de quo actum est i Januarii. Bollan-dus ferme tribuit *Bugenio*, in Africana turma tertio : ego amplius deliberandum censeo.

AUCTARIA

Christi passi sunt, ut narrant ipsorum gesta, quæ habentur. » Vide supra.

HAGENOVEN. habet etiam de octava. In Tito purus est. Tum : « Ipso die Lingonis, sancti Gregorii episcopi et confessoris. » Seguuntur Africani, deinde Dafrosa, tum Priscus et socii, de quibus satis pure. In fine : « Civitate Bononia, sanctorum martyrum Hermetis, etc. » Quod habet etiam præcedens.

MATRIC., CARTUS.-ULTPAJECT. : « Octava sanctornm Innocentum. Titi episcopi Cretensis, discipuli beati Pauli apostoli. Dafrosæ martyris. Rigoberti archiepiscopi Rhemorum. »

ALTEMPS. : « In territorio Uzechiæ civitatis sancti Freteoli episcopi. » De Ferrutio martyre meminit Molanus hic, et Bollandus, in Prætermissis, Ferrutium, Ferrutionem, etc., adducit. Hic Ferreolus est Uzeticensis, de quo vide Prætermissos 1 Aprilis.

FLORENTIN. : « Apud Nicomediam, sanctorum martyrum Theopempi episcopi et sancti Sinesii. » De his plura dicentur die sequenti.

EDITIO LUBECO-COL. Post octavam sequitur textus solito purior. In fine post *Aggei*, nam hic ultimo loco ponitur, subjungit, martyrum et pro Bononia, corrupte scribit Banomia. Deinde : « Treveris san-D cti Celsi episcopi, et confessoris Christi, qui in cimiterio sancti Eucharii requiescit. Bituricas, sanctæ Faustæ virginis. » De qua vide Prætermis-

sos. « Eodem die, sanctæ Pharahildis virginis. » BELIN. præmittit etiam octavam. In Tito, pro di gnus minister constitutus, habet divinitus minister, etc. Sequitur : « Lingonis, sancti Gregorii episcopi et confessoris. » In reliquo textu salis purus est; in fine autem, Aggei et Gaii martyrum.

GREVEN. : « Octava sanctorum Innocentum. Treveris, Celsi episcopi ct confessoris. Bituricas, sanctæ Faustæ virginis. In Flandria apud Gandavum, Pharahildis virginis. Lingonis, Gregorii episcopi, et confessoris, cujus vitam Vincentius Delvacensis in Speculo historiali lib. xxII, cap. 52, summatim perstingit. Apud Nichomediam sub Dyocle [Dio-cletiano] Theopompi episcopi et Synesii martyrum. Item Neophistæ virginis et martyris. »

MOLAN. post *Gaii* etiam in fine attexit martyrum. Deinde : « Octava sanctorum Innocentium, Lingonis,

sancti Gregorn episcopi et confessoris, cujus gesta A torum Innocentium In fine, de Gregorio Rigoberto, habentur. Ipso die, natalis sancti Rigoberti Remensis archiepiscopi, et confessoris. Gandavi, natale sanctæ Pharaildis virginis. Et sancti Ferrutii martyris. » Vide quæ diximus ad codicem Altempsianum. In aliis editionibus ultima illic annuntiatio expuncta est. Incipiunt autem istæ litteris Italicis : Octava sanc-

et Pharailde, ut supra. Subjungitur : Die quarta, sancti Theoctisti, ducis in Cucumo. Et congregatio sanctorum septuaginta apostolorum. » Denique, typis minoribus : » Tuderti Tusciæ, sancti Rogerii confessoris, ordinis minorum. Cujus memoria ihidem celebratur eonsensu Gregorii IX. »

Die 5.

Nonis.

Romæ, natalis beati Thelesphori papæ, qui septimus post Petrum apostolum pontifex ordinatus, illustre martyrium duxit. Apud Antiochiam, sancti Simeonis monachi, cujus vita, ac conversatio satis extitit admirabilis.

NOTÆ.

Ita codices multi, sed omnino puri sunt soli Praten., Herinien., Tornacen., Autuerp., Max.- Lubec., Greven et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

Natale pro natalis, vel vice versa, promiscue B correctum est. Sic etiam Simeonis, in quo maxime ferme ab Adone, Usuardo, et aliis, ac proinde a codicibus nostris accipiuntur, ut id imposterum *Extitit*, antiquus etiam scribendi modus est, quo observare operæ pretium non sit. Scribo Thelesphori cum plerisque editis, et mss. quod in Molan.

et hoc tempore aliqui utuntur.

OBSERVATIONES.

Ad n Januarii supra ad fealcem indicavimus, sanctum Telesphorum papam a Floro, Rabano et Notkero eo die celebrari. Primus ad hunc diem eum retulit auctor Romani parvi his verbis : Romæ, sancti Telesphori papæ, et martyris. Hinc in Adonem transiit, a quo brevi elogio exornatus fuit, cujus pars exigua ab Usuardo adoptata est, religua in Auctariis supplebitur.Ilic a lectore observari velim quod in præfatione diximus, Florum, Rabanum et Adonem, licet eadem sanctorum Acta præ oculis C habuisse videantur, ita tamen passim in modo, seu phrasi disorepare, ut manifeste appareat alterum ab altero visum non esse. De Adone relato ad Bedam, de Notkero ad Rabanum, et Adonem, alia ibidem sententia. Jam vero quid in Hieronymianis sit *Cælifloriæ, Cælesphori* et *Cælisphori*, nescio an Bollandus et Florentinius satisrecte divinaverint. **Nec placet** Castellanus, nimis rotunde asserens, in plerisque, Ilieronymianis Telesphorum papam re-perire. Tametsi enim concederemus ex citatis noininibus Telesphorum a Notkero excusum, necdum mihi exinde consequens Telesphorum papam illic memorari. Plura vide in Castellanis notis pag. 79. Quid de Telesphori Vita, a Zegero Pauli Bollando obtrusa, et ab hoc Actis inserta, censendum sit, docebit Papebrochius in Responsionibus ad

ad articutum x1, a num. 38. Breviorem, sed et veriorem Telesphorianæ vitæ seriem dedit Tille-montius tomo II, pag. 251. De celeberrimo olim toto orbe, etiam dum viveret, Symeone monacho Stylita, meminerunt apographa Hieronymiana; nec video cur inter adjectitios a Florentinio reputetur, præsertim cum præcipui codices in eo referendo conveniant. Signatur in iisdem antiquior ille Symeon, qui responsum acceperat a Spiritu Sancto, etc. Cujus occasione, exercitationem inseruit Florentinius a lectore consulendam. Utrunque Symeonem hoc ipso etiam die commemorat Florus, utrumque Rabanus, et ex hoc Notkerus; de solo Stylita sic agit Romanum parvum : Apud Antiochiam, sancti Simeonis monachi. Vita: compendium exhibet Ado, quod ferme descripsit Notkerus, Usuardus vero in paucissima contraxit. Vitam non unam edidit, et diligentissime eruderavit Bollandus, servata de more primigenia auctorum phrasi. Ex his potissimum Gallicam suam digessit, atque ex Allatii Symeonibus aliisque exornavit Tillemontius per articulos novemdecim, tomo xiv, a pag. 347 ad 392. Ambos textus nostri sanctos geminis versiculis innexuit Wandalbertus :

Hinc Nonas Simeon confessor possidet almus. Papa Telesphorus iisdem pariterque coruscat.

AUCTARIA.

ANTUERP.- MAJ. hic præter morem totum Adonia num elogium Usuardo attexuit. Telesphoro [scribit ipse Thelesphori solum addidit, sedit annos x1, menses in, *dies* xxi. At de Symeone, omnia hoc modo: « Apud Antiochiam, depositio sancti Symeonis monachi. Qui D tertio decimo ætatis suæ anno, huic sæculo abrenuncians, monasterii claustra expetiit ; ubi mira abstinentia, vix septimo die cibum sibi indulgens, psalterium infra quatuor menses didicit. Deinde nimia domandi corporis intentione, fune palmitio renes sibi constringens, duriter laníatus est. Inde in quodam puteo se recludens, et ex eo a fratribus violenter ad monasterium reductus, clam fugiens heremum petiit, ubi multo commoratus tempore, in columna editiori, sanctitate fervens, se concludit, unde non modo extraneæ mulieri, sed nec propriæ matri se videre permisit. Et usque hodie basilicam columnæ illius nulla feminarum ingreditur, nam quædam mulier veste induta virili ingredi voluit, sed mox ut limen attigit retrorsum mortua cecidit. » Postrema hæc desumpta sunt ab Adone ex Greg. Turonen. de Gloria confessorum cap. 26.

Rosweyd, hic ex eodem Adone totum ferme Te-PATROL. CXXIII,

lesphori clogium supplet, præter dicta adjiciens : « Hic constituit, ut septem [Ado sex] ebdomadibus ante Pasca jejunium celebraretur, et in natale Domini nostri Jesu Christi nocte missæ celebrarentur, et hymnus angelicus, id est Gloria in excelsis Deo. hora sacrificii missædiceretur. » Tum : «Item depositio Simeonis, qui Dominum obtulit. Antiochiæ, sancti Simeonis monachi, et confessoris, admirandæ virtutis viri, qui in columua stetit. » Dénique : « Et sanctorum Felicis et Amandi. »

PULSANEN. incipit : « Relatio pueri Jesu ex Ægypto. » De ea vide infra vu Idus seu vu Januarii. Tum : « Et Vigilia Epiphaniæ. » De reliquo totus textus purus est.

MUNERAT. solum inserit, post « illustre marty-rium, » hæc verba : « sub Adriano principe duxit. »

ANTUERP.- MAX., LEYDEN-BELG., LOVANIEN ET EDI-TIO ULTRAJ.- BELG. incipiunt : « Vigilia Epiphaniæ Domini. » De cætero puri sunt, nisi quod de Telesphoro inserant, ut supra « sub Adriano. » etc.

ULTRAJECTIN., LEYDEN., ALBERGEN. et DANIC. habent etiam primo loco de Vigilia. De Telesphoro autem : « Constituit septem hebomadibus ante Pascha jeju-

Domini celebrari, hymnumque angelicum, id est Gloria in excelsis, decantari ad missam, instituit. Ad extremum autem illustre martyrium sub Adriano, etc. »

CENTULLEN. : « Romæ, sancti Thelesphori papæ et martyris, qui illustre martyrium duxit. Antiochiæ, sancti Symeonis monachi, qui in columna stetit, cui

vita virtutibus et miraculis effulsit gloriosa. » BRUXELLEN. primo loco de Vigilia. Deinde : « Ro-mæ, sancti Thelesphori papæ. Qui ymnum angelicum, Gloria in excelsis Deo, hora sacrificii missæ, et in festo nativitatis Domini tres missas cantari instituit. Et tandem sub Adriano imperatore, pro-Christo illustre martyrium duxit, et in Valicano apud sanctum Petrum sepultus est. » In Symeone magnam partem elogii Adoniani describit et contrahit.

HAGENOVEN. de Vigilia, ut supra. Item de Teles-phoro, cum elogio ferme Adoniano. Tum : « Apud B Antiochiam, natale sancti Symeonis, qui primo erat pastor ovium patrissui, et mirabiliter conversus per hoc quod scire voluit, quæ esset substantia animæ. Qui jussus est intrare monasterium, et ibi expediri de hac re. Quod et fecit, et in tantum profecit, quod in tribus mensibus omne psalterium, tantum (totam, ni fallor) legendam et monachorum regulas disceret. » Reliqua non magnopere differunt ab eis quæ ex Adone retulimus. Ultimo loco addit : Balania, Severini eonfessoris. Severinos duodecim invenio, utrum ex illis hic unus sit, necdum satis certo distinguere potui.

Aquiciner. De Telesphoro, post duxit, additur « Hic constituit ut omnes clerici in sorte Dei electi septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha a carne jejunent, et in nocte natalis Domini missas celebrari, et Gloria in excelsis Deo ad missas cantari. »

Victorin, habet eadem omnia, sed phrasi non nihil immutata.

MATRIC.- CARTUS.,- ULTRAJECT. : « Vigilia Simeonis monachi, qui stetit super columnam. Telesphori papæ et martyris. Hic instituit jejunium quadragesimale. Eduardi regis Anglorum. »

VATICAN., signatus numero 5949, nihil habet de Simeone Stylita ; at de antiquiori evangelico ita adjicit : « Hierosolymis, sancti Simeonis prophetæ. »

Ěрітю Lubeco-Col. : « Vigilia Epiphaniæ Domini. » De Telesphoro colliguntur quæ superius dicta sunt. « Apud Antiochiam, sancti Simeonis monachi, qui decimotertio ætatis suæ anno huic sæculo abrenuntians monasterium petiit, ubi mira abstincntia, vix septimo die cibum sibi indulgens, psalterium infra quatuor menses didicit. Eodem die sancti Edwardi,

nium ab omnibus clericis agi : tres missas in natail A regis et confessoris. Ipso die, sancti Verlaci heremitæ et confessoris. » Vull dicere Gerlaci ; sed quam sæpe usuveniat, ut G mutetur in V et vice versa, alibi forte accuratius explicabo,

BELIN. editio prima_solam textui præfigit Vigiliam. Ast altera de Telesphoro post martyrium duxit, inserit : « Hic constituit ut in natali Domini per noctem inmissæ celebrarentur. » In fine autem : « Gandavi, sanctæ Fa**ra**illidis virginis. » Vide

de Pharailde dié præcedenti in Auctariis. GREVEN. : « Vigilia Epiphaniæ Domini. Eodem die, Edwardi regis Angliæ et confessoris. Tillonis con-fessoris. In Africa, Telicis, Secundi, Honoris, Lu-ciani, Candidi, Januarii. Gerlaci heremitæ et confessoris. Senonis, Honoberti et Henulphi episcoporum et confessorum. Romæ, beatæ Emilianæ vir-ginis, amitæ beati Gregorii papæ. Qui de ipsa et sorore ejus Tarsilla ita dicit homilia 38 : Uno ardore conversæ, sub districtione regulæ viventes in domo propria socialem vitam ducebant, et quotidianis incrementis cœperunt in amorem conditoris succrescere. Et cum hic essent solo corpore, quotidie ad æterna transire. In Thebaide, beatæ Amatæ virginis, abbatissæ, de qua Vincentiús Speculo historial. lib. xvm. cap. 92. » In Actis vocatur etiam Talida. De Tillone agitur ibi vu Januarii.

Molan. in prima editione solum adjicit litteris Italicis : Vigilia Bpiphaniæ Domini. Deinde typis minoribus ex GREVEN. describit omnia, quæ de Æmiliana nuperrime retulimus. Item de Eduardo et Gerlaco, de reliquis nihil. At in editionibus posterioribus Vigiliam Epiphania Domini, litteris Italicis primo loco posuit. In fine de Eduardo rege Anglorum. Tum : « Die quinta, sanctorum martyrum Pheopemti, et Theonæ. » Atque huc reduci possunt quæhic in appendice mJanuarii exepistola Roswedi notata sunt, ubi simul de Zosimo et Athanasio, quos istis Baronius co die conjunxit. Fatetur Molanus se sanctos suos Græcos, quos in posterioribus editionibus refert, accepisse ex Græcorum Horologio, in quo et Theopemptus et Theonas hoc die celebrantur. Hos autem martyrologis Occidentalibus antiquioribus antea ignotis fuisse certissimum est, ex martvrologio Galesinii, vel verosimilius ex Menologio Sirleti a Baronio translatos, licet non ab omnibus codem die recolantur. Putat Castellanus Theopemptum illum et Theonam, cum Theopompo et Senesio, de quibus heri ex Florentinis codicibusegimus, identi-ficandos : ut videsis in ejus nota ad iv Januarii pag. 73. Sequitur in nostris Auctariis minutiori charactere : « Apud Trajectum, Gerlaci eremitæ, ex milite confessoris. Item, nt notat Metaphrastes, beatæ Apollinaris virginis. »

VIII Idus.

Epiphania Domini. In territorio Remensi, passio sanctæ Macræ virginis ; quæ jubente Rictoviaro præ side, cum in ignem esset præcipitata, et permansisset ilæsa, dein mammillis abscissis, et squalore carceris aMicta, super testas etiam acutissimas [Bouillart. add. et prumas] volutata, orans migravit ad Dominum. Redonis, sancti Melanii episcopi et confessoris, qui post signa virtutum, jugiter intentus cœlo, migravit a sæculo.

NOTÆ.

Ita concorditer Pralen., Herinien., Tornacen., D Ilem Danic. Belg., Ultrajectin., Leyden., Lowcodices mediæ notæ, Antuerp.-Max. Editio Ultraj.-Antuerp. Max-Lubec, Belin., Greven., et Molan. nien., Albergen.

VARIANTES LECTIONES.

Rhemensi et Remensi scribunt codices, servo plerumque modum postremum. Max.-Lubec. ut plane incorrecta editio est, ita sæpe, ut dixi, dissentit non tam re quam modo scribendi, nec semper vacat singulas minutias discutere. Ita hic legit Rictionario; Belin., Ricioraro; Antu.-Max., Rictionaro. Le-gendum esset abscissis, sed codices passim habent abscissis, quibus subscribendum. Aliqui pejus abcisis : Greven., excisis. Lectio Usuardina est migravit

ad Dominum, Antuerp. et Max.-Eubec. migravit ad Christum. Sunt qui scrihunt Melani cum Antuerp.-Max.melius in textu. In ultima annuntiatione recurrunt varii nævi. In Praten. et Tornacen.est emigratit a sæculo. Antuerp. ponit, jugiter intentus in cælo; Max.-Lubec. jugiter intentus migravit; An-tuerp.-Max. et alii, jugiter cælo intentus. Demum Belin.phrasim auget, jugiter cælo intentus, gloriosus migravit, etc., atque ea lectio aBaronio servata est.

Die 6.

OBSERVATIONES.

Bpiphania; Bpiphania Domini; Bpiphania Do- A signavit auctor Romani parvi : Sancta Macra virmini nostri Jesu Christi, modi diversi sunt, quibus apographa Hieronymiana antiquissimam, et celebratissimam tota catholica Ecclesia festivitatem exprimunt. Bedæ placuit modus secundus, quem Florus auctiorem reddidit : tertius Rabano Notkerus longiori oratione, varia complexus est. Roma-num parvum secundo loco, sit posuit : *Kpiphania Domini, id est manifestatio, vel apparitio Domini.* An hic, obsecro, perspicere potuit Valesius, Roma-num parvum ex Adone contractum esse, ubi Ado solum scripsit Epiphania Domini? Ut ut est, Noster Adonis, vel Bedæ, aut, si ita vis, alicujus Hieronymiani verba transumpsit. De pluribus mysteriis, Epiphaniæ festo recoli solitis, agunt brevter Baronius, et Florentinius in notis, Bollandus vero in Actis; sed nemo accuratius rem totam ab ovo excussisse videtur, quam Castellanus, cujus cruditas disquisitiones curiosus lector consulere pote-

Octavo ante Idus agitur Tneophania sanctum

Macram in Hieronymianis, Beda, Floro, aut Rabano non reperies. Primus eam et quidem primo loco

ANTUERP.-MAJ. : « Epiphania Domini nostri Jesu Christi. In civitate Antiochia, natale sancti Juliani martyris, et Basilissæ, et Celsi pueri, et Martianillæ matris ejusdem, et Antonii presbyteri, et Anastasii, sub Martiano præside, temporc Diocletiani et Maxi-miani. » De his nostri codd. ad 1x Januarii, sed hic ad proprium diem retracti sunt, quo in Hieronymianis memorantur, et a Floro, elogio ex Actis desumpta, exornati sunt. Sed de his videndus omnino Castellanus hoc die pag. 105, plurima ibi curiose, et erudite congerens ad confundendos, vel distinguendas Julianos, quibus martyrologia nimium quantum abundant. Sequitur in codice de Macra, quæ (ipsi Maria est, et de qua solum ponit : « Quæ jubente Rictiovaro, in prunas volutata, orans migravit ad Dominum. Eodem die, translatio corporis sancti Germani Antisiodorensis episcopi, admirandæ fidei, doctrinæ et virtutum viri. > Ponitur etiam ab aliis, sed remittenda ad natalcm xxvi Julii.

Rosweyd., in prima purus, secundam non Usuardine, sed Adoniane enuntiat, de qua varietate supra diximus. Tertiam plane omittit.

PULSANEN. sic incipit : « Apparitio incarnati Domini, et Salvatoris nostri Jesu Christi. Hujus siguidem veneratio, quia primæ virtutis et baptismi sui decoratur misterio, eo devotione fit fortior, et in salute numerosior. » Macræ elogium expunctum in Melanio purus est : sed pro *Rhedonis* scribit Seddonis. In fine : « In Antiochia, natale sancti Juliani martyris, et Celsi pueri, et Martianillæ, et Antonii presbiteri, et Anastasii, quorum miræ passiones leguntur. » De his, ut supra monui ix Januarii. D

MUNERAT. : « Epiphania Domini, id est apparitio ejusdem, hodie multiplicitor exhibita. » De reliquo satis purus est.

CENTULEN : « Epiphania Domini nostri Jesu Christi. Antochiæ, passio sanctorum Juliani, et Basilissæ, et Celsi pueri, et Marcianillæ matris ejusdem, et Anthonii presbiteri, et Anastasii, tempore Diocletiani. In territorio Remensi, passio sanctæ Macræ virginis. » Idem hic codex 11 Maii Macram cum sociabus refert, sed quænam eæ sociæ sint, nec hic, nec ibi dici potest. « Antisiodoro, translatio sancti Germani episcopi et confessoris. » De Melanio nihil.

BRUXELLEN. : « Epiphania Domini nostri Jesu Christi, quem infantem magi adoraverunl, et quem, ut esset incipiens annorum triginta, Joannes in Jordane baptizavit, et qui anno sequenti aquam convertit in vinum; quique anno exhinc proximo de-

ginis, sub Rictiovaro præside. Quæ Acta Adoni præluxerint, equidem ignoro; certe brevi suo elogio plura complecti videntur, quam Acta a Bollando edita, et illustrata repræsentent. Eorum crisim tradit Tillemontius tomo IV. pag. 497 et 734. Noster sua omnia ex Adone mutuatus est, phrasi nonnihil perpolita, quam codices aliqui integram servaverunt. Castellanus Macram remittit ad 11 Martii, quo die coronatam præfata Acta diserte indicant; putatque hoc die corpus revelatum, aut elevatum fuisse. Wandalbertus III Martii non scripsit Magra aut Marcia; sed nisi vehementer fallor, Quinas Macra pio Nonas defendit amore. Alii, nescio qua causa. ad xi Junii rejiciunt. De Melanio Rhedonensi sic hodie legit vetustissimum Epternacense : In civitate Redonis, natale sancti Melani episcopi : alia apogra-pha hoc ipso die conjungunt nativitatem, ordinationem et transitum, quemadmodum inde descripsit rit. Nec Wandalberti versiculo negandus est locus : B Notkerus. Ex prædictis Hieronymianis sanctum a Nostro acceptum non dubito, adjecta laudatiuncula, quæ sanctis plerisque aptari potest. Vitam habes a Bollando illustratam, ex quo et Castellano disces, quid de varia festi celebratione statuendum sit.

AUCTARIA.

paucis panibus magnam turbam hominum satiavit. Et sic in hac die quatuor facta concurrunt, quorum primum, ut principalius celebratur. » Videatur officium ecclesiasticum; et ea, quæ observat Castellanus page 95. Macram voca *Macheam*, in tota annun-tiatione Adonianus. Sequitur de Juliano et Basitissa sociisque integra annuntiatio Usuardina, ut ponitur ix Januarii. In Melanio satis purus est. HAGENOYEN. : « Epiphania Domini. Et nota, quod

est triplex apparitio Domini, qua hodie apparuit. Primo apparuit Magis, qui illi prima munera obtu-lerunt, quæ in carne ei erant oblata. Secundo apparuit Johanni Baptistæ in baptismate, quando audivit Patrem in voce, Filium baptizavit in flumine, et Spiritum sanctum vidit in columba. Tertio apparuit convivis in nuptiis, quando de aqua fecit vinum. » llactenus satis bene, ut supra. Utrum admitti possint, quæ sequuntur, alii judicent; ita pergit : « Per quod miraculum visum, Johannes evangelista, cujus erant hæ nuptiæ, ad vocem ejus, uxorem deseruit, et Christo fidus adhæsit.» In Macra et Melanio satis purus est. Adjicitur in fine : « Item Trevis, sancti Agricii episcopi et confessoris. » Vult dicere Treveris. Vide Grevenum xIII Januarii et Acta nostra eodem die

MATRIC.-CARTUS.-ULTRAJ. : « Epiphania Domini Macræ virginis, et martyris. Melanii episcopi et confessoris. Juliani, Celsi cum sociis MM.» Recte notatur in apographi nostri margine, non haberi Julianum hoc die in martyrologio Romano: quærendus erat ix Januarii.

CAMBERIEN. monast. S. Mariæ Conventual. : « Ipso die sancti Saltani sociorumque ejus martyrum. » In Prætermissis invenio Sulcanum; ibique notatur Maurolycus, in quo memoria agitur Sultani martyris. Innuit Bollandus, forta intelligi Solochanum, de quo xvii Maii in Actis. Si mihi divinare etiam aliquando liceat, suspicabor, Saltanum, vel Sulcanum cum sociis martyribus, non alium esse, quam corrupto nomine Julianum, etc.

FLORENTIN. : « In Antiochia, natale sancti Juliani martyris, Celsi pueri, Martianillæ, Antonii presbyteri, et Anastasii, quorum miræ passiones legun-tur. » Toties recurrit Julianus, ut inde confirmetur conjectura superior.

JURENSIS S. Ragnoberti pro Macra, male posuit Marthæ

REMENS. SS. Tim. et Apoll. : « Translatio corporis S. Germani Autissiodorensis episcopi. » De qua supra.

FDITIO.-LUBECO.-COL. In prima, et secunda pura, A inserit : « In Oriente, sancti Melichior regis, et episcopi, qui hac die obdormivit in Domino, divino sacrificio in ecclesia prius celebrato, ac sumpto. » Eodem nempe mortis genere. quo i Januarii Japarem obiisse supra narravit. Pro Melani scribit Alelani, de reliquo pure. Tum : « Lingonis sancti Gregorii martyris, cujus gesta habentur. » An non idem, qui iv Januarii episcopus et confessor dicitur? Vide Prætermissos. « Eodem die, sancti Sulcani et so-

ciorum ejus martyrum. » Vide supra in CANBERIEN. GREVEN. : In Oriente, sancti Melchior episcopi, qui fuit unus ex tribus Magis, et hac die quievit in pace etc. Lingonis, sancti Gregorii martyris... Item Petri et Marci. »Ex Ilieronymianis, ab aliis avulsisunt. « Sulcani et sociorum ejus. » Vide dicta. « Apud Famagustam civitatem Cypri, beati Petri Thomasii patriarchæ Constantinopolitani, ordinis Carmelitarum. Qui vita, doctrina, miraculisque clarus, tem-pore Caroli IV hora prædicta quievit in pace. Civi- B tate Florentia, beati Andreæ Carmelitæ, episcopi Fesulani. » Petrus remittitur ad xxix Januarii, Andreas ad xxx. « Item, beat:e memoriæ Gertrudis de Oosten Beguttæ (quidni Beguinæ?) Delphensis, quæ stigmata Christi impressa habuit in corpore suo. Item secundum Vincentium lib. xIII, cap. 188, hoc die passus est beatus Julianus et socii ejus, qui infra v Idus ponuntur. Item, sanctæ memoriæ Johan-Prioris majoris domus Cartusiæ, vita nis Birelli. et miraculis conspicui. » Vide Prætermissos.

MOLAN. « Eodem die, translationis corporis sancti Germani Altissiodorensis episcopi, admirandæfidei. doctrinæ et virtutum viri. Apud Famagustam, civitatem Cypri, beati Petri Thomasii patriarchæ Constantinopolitani, doctoris percelebris, ordinis Car-meli professoris; qui post plures de sacræ erucis inimicis victorias, postque plures conscriptoslibros, ac patrata miracula, die ac hora a se præsignatis, feliciter obdormivit. Civitate Florentia, beati Andreæ Carmelitæ, præsulis Fesulaui, odore virtutifero, longe lateque fulgurante, splendescentis.» Deinde minorihus typis : « Barcinonæ, beati Rai-mundi confessoris, tertii magistri ordinis Prædicatorum. Qui licet non sit canonizatus, ejus tamenfestivitas ex consensu Pauli III a Barcinonensibuscelebratur postridie Epiphaniæ Domini. » Editiones posteriores litteris Italicis incipiunt. « Epiphania Domini, » addentes « qna manifestari cœpit gentibus, cum eum Magi adoraverunt, Melchior, Baltazar et Jaspar, Simul hoc die Ecclesia gratam memoriamcelebrat baptismi ejus sacri, et primi omnium miraculorum Christi, ac sub illo cæterorum, quibus celebriter manifestata fuit ejus divinitas. » In fine, de Petro ut Thomasio et Andrea Fesulano, ut in editione priori. Deinde minoribus typis de Raymundo etiam, supra. Denique eodem charactere hic : « Delphis in curia Beghinarum, obitus venerabilis Gertrudis de Oosten. Antiquitus annuntiatio diei Paschatis per diaconum. » De quo ritu vide Castellanum pag. 94.

Die 7.

VII Idus.

Relatio pueri Jesu ex Ægypto. Eodem die, beati Luciani Antiochenæ ecclesiæ presbyteri, et martyris, qui satis clarus doctrina et eloquentia, passus est Nicomedia ob confessionem Christi sub persecutione Maximini, sepultusque Helenopoli Bithiniæ. Apud Antiochiam, sancti Cleri diaconi, qui pro confessionis gloria septies tortus et in carcere diu maceratus, ad ultimum decollatus, martyrium consummavit, Civitate Heraclea, Felicis, Januarii.

Magnus iterum codicum consensus : ita enim C max., Ultraject., Leyden., Lovanien., et editio Praten., Herinien., Tornacen., Antuerp., Max.-Lu-Ultrajectin.-Belg. bec., Munerat., Creven. et Molan. Item Antuerp-

NOTÆ.

VARIANTES LECTIONES.

De Ægypto, ut semel et iterum dicam, servo rectam orthographiam ex iis codicibus, qui diphthongis utuntur, ut sunt Praten., Herinien., Rosweyd., etc., licet plures scribant *Bgupto* vel *Bgij to*. In presbiteri alia est ratio, quod ea sit codicum om-nium scribendi forma. Maximini vere et recte scribunt post Adonem nostri omnes, excepta Max.-Lubec., ubi per errorem puto irrepsisse Maximiani, sicut et in recentioribus Romani renderni editionibus, contra quam legerit Baronius. Si ad Acta, a Follando edita appelles, ultro fatebor non

De Relatione pueri Jesu in Ilieronymians codi-1) qualuor partibus factus est, |vel, qui in quatuor parcibus nulla usquam fit mentio, nisi si ad eos reducatur vetus Gellonense, ab Acherio Spicilegii tomo XIII, editum, in quo, ultimo loco, sic legitur : Bductio Jesu de Egypto. Quæ verba ex ipso ea die xi describens Notkerus, addit : Quæ secundum alios vii Idus Januarii, secundum quosdam Nonis Januarii, propter multorum dierum profectio-nem celebratur. Valeat și valere possit ca ratio, verosimiliorem dabit Castellanus. Textus nostri radix et origo est Romanum parvum, cujus ipsis-sima verba inde in Adonem, hinc in Nostrum liquido promanarunt. Nihilo plus metro suo complexus et Wandalbertus :

Septima ab Ægypto Christum celebratque relatum.

De illustri martyre Luciano sic habent Hieronymiana : In Nicomedia, Luciani presbiteri, qui

modica correctione indigere. Scribendum esset Bithyniæ, ut est in ecgrapho nostro Pratensi et in Molano, at codices reliquos sequor, in quibus simpliciter Bithiniæ, vel pejus Bitiniæ. Sitne ty-pographi, an ipsius Munerati editoris sphalma dum legit, qui professionis gloria, non habeo unde dispiciam. Lego Felicis, Januarii absque particula copulativa, quam respunt puriora apographa, Praten., Herinien., Tornacen., licet in aliis plutibus exprimatur. Addunt codices mediæ notæ, martyrum, puto ex librarii arbitrio.

OBSERVATIONES.

tes demersus est. De qua dissectione, et demersione, atque etiam redintegratione, videndum est Flori elogium. Romanum parvum sic eum consignat: *Bt* sancti Luciani martyris Antiocheni. Encomium in latercula relatum, Adonis est, sed a Nostro aliquantulum immutatum et media ferme parte imminutum, a Notkero cum Flori verbis ferme commistum. Plurima de inclytissimo martyre observari possent, sed malo ea lector requirat apud Boranium, Bollandum, Florentinium et Castellanum. Joannis Chrysostomi homiliam, a Bollando Actis qualibuscumque subnexam, recudi curavit Ruinartius inter Sinceraet Selecta a pag. 559. Ibi præfixa admonitio, et vila Gallica a Tillemontio ex variis concinnata tom V.a pag. 474, in Supplemento expendi poterunt, quando et Græca passio, ex Synaxario membranaceo ms. P. Sirmondi, sive collegii nostri Pariensis, ad W Octobris, aliaque hujusmodi, si operæ pretium fuerit, huc referentur et illustrabuntur. Hunc versi- A recurrit xiv ubi alii, Cleri vel Cleti habent : porro culum de Luciano cecinit Wandalbertus :

Antiochena suum recolit quoque plebs Lucianum.

Sic Clerum diaconum commemorat Florus, ut ex uno geminos saltem conficere videatur, non tamen mul-tos, at perperam ejus verba vertit Castellanus, sic enim legit: Item, Clerici et diaconi, qui septies torti, etc. Quis enim Gallice reddat : Ilem les Clercs el les diacres, nisi Latine habeatur : Item clericorum et diaconorum. Noverat utique vir eruditissimus martyrum nomina nou in recto, sed in obliquo annuntiari. Codex Hieronymianus Epternacensis hodie Lucerii diaconi meminit, qui rursus in eodem

ANTUERP.-MAJ., initio transpositus, legit : «Relatio pueri ex Egypto Jesu, Eodem die, natale sancti Luciani, presbyteri Antiochenæ ecclesiæ et martyris, viri doctissimi atque eloquentissimi. » In B quo rursus ad Adonem accedit. « Item apud Antiochiam, Bilicerii, [pro Cleri] diaconi, qui ob con-fessionem Christi, etc., » purc. Sed decst omnino annuntiatio ultima.

Rosweyd. Rabanianus potius, quam Usuardinus sic in principio: «Eductio Domíni de Ægypto. In Ni comedia, Luciani presbyteri, qui in persecutione Maximiani in quatuor partes fractus, et in mare demersus, alia die integer inventus est. Item apud Antiochiam, beati Cleri diaconi, et martyris. »Desunt reliqua omnia.

PULSANEN., satus purus est, nisi quod in co hic omittatur « Relatio pueri, » quam ad Nonas ex eo in Auctariis ibi retulimus, forte ex eorum more, qui v Januarii Evangelium de pueri Jesu reditu recitare consueverint.

ALBERGEN. textui satis puro subdit : « Tremoniæ, sancti Reynoldi martyris, viri eximiæ virtu-

DANIC. : « Item in Dacia, provincia Sclandiæ, passio sancti Kanuti ducis et martyris. » In superioribus satis purus est.

CENTULEN. perpetuus Usuardi abbreviator, prima purus cst. Tum : « Eodem die, sancti Luciani Antiochenæ ecclesiæ presbiteri et martyris, viri doctissimi atque eloquentissimi. Item Antiochiæ, beati Licerii diaconi et martyris. » In ultima de Felici et Januario etiam purus est.

BRUXELLEN. ; « Relatio pueri Jesu septennis ex Egipto in Nazareth; ubi monstratur petra, in qua ipse viginti tribus annis, noclibus recubuisse, diebus vero sedisse memoratur. Cujus siguidem petræ fragmenta, tanquam sanctorum reliquias, Cru-cesignati et peregrini digne venerantur. » De Luciano, post Maximini, sic habet, « in quatuor partes discerptus et quatuor lapidibus alligatus, in mare mersus, sed alia die Helynopolim Bithiniæ p alius Julianus est, nee martyr, nee xenodochus, iscorpus ejus integrum inventum est ibique sepultum. » Vide Notkerum. In Clero purus est : in Felice et Januario similis codicibus mediæ notæ. Tum : « Alibi, Tillonis monachi. Item sancti Valentini episcopi. Item sanctæ Lucianæ virginis. » De Tillone et Valentino agit Bollandus; quam vero Lucianam indicet fateor me ignorare.

HAGENOVEN. : « Relatio pueri Jesu Christi Domini nostri de Ægypto, cum Joseph nutricius ejus ad monitionem angeli acquievit, et Jesum cum matre sua Virgine Maria, et alia familia sua, rediit de Ægypto in terram Israel. Quæ relatio facta est post mortem Herodis et aliorum amicorum suorum. » Hæc Scripturæ sacræ magis conformia, quam quæ supra dedimus ex codice Bruxellensi. Reliqua omnia satis pura sunt.

MATRIC.-CARTUS.-ULTRAJECT. : « Relatio pueri Jesu ex Ægypto. Luciani presbyteri et martyris Antiocheni. »

iterum xv sub nomine Luceris diaconi, aliis Liceri, vel Leceri, qui verosimiliter ubique idem est, a Romano parvo simpliciter notatus. Et Cleri martyris. Undenam brevia sua elogia deduxerunt, aut Florus aut Ado, incertum est, cum Acta, saltem nota non exstent : hoc certum, Nostrum, et Notkerum ex Adone verbum de verbo plane reddidisse. *Felix* ct *Januarius* ex Hieronymianis ab ipso Usuardo accepti sunt, in iis codicibus denuo positi xiv Februarii, ut censet Bollandus, nec multum refragatur Florentinius, hic Magistro nostro gratulatus, quod Bivarii et consimilium fabulas non audic-rit. Hæc ad Usuardi textus genesim satis dicta sunt.

AUCTARIA.

CODEX BICOTIAN. signatus D. 9 : « Item Fiscanno, translatio sanctorum corporum, qui in eadem requiescunt ecclesia.» Indicat procul dubio sanctum Guilielmum, ac forte alios in celebri illo monasterio quiescentes.

CAMBERIEN. monasterii S. Mariæ: « Ipso die, sancti Isidori episcopi, magnæ sanctitatis viri. » Nusquam notius est hic Isidorus, ut ex Prætermissorum elencho intelliges. Unde dicta de Isidoris 11 Januarii.

IN VATICAN., sub numero 5949, deest ultima an-annuntiatio Felicis et Januarii.

EDITIO LUBECO-COL. sic orditur : « Relatio pueri Jesu ex Ægypto, anno ætatis suæ sexto, imperii Augusti Cæsaris quadragesimo octavo. » regni vero Herodis, tunc defuncti, trigesimo octavo. » Sequitur de Luciano, satis pure. Tum : « Tremoniæ, sancti Reynoldi martyris, viri eximiæ virtutis, cujus gesta habentur : Coloniæ Agrippinæ quidem passus, sed Tremoniensibus datus. » In duabus aliis textus commemorationibus etiam satis pura est. Demum : « Solemniaco monasterio, beati Stiltis, cujus gesta habentur » Hinc patriam suam co- C lonis [alii legunt Tillonis et Hellonii, ut est apud dex ille satis indicare videtur. Bollandum] monachi et confessoris. Eodem die, sancti Kanuti ducis et martyris, » ab eo distinguendi, cujus Acta dabimus x Julii, tametsi officium de co in Ecclesia celebretur xix Januarii. Vide Bollandum hoc die a pag. 390.

BELIN. Primam sic legit : « Relatio pueri Jesu Christi de Ægypto. » Pro Maximini habet Maximiani : de reliquo purus est textus, cui subnecti-tur : « Ipso die, sancti Juliani. Item Papiæ, Crispini episcopi et confessoris. » De Juliano est quod moneam, hic eum simpliciter referri et sine addito, cui tamen Baronius, qui Belinum præ oculis habuit, nescio qua ratione ductus, titulum martyris apposuit. Bollandus re nondum satis examinata, Julianos multiplicavit, aliquem hodic Actis inserens, postea verosimiliter excludendum. Putat Castellanus, eumdem hic repeti Julianum, de quo pridie egimus, et porro ix Januarii agemus. Verum, ni fallor, hic que a Belino ex peculiari notitia hic Usuardo adjectus, ut ante me censuit Rosweydus in animadversionibus mss. supra non semel citatis, in quibus ita observat : « Ego inquit, vix dubito quin exprimendum sit : codem die, sancti Juliani, omisso marlyris. 1. Quia ita repræsentat vetus martyrologium Romanum Belini, ante centum annos Venetiis et Parisiis impressum. 2. Quia extimo hic intelligi Julianum confessorem Novariensem, qui diaconus fuit sancti Julii presbyteri, cujus festum vn. Januarii oc-currit apud Ferrarium in Catalogo sanctorum Italiæ. » Hæc Rosweydus. At de hujusmodi novis in Romano moderno accessionibus plura suggerent Papebrochii Responsiones parte II, art. 18, in appendice : ubi nominatim de Niceta agitur ex Holstenii ad Florentinium epistola. Nec omittenda alia laudati Rosweydianimadversio ad hunc ipsum diem circa « Theodorum monachum, qni tempore Constantini, » etc.

Præmisso itaque textu cum Baronii notatione : A gis Daciæ. Solemniaco monasterio, beati Stilonis « Quæro hic, » inquit Rosweydus. « Cujus veteris libri auctoritate ponatur Theodorus hic hoc die, nam in antiquo Martyrologio Romano non comperitur. 2. Quæro quomodo in notationibus Baronius dicat, Theodorum hunc fuisse discipulum S. Antonii (quod iterum repetit notatione ad xxviii Decembris, ratione alterius Theodori), idque elicit et probat ex Vita Antonii per Athanasium scripta, cum Athanasius in Vita Antonii cap. 32 non dicat cum fuisse discipulum S. Antonii, sed Ammonis Ni-triotæ, uti etiam habetur in Vita S. Pachomii cap. 1 auctoritate ducta ex eadem Antonii vita per Athanasium scripta. Idem habet Palladius cap. 8. »

GREVEN. : « Relatio pueri Jesu facta est anno ætatis ejus sexto, imperii Augusti Cæsaris xLVIII, regni vero Herodis defuncti xxxvIII. Tremoniæ, in diœcesi Agrippinensi, translatio sancti Reynoldi monachi et martyris. Qui clarissimis ortus natalibus et in armis strenuus, Coloniæ sancti Pantha-B mai. Deinde : « Ipso die, sancti Canuti, ducis Da-leonis factus est monachus, vita et miraculis cla-rus : a cœmentariis, quibus a suo abbate præfectus nasterio, beati Stilonis monachi. » Tum minoribus rus : a cœmentariis, quibus a suo abbate præfectus fuerat, occisus, in lacun projectus est : unde Do-mino, revelante extractus, Tremoniensibus datus fuit. Item, Kanuti ducis Slaviæ, martyris, filii re-

monachi et confessoris. Faustæ virginis martyris.» Vide Rabanum, Notkerum et indicem Prætermissorum. Coluntur xx Septemb. « Melaniæ senioris, senatricis Romanæ. » Vide Prætermissos. « Item sanctæ memoriæ Wedekindi ducis Westphalie, in Anga quiescentis. » Lege ex Actis Wittekindi, ducis Saxonum, et Angariæ.

MOLAN. : « Ipso die, sancti Juliani. Item Papiæ, Crispini episcopi et confessoris. Solenniaco monasterio, beati Stillonis monachi. » Deinde minoribus typis : « Tremoniæ in diæcesi Agrippinensi, translatio sancti Reinoldi, etc., » ut supra nisi quod hic, post *datus fuit*, addatur : «Qui ab archiepis-piscopo Coloniensi, sibi alicujus sancti corpus dari devotissime postulabant, quo terra eorum reve-rentior et ab hostibus securior esset. Item, Canuti ducis Slaviæ, martyris, filii regis Daciæ. » In editionibus aliis, de Juliano et Crispino, ut pritypis : « Patavii, bcatissimi Valentini, episcopi Rhætiarum. » Denique de Reinoldi; mutatis pauculis, quæ ad rei substantiam nibil conferunt.

VI Idus.

Neapoli Campaniæ, natalis sancti Severini episcopi, et confessoris, fratris beatissimi Victorini martyris, qui Severinus post multarum virtutum perpetrationem, plenus sanctitate quievit. Beluacus, sanctorum martyrum Luciani presbiteri, Maxiani et Juliani, quorum Maxianus et Julianus primo a persecutoribus gladio puniti sunt. Deinlbeatus Lucianus post nimiam cædem, cum Christi nomen viva voce confiteri non metuisset, priorum sententiam et ipse excepit. Eodem die, sancti Eugeniani martyris.

NOTÆ.

na pringenia puritate Praten., Herinien., Tor-nacen., Pulsanen., Greten., et Molan. Hic vero in C tavit.

VARIANTES LECTIONES

Pulsanen. pro Neapoli male scribit Neapolis, uti pro Beluaci, habet Beluati. Servavi ego Beluacus, more antiquo, cum antiquioribus codicibus Praten. et Herinien. quod etiam posuit Florus. Tornacen. scribit Beluago, alii Beluaci, vel Be-luaco. In Pulsanensi, est Luciani episcopi, Maximiani presbyteri et Juliani diaconi. At postremis ii tituli non debentur; Luciano, non alius quam qui

Tota annuntiatio prima, sive Severini encomium ex Adone manifestissime abbreviatum est, servata Severinorum confusione ex Romano parvo, primo illius auctore, alius diceret seductore, ab Adone ac-cepta, quam correxcrunt Bollandus et Castellanus hoc die; frustra enim Neapoli quæritur Severinus episcopus Victorini Amiternensis frater, qui apud D anonymo scripta, ex quibus elogium suum eviden-Septempedanos inveniendus est. Vide quæ a nobis D tissime extraxit. An etiam ex Floro? Ita sentit Casdicuntur v Septembris, fusius in Actis suo tempore expendenda. Advertit confusionem Molanus, sed eam in posterioribus suis editionibus perperam ex Usuardi textu expunxit, quem inviolatum servare debuerat, emendando in notis, ut facit, quæ erant corrigenda ; certum enimest Usuardum legisse, Severini episcopi et confessoris, fratris beatissimi Victorini martyris, quemadmodum in Adone scriptum invenerat. Inter apographa Hieronymiana, so-lum Corbeiense de Bellovacensium apostolo ct sociis ita hodie meminit: In Gallia ciritate Belloacus, passio sanctorum Luciani, Mariani et Ju-liani martyrum: ubi Mariani levi lapsu pro Ma-xiani legitur, qui altis Massiani vel Messiani. De his martyribus nihil habet Beda. Rabanus solum Lucianum presbyterum cum elogio posuit iv Ja-nuarii, cujus verba ibi descripsit Notkerus, hac iterum die legens: *Mellocia* (pro *Bellovaci*)

in textu positus est. Porro e sociis primus, non Maximianus dicendus est, ut male apud Florum legitur, nec Messianus, ut Ado, sed ex codicibus nostris ferme omnibus Maxianus, idque ex analogia Gallica ostendit Castellanus pag. 135. Molan. scrip-sit Maximiniani, Greven. Maximiani, item Belin. quem procul dubio secutus est Baronius. Pulsanen. viva voce confiteri, etc., vertit in una voce, etc.

OBSERVATIONES.

sancti Luciani, socii beati Dionysii. Item Messiani; quæ ex Adone accepta viderentur, nisi de Dionysio fleret mentio; ipse enim simpliciter enuntiat : Beluaci, sanctorum Luciani et Messiani. Hinc tamen coufice Acta nulla Adoni innotuisse, quæ certo Usuardus consuluit, illa præsertim, quæ ab tissime extraxit. An etiam ex Floro ? Ita sentit Castellanus pag. 131, præjudicatæ opinioni insistens; quod Usuardus Flori Lugdunensis ad Bedam auctaria inspexerit, quæ ego nunquam ei visa existimo, utpote qui non alium Florum noverit, quam *letiona* vel *latiora* illa *vestigia*, quæ sunt ipsissimum Ado-nis martyrologium, ut in præfatione, Castellano in hac parte non refragante, ostendimus. Ut hodiernus utriusque textus exemplo sit, oculos ipsos tuos, lector, appello, confer Florielogium cum nostro Usuardino, victas dabo manus, si vel per levem umbram boc ex illo contractum appareat. De actorum fideet sinceritate disputant eruditi critici, inter quos laudatus Castellanus multa curiose observavit, uti et Tillemontius tomo IV, a pag. 539. quæ in Supplemen-to accuratius forte examinari poterunt. Bugenianum tanquam ignotum martyrem dedit Usuardus nusquam sub tali inflexione repertum : si enim Hieronymiana quantumvis aucta consuluit, non alium

Die 8.

ibi reperit, quam *Egemonium*, *Egonomium*, vel A Oculatior Bollandus *Bugenianum* cumdem esse pro-*Egemonum*, idque cum *episcopi* titulo, a Rabano etiam diserte signatum. *Bugenianus*, quiscunque (quocunque modo inflexeris) *Augustodunensi epis*ille esse possit, apud antiquiores ignotus est, nisi Wandalbertum audias, ita ipsum metro aptantem :

Iduum post sexto, Eugeniano vota feruntur.

ANTUERP.-MAJ. : « Neapolim Campaniæ, sancti Sevi [pro] Severini confessoris, fratris beatissimi Victoris, clarissimi viri in miraculis. Beluacus, sanctorum Luciani presbyteri, Maximiani et Juliani martyrum. Quorum Maximianus, et Julianus primo a persecutoribusgladio sunt puniti. Dehinc beatus Lucianus, cum post nimiam, » etc. Deest plane annuntiatio ultima.

Rosweyd. : « Apud Neapolim Campaniæ, sancti Severini confessoris, fratris beatissimi Victorini, clarissimi viri in miraculis. Qui et ipse fratris imitator existens, post multarum virtutum insignia, B sanctitate plenus in pace quievit. Apud Augustodu-B num, Eugenii episcopi et martyris. » In quo hic codex tantum ad veritatem accedit, quantum recedit ab Usuardo. « Beluago, sanctorum martyrum Massiani, Luciani atque Juliani. Ratisbonæ Herhardi episcopi. Item, Eucherii episcopi. »

MUNERAT. textui satis puro subdit : « Remis, beati Rigoberti episcopi, et confessoris. » De quo vide iv Januarii. « In Græcia, sancti Thimotei. Apud Bruxellam, natale sanctæ Gudulæ virginis. Methis civitate, sancti Patientis episcopi, et confessoris. » De eo Thimotheo hic agi non videtur, qui ab Usuardo ponitur xxu Januarii, sed de alio. Vide acta.

ANTUERP., MAX.-LUBEC, et UGHELLIAN. QUI CODICES plerumque consentiunt, post textum in fine addunt, In Græcia, Timothei, Augustoduno, Eugeniani. » Male habet Max.-Lubec. Bugemani.

ANTUERP.-MAX., LEYDEN., ÅLBERG., DANIC. et EDI TIO ULTRAJ.-BELG; de Luciano, inserunt beati Petri discipuli : Textui autem superaddunt : « In Græcia, C sancti Thimothei. Augustoduni, sancti Eugemonis, vel Eugenionis episcopi. Apud Bruxellam, natale sanctæ Gudulæ vel Gudilæ virginis. Methis civitate, sancti Patientis episcopi et confessoris. »

LOVANIEN. : similis est superioribus, præterquam quod Bellovacensium elogium expunxerit.

ULTRAJECT. : annuntiatione sanctæ Gudilæ minutus est, de cætero cum proxime relatis consentit.

CENTULEN. : « Neapolim Campaniæ, sancti Severini episcopi, et confessoris fratris beati Victorini, martyris. Civitate Beluaco, sanctorum Luciani, Maxiani et Juliani. » In ultima purus est.

BRUVELLEN. incipit : « Depositio sanctæ Gudilæ virginis patronæ nostræ. Cujus sacri corporis reliquiæ hic venerantur. In Græcia, sancti Thimothei. Apud Beluacum, sanctorum martyrum Luciani presbiteri, beatri Petri discipuli; et Maximi presbyteri, et Juliani diaconi. Qui ob confessionem Christi post multas cædes gladio puniti sunt. Apud Neapolim D Campaniæ, sančti Severi episcopi et confessoris, fra-tris beati Victorini martyris, clarissimi in miraculis. Qui et ipse imitator fratris, plenus sanctitate in pace quievit. » In hoc variis codicibus præstat, quod illi ex vero Bugeniani nomine duo falsa procuderint, hic vero solum scribat : « Apud Augustodunum, sancti Eugenionis episcopi, Methis, sancti

Patientis episcopi, et confessoris. » HAGENOVEN. phrasim etiam modice variat : in prima utcunque purus; id secunda etiam inserit, discipuli sancti Petri. Tum : « Eodem die, sancti Eugiminiani martyris. In Græcia, sancti Thimothæi. Augustodono, sancti Eugenionis episcopi, Methis civi-tate, depositio sancti Pacientis episcopi. et confessoris. Apud Bruxelliam, sanctæ Gudilæ virginis. Ratisponæ, Erthardi episcopi. Veronæ, sancti Rusticiconfessoris. » Colitur ibi, ut martyr ix Augusti.

Aquicincr. recte in textu scribit Maxiani. Post

copo : imo certum id credidisset cum Castellano, nisi Saussayo nimium tribuisset. In codem errore versantur plura ex sequentibus Auctariis, sæpe de eadem re audiendis.

AUCTARIA.

textum purum, adjicitur : « In Græcia, sancti Timothei. Augustoduno Egemonii episcopi. »

VICTORIN. REG. SUEC., signatus num, 130. scribunt etiam : « In Græcia, sancti Thimothei. Augustoduno, Egemonii episcopi. » Posterior codex habet, Egemoni. »

MATRIC.-CARTUS.-ULTRAJECT.: « Luciani presbyteri, Maximiani et Juliani martyrum, Severini episcopi, et confessoris. Patientis episcopi, discipuli sancti Joannis cvangelistæ. Bruxellæ, Gudulæ virginis. Quæ a beata Gertrude est a sancto fonte levata. »

CODEX Dom du cheval, signatus B. et FLOREN-TIN. : « In Græcia, sancti Thimothei. »

In VATICAN., num. 5949, deest Eugeniani. Adjicitur denuo : « In Græcia. sancti Timothei. »

ALTEMPS. : « Depositio sancti Ulfrini episcopi. Translatio sancti Judoci. » Vide XIII Decembris. « Item, depositio sanctæ Pegæ virginis. »

EDITIO LUBECO-COL. in prima et secunda modice interpolata, intertia pura est. Sequantur Auctaria : « In Græcia, sancti Thimothei confessoris. Augustoduni, sancti Egenionis episcopi et confessoris. Apud Bruxellam, natale sanctæ Gudulæ virginis. Metis civitate, sancti Patientis epispopi et confessoris. Eodem die, sancti Erhardi episcopi et confessoris Ratisponensis. Ipso die, sancti Affini episcopi, et confessoris. Trecas, sancti Frodoberti abbatis. » BELIN. scribit : « Victoris : Belvati, Luciani epi-

scopi, Maximiani presbyteri. » etc. Ante *Bugeniani*, interserit : « Eodem die, sancti Maximi, Papiensis episcopi et eonfessoris. » In fine : « Methis civitate, sancti Patientis episcopi et confessoris. » Editio altera superaddit : « In Græcia Thimotei. Augustiduno, Égemoni episcopi. >

GREVEN. : « Aginonii [alias Egenionis]. Augustudunensis episcopi et confessoris [alias martyris]. In Græcia, sancti Thimothei confessoris, qui translatus est Constantinopolim IX Maii. Apud Bruxellam, sanctæ Gudulæ virginis. Metis, beati Patientis epi-scopi et confessoris, discipuli beati Joannis apostoli. Eodem die, sanctorum Erhardi, et Herbaldi pontificum Ratisponensium, et confessorum. » Prima editio agit de solo Erhardo, vide Acta. « Sancti Affini episcopi, et confessoris. Trecis, sancti Fro-doberti abbatis. Remis, beati Rigoberti episcopi et confessoris. Severini abbatis, qui defuncto Attila llannorum rege, prophetico spiritu, vita et mira-culis claruit. Eodem die, sancti Maximi episcopi et confessoris. »

Molan. de Patiente Metensi, de Maximo Papiensi, et Rigoberto Remensi, habet ut supra : in Gudilá multo diffusior ; de qua sic habet : « Depositio sanctæ Gudilæ virginis, patronæ nostræ, cujus sacri corporis reliquiæ hic venerantur. » Hactenus ex BRUXELLEN. sequitur : « Ad cujus tumulum apud Ham Brabantiæ, tempore hyberno populus arbor, sine mansibus putantium, mox excrevit, et virens ut nemus fronduit. Quorum utrumque mirum : mirum enim fuit arborem subito pullulasse, et mirabilius fuit, eam hyemis tempore, quod natura non habuit, vernasse. Sed utrumque fecit Deus, officio quo novit et voluit, et potestate qua valuit, in testimonium ejusdem virginis, in domo Domini, ut palma florentis. Ipso die, sancti Afflini pontificis. » De Frodoberto, ut supra. Deinde typis minoribus : « Eodem die, beati Laurentii Justiniani. Et sancti Erardi, pontificis Ratisponensis et confessoris. Apud Laudunum Galliæ, beati Balduini archidiaconi, et martyris. Cujus actus in vita Salaberge matris ejus A De Gudila post fronduit, hæc simul connecti, quocontinentur. In Norico, depositio sancti Severini abbatis, qui spiritu prophetiæ et miraculis late claruit, et juxta Neapolim translatus est in castrum Lucullanum. » De mutatione facta in posterioribus editionibus supra abunde egimus. Auctaria quoque contracta sunt. Itaque in fine : « Augustoduni, depositio sancti Egemonii episcopi et confessoris. »

V Idus.

Apud Antiochiam sub Diocletiano et Maximiano, natalis sanctorum Juliani et Basillisæ virginis, quorum miræ passiones leguntur. Ex quorum etiam collegio venerabilis multitudo sacerdotum, et ministrorum ecclesiæ Christi igne cremata est, quæ ad cos confugerat propter immanitatem persecutionis. Post quos Antoninus presbyter, Anastasius et Celsus puer una cum matre, atque alii plures passi sunt. Mauritania Cæsariensi, sanctæ Martianæ virginis. Apud Smirnam, sanctorum Vitalis, Revocati, et Fortunati. [Apud Bouillart.... passi sunt. • In Affrica sanctorum martyrum Revoluti et Firmini cum aliis tribus.]

NOTÆ.

omnes, quod vel ego consulere potui, vel majores nostri cum Greveno, et Molano olim contulerunt. Ita etiam Max.-Lubec., Munerat., Belin, et quotquot alii Usuardum quantumvis auctum hactenus edidere. Solus codex Pratensis a reliquis dissentit, ut

Deservat Castellanus codicis ipsius inspector verba sunt Sollerii, ex prætenso illo autographo avulsum olim folium, subinde vetusto etium charactere restitutum, in quo ea mutatio facta sit. Cum cæteri Usuardini codices habeant : Apud Smirnam, sanctorum Vitalis, Revocatiet Fortunali: aliud est folium, fateor : an alia manus, dubito ; certe idem litterarum ingenium, cadem utriusque scripturæ atas. Forte folio lituris correctionibusve sordidiori aliud subrogaverit Usuardus ; præsto non fuerit idem scriptor. Neque temere id conjicio. Nam ubicunque Dervensis codex dissidet a Pratensi, in isto lituræ sunt ; aut si nitida pagina est, manum, æqualem C quidem, sed tamen aliam animadverto. Cujus rei causam inquirenti hæc visa est probabilis et perpe-

VARIANTES LECTIONES.

OBSERVATIONES.

Antiochiam, Dioclitiano, Dyocleciano, Basilica et tales alias minutias hic pratereo. Scripsi Basilissæ virginis sine addito cum Praten., Herinien., Psalnen., Munerat., Greven., codicibus aliis tum mss. tum editis ferme variantibus. Antuerp. Max.-Lubec. et Lubeco-Col. legunt, Basilissæ conjugis ejus cum codicibus mediæ notæ plerisque. Alii ha-bent *uxoris ejus*. Belin. vero et Molan., *Basilisse* virginis, uxoris ejus, quibus antiquiora mss. præfe-renda judicavi, licet Romanum parvum, et ex eo Ado uxoris vel conjugis diserte exprimant. Prætuli etiam eosdem codices, hic Adoni conformes in nomine Antoninus, contra alios impressos et mss, qui Antoninus in Antonius transformarunt, quosque Baronius, Bollandus, et alii passim hodie imitantur. D Superest nodus paulo difficilior, in qua Pratensem a reliquis omnibus diversum supra monui. Is nimirum, omissa Martiana et martyribus Smirnensibus,

De Juliano tota Ecclesia celebratissimo martyre ejusque sociis, jam supra, proprio ut quidam volunt die vi Januarii, agendum fuit, quo ab Hieronymianis hoc modocollocatur; Antiochia, passio, sancli Juliani el Basilissæ. In India, Celsi, Juliani. Eodem die, cum longiori ex confusis Actis historia, omnes a Floro memorantur. Rabanus ad xiii Januarii rejicit ; Wandalbertus ad xm Februarii. Mira est hujus festi transpositio, quam Epiphaniæ causa ortam existimat Castellanus, alque una Juliani nominis multiplicatio adeo ut numerus apud ipsum pag. 106 adductus, fidem ferme superet. Usuardus solitos suos antesignanos secutus est, Romano parvo ita præcunte : Bt sancli Juliani et Basilissæ uxoris ejus et Celsi et Marlionillæac xx militum. Ad hæc Ado, Actorum, jam suo tempore receptorum, longam seriem attexuit, exillorum fide æstimandam. Noster nihil dubitans, enconium suum inde contraxit, Notkero plura describente. In prædictis horum sanctorum Actis illustrandis egregiam operam posuerat Bollandus, ast eadem post liminio accuratius expendit Papebrochius tomo III Maii pag. 293, et lusius in Responsionibus tomo II ad. art. 13, § 28, a numero 316 : quem lector consulat, videatque étiam curiosas Castellani, ad varia

tis, ut in præfatione declaratum est. tuo auctorum usu comprobata. Antequam Usuardus

dictaret Martyrologium, multa correxerat, post dictatum multa : cum sordidius factum esset folium, quam ut commodo scriptura legi posset, avulso folio, aliud substituit. Itaque Vitalem, Revocatum'et Fortunatum concede ad primum pertinuisse autographum. In secundo locum cesserunt Revoluto et -Firmino. Unde petiti fuerunt ? Ignoro. Nova in dies sanctorum Acta e bibliothecarum angulis emergunt. Emergent fortasse quæ Usuardus vidit. Ad Revolutum et Firminum ex Africanis aut Smyrnensibus esse, quos hoc die consignant cætera Martyrologia, id affirmari non potest, nisi forte avalga Bnros Usuardus fuerit. Nam neque numerus convenit, neque ulla nominum inter se necessitudo est. Boullart.

ita diem concludit :'In Africa sanctorum martyrum

Revoluti, et Firmini cum aliis tribus. Observal Ca-

stellanus, codicis ipsius inspector, in primo Bime-

stri, pag. 809, ex prætenso illo autographo avulsum

olim folium, subinde vetusto etiam charactere re-

stitutum, in quo ea mutatio facta sit, fortasse, ut

conjectat, vivente adhuc Usuardo. Sed cui id persuaderi possit, omnino non capio, in communi co-

dicum Usuardinorum et quidem probatissimorum apertissima contradictione. Quisquis interpolator is fuerit, *Recoluti* perperam posuit pro *Recocati*. Nos interim germanam Usuardi lectionem vindicandam

censuimus. Sunt qui Marcianæ scribant ; nos Martianæ cum prioribus, Romano parvo et Adone. Co-

dices mediæ notæ post Fortunati, adj ciunt diaconi,

Belin. autem apposuit martyrum. Scribo Smirnam

cum codicibus passim.

USUARDI MONACHI

Ita legunt Usuardini codices mss. propemodum B mox in Variantibus lectionibus exponam. Qui binos codices Pratenses citant, numerum augent, non auctoritatem, cum alter ex altero descriptus sit, augmentis dumtaxat vel marginalibus, in textum rela-

rum utrumque fecit Deus, etc. Sequitur de Fro-doberto, ut supra. Tum : « Ratisponæ, beati Erardi

pontificis et confessoris. » Deinde de Patiente et

Maximo, iterum ut supra. Denique : « Die octava,

sanctæ matris Dominicæ : et sanctorum patrum

Georgii Chozebisti, et Æmiliani confessoris. »

Die 9.

tum spectantia, notationes, jam semel et iterum supra citatas, quæ et ipsæ in Supplemento non erunt inutiles. Tillemontius pauca suggerit tomo V, pag. 799 et 809, occasione *Juliani Cilicis*, qui an cum hodierno confundendus; an potius hic noster Antiochenus, vel Antinopolitanus, Syrus, vel Ægyptius dicendus sit, adhuc sub judice lis est. At enim qui Julianos ea causa confundi postulant, quod uterque sub Martiano præside passus dicatur, viderint illi, an non accedere debeat Julianus alter, a Floro productus xi Januarii, qui etiam sub Martiano præside, sed in Achaia et in carcere peremptus est. De Martiana jam dici cceptum est in Variantibus. Constat eam hodie apud Hieronymianos notam non esse, neque enim Martialem ibi positum pro Martigna, accipi posse existimamus : nec satis verisimile est, eam sub Mariani nomine ibi reperiri xı Julii. Qnod autem v Idus Julii ab aliquibus reponatur, ex codicum abbreviationibus oriri fa-B cile potuit. Non magis nota est Martiana apud Bedam, Florum aut Rabanum. Restat itaque, ut a Romano parvo primum signata sit, nomine nonnihil deformato; In Mauritania Cæsariensi, Macræ

ANTUERP.-MAJ. annuntiationem primam retulit vi hujus, hic in aliis duabus purus est, sed alteram alteri præponit. Cum hoc codice convenit Usuardus, insertus Agonibus martyrum (cujus operis solus Januarius invenitur) in quo etiam Julianus, etc., vi hodie vero, et Martiana, et Smyrnenses diserte ponuntur.

Rosweyd: « Apud Antiochiam, Juliani martyris et Basilissæ conjugis ejus. Ili itaque sanctissimo voto casti conjuges aliquot annos vixerunt pariter, carnem suam virginem servantes; monasteria autem de rebus suis, quia crant parentibus et genero clarissimi, instituerunt, ut ad decem millia mona-chorum pater Julianus fieret, Basilissa vero multarum virginum mater. Quarum multitudinem cum jam victricem præmisisset ad Dominum, ipsa quoque post multa exercitia quievit. Julianus vero a Martiano præside tortus, jubente eo, a militibus gladio cæsus est, cum Celso puero, supradicti præs dis filio. Eodem die, Antonii, Anastasi martyrum cum Marcionilla martyre, uxore præsidis. Eodem die sanctæ Marcianæ virginis et martyris.

CENTULEN. Julianum et socios etiam signavit vi Januarii. Hodie sic habet : « In Asia apud Zmirnam, sanctorum Vitalis, Revocati et Fortunati. Cæsarca Mauritaniæ, sanctæ Marcianæ, virginis et martyris. »

BRUXELLEN., post imperatoribus, sic prosequitur : et sub Marciano præside, post passionem sancto-rum martyrum Juliani et Basilissæ conjugis ejus, quorum passionis dies viii Idus Januarii recolitur. Anthonius presbyter, Anastasius, et Celsus puer una cum Marcionilla matre ejus, uxore Marciani præsidis, atque aili plures passi sunt. » Satis apta D sancti Symeonis confessoris. » est ea martyriorum partitio, sed in quo sundata? Sequitur de Smyrnensibus, ét Martiana pure.

HAGENOVEN., post, uxore ejus, pergit : « Qui Julianus decem millium monachorum pater existitit, qui omnes igne combusti sunt ; ad quorum exequias angeli in cœlo auditi sunt in eodem loco. Basilisca vero mater fuit mille virginum, quæ etiam pro Christo combustæ sunt; et ipsa Básilisca ante obierat in pace, Julianus vero a Marciano præside fustibus cæditur, deinde incarceratur, digiti ejus manuum, et pedum lignis [Rosweydus in Adone restituit liciniis] oleo infusis ligantur, et accenduntur, postea decollatur. Post quos Anthonius presbyter, Anastasius, et Celsus puer, qui Spiræ re-quiescit in kathedrali ecclésia, una cum matre sua, atque alii plures diversis pœnis interempti sunt.» Cætora pura sunt, nisi quod in fine habeat, cum Fortunato diacono.

Juliani symbola, aliaque ad diffusissimum ejus cul- A virginis et martyris. Ado nomen puritati suæ restituit, sed actibus caruisse ex eo conjicitur, quod elogio, quantumvis brevi, careat. Noster plura non profert, quam in Viennensi repererit, in quo etiam convenit Notkerus. Porro eamdem Martianam esse, quæ hic et mense Julio colitur, rectissime censuit Baronius, neque licebit Hispanis ex una geminam facere, nisi certiora producant monumenta, quam quæ ex Bivario aut ei similibus desumuntur. Cætera huc spectantia vide apud Bollandum, Castellanum et Tillemontium tomo V, a pag. 263. De ultimis martyribus vix est quod dictis supperaddam. Ex Hieronymianis accepti sunt, sed male ab Usuard. compositi, nec melius ab interpolatore Pratensi restituti. Veram Usuardi lectionem a nobis repræsentatam non dubito, qualem et Wandalberti versiculus exhibet :

Quinto Vitali, Fortunato et Revocato.

De distinctione Smyrnensium ab Africanis, qui in Hieronymianis reperiuntur, agunt Bollandus et Florentinius hoc die, sed et novissime Castellanus in notis a pag. 146.

AUCTARIA.

ACQUICINT., nec diaconi in fine habet, nec martyrum, sed adjicit, cum aliis tribus. Suspicor, no-mina non recte collata, adeoque codicem hunc, ut sæpe solet, ita etiam hic convenire cum Pratensi.

VICTORIN., pro Martianæ, legit Marinæ.

MATRIC. CARTUS. ULTRAJ., incipit: « Martianæ virginis et martyris. Wilhelmi Bituricensis episcopi, nobilis genere, qui a pueritia Deo servivit. Juliani martyris et Basilissæ virginis, cum cæteris multis martyribus. » Notabis Willelmum Bituricensem ab aliis passim recoli die sequenti. Vide ibi Acta.

DIVIONEN. : « Cœnobio sancti Benigni, juxta Divionense castrum, natalis sanctæ Paschasiæ virginis et martyris. » Citatur hic, extractum ex codice istius

cœnobii, ex quo plura habemus. FLORENTIN. : « Anconis, sancti Marcelli. Apud civitatem Bituricensem, sancti Guilielmi episcopi et confessoris. » Additur ibi in fragmemento membraneo ms. « Consecratio ecclesiæ sancti Laurentii de Florentia, quæ consecrata anno Domini MLX a Domino Nicolao papa II. Olim episcopus Florentinus fuit. »

EDITIO LUBECO-COLON., post passiones leguntur, inserit : « Et licet vero matrimonio fuerint copulati, tamen clam in virginitate vitam finiernnt. Ex quorum etiam collegio, » etc., satis pure. De Martiana, additur : « Quæ in Cæsarea, Dianæ simulacrum confregit, et bestiis tradita, pro Christo tandem a Leopardo exanimatur. » Smyrnensibus addit Diaconi martyrum. « Eodem die, beatii Agetii confessoris. » Vide Prætermissos. « Treveris, invenio

GREVEN : « In Africa, Jocundi, Quinti, Saturi martyrum. » Ex Hieronymianis, vel Rabano, hinc inde sanctos aliquos decerpit, quos plerumque incuriose divellit, vel transportat. Sic pergit : « Eodem die beati Marcellini [sic legendum non Marcelli, ut supra], Anconitani episcopi, de quo beatus Gregorius narrat 1 Dialogorum, quod ipso contra ignem vehementissimum a ministris (quo ambulare non valebat) opposito, ignis omnino refriguerit. Item, sancti Agecii confessoris. An non Agritii, de quo vi et iterum XIII Jan. Treveris, inventio sancti Simeonis confessoris. Bartwaldi, archiepiscopi Cantuariensis confessoris. In Cancia Adriani abbatis confes-soris. Ipso die, Felani abbatis et confessoris. »

Molan. Aliis litteris textui inserit Adonis verba de casto conjugio, de institutis monasteriis, de monachis, et virginibuseorum disciplinæ subjectis, qua supra retulimus in codice Rosweydino. Deinde in

virginis, cujus meminit Gregorius Turonensis. » Sequitur Marcellinus cum elogio ex Greveno supra. « In Cantia, Adriani abbatis, et confessoris. Bertunaldi archiepiscopi Cantuariensis et confessoris, quorum meminit Beda in historia gentis suze. » Meminit sane, sed monet Castellanus, non Bertunaldum, nec Bertwaldum, ut Grevenus, sed Berecht-

IV Idus.

Apud Cyprum, beati Nichanoris diaconi de septem primis, qui gratia fidei, et virtute admirandus, gloriosissime coronatus est. In Thebaide, natalis beati Pauli primi heremitæ, cujus animam inter apostolorum et prophetarum choros ad cœlum ferri ab angelis sanctus Antonius vidit.

NOTÆ

Sumitur ex Praten., Herinien., Tornacen., Pulsanen., Belini 1 editione Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

Cogor scribere Nichanoris cum codicibus melio- B prum hoc modo, apud Cyprum gloriosissime cororis notæ, Greveno, et aliis; quem scribendi modum Usuardum secutum existimo, tametsi nominis etymon ferat, ut seguamur Romanum parvum et Adonem, qui forte a Rosweydo correcti sunt, siculi Usuardus a Molano. Post, *de septem primis*, visum est Belino apponere, quod forte in Adone invenerat, nempe diaconibus; patet ex aliis codicibus, Usuardi simplicitas. Molanus legit, gloriose coronatus, sed alii passim cum manuscriptis, goriosissime coronatus, quæ in Adone conjuncta sunt cum Apud Cy-

Qui in Adone inter apostolorum festivitates una ferie, diversis licet diebus referuntur, hi apud Græcos simul collecti sunt xxvm Julii, nempe Prochorus, Nicanor, Timon et Parmenas. Hæc sub unum aspectum hic ponere volui, ut una indicem quatuor hos diaconos, Ilieronymianis, Bedæ et cæ-teris antiquis ignotos, primum ab auctore Romani C parvi, pró mero, opinor, arbitrio, in certos dies fuisse distributos. Unde ab Adone, Usuardo et Notkero, accepti hodie coluntur; Prochorus IX Aprilis, Timon xix Aprilis, Parmenas, xxiii Januarii, ut suis locis erit repetendum. Itaque Nicanoris prima po-sitio uni Romano parvo debetur : Rt in Cypro, Ni-canoris de vii diaconibus. Quæ in Adonis Martyrologio vix immutata sunt, et tertio duntaxat loco signata, cum apud utrumque primo loco agatur de Paulo. Undenam Ado breve suum elogium inter Festivitates extraxerit, necdum comperi, neque enim Acta ulla prodita sunt, nec quidquam etiam recentissime invenit Tillemontius tomo II, pag. 70, nisi quod cum Bollando respueret. Si tamén Adonis verba expendantur : Apud Cyprum gloriosissime co-ronati, haud dubium, quin de martyrii laurea, qua-tumvis aliunde incerta: intelligenda sint, id quod nonnulli codices nostri auctiores rotundius expressere. Usuardus forte timide, saltem subobscure lo- D qui visus est dum utrumque Adonis textum commiscens, ejusdem phrasim non satis clare transposuit. Notkero ductoris mentem pressius insequente. De Paulo sic meminit primo loco Romanum parvum: In Thebašda, sancti Pauli eremitæ. At Pauli celebritas antiquior est, a Beda nimirum prius in sa-

ANTUERP.-MAJ., servato Usuardi ordine, Adonis textum ei ferme supponit : «Natale beati Nichanoris, qui unus fuit de septem diaconibus primis. Ilic gratia fidei, et virtute admirande (admirandus), apud Cyprum gloriosissime coronatus est, ibique venerabiliter sepultus. In Thebaida, natale beati Pauli primi heremitæ, qui a sexto (omissa est vox decimo) ætatis suæ anno, usque ad centesinum tertium decimum, solus in eremo permansit. Cujus animam, etc.

Rosweyd.: « Apud Thebaidem, natale... Qui a xy

natus est. unde datur intelligi cruenta morle martyrii lauream consecutum. Usuardi transpositio incertum Castellano religuit, utrum ea coronatio ad martyrium, an ad coelestem gloriam referenda sit. Pro Thebaide, natalis, heremitæ, ad cælum alii scribunt Thebaida, natale, eremitæ, ad cælos, verum hujusmodi minutias in decursu negligendas, satis supra indicavi, et ita quidem, ut nec nobis stabilis scriben li modus esse possit, variantium sæpe codicum, vel ipsos errores sequentibus.

OBSERVATIONES.

cris tabulis consignata, ubi brevi ornatur elogio, a Romano paululum aucto, ab Adone, et ex hoc a Notkero transcripto, sic tamen ut hic pro cxm male legerit xcm, facili lapsu ex litterarum nume ralium transpositione. Noster autem Adonis elogium ita contraxit, ut solam ætatem, et in eremo commemorationem excluserit. Hactenus pro textu nostro, quem et genuine Usuardinum esse constal, et ex Adone ferme ad verbum acceptum. De Aclis non loquor, vitæ geminæ, a Bollando editæ, illustratæ et vindicatæ, nihil magnopere est quod a recentioribus, aut opponi, aut supperaddi possit. Sed quid causæ esse dicemus, cur Melchiadem papam omiserit Ado, a Beda, quém describebat, imo et ab Hieronymianis aliisque antiquis disertissime notatum ? Rursus unde Hyginius substituitur, vetustioribus omnibus incognitus ? Malo fateri ignoranliam, quam conjectando hariolari. Est præterea in eodem Adone quarto loco, adventio sancti Hermetis martyris. Sed annuntiationes illæ ambæ ab Usuardo plane reticentur. De adventione Hermetis legi 108suut Rosweydi annotationes ad Adonis Martyrologium pag. 225, et indiculus noster Prætermissorum hoc die. Cur in Romano moderno Paulus ad xv Januarii translatus sit, cum priores omnes dies alio officio ecclesiastico impediti sint, clarius est, quam ut explicatione indigeat. Wandalbertus sic hodie Melchiadem et Paulum conjungit.

> Quarto Melchiades, Paulusque eremita, besto Sublati fine, ætheres lætentur in arce.

AUCTARIA.

ætatis [suæ] anno [usque ad cm solus, etc. Ygini papæ et confessoris. » De quo vide Auctaria die sequenti. « Item Romæ, Melchiadis papæ et con-fessoris. » Consule Prætermissos. « Apud Cyprum, beati Nicanoris, qui fuit unus de septem diaconbus. »

ANTUERP., MAX-LUBEC. et UGHELLIAN, passim Con-formes, puro Usuardo superaddunt : « Rome, Melchiadis papæ. Bituricas, sancti Guilielmi episcopi et confessoris. » Quem ultimum recentiori manu adjectum invenio codici PULSAN. hoc modo : Eodem

fineminutioribus typis : «Divioni, sanctæ Paschasiæ A waldum cum præfato Beda, aut Brithwaldum cum Gocelino appellandum esse. Illum consule in notis hoc die pag. 153. Editiones posteriores idem habent de Adriano abbate, quod in priori, idem est in textu, ssd cætera omnia exclusa sunt. Quorum loco ponitur : « In Nortmannia, depositio beati Waningi confessoris. Hic nobile monasterium Fiscanense fundavit, et Leodegarium exulem fovit.

Die 10.

die apud Bituris, natalis sancti Ullmi, archiepiscopi A et confessoris. »

MUNERAT., cætera ctiam purus, ita finit : « Bituricas, natalis sancti Guillermi, ejusdem urbis archiepiscopi, vita et miraculis gloriosi. » Huic plane similis est Usuardus ille, quem agonibus martyrum immistum diximus.

ANTUERP-MAX., LOVANIEN., LEYDEN., BELG. et edit. ULTRAJ.-BELG., in Paulo : etiam Adoni ni sunt, ut supra, sed habent, sexto decimo. Tum inserunt secundo loco : « Romæ, sancti Agatonis Papæ. » Tertio loco de Nicanore, pure. In fine : « Apud Bituricas, natale beati Wilhelmi, episcopi et confessoris, vitá et miraculis gloriosi.»

ULTRAJECT. et LEYD-LAT., proxime superiores excedunt in co, quod de Paulo adjiciunt : « Pallium autem ejus de foliis palmarum contextum, idem Antonius suis usibus, in omnibus solemnitatibus vendicavit. Hujus sancti viri vitam cum llieronymus descripisset, ait : Obsecro, ut quicunque hæc le- B «Ambianis, translatio corporis sancti Firmini epi-gerit, Hieronymi pecatoris meminerit, cui si Do-scopi et confessoris. » Qui utpote junior, confesminus optionem daret, multo eligeret tunicam Pauli cum meritis ejus, quam purpuras regum cum regnis suis. »

Albergen. et Danic., eadem omnia habent, sed præterea de Agathone superaddunt : « Qui octogesimus primus post beatum Petrum, sedit annos quinque, menses sex, dics quidecim. » Vide Acta.

CENTULEN. : « in Cypro, beati Nichanoris, qui unus fuit de septem diaconibas primis, et martyrio vitam complexit. » In Paulo Adonianus est, sed ponit, «a quinto decimo ætatis anno, etc. »

BRUXELLEN. In Nicanore satis purus, sic pergit : « Romæ, natale sancti Iginii papæ et confessoris. Qui clerum componens, officia per gradus distribuit, et ut baptizandum, seu confirmandum patrinus levet, constituit. Et Romæ, sancti Melchiadis papæ. Qui prohibuit, ne die Dominica jejunium ageretur. » De Paulonihil novi affert. Tum : « Item Romæ, beati G Agathonis papæ. Qui dum quemdam leprosum oscularetur, ille statim mundatus est. » De Wilhelmo, ut supra.

HAGENOYEN. in Nicanore etiam! satis purus est. Tum : « Romæ, Agathonis papæ, qui in sede Apostolica [sedit] annos quinque et menses sex. Hic const ituit, ut distinct us sit habitus viror um, et mulierum in vestibus, et in crinibus. Iste papa condemnavit illos, qui negant in Christo duas esse voluntates, et duas operationes, in concilio Constantinopolitano. In Thebayde, Pauli primi heremitæ et confessoris. Qui accusatus a sororio suo, qui hæreditatem illius habere voluit, quod Christianus esset, fugit in heremum :primo quidem necessitate, ut mortem carnis evaderet, sed tandem necessitate utitur in voluntatem, xovir annis in spelunca quadam latuit, ubi ille soli Deo vacavit, et ubi a Deo pane cœlesti pastus est. Cujus animam... Pro cujus gloria Anthonius lætabatur, et pro mortei llius plurimum recreabatur. D Cujus corpus mortuum Anthonius flexis genibus, manibus in cœlum protensis, invenit, et auxilió leonis sepelivit. »

AQUICINCT. : « Romæ, Hygini papæ. Hic constituit clerum, et distribuit gradus. » Hæc sunt Adonis. VICTORIN. et REC. SUEC., signatus num. 130 :

Romæ, sancti Melchiadis papæ. » a MATRIC.-CARTUS.-ULTRAJ. : « Pauli primi eremitæ.

Nicanoris diaconi, et martyris, unius de septem primis. Polieucti martyris. » Remittitur ad XIII Februarii. « Et Nearci. » Hunc non novi. Tum de Vitali, etc., ex die precedenti.

REG. SCEC., sub num. 420 : « Item Bituricis, natalis beati Guillelmi confessoris et archiepiscopi, qui multis claruit miraculis. »

In VATNCAN., sub num. 5949, deest Nicanoris. Adjicitur : « Romæ, sancti Melchiadis papæ. Et natalis sancti Gregorii Nazianzeni, in sancta Sophia. » Quod est monasterium Beneventi.

FLORENTIN. : » Apud civitatem Bituricensem, sancti Guilielmi episcopi et confessoris. »

REMENS. ecclesiæ SS. Thimothei et Apollinaris : soris cognomentum habet : sed mirum, de eo nihil haberi in nostro Ambianensi.

EDITIO LUBECO-COL. primo loco de Paulo eadem hibet, quæ Ultraject et Levden. De Agathone ctiam ut ibi, etc., In Nicanore satis pura est. De Wilhelmo rursus, ut citati codices. BELINI editio altera in hoc deficit, quod de

Paulo, non Usuardina, sed Adoniana sit. GREVEN. : « Eodem die, sancti Guillelmi, quem nos Germani Wilhelmum dicimus, Bituricensis archiepiscopi, ordinis Cisterciensis, vita et miraculis clari.Erat iste sanctus fere semper hilaris et jocundus, quod quibusdam displicebat austeris. Item, beati Agathonis papæ et confessoris. Qui octavus decimus post Petrum (palpabilem anachronismum nemo uon ridel) sedit annis quinque, mensibus sex. Item beati Gregorii papæ X et confessoris. » De cujus canonizatione pridem Romæ actum est, et

rursus agitur. Denique : « Polieucti martyris. » MOLAN. : « Bituricas, natale sancti Guillelmi, ejusdem, etc., Ambianis, translationis sancti Firmini episcopi et confessoris. » Vide dicta. Melchiade, simpliciter. «Eodem die, elevatio corporis sancti Vuasnulfi confessoris. » Deinde typis minoribus : « Castro Divionensi, sanctæ Floridæ virginis, cujus meminit Gregorius Turonicus. » In secunda et tertia cditione, non capio, ob quam cau-sam Usuardum turpiter mutilet, expuncto Pauli elogio. Post *eremite*, de suo adjicit litteris Italicis : « sed transfertur post octavas Epiphaniæ ad diem decimum quintum mensis ejusdem.» De Melchiade, et Florida in hisce non loquitur : sed ex Græco suo Horologio substituit : «Die decima, sancti Domitiani episcopi Melitinæ. Et sancti Marciani presbyteri, et œconomi magnæ ecclesiæ. » Quod aut quale extractum ex dicto Horologio habuerit Molanus, aut quis ci versionem suggesserit, nescio; certe fon-tem non consuluisse, ex multis patet, ut alibi diximus : exemplo hic sit omissus is qui primo loco ponitur, Gregorius episcopus Nyssenus.

Die 11.

III Idus.

In Africa, natalis beati Salvii. In hujus natali sanctus Augustinus verbum fecit ad populum Cartagini. Apud Alexandriam, sanctorum coufessorum Petri, Leucii, quorum gesta habentur.

NOTÆ

Ita Praten.. Herinien., Tornacen., Autuerp-Maj.,'Pulsanen., Centulen., Antuerp., Max-Lubec. et Ughellian., Munerat., Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

In Antuerp-Maj.ad Salvii, additur martyris. Lego In hujus : ut Nostrum ex Adone sumpsisse, puto, tamesti sensus nitidior vidretur, si cum Beda scriberem in cujus, ut habent Rabanus, Notkerus, et

Usuardini codices plures, tum mss. tum excusi, ut ·Centulens., Brux., Hagen., Munerat., Belin, etc. Carthaginis scribunt Belin., Grev., Mol. et alii, rec-tius codices multi cum Beda Carthagine, at purio-

res codices nostri exigunt Cortagini, ut habetur in A parvi auctorem secutus fuerat. Ex codicibus nostextu, quamvis exactior orthographia stet pro Carthagini, ut scripsit Ado. Post Alexandriam inseruit Antuerp.-Maj. natale, etc. Dubium non est quin sit scribendum Severi, quamvis Torn., Ant. Max-Lu-bec. et alii ponant Severini; ut Muneratus legit Salini, Belin. Silvii pro Salvii. Sed nulla major variatio,quam in nomine *Leucii*, quod Usuardus hic recte posuit, forte ex codicibus Hicronymianis Adonem corrigens, qui præeuntem, sed errantem Romani

Salvii memoriam in sacris Fastis antiquissimam probat imprimis Kalendarium Carthaginense a Mabilione vulgatum, a Ruinartio recusum, in quo hoc die clarissime legitur : Sancti martyris Salvi. Apographa Hieronymiana aliis cum martyribus immiscent, utique non Hispanis, sed Afri-canis, siquidem in iis codicibus contineatur. Ut ut B sua ex Hieronymianis male descripsisse? Id mihi fuerit, reliqui Martyrologi de co seorsim, et solo meminere, ut Beda, ex quo Ado, ex hoc Usuardus immutata phrasi transcripserunt : ubi observari velim, annuntiationem apud eos ita positam, ut de mortis genere nihil elici queat. Atque hic aperte Romanum parvum Bedæ posthabuit Viennensis noster, cum in priori diserte legatur : In Africa, Salvii martyris. Et vero Salvium martyrem dici oportere non Kalendarium solum et Ilieronymiana apographa jam citata evincunt, sed id ex Posidio demonstrat Bollandus, sanctum nostrum ab alio cognomine, sed eo hæretico Donatista, accurate distinguens. Mirandum prorsus quod Rabanus Bedam describens, Salvio tribuat titulum confessoris, contra vero Notkerus, qui hunc et Adonem præ oculis habuit, martyrem asserat. Wandalbertus nihil in utramvis partem definit, dum canit :

Salvius hinc ternas Carthagine consecrat Idus.

Nodus intrication objicitur circa tres alios sanctos Bedæ, Floro et Rabano ignotos, quos ita primo loco memorat Romanum parvum : Alexandriæ, confes-sorum Petri, Severi, Lucii, insolito plane enun-tiandi modo. Sequitur Ado, ca plane phrasi, quam Noster descripsit, omissa voce natalis, mutatoque Lucii in Leucii, ut supra diximus. Idem habet Notkerus, legens cum Hieronymianis Leucii, atque ultima verba expungens, quorum gesta habentur. Ut cla-

Rosweyd, incipit ab Alexandrinis satis pure. Deinde : « In Africa, Salvii episcopi. In cujus na-tali, etc., Item, beati Gregorii Nazianzeni epi-scopi. » In Prætermissis bene remittitur ad IX Maii. Tum : « In Aquilegia, Paulini (Patriarchæ. » Vide Acta.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEYDEN. et LOVANIEN., de cætero puri, sub finem annuntiant : « Romæ, patale sancti Igini, Iginii et llygini, papæ et mar-tyris. » Quibus ex Adone addit BELIN. : « Hic composuit clerum et distribuit gradus. »

ALBERG. et DANIC. plusculum adjiciunt : « Qui octavus post beatum Petrum, annis quatuor et mensibus tribus salubriter gubernans Ecclesiam composuit clerum et distribuit gradus, consummatoque martyrio, tandem sepultus est juxta corpus beati Petri. »

AGONES MARTYRUM in fine : « Romæ passio sancti Hygini papæ, qui Telesphoro martyri in pontificatu successit.

LEVDEN.-BELG. et editio ULTRAJ.-BELG. in princ'pio Hyginum ponunt, quem primus codex octavum post beatum Petrum, alter decimum pronuntiat. Uterque vero in fine Hyginum denuo repetit, eodem plane modo quo habent codices mediæ notæ.

BRUXELLEN. primo loco refert Alexandrinos satis pure : Tum : « In Africa, sancti Salvii confessoris

tris alii scribunt Leuci, Lencii, Leuticii, alii Genucii, Leontii, Leucii, Buthitii, etc., aperto, ni fallor. amanuensium errore. Mirus est Pulsan. codex in distinguendis tribus ultimis sanctis, ita scribens : Apud Alexandriam, sancti Leucii episcopi et confessoris. Item apud Alexandriam, sanctorum confessorum Petri et Severini, quorum gesta haben-tur. Quo tamen modo difficultas non tollitur mox discutienda.

OBSERVATIONES.

rius patescat tota difficultas, cum his compara verba Hieronymianorum primo loco : In Alexan-dria, Petri, Severi, S. Leuci confessoris, et Absolami, vel Alolami, vel Assolami; solus codex Lucensis post Absolami adjicit, quorum gesta haben-tur. Quid hic jam statuas ? An Romanum parvum non sit verosimile. An utrumque auctorem errasse? Solita modestia hæc enodare conatur Florentinius, nec invenio hactenus quod in ejus conjecturis reprehendi merito possit. Castellanus Romanum parvum non unius erroris arguit; nec Adoni parcit, quod clausulam forte ex Hieronymianis acceptam apposuerit, quorum gesta habentur. Et hoc quidem recte, nam si ca vidisset, non tam jejune de iis fuisset locutus. Turbat omnia titulus confessorum, a Romano parvo tribus applicatus, ab Hieronymianis, soli Leucio, isque adeo magis mirus mihi accidit, quod in his codicibus et Romano parvo rarius recurrat, aut sancti, aut confessores appellatio nunquam forte sub ea notione, quam ei nos vulgo tribuimus. In ea perplexitate, malo aliorum conjecturis acquiescere quam novis du biis dubia cumulare. Sit confessor solus Leucius, forte Brundusinus episcopus : de quo Epternacense ecgraphum meminit vii Januarii; Petrus et Severus Alexandriæ tribuan-

tur, donenturque laurea martyrum : Petrus male Alexandriæ collocatus, idem sit cum Basalmo et Absolamo, et Aulanensi, de quo ad 111 Januarii; sic de Leucio et Absolamo verum erit dicere, quorum gesta habentur, licet Leuciana, ut minimum, correctione magna opus habeant. Si tanti tua interest, vide Bollandum et duos proxime citatos. Nobis si quid alicunde novæ lucis affulserit, ea in Supplemento communicabitur.

AUCTARIA.

et martyris. In cujus, etc. » Quæ plane nova est annuntiandi formula.

HAGENOVEN. in textu satis purus, plura habet de Hygino, sed quæ præter jam dieta, aut inferius dicenda commemorat, referri non merentur.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. Salvium episcopum facit.

CODEX VATIC. 3949, præter Hyginum adjicit Nicanorem die præcedenti. Deinde : « Natalis sancti Leucii episcopi et confessoris. » Qui procul dubio Brundusinus erit.

ALTEMPS., in Anglia auctus : « In Britannia, apud

Leoministiam, passio Ethewoldi regis. » STROZZ. : « Eodem dic, gloriosissimi sancti Gregorii episcopi Nazianzeni et confessoris, magistri sancti Hieronymi, magnæ sanctitatis viri, vitæ et virtutis. » Forte in S. Sophia, ut heri dictum est ex codice Vaticano. Vide supra.

EDIT. LUBECO-COL. sic incipit : « In Oriente, sanch Balthasar regis, et antistitis, qui hac die obdormivil in Domino, divino sacrificio in ecclesia prius celebrato ac sumpto. » Præter ea quæ de Hygino jam diximus, sic habet : « Hic constituit, ut unus patrinus, vel una patrina suscipiat puerum levatuma fonte baptismatis; similiterque in confirmatione Consummatoque martyrio, tandem sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano.» Tum ita concludit :

« Eodem die, sanctorum Eugencii et Felicitatis A mensi, seupotius incertæ sedis episcopo, quem « in martyrum. »

GREVEN., ait Balthasarem « tertium fuisse inter tres magos;» de reliquo convenit cum dictis, addens de suo : « Hoc etiam die, vel secundum aliquos sequenti, festiva memoria agitur trium insimnl Magorum. » De Hygino asserit, « in persecutione Severi martyrio coronatum : » melius HAGEN. Antonium scripsit, volens dicere Antoninum, ut Bollandus post Romanum statuit. De Eugentio et Felicitate supra. « Item secundum catalogum Sanetorum, natalis beati Salvii episcopi Ambianensis, alias Engolismæ civitatis, et discipuli ejus, martyrum, qui secundum alios passi sunt vi Kai. Julii. » En confusionem manifestam, quæ forte Baronio occasionem præbuit hoc die collocandi Salvium Ambianensem cum titulo martyris, qui tantum confessor fuit, ut recte posuit Bollandus, hunc tamen diem perperam servans, cum ad xxvm pertineat, ut bene observavit Rosweydus in epistola sæpe laudata, his verbis: « Quæritur, B obitus Jaspari tertii Regis, fostum duplex. Cæsa-1. unde Baronius Salvium Ambianensem episcopum roæ Palestinæ, sancti Petri ascetæ, id est religiosi, hoc die Martyrologio iuserucrit? Habeo vetus Martyrologium ms. quod eum xxvm Octobris ponit. 2. quomodo eum vocet martyrem, cum tantum fuerit confessor, Martyrologio jam citato attestante; 3. cum in notis dicat de eo agere Sigebertum anno Domini 801, et idem repetat xxvi Junii, cum agit de Salvio Engolismensi, qui martyr fuit, satis indicat Salvium Ambianensem episcopum, et Engolismensem a se in unum conflatos. » Porro de Engolis-

portu Valentianas » xxvi Junii refert Usuardus et alii passim, vide Acta Junii ad præfatam diem : et de Ambianensi hodierno plura alia a Bollando curiose in commentario prævio notata.

Pergit GREVEN. : «Item Paulini patriarchæ Aquile-giensis. In Setynvelt, Honoratæ virginis. » De hac et illo cunsulatur Bollandus. « Item ibidem, translatio Sanctorum Potentini diaconi, Felicii presbyteri et Simplicii militis, martyrum. » Vide Acta xxiii Junii.

MOLAN. in prima editione Belini verba de Hygino descripsit, et alio minori charactere adjecit : « Anastasii monachi et confessoris, de quo Gregorius Dialogorum lib. 1, cap. 8. » At in posterioribus, auctior prodiit, ubi expuncto Anastasio, supposuit : « Virgorniæ, sancti Eguini episcopi et confessoris. Die undecima sancti Patris Theodosii cœnobiarchæ. » Dehinc minori charactere : « Coloniæ, sive monachi, qui sæpe rogatus, ut adolescentiæ suæ parceret, eorum exhortationibus neglectis, per ignem velut aurum purissimum, fidem in Christum excelso animo probavit. » Recte, ni fallor, opinatur Bollandus inter hujus dici prætermissos, non alium hunc esse, quam Absalmum, seu Abselamum, aliis Balsamum etc., de quo ad diem III hujus ménsis et hic supra abunde dictum.

Die 12.

Pridie Idus.

Apud Achaiam, natalis beati Satyri martyris, qui transiens ante quoddam idolum, cum exsufflasset illud, signans sibi frontem, statim corruit, ob quam causam decollatus est. Eodem die, sancti Archadii martyris, genere et miraculis clari. [*1pud Bouillart.* : ^a In Cæsarea Mauritaniæ sancti Archadii, martyris genere et miraculis clari.]

NOTÆ.

Ita legunt Herinien., Tornacen., Antuerp-maj., C codices omnes in præfatione citatos, quatenus tex-Rosweyd., Pulsanem., Antuerpien., Max-Lubec, et Ughellian., Albergen., Brugensis, Munerat., Belin., Greven., Molan. et Agones martyrum. Quibus adde

Quem Archadium Cæsareæ in Mauritania passum testantur tum Archadii ejusdem acta, tum alia etiam Usuardi Martyrologia. Quid ex hac pugna colligemus? Codicem nostrum, ut Sollerio videtur, Usuardi manu exaratum non ésse ? Minime gentium. Sed Usuardo vel ignota penitus fuisse, vel non visa hæc sancti Archadii Acta ; indeque in eum incidisse errorem quem alii postmodum ejus Martyrologii scriptores emendarint. Usuardi porro in manus venire potuerunt codices nonnulli in quos eo irrepsit facilius idem eror quod ea ætate vulgaris fuisse tum referunt, exceptis Pratensi et Aquicinctino, ut statim dicam.

videatur. Plures Ruinartius noster Act. select. * Mart., pag 390, laudat, nominatimque Colbertinos duos, unum R. R. P. P. Fuliensium, alterum Remigiano monasterio Hincmari Rhemensis episcopi dono datum in quibus sanctum Archadium Cæsareæ in Mauritania passum esse legitur. Eidem monasterio largitus quoque est idem antistes exemplar tracta-tuum S. Zenonis Veronensis episcopi, quorum trigesimus nonus libri primi sic inscribitur; De natale S. Archadii qui habet natale pridie Id. Januar. in civitate Cæsareæ in Mawritania. BOUILLART.

VARIANTES LECTIONES.

Adone reperit qui Bedam secutus est, tametsi in Romano parvo inveniret, Antiochiæ. Quid in Beda et Adone significet civis Arabiæ hactenus quæritur: ego cum purissimis nostris codicibus, tum manuscriptis tum excusis, eas voces omisi, nec dubito, quin id ab Usuardo factum fuerit, idque merito: neque enim, ut bene advertit Castellanus, rectè quis regionis alicujus, sed urbis civis dicitur, Sunt qui cum Rosweydo et Belino scribunt, exsuffasset inillud; sed articulam in, quæ addi posset, nulli puriores codices habent, uti nec supradicti antiquiores Martyrologi. Antuerp. Maj. ante sanc.'i Arcadii, inse-ruit, natale. Porro Archadii a me in textu scriptum nemo miretur, cum lectionem codicum sequi profitear.

Controversia est super loco passionis sancti Ar-

Rosweyd. nonnihil a puritate deficit, dum sic D cadii, quem apud antiquiores Martyrologos, ex qui-incipit: Sancti Satyri martyris, civis Arabiæ-gui, ect. Usuardus certo legit Apud Achaiam, ut in Achaiam diserte exprimunt, in qua regione verosimillime passum martyrem éxistimo, ut dicetur in Observationibus. Hic solum agitur de positione in Pratensi, et, qui eum sequitur, Aquicinctino adjecta, nempe in Cæsarea Mauritaniæ : sed quæ in nullis aliis codicibus, quorum longam seriem in præfatione exhibuimus, in nullo, inquam, Usuardino codice apparet. Est nihilominus, qui, códicis illius prætense-autographi auctoritate, pro dicta positione certat, ut iis compertum, qui Castellani notam legerunt pág. 178. Amica ea super re, priusquam hoc opus serio aggrederer, disceptatio epistolaris inter nos fuit; atque hoc loco se prodidit viri crudissimi pro tuendo amato sibi codice studium. Cum enim inter alia, observationibus ejus objecta, hunc ei locum produxissem, nec effugio pateret locus, huc demum rediit ejus oratio, quam ex epistola Gallica

« Fieri potuit, inquit, ut qui hic primus codicem Pratensem descripsit, cum alias non nosset Cæsareaspræter Cappadociensem et Palæstinam, putarit Usuardum memoria lapsum, dubioque perplexus, utram Cæsaream præeligeret, utramque excluserit, nunc substituens : Bodem die. » Quain hæc responsio rem non conficiat, nemo, opinor, non perspicit. Viderat et legerat, quisquis scriptor ille fuerit, Ca-

OBSERVATIONES.

Hoc iterum die Bedam Romano parvo prætulisse dicendus est Ado, si vera ejus sit lectio, In Achaia, et non potius Antiochiæ, ut habent bina exempla a Bollando citata. Certum puto Romanum parvum simpliciter scripsisse Antiochiæ, Satyri martyris, quod Hieronymianorum phrasim non redolet. Ve-tustissmum, et, ni fallor, etiam purissimum hic est Epternacense, in quo solum legitur : In Achaia, Cyriaci. Moscenti, Saturi, absque elogio, quod subinde ex Beda acceptum, sed plane deformatum, in alios B Hieronymianos codices importune et contra eorum stylum intrusum est, attamen ab Acherio ex Corbeiensi a se edito non fideliter expunctum ; merito quærente Florentinio, istud apographum in Spicile-gio non integre fuisse redditum. Vera textus nostri propago ex puro Hieronymiano in Bedam, ex hoc in alios defluere videtur. In Beda autem satis probabiliter censuere Henschenius et Papebrochius et integre scriptum fuisse : In Achaia, Cyriaci, Moscati, Saturi civis Arabiæ, etc., quemadmodum ex eo transumpsit Rabanus. At Viennensis, forte ecgraphum nactus, in quo solum legeret : apud Achaiam, B. Saturi. etc., cumdemque reperiens in Romano parvo, exclusis duobus prioribus, unum nobis reliquit ; quem inde desumens Usuardus, in posteriores omnes transfudit : sic tamen, ut quod ei redundare videbatur, civis Arabiæ, omnino expunxerit. Quod vero notat Castellanus, Flori inadvertentiam, Adonem et Usuardum in errorem C induxisse, ex præconcepta opinone supra refutata oritur, non enim Florus, ut cuivis clare patet, sed

ANTUERP-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN.. LOVANIEN., DANIC et EDITIO ULTRAJ-BELC. post. Satyri martyris addunt civis Arabiæ; et annuntiationibus duabus, quas ex Usuardo puras habent, interponunt : « In Ægypto, sanctorum Petri, Aventini et Cas-toli.» Accepti sunt procul dubio ex aliquo Hieronymiano apographo, prætermissis sociis Philoromo et Zotico.

BRUXELLEN. in prima habet, ut proxime citati. Secundo loco etiam de Petro, Aventino, etc. Tum : «In civitate Nichomedia, passio sanctorum Pastoris et Victoris. » Remittuntur ad xxix Martii. Sequitur de Arcadio, pure. In fine: » Item sancti Firiaci epi- D scopi. » De quo vide Prætermissos.

HAGENOYEN. in toto textu habet ut superiores, immista annuntiatione Petro, Adventini, etc. Tum: a Item [eodem] die, Polinecti [Polyeucti] Candidi et Florini martyrum, igne combistorum. Item Romæ via Lavicana, coronæ militum quadraginta, quos [quas] sub Galieno imperatore, pro confessione ve-ræ fidei, percipere meruerunt. » Sed hi martyres ex sequenti die huc perperam retracti sunt. Ita forte amanuensis in aliquo vetustiori codice invenerit, vel propria oscitantia transposuerit. Id vero magis mirandum in Baronio, qui utroque die eas coronas collocavit; deceptum opinor a manuscripto codice sancti Cyriaci, quo plurimum se usum fatetur, ubi milites ii quadraginta, Africanis quatuor Zotico, Modesto, Rogato, Castúlo (si tamen Afri-cani sunt) male conjunguntur, cum ex purioribus llieronymianis apographis, manfeste pertineant

ex . . .

ad me data xxix Novembris 1709 Latine reddo: A saream Mauritaniæ alibi, et novissime ab Usuardo expressam ix Januarii; et tertio post die, si superis placet, eamdem ipsam Cæsaream, tanquam ignotam expunxerit. Malim ego dicere quod res est, codicem nempe Pratensem, et hic et pluribus aliis locis in præfatione supra enumeratis, pure et genuine Usuardinum non esse, ac proindemerito hodie germanorum codicum numero a nobis exclusum. Qua de re pluribus alibi actum est

Beda ipse Adoni et forte Usuardo præluxit. Ad verum martyrii locum quod attinet, tandiude eo disceptabitur quandiu deerunt Acta, ex quibus is solide determinari quoat: nec liquet hactenus unde elogii sui materiam Beda acceperit. Interim nobis sufficiatet genuinam Usuardi sententiam et cjusdem derivationem ostendisse. Wandalbertus (vere an falso, non disputo) solum ita contra Molanum restituit Bollandus :

Plebs et Achæa suum pridie recolit Cyriacum

Utrum ex hoc divisionem suam hauscrit Notkerus, nostra nihil interest. Arcadii martyris primus meminit auctor Romani parvi, de quo Ado non habuit quod adderet præter vulgare encomium, genere et miraculis clari : quæ verbain Usuardum et Notkerum transierunt, nusquam expressa positione seu locomartyrii, ut proinde frustra se torqueat Castellanus ad Cæsaream Mauritaniæ, de qua in Variantibus egimus, Usuardo vindicandam. Ex præfatocodice Pratensi, atque ex paucis Actorum ecgraphis mss, contra omnia alia, existimat haud obscure Ruinartius inter sinceraet selecta, pag. 660, Cæsa-ream illam Mauritaniæ, Achaiæ in Actis expressæ, præferendam; ast ego ingenue fateor necdum me perspicere cur Actis ipsis, de cætero candidis et sinceris minus lidendum sit qum nescio quibus laciniis subinde assutis, nisi quis eodem ferme jure Bivario gratulari velit, quod in famoso Dextri Chronico feliciter invenerit, Ursaonam Bæticæ, tanti martyris sanguine consecratam.

AUCTARIA.

ad sequentem diem, ut cum Usuardo ibi referemus.

CENTULEN., solitus abbreviator, ita habet : « Apud Achaiam, sancti Satyris, martyris. Eodem die, sancti Archadii marty**p**is. »

Aquicinci. De positione sancti Archadii « in Cæ sarea Mauritaniæ, » jam abunde supra diximus. Se-quitur : « Civitate Nicomediæ, passio sanctorum Pastoris et Victoris. »

MATRIC-CARTUS-ULTRAJ. : » Martianæ yirginls et martyris. Notatur in margine Tatiane, cum Rom. »

AUGENTIS : « Civitate Nicomediæ, passio sancti Pastoris et Victoris. »

ALTEMPS. : « Civitate Nicomediæ, sanctorum Pastoriset Victoris.» Tum addit: « Apud monasterium beati Petri apostoli, quod vocatur Pire muthe, depositio beati Benedicti abbatis. Cujus Vitam Beda sacerdos conscripsit. » Locus ab aliis vocatur Wirimundæ: vide Bollandum et etiam Castellanum in

notis, pag. 183. EDITIO LUBECO SOlito purior est, neque enim sanc-tum alium adjicit, sed sub finem elogii sancti Satyri, post decollatus est subdit, a cultoribus ejusdem.

Greven. : Joannis episcopi, alias papæ et martyris. In Ægypto, Aventini et Castoli : Eugenii papæ primi, confessoris, qui omnibus amabilis, et benignus, præsedit circa annum Domini dcli . » Melius scripsisset dcliv vel dclv. Vide II Iunii in Actis. « Item, beatæ Claudiæ matronæ Romanæ. » De

hac et Joanne papa vide Bollandum in Præter- A nem II vulgo, ordine XL'V, sub cujus nomine vemissis.

MOLAN., typis minoribus : « Sanctorum martyrum Eutropii lectoris, Tygrii presbyteri et Olympiæ, sanctæ matronæ, de quibus in Historia Tripartita libro x » De duobus primis agit hodie Bollandus. Olympiam remittit ad xvII Decembris. Vide Castellani notas a pag. 179. Sequitur : « Benedicti confessoris, primi abbatis Vutrimundensis in Anglia, Cujus Beda se conscripsisse fatetur historiam. » Vide homiliam a Bollando editam. Posteriores editiones sic legunt : « Vuirimundæ, in Anglia, sancti Benedicti primi abatis. Item, sancti Joannis episcopi Hierosolymitanæ ecclesiæ, ordinis Carmeli professoris. » Quærit Bollandus in Prætermissis quis hic sit Joannes episcopus Ilierosolymitanus, eo inclinans, ut ex Palæonydoro credat intelligi Joan-

nit famosus liber de Institutione monachorum, de quo hic pluribus agere supersedeo, cum abunde dicta sint a magistro nostro Papebrochio, in Tractatu chronologico de patriarchis Hierosolymitanis, et in Responsionibus ad exhibitionem errorum variis locis, de quibus consule indicem operis. Ultimo loco in his editionibus a Molano ponitur : « Die duodecima, sanctæ martyris Taltianæ :» quæ hic de more accepta est ex Horologio Græcorum. De Actorum ejus cum aliis confusione vide Bollandum hoc die, et Castellanum pagina 176. Demum præter morem in fine reperitur Wandalberti versus :

Plebs Itachia suum pridie recolit Cyriacum.

Sed hunc versum" a Bollando melius redditum superius exhibuimus.

Idus.

Romæ via Lavicana, coronæ militum quadraginta, quas sub Galieno imperatore pro confessione veræ fidei percipere meruerunt. Pictavis civitate, natalis sancti Hilarii episcopi et confessoris, qui ob catholicam fidem quadriennio apud Phrygiam relegatus, inter alias virtutes, fertur quod mortuum suscitaverit. Remis metropoli, depositio sancti Remigii episcopi, viri eximiæ virtutis. Cujus sanctitatis præconium, merito credulitatis suæ, gens Francorum debitæ venerationis cultu celebriter recolit. [addit Bouillart., cursivo charactere : " In monte Verziaco, sancti Viventii confessoris.

NOTÆ

Ita Praten., in prima puritate Herinien., Tornacen., Munerat.. Greven, Molan. et Agones marlyrum.

• Verba hæc, In monte Verziaco, etc., a recen-B fuit cur Heriniensem Pratensi codice existimaret tiori manu adjecta esse Castellanus' recte observaesse puriorem. Bouillart. vit. Quod additamentum tamen sola Bollando causa

VARIANTES LECTIONES.

Inter codicem Heriniensem et religuos ea hoc die dissonantia est, quod iste cætera quidem integerrime Usuardi textum referat, sed cum provinciæ Rhemensis fuerit, ut alibi ostendimus, id singulare habet quod Remigi sui annuntiationem cæteris primo loco præfigat, et pro episcopi, inferat Francorum apostoli. Scribo Galieni, ut passim codices habent, licet in nonnullis secunda manu id correctum inveniam. Tornacem, pro veræ fidei posuit Christianæ fldei. Idem Pictavis civitate, beati Hilarii, omisso natalis, sed præferenda communior uti et purior textus nostri lectio. Typographorum vitio fortasse tribuendum quod apud Munerat. non legatur metropoli. Greven. et Molan. de Remigio, post episcopi,

addunt et confessoris. In Molano autem post confessoris, non habetur viri et apud Grevenum post merito credulitatis, deest sue. Scripsit olim Bollandus in Pratensi codice hoc die legi : In monte Verziaco, sancti Viventii confessoris.Quo ex capite vetustatem illius impugnat. Sed id refellit Castellanus, tum in notis pag. 200, tum per litteras ad me datas, diserte asserens illa verba codici Pratensi recentiori manu esse adjecta, quod in antigrapho nostro explicatum non erat, atque adeo Bollando, qui aliud nunquam viderat, condonandum. Hac causa superius notavi me Pratensem codicem inter genuinos computare, sed cum hoe addito, in prima puritate.

OBSERVATIONES.

omnia a Florentinio vulgata, in quibus etiam exprimitur via Lavicana, præterquam in Lucensi, ubi via Latina. De illis nihil in Beda aut ejus sequacibus Floro et Rabano. Porro coronam non magis hic quam prima Januarii martyrem esse clarius ostendit Romanum parvum, dum ita loquitur : Romæ, via Lavicana, militum xL, sub Gallieno imperatore; quæ ex hoc ab Adone descripta sunt, præfixo militibus nomine coronæ, quod a Nostro servatum est, sed mutato, ut patet, casu et numero, nam qui in Adone videtur esse genitivus singularis, is in Usuardo rectus est in plurali numero, contra communiorem sanctos annuntiandi modum : cætera etiam paraphrastica elegantia modice ampliata sunt. Nimium, nisi fallor, sapere voluit Notkerus, et hic et 1 Januarii coronam a militibus segregans; et quidem hodie Secundum Hieronymianorum in Secundinam commutans, hoc plane modo : Roma, etc., Secundinæ, Coronæ et militum quadraginta, sub Gallieno D imperatore. Quæ de inclytissimo Pictavensi antistite Hilario dicuntur, ea a Beda primum scripta sunt, ab Adone nonnihil aucta, et ex hoc a Nostro accepta, ubi rursus ex collatione perspicis Flori

Corona militum xL meminerunt Hieronymiana C phrasimab Adoniana et Usuardina plurimum discrepare. Notkerus Adonem hic etiam. non Rabanum secutusest. Romanum parvum brevissime posuerat Pictavis, sancti Hilarii Hieronymiana autem : Pictavis, depositio S. Hilarii episcopi et confessoris : ubi observa *confessoris* appellationem peculiari sensu ab Hieronymo aliisque PP. Hilario tributam : ut notavit etiam Florentinius. Cæterum gloriosissimi catholicæ fidei contra Arianos assertoris Acta diligentissime illustravit Bollandus; Castellanus paucula curiose adnotavit, at rem omnem fuse complexi sunt eruditissimi PP. Benedictini in nova Vita a se concinnata et postremæ Hilarii operum editioni, a se itidem curatæ præfixa; nec minus accuraté Tillemontius tom VII, a pag. 332. Prætereundum non est metricum Wandalberti encomium.

> Idibus Hilario Pictavæ militat urbis Plebs devota, suo pastor quam fulsit honore.

De Remigio, celeberrimo altero Galliarum præsule, nihil hodie antiquiores memorant, si Florum in Bedæ auctario excipias, qui sanctum brevi elogio, sed ab Usuardino diversissimo, prosequitur. Apographa Hieronymiana, nescio ob quam causam,

Die 13.

Remigii, vel Remedi depositionem transferunt ad A Gallia officio duplici ipsis illis Kalendis Octobris hoxy Januarii, iterumque cum reliquis omnibus Martyrologis annuntiant 1 Octobris, Germano, Vedusto et Platoni conjunctum nulla facta mentione translationis, ut ibi dicetur. Certum est Kalendis Octobris Remigii festivitatem recoli, ut habet Martyrologium Romanum, sic tamen, ut notet Motherius noster in nuperrima versione Gallica, id intelligendum de locis ubi ritus Romanus receptus est, cum Remis totaque Rhemensi diœcesi, et religioso et solemni cult u, seu, ut loquimur, de præcepto, hac die Remigius celebrari consueverit, quamvis et ibi et tota

PRATEN. Jam diximus in eo codice recentius adjectum : « In monte Verziaco, sancti Viventii confessoris. »

ANTUERP.-MAJ. In prima Adonianus est, simpliciter scribens : « sub Galieno imperatore. » In se-Β cunda purus est. Tertiam sic corripit : « Remis, natale sancti Remigii episcopi et confessoris. » Vide Adonem Mosandri

Rosweyd. in x1 militibus etiam pure Adonianus est. Tum litteris rubris majusculis inserit : Oct. Epiph. De Hilario, recte. Tum : « Apud Viennam, sancti Severi, episcopi, quæ præsedit ecclesiæ post sanctum Eventium. » Hæc ex Adone accepta sunt, sed corrupto nomine. Tum : « Remis, translatio sancti Remigii archiepiscopi et confessoris. »

PULSANEN., in textu non omnino castigatus, secundo loco inserit : « Eodem die, octava sacratissimæ Domini, ac Salvatoris nostri apparitionis. » In fine autem adjicit : « Hujus tamen sancti viri festum celebratur Kalendis Octobris. » Vide Observationes.

ANTUERP., MAX.-LUBEC. et UGHELLIAN., toto textu satis puri, in fine adjiciunt : « Verziaco, natale sancti Viventii confessoris Christi. Ipso dic, sancti Longisi, vel Longisii confessoris. » Bollandus Leo- C gisolum vocat, queriturque nihil se de co aliud nactum præter nudum nomen in Martyrologiis. Vide

Castellanum, pag. 200 et 201, ubi Launogisilus, etc. ANTUERP.-MAX., LEYDEN., ALBERGEN., DANIC. et editio ULTRAJ. BELG. incipiunt : Octava Epiphaniæ, In xL militibus et Hilario puri sunt. Sequitur : « Remis metropoli, depositio sancti Remigii episcopi, viri eximiæ virtutis. Hujus translatio agitur Kalendas, vel Kalendis Octobris. » Tum : « Treveris, sanctitatis, et doctrinæ viri. Qui cum esset Antiochenæ civitatis præsul, ad petitionem sanctæ Helenæ, missus est a Silvestro papa ad Treveros convertendos, qui post tempora sanctorum Eucharii, Valeri et Malerni ad pristinum paganismi vomilum ex magna parte redierant : ubi vir sanctus, ut alter Eucharius populum ab antiquo errore ydolatriæ [idololatriæ] eripuit, ibique in pace vitam finivit. » Soli Rabano inter antiquos notus est Agritius, quem mavult Bollandus Agracium dici. In vero Adone D liani. » Excusus habet Luceani eum Baronius non reperit, censetque etiam Mosander adjectitium esse : quí citatur Beda, genuinus non est. De patriarchatu Antiocheno videatur Bol. landus. Pauca alia notavit Castellanus pag. 198. Versiato, natale S. Vincentii eonfessoris Christi. Ipso die, sancti Longisi confessoris. » Non Lon-gini, ut Albergensis.

LÓVANIEN. differt a prioribus quod omittat lon-giorem de Agritio historiam.

CENTULEN. in prima Adonem sequitur. Tum : «Pictavis, sancti Hilarii episcopi, et confessoris, fide et virtute magnifici. Remis Francorum metropoli, depositio sancti Remigii archiepiscopi et confessoris. Ambianis, inventio sancti Firmíni episcopi.»

BRUXELLEN. incipit : «Octava Epyphaniæ Domini.» Secundo loco de Agritio fuse, ut supra. Tum : « Remis, depositio sancti Remigii archiepiscopi, viri eximiæ virtutis, qui hac die feliciter migravit ad

noretur. Plurima alia Remigium ejusque res gestas spectantia vide apud Clar. Castellanum in primo suo Bimestri a pag. 223. Ultima Adonis commemoratio est de Vero, Viennensi episcopo, sed hæcab Usuardo omissa, ut non semel in decursu factitatum invenics, præsertim dum de Viennensibus episcopis agitur. Rationem divinet, qui voluerit. Verum quæ ab ipso Usuardo relicta sunt, in Auctariis, ut plurimum restituta a posteris invenimus, ut de Vero, cujus nomen hinc inde immutatum est, mox videbimus.

AUCTARIA.

Dominum. » Sequitur de Hilario, fere pure. De xL martyribus agit ultimo loco. Demum adjicit : « Apud Viennam, sancti Scveri episcopi, qu' post beatum Evencium, ecclesiæ illi digne præsedit. » Vide hæc supra, et purius in ipso Adone. « Vertiaco, sancti Vincentii confessoris Christi. Ipso die, sancti Longisi confessoris. Item sancti Firmini episcopi. »

HAGENOYEN. : « Octava Epiphaniæ. Isto die, ut Chrysostomus dicit, specialis est memoria trium regum. Quorum primus obiit orando in Circumcisione, alius in Epiphania, tertius vero hodie. Et quia tunc illorum memoria agi non potest, ideo nune Constantinopolitana Ecclesia illorum agit memoriam et festum. » Quomodo hæc concordent cum dictis superius de tribus magis, equidem non vi-deo; sed satis usitatum est codicis hujus auctori mira afferre, quæ nusquam alibi reperias; nedum quærere velis, cum sæpe nec verisimilia sunt. De Agritio, superius dicta nonnihil interpolavit. Sequitur de Hilario, et Remigio etiam paulo auctius. De Viventio et Longiso, ut supra.

Acquicinct. : « Ambian's, inventio corporis beati Firmini episcopi et martyris. »

VICTORIN. et REG. SUEC., signatus num. 130 : Eodem die, sancti Potiti. »

MATRIC.-CARTUS.-ULTRAJ. : « Octava Epiphaniæ. Hilarii episcopi et confessoris. Remigii episcopi et apostoli Francorum, eximiæ sanctitatis. Viventii confessoris.

BIGOTIAN., qui fuit Patrum Cœlestinorum, signa-tus P. 5 : « Eodem die, Longisii confessoris. »

CODEX D. DU CHEVAL., signatus B : « Verziaco natale sancti Viventii, » etc., et de Longiso ut supra.

In VATICAN. num. 5949, deest Remigii, adjicitur : « natale sancti Potiti martyris. »

ALTEMPS. : «In Scotia, civitate Glasguensi, sancti Kintengerni sive Mungunti episcopi et confessoris. » Vide Grevenum.

FLORENTIN. præter memoriam Viventii et Lon-gisi : pro quo Longii scribitur, sanctam referunt aliis ignotam : « Romæ sanctæ Demitriæ martyris. quæ sub Juliano apostata passa est, et a sancto Joanne presbytero est sepulta juxta palatium Ju-

Codex Castri Karoli : « Dedicatio basilicæ sancti Petri Balmensis cœnobii. »

EDITIO LUBECO-COL. incipit : « Octava Epiphaniæ Domini. » In x1 militibus et Hilario satis pura est. Tum : « Remis metropoli, depositio sancti Remigii episcopi, viri eximiæ virtutis et sanctitatis. Hic Francorum gentem idolorum cultui deditam, una cum rege eorum eonvertit ad Christum, et septuaginta annos et eo amplius in episcopatú explevit. Hic inter cætera miracula puellam a morte suscitavit. » De Agritio habet quæ superius descripta sunt. Deinde de Viventio sic loquitur : « Verziaco, natale sancti Viventii presbyteri et confessoris Christi, qui ad prædicationem beati Gregorii credidit. Quem centesimo vigesimo ætatis suæ anno defunctum, apud Gravionem castrum beatus Maxentius abbas sepelivit. » De Longisio, ut supra.

BELIN. initio habet de octava, et in fine subdit :

« Ipso die Versiacho monasterio, sancti Vincentii A ventii confessoris. Treberis, beati Agritii episcopi confessoris ; » pro Viventii.

GREVEN. post Octavam de Agritio fere agit, ut supra. Tum: « Vernaco, natale sancti Juventii pres-biteri, et confessoris. Qui Samaritanus genere in pueritia conversus, vita et miraculis clarus, anno vitæsuæ cxx apud Gravione meastrum, ubi sanctus Hilarius Pictavensis locum ei manendi dederat, a beato Maxentio abbate sepultus est. » Videatur Bollandus hoc die, et Castellanus in notis a pag. 198. De Vero, ut Ado. « In Scotia, sancti Kenthegerni episcopi Glascoensis, et confessoris. Longitii confessoris. În Eistadensi cœnobio, beatæ memoriæ Godefridi comitis Capenburgensis. »

MOLAN. in prima et puriori editione adjicit : « Octava Epiphaniæ. Ipso die Versiacho sancti Vi-

XIX Kal.

Apud Nolam Campaniæ, natalis sancti Felicis presbyteri [Bouillart., episcopi] a et confessoris, de quo beatus scribit Paulinus, quia cum a persecutoribus in carcerem mitteretur, et cocleis et testulis superpositus jaceret, per noctem ab angelo solutus atque edictus sit. Eodem die, sancti Eufrasii episcopi.

NOTÆ.

Ita scripsisse Usuardum probant Herinien., Tor- B alii permulti, qui in paucis differunt, ut infra panacen., Creven. et Molan., qui purum referunt, et tebit.

• Et hic oculos habuit Castellanus. Spatiolum, ubprima manu legitur *episcopi*, erasum fuit. Item se-cuudi sancti Felicis annuntiatio in litura jacet, saltem hæc verba : Item eodem die. An Usuardo satis fuerit. S.Felicem episcopum designatum atque electum a populo fuisse, ut illum episcopum diceret, quærere non est animus. Non mentem, sed verba præstare debeo. Quod alium addit Felicem, si culpa

VARIANTES LECTIONES.

Lego presbiteri, non episcopi, ut Pratensis, qui titulum hunc apposuit contra codices prope omnes tum manuscriptos, tum excusos. Nec auctoritatem facit quod in codice Aquicinctino recentiori manu scriptum sit, posse episcopum dici, cum certum sit eam dignitatem, licet oblatam, nunquam a sancto C redundat. Qnidni enim rectius Alfonsus, Arnulfus, acceptatam fuisse. Sunt qui martyrem dicant, inter quos Belin., nonnihil aliis discrepans dum scribit, sancti Felicis in Pincis, presbyteri et martyris. De eo titulo videndus Bollandus et scriptores alii infra citandi. At quod additur, in Pincis eruditos non modice vexat. Legendum puto in Pincis, ut censet diligens harum rerum scrutator Castellanus. Verum ntrovis modo legas, ad Nolanum ea positio minime pertinet, ut accurate discutit Bollandus Commentarii prævii § 6. Item Ruinartius inter sincera et selecta a pag. 255, in admonitione prævia. Diversitas est in descriptionne testimonii Pauliniani. Greven. et Molan. habent: De quo scribil Beatus Paulinus episcopus Pulsanen., De quo scribit, etc. Praten. legit antistes Paulinus. Sequor Herinien. et Tornacen. et Pratensem ipsum, quod positionem verbi attinet, et sic puto legisse Usuardum, non solitum verbis eorum se astringere quos describebat. Cocleis scribunt omnes, quid purior orthographia D exigat, dicere supersedeo. Eductus sit legit Beda, legunt puriores omnes codices, quidquid Pulsanen. et alii habeant, eductus est; in eodem codice est Bfrasii, scribo cum aliis omnibus Bufrasii, exceptis Greven. et Molan., qui male Bufrosii. Alii mallent

Tam illustrem encomiasten nactus est Felix Nolanus, ut vel ex eo capite semper tota Ecclesia ca-tholica fuerit nominatissimus. Kalendarium Carthaginense in editione Mabilionis eum recte collocat XIX Kal. ; male Ruinartiana, XVIII, expressis his ter-minis, sancti Felicis Nolensis. Est et verosimiliter idem apud Frontonem et Allatium. Sacramentaria

PATROL. CXXIII.

et confessoris. Hic dum esset patriarcha Antiochenus, per beatam Helenam, ob roborationem fidei catholicæ, ad eamdem urbem transmissus est. » Tum, minoribus typis : « In territorio Leodiensi,

obiit Jutta [lvetta] reclusa, vidua valde sancta. n Editiones posteriores denuo corruptæsunt. Præfigitur aliis litteris Octava Epiphaniæ. In textu expunctum hic est Hilarii elogium, additumque : Differtur in diem sequentem. In fine, de Viventio et Agritio: ut in priori. De Vero, ex Adone. Tum ex Horologio,

« Die decima tertia, sanctorum martyrum Hermyli, et Stratonici. » Demum typis minoribus, de *Kentegerno* ex Greven. Quam in priori *Juttam* vocavit hic scribit Juetam.

Die. 14.

est, non solius Usuardi fuit. Ado ipse duorum Felicium acta permiscuit, quorum alterius alterum fratrem esse dixerunt alii ante Usuardum Martyrologi. Dolenda sors ejus, qui duces minime tutos secutus est ; et hac in re erga Usuardum eo æquior debet esse Sollerius, quo ipse manifestius culpa tenetur, quam in illo reprehenderet. BOULLART.

Euphrasii. Si radicem Græcam appelles, quasi a φράζω etymon ducat, non magnopere obluctabor, quamvis probe sciam plurima hodie nomina per e enuntiari, Latine ph, quæ sane littera in Francicis, Hispanicis, Germanicis aliisque nominibus plane Adolfus, Rodolfus, et id genus alia, sic scribantur, quam per Græcum, cum quo nullam prorsus affinitatem contraxerunt. An contraxerit Eufrasius ex Observationibus statuere poteris

Superest variatio præcipua, qua rursus Pratensis codex a religuis deflectit secundam annuntiationem sic formans : Item eodem die, sancti Felicis presbi-teri et confessoris. Vides sanctum ambiguum et indeterminatum, quem Usuardus, mea quidem sententia, hoc die non posuit. Ego proinde reliquos codices omnino præhabendos censeo, quibus conformis est textus noster, quomodo Usuardum scripsisse mihi semper persuasum habui. Nihilominus ne opinioni propriæ nimium fidere viderer, volui prætensum autographum per Castellanum consulere. Is vero 21 Julii 1709 respondit deprehendisse se inductam in præfato codice seu erasam priorem annuntiationem, sive ea Eufrasii fuerit, sive cujuscunque alterius, et positam desuper alteram Felicis presbyteri et con-fessoris merito a nobis rejectam. Putat etiam deletum in prima nomen presbiteri, et inscriptum episcopi, unde rursus patet genuinum esse nostrum Usuardi textum; et qua parte Bufrasium memorat, ex Hieronymianis acceptum, ut videbis infra.

OBSERVATIONES.

invenies apud Florentinium, quibus accedere potest quod ab annis paulo plusquam triginta edidit Joseph Maria Thomasius, nuper S. D. N. papa Clemente XI in purpuratorum numerum adjectus. Accinunt Martyrologia omnia, imprimis Hieronymiana : Nole Campania, S. Felicis vel passio S. Felicis, ubi tangi vides difficultatem pridem examinatam, sitne

martyris, an solum confessoris titulo insigniendus, A landus suggessit. Baronius Galesinio nimium confide qua re vide Bollandum et post eum Florentinium aliosque jam citatos, aut brevi citandos. Ut paucis dicam, competit uterquetitulus, ad utramque sancti gloriam comparatus, quod hic fusius explicare opus non est. De episcopatu in Variantibus diximus. Romanum parvum sic babet : Nolæ, Felicis presbyteri, in Pincis sepulti. Unde fortasse Adoni data occasio. longiori sua historia Felicos coufundendi, quod eum fecisse Bollandus ostendit, feceruntque et codices nostri aliqui, nimium in hac parte Adoniani. Notkerus eamdem fere viam ingressus est, Adonem hic denuo potius quam Rabanum imitatus. Elogium breve, elegans et verum Felici concinnavit Beda, qui sancti Vitam, a Paulino versibus illigatam, soluta oratione reddidit. Atque hoc ipsumest elogium quod ex ipso Noster, relicto Adone, descripsit. Ra-banus Bedam etiam de more sequitur, sed dum præter Nolanum nostrum, Felicem alterum illius gerincidit, ut ex Bollando facile intelliges. An scopum melius attigerit Florentinius, Felices suo modo distinguens, in Supplemento crit examinandum; ubi usui esse poterit Ruinartii admonitio superius lau-data, et Vita Gallice a Tillemontio cruderata, tomo IV, a pag. 226. Hæc de Feliee Nolano, seu mavis Pauliniano satis dicta sint, saltem pro hoc nostro instituto. Wandalberti versiculos accipe :

Quam nonam et decimam constat Februi ante Kalendas Esse diem, Felix sacer (sacerdos) et confessor adornat

In Hieronymianis ultimo loco constanter ponitur, Bufrasi vel Buphrasi episcopi depositio, quem mirum est in notis **Buphratem** vocari a Florentinio, qui de cætero non multum producit, quod ad sanctum cognoscendum referat, præter id quod ei Bol-

sus, Eufrasium in Africa collocat, et cum Euchratio, forte melius Bnoratio, confundit, ad quem exstat Cypriani epistola 62, quique concilio Carthaginensi sub codem Cypriano interfuisse reperitur. Interim circa præfatain Romani Martyrologii positionem, triaindicat Rosweydus in sæpe laudata manuscripta epistola, quæ hic prætereunda non sunt. Notat ita que, 1º omnes libros habe: e Euphrasium episcopum, non Euchratium, ut nulla suspicio esse possit hic agi de Eucrathio, qui interfuit concilio Carthaginensi. 2º Baronium hic in textu addidisse de suo, in Africa (poterat dicere ex Galesino accepisse), quod abest ab onnibus veteribus libris, imo etiam ab ipso Martyrologio Romano Belini, quod Baronius recensendum suscepit. Sed quia ipse putavit hic Euchrathium inserere, quem aliunde constat in Africa vixisse, ideo, in Africa, textui quoque inseruit. 3º Existimo hic agi, inquit Rosweydus, de sancto Eumanum accersit, evitata Adonis Charybdi, in Scyllam B phrasio, tertio decimo episcopo Claromontano, qui obiit anno 548, de quo Gregorius Turonensis líb. II Historiæ Francorum, cap. 30, et lib. III, cap. 2. Hæc a Rosweydo recte observata esse conficies ex Castellano pag. 243. Potuit hic apud Bollandum Rosweydi opinionem invenisse, quæ ibi non omnino admittitur. At veram cam esse et unice veram, vix equidem dubito. Fatetur ibi Castellanus Bufrasium ab Usuardo referri, at forte tunc non adverterat abesse illum a prætenso autographo, nisi forte certo supposuerit ab Usuardo ipso prima manu positum, a recentiori erasum, quod mihi exploratum non est. Sequitur in Adone: Apud Viennam, sancti Caaldi episcopi, apud Mosandrum Caldeoldi, apud alios Boldi, sed de eo tacet Usuardus, ut jam non semel diximus, Viennenses sanctos ab eo sæpe præteriri.

AUCTARIA.

PRATEN. De ejus auctario jam abunde diximus. C mittitur. Non recte, opinor, nec video quo id fun-Notari hic meretur quam diversis modis Felix ille alter, quiscunque sit, annuntietur.

ANTUERP.-MAJ. de Felice Nolano multa ex Adone describit, quod et alii codices faciunt; sed ne frustra hic charta impleatur, ad ipsum fontem remittimus. De Eufrasio non loquitur, sed secundo loco sic habet : « Eodem dic, natale saucti Cleri diaconi de antiquis, qui post multa tormenta in mare præcipi-tatus est. » Vide vii Januarii. Tum: « Apud Spoletum, passio sancti Pontiani martyris, tempore Antonini imperatoris, sub judice Fabiano. » A multis codicibus huc retractus est Clerus, forte quod Ra banum secuti fuerint. Vide Usuardum xix Januarii.

Roswerd, idem habet de Poutiano. Deinde ctiam de Felice Nolano plura ex Adone.

AGONES MARTYRUM. Usuardus, qui hic insertus est. primam annuntiationem puram refert, sed omisso etiam Eufrasio, alteram sic fingit: « Item Romæ, passio alterius Felicis presbyteri, qui dicitur Felix D in Pincis.»

MUNERAT. agit de solo Felice Nolano pure, nihil præterea, forte quod dubitaverit utrum Eufrasiun an alium Felicem præferret.

ANTUERP. MAX.-LUBEC., puri in textu, post Bu-frasii episcopi adjiciunt Cleri diaconi, sine copula.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN. et LOVANIEN. incipiunt a Pontíano cum co ipso elogio quod ab Usuardo refertur xix Januarii, ut hic describere opus non sit. Secundo loco : « Romæ, via Portuensi, loco qui Pincis dicitur, natale sancti Felicis presbyteri et martyris. Qui Diocletiani et Maximiani imperatorum tempore, capitis amputatione, gloriosa morte coro-natus est. » Œdipo opus est ad discernendos Felices, quorum duos hoc die apud Bollandum invenies, septem alios inter Prætermissos. Cæterum Portuensis ille, tanquam Adaucti socius, ad xxx Augusti redamento Bollandus dixerit.

ALBERGEN. de Pontiano nihil habet, incipit a Felice Portuensi, de quo, ut præcedentes. In Nolano purus. Tum : « Eufrasii episcopi et Cleri diaconi.

DANIC, incipit eodem modo et in reliquis convenit præterquamin finc, ubi cum aliis quatuor sic habet: « Eufrasii episcopi, et Cleri diaconi et martyris, unius de antiquis, qui post multa tormenta in mare præcipitatus martyrium consummavit. »

LEYDEN.-BELG. et editio ULTRAJECT.-BELG. Pontianum habent primo loco, sed expuncto plane elogio. In cæteris, ut superior et quatuor alii.

CENTULEN. : « Apud Nolam Campaniæ, sancti Felicis confessoris. Apud Spoletum, sanćti Pontiani martyris, temporibus Autonini imperatoris. Eodem die, sancti Cleri diaconi et martyris de antiquis. Ipso die, sancti Eufrasii episcopi. » Ut de Clero semel dicam, is hodie a Floro etiam ponitur, diverso iterum elogio ab Usuardino, quod retulimus vii Januarii, ubi videsis observationem nostram.

BRUXELLEN. recte et pure incipit, sed post educius sit, addit : « Quique post gravia quæ pro Christo patienter tormenta tulerat, felicia regna ipse vere felix conscendit, sepultusque est juxta urbem in loco, qui dicitur Pincis, ubi virtutibus fulget. Apud eumdem locum, Felicis presbyteri, fratris præcedentis. Qui pro confessione Christi fortiter certavit : sed Ecclesia ipsum confessorem potius quam martyrem tenet. » De his satis dictum est. Sequitur, sancti Felicis, etc., » ut supra. Item de Clero, quem Cletum vocat, de quo etiam satis. Denique in Eufrasio purus est.

HAGENOYEN. omnes excedit, nam de Nolano, post eductus est, hæc superadjicit : « Deinde indomitis mulis alligatus, tandin per omnes plateas civitatis trahitur, donec corpus ejus exungulatur a scapulis usque ad cingulum, etc. » Hoc specimen sufficiat. A sub judice Fabiano, cujus reliquiæ habentur in Tra-De Felice Portuensi, Eufrasio et Clero, ut supra. jecto inferiori. » Dein *Caldeolum* nominat; tum cha-Demum de Pontiano, post martyrium consummavit, subdit : « Cujus ossa de Spoleto translata sunt Mediolanum, et de Mediolano Trajectum inferius.»

AQUICINCT. cum Pratensi convenit in expungendo Eufrasio. Hoc tamen discriminis est in Felice quod in illo prima manu solum scribatur, « sancti Felicis presbyteri, etc., » quibus recentior calamus addi-dit, « martyris, Romæ sub Diocletiano : » verosimiliter, ut de Portuensi hæc dicta accipias. Hic forme solus cum Pratensi tribuit Felici Nolano titulum « episcopi. »

VICTORIN. et REG. SUEC., sub num. 130: « Spo-leti, sancti Ponțiani martyris. » Male scribunt Potiani et Pociani.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJEC. : « Felicis in Pincis confessoris. Pontiani martyris festum celebre in civitate (nempe Ultrajectina) propter præsentiam B corporis ejus, quod est in ecclesia sancti Martini. » Quæ ad marginem adjiciuntur.

In Vatican num. 5949 deest *Eufrasii*. Adjicitur : « Natale sancti Felicis in Pincis. Beneventi, sancti Memoris episcopi. » Hic aliis ignotus est, et a Bollando inter Prætermissos computatur.

FLORENTIN.: « Romæ, sancti Felicis in Pincis martyris. » Tum Strozzian.: « In Sardinia. beati Ephyli [vel Ephysi] « martyris. » Alii Ephysium vocant aguntque de eo postridie.

EDITIO LUBECO-COL. incipit a Felice Portuensi, inferens præter dicta, quod, « Dracco judice præsi-dente, capitis, etc. » De Nolano, post eductus est, addit: « Tandem pace reddita, ad ecclesiam suam rediit, et ibi in pace quievit. Nunc Dominica die, etc. » In quibus Ado Felices confudit. Tum : « Eodem die, sancti Eufrasii episcopi, et Cleri diaconi. Item, inventio sancti Firmini episcopi et martyris.» Addere poterat cum Greveno, Ambianis. Bollan-dus die præcedenti (nam et ibi Firminus recurrit) inter Prætermissos Firminum Ambianensem cum Usuardo ad xxv Septembris remittit. Hoc die agit de alio sancto Firmino Gabalitanorum episcopo, de quo Castellanus pag. 247.

BELIN. editio altera in fine habet : « Eodem die, sancti Eufrasii episcopi ct Clari diaconi. »

GREVEN. : « Cleri diaconi, Romæ via Portuensi, loco qui Pincis dicitur, natalis sancti Felicis presbyteri et martyris, germani beati Felicis, de quo supra. Hic sub Diocletiano et Maximino, Dracco judice præsidente, post equulei tormenta, capitis, etc. Apud Spoletum, sancti Pontiani martyris, quem Usuardus infra xıv Kalend. Februarii ponit, die quo (ut aliquibus placet) sepulti, hoc vero passus fuit. » Adonem indicat, apud quem ita legitur xix Januarii : « Consummavit autem martyrium xix Ka- D lend. Februarii, et sublatum corpus ejus a Christianis, sepultum est xv Kal. (ita legit Rosweydus, non xvi, ut citat Castellanus) Februarii, quando iterum sacrum ejus corpus mutatum est. » Et tunc forte translatum. Sequitur in Greveno: « Viennæ, sancti Eoldi episcopi et confessoris. Vel Cadeoldi, » ut diximus supra : « Ambianis, inventio sancti Firmini, etc. »

MOLAN., litteris Italicis : « Passio S. Pontiani martyris pretiosi, temporibus Antonini imperatoris, ractere minori : « Mediolani, sancti Datii episcopi magnæ sanctitatis, de quo in Dialogo B. Gregorii. » Additur in secunda et tertia editione : « hic ponitur cum pluribus ejus loci episcopis in Litaniis Ecclesiæ Mediolanensis. In agro Turonico, sanctarum virginum Mauræ et Brittæ, de quibus meminit Gregorius Turonensis. » De his virginibus agit Bollandus cum Martyrologio Gallico die sequenti.

Posteriores editiones adjiciunt: « Die decima quarta, sanctorum Patrum in Sina et Rhaithi interfectornm : » recte numero indefinito; nam dum Baronius eum determinavit, ansam dedit huic Rosweydi observationi, in citato ms. repertæ. Totam, ut jacet, lectoris curiositate dignam judicavi. Textus Baronii : « In monte Sina, sanctorum triginta octo monachorum, a Saracenis ob Christi fidem interfectorum. » In notationibus : « Triginta octo monachorum, Græci etiam de iisdem agunt in Menologio. S. Nilus abbas, qui dictorum martyrum, suo tempore coronatorum, res gestas conscripsit, cum de his agit : Mortui sunt, inquit, post septimum diem Bpiphaniæ Domini, qui est decimus quartus men-sis Januarii. At Paulo inferius : Interempti quoque sunt alii, multis ante temporibus, quorum quo-que commemorationem propter viæ longitudinem, êt eorum, qui congregatnur, multitudiñem, eodem die peragunt. » Ad hæc ita Rosweydus :

« Duo hoc die notanda : 1. In textu hic poni triginta octo monachos, qui in notationibus dicuntur interfecti tempore Nili, cum Baronius existimavit Nilum de his triginta octo monachis agere, cum ait : Mortui sunt post septimum diem Epiphaniæ Domini. Nec enim hoc de triginta octo monachis, in Sina jam olim interfectis, intelligendum, sed de incerto numero monachorum tempore Nili interfectorum. Nam triginta octo illos monachos longe ante tempora Nili, seu Anastasii imperatoris, ponit Me-nologium Sirleti, atque horum Nilus obiter tantum meminit, his verbis : Interempti sunt quoque alii multis ante temporibus (nempe Diocletiani impe-ratoris et Petri Alexandrini, ut habel Menologium), quorum quoque commemorationem propter viæ longitudinem, et eorum, qui congregantur, multitudinem eodem die peragunt. 2. Ex verbis proxime citatis colligitur triginta octo illos monachos non passos xıv Jan., sed alio die, quia tamen xıv Januarii Patres in Sina conveniebant, ut celebrarent festum monachorum tempore Nili interfectorum, quorum certus numerus non exprimitur, ne cogerentur secundo convenire alio die, quo triginta octo illi veteres monachi crant interfecti, cum et iter longum esset, et multis molestia subeunda esset, celebrarunt simul et camdem memoriam, quo annue recurrebat festum monachorum tempore Nili interfectorum, qui dies crat xiv Januarii. » Hæc hactenus a Rosweydo satis accurate observata sunt. Vide plura de utraque martyrum classe a Boronio conjuncta, apud Bollandum, in Actis, et Castellanum in notis ad hanc diem, pag. 244. Quæ post Bollandum de utraque supradicta martyrum classe, vel a Combesisio, vel a Possino, vel ab aliis subinde edita sunt, sive Græce sive Latine, Supplementum augebunt. Vide interim appendicem ad tomum I Januarii, a pag. 1113.

Die 15.

XVIII Kal.

Abbacuc et Micheæ prophetarum, quorum corpora sub Archadio imperatore, divina revelatione reperta sunt. Apud Ægyptum, beati Macharii abbatis, discipuli beati Antonii, et vita et miraculis celeberrimi. Item, sancti Isidori, in sanctitate vitæ, fide ac miraculis præclari. Civitate Arvernis, sancti Boniti

536

episcopi et confessoris, cujus vita virtutibus refulsit. In territorio Andegavensi, sancti a Mauri abbatis. NOTÆ.

Sic pure habent Praten., Tornacen., Antuerp. et Max.-Lubec., Greven. et Molan.

beati Benedicti discipulum, hinc efficit Sollerius, suæ dialecticæ non satis memor, Usuardum de discipulo sancti Benedicti nunquam cogitasse, et sæculo nono jam adulto Maurum Andegavensem inter Benedicti discipulos a Benedictinis ipsis connumerari non consuevisse. Cum id unum sequatur, non alium tunc temporis notum fuisse Maurum Andegavensem, præter sancti Benedicti discipulum, proinde supervacuum Usuardo visum fuisse ullam notam addere, qua Maurus Andegavensis ab alio distingueretur.

VARIANTES LECTIONES.

Scripsi Abbacuc, Michea, Archadio, Macharii, cum manuscriptis passim. De *Ægypto* dixivu Januarii me rectam orthographiam servaturum, tametsi pauci codices diphtongo Æ utantur, eumqué modum tenebo imposterum. In *Isidori* variant, prætuli quod habetur in textu, et melius est, In sanctitate vitæ fide ac miraculis. Sic puto legisse Usuardum, licet Ado excusus amiserit particulam in. Cur autem Gre-Bonitum vocant alii omnes. Ex citatis codicibus patet Maurum simpliciter, ut est in textu nostro, positum ab ipso Usuardo, qui verosimiliter de discipulatu sancti Benedicti nunquam cogitavit. Adde his plurimos alios, cum Greveno et Molano collatos, in

Solius Abacuc, vel Abbacuc, prophetæ memoria reperitur in Hieronymianis vulgatis omnibus, præterquam in Epternaconsi. In Beda et Floro nec iste, nec Michaas notus est. Rabanus primi depositionem signat, ac deinde utriusque reliquiarum inventionem sub Arcadio et Honorio; quem modum ex eo servavit Notkerus. Amborum prophetarum natalem primus conjunxit auctor Romani parvi : Abacuc et Michae prophetarum. Cætera ab Adone addita sunt, a Nostro verbatim inde accepta, et in recentiores omnes transfusa. Recte tamen advertit Baronius (quod et in Romano expressit) corpora illa inventa esse sub Theodosio seniore, ut ex Ilistoria (ecclesiastica deducit Bollandus, de utroque propheta, uno an gemino synonymo, aliisque ad eos spectantibus doctissime disputans, ut fatetur Florentinius, cujus notio etiam legi meretur. Wandalberius ex Romani parvi sententia, ab Adone, opinor, hausta, versiculum suum adornavit :

Bisque novenam Abacuc simul et Micheas hono ant.

Sequitur in Romano parvo : Et Macarii abbatis, Antonii discipuli. Subjunxit Ado, vita et miraculis celeberrimi; præfixit Noster, apud Ægyptum; Not-kerus utroque additamento caret. De Macarii nihil observandum superest, vide quæ diximus 11 Januarii, et scriptores ibi citatos consule. Macarii socius aut collega in Romano parvo statui videtur sequens

PRATEN. Vide supra in Variantibus quid in hoc D codice Usuardo superadditum est.

ANTUERP.-MAJ. de Macario scribit simpliciter : Macarii discipuli Antonii. In aliis etiam satis integer non est. De Bonito post *confessoris* habet : Cujus vita et virtutum meritis, ac miraculorum gloria insignis fuit. » Tum : « In territorio Andegavensi, depositio beati Mauri monachi, abbatis et confessoris, discipuli sancti Benedicti. »

Rosweyd. de inventione prophetarum phrasim sic variat, « divina revelante gratia reperta. » In Isidoro, purus omnino non est. Deest Boniti, et substituitur:

• Quod Usuardus sanctum Maurum non vocat A Sed inquit, quis sobrie credat id taciturum Usuar-bati Benedicti discipulum, hinc efficit Sollerius, dum, qui Paulo ante in eodem textu Macarium Antonii discipulum prædicavit? Nemo sobrius non videt cur id de Macarii dixerit : nempe quod plures fuerunt Macarii abbates, unus Antonii discipulus. At ego rogo vicissim : quis prudens crediderit sanctum abbatem, qui Benedictinæ familiæ decus et propagator fuit, Benedictino nunquam in mentem venisse et in concinnando sanctorum catalogo fuisse prætermissum? BOUILLARD.

quibus ejus rei nec vestigium usquam apparet· Enimvero si quid obtinet codicis Pratensis authentia, seu vera, seu falsa, hic ad hominem, ut loquimur, evidenter demonstrat, sæculo ix jam adulto Maurum Andegavensem inter Benedicti discipulos a Benedictinis ipsis connumerari non consuevisse : quis enim sobrie credat id taciturum Usuardum, qui paulo ante in eodem textu Macarium Antonii ven. et Molan. scripserint *fleque*, non est operæ pretium examinare. Dixi *Boniti*, non *Bonitti*, ut le-gitur in Praten., forte transcribentis vitio: certe *puli beati Benedicti abbatis.* Et in Munerato, cætera puro : Discipuli beati Benedicti, cujus corpus juxta Parisium urbem magnifice collocatum honoratur et colitur. Alii codices infra recurrent. Cæterum et hæc et alia recentius adjecta fuisse, nec Usuardo unquam cognita, puto esse indubitatum.

OBSERVATIONES

presbyter et monachus his verbis: et Isidori, cu elogium satis vulgare apposuit Ado, ex quo Usuar-dus et Notkerus desumpserunt. De hujus vita et gestis nescio an plura dici possint a recentioribus quam quæ in Actis nostris diligentissime collecta sunt. Hactenus textum nostrum Adonianum esse omnino liquet. Bonitus Claromontanus episcopus tricesimus ab Usuardo primum consignatus ac vulgari etiam elogio ornatus est. Adde Bollandi commentario quæ notavit Castellanus pag. 282 et 283. Maurus æque ac Bonitus ad solum quoque Usuardum pertinet, de cujus positione in Variantibus satis diximus. Neć vero hujus loci est pluribus inquirere, fueritne Maurus is de quo agimus sancti Benedicti discipulus. Videri a curiosis potest Clar. Castellanus totam controversiam in notis, a pag. 252 ad 281, fuse et late discutiens. Eumdem nodum non semel in Actis dissolvere conatus est Papebrochius, et recentius in Responsionibus suis ad exhibitionem errorum. Ruinartius et ipsis et aliis pro Mauri missione apologiam opposuit. Denique et a tot aliis ea tela texta et retexta est, ut superfluum videatur vel eorum nomina appellare. Nota hoc etiam die referri ab Adone translationem Sulpitii Bituricensis. Sed de eo sancto agit Usuardus, et, qui eum se-quuntur, Martyrologi alii, cum Romano moderno, xvii Januarii; ubi Sulpitios varios accurate distinguit Bollandus.

AUCTARIA.

« Bituricis, translatio sançti Sulpicii episcopi et confessoris. Eodem die, transitus sancti Mauri abbatis. »

PULSANEN. secundo loco Maurum inserit hoc modo :

« Eodem die, beatissimi Mauri confessoris atque abbatis, discipuli confessoris Christi Benedicti. .

MUNERAT. et A GONES MARTYRUM. Conveniunt in iis quæ supra in Variantibus retulimus.

ANTUERP., MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., LOVAN., editio ULTRAJECT.-BELC, in fine solum addunt, discipuli beati Benedicti.

Albergen. et Danic. sic ordiuntur : « In Galliis

territorio Andegavensi, sancti Mauri abbatis, disci-A puli sancti Benedicti. Cujus disciplinis ab infantia regulariter educatus, quant um in eisdem profecerit, inter nonnulla, quæ apud eum positus gessit, etiam super aquas pedester incedens, ostendit.» Tum de Abacuc et Michæa pure. Deinde : « Apud Egyptum, beati Macharii abbatis; discipuli beati Antonii, vita et, etc. Qui contra aereos spiritus, et in curationibus hominum, et in denuntiationibus quoque futurorum, divinam gratiam consecutus, sexaginta annos in desertis implevit, ad quæ tricenarius ingressus est. Hic interrogatus a quodam, quomodo sic corpus suum siccum esset, respondit: Timor Dei etiam ossa consumit. » In reliquis textus satis purus est.

CENTULEN. puro proximus est. In Bonito elogium expunxit, et de Mauro addidit, diseipuli sancti Benedicti.

BRUXELL. incipit : « Octava beatæ Gudilæ virginis, patronæ nostræ.» In prophetis purus est. De Macario solam ætatem adjicit, ea repetens quæ de altero B Boniti. Cætera satis pura sunt, nisi quod de Mauro Macario dixit 11 Januarii. Sequitur de Ísidoro, pure. Tum : : «Apud Bituricas civitatem, translatio sancti Sulpicii episcopi et confessoris. » In Bonito satis recte. Maurum differt in diem sequentem, forte quod hic dies impediatur octava sanctæ Gudilæ.

HAGENOVEN : « Abacuch prophetæ, qui ad præbendum cibum Danieli, ab angelo in Babilonem ductus est per capillos. Item Micheæ prophetæ. Quorum corpora, etc. » De Macario habet longius elogium supra rélatum. In Isidoro et Bonito purus est. Tum de Mauro abbate etiam ut supra.

Aquicinct. de Mauro, post *abbatis*, sic prosequi-tur, « et confessoris atque Levitæ, discipuli sanctissimi Benedicti : cujus disciplinis ab infantia eruditus, quantum in iisdem profecerit, inter nonnulla, quæ apud eum positus gessit, res nova et post Petrum inusitata, etiam super aquas pedibus ince-dens patefecit. Dehine in Gallias ab ipso directus, miraculorum gloria clarus in pace quievit. »

VICTORIN. cum præcedenti non omnino verbis, sed sensu concordat.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT : « Macharii abbatis, discipuli beati Antonii abbatis. Mauri abbatis, discipuli beati Benedicti abbatis. Isidori confessoris. Sabini, Marcellini et Exuperantii martyrum.» De his vide annuntiationem primam Usuardi, xxx Decembris. Sequitur: «Habacuc et Michææ prophetarum.» Demum : « In Arvenis, sancti Boniti. »

CLUNTACEN. : « In territorio Andegavensi, sancti Maurilii abbatis. » An non episcopi ? Vide infra. REC. SUEC. sign. num. 130. et VICTORIN. supra :

« In Africa, sanctæ Restitutæ virginis. » Si Sorana est, vide Acta xxvII Maii.

Codex D. Le Mare, signatus A, qui fuit Canonicorum sancti Lazari Augustodun.: « Civitate Ædua, translatio sancti Symphoriani martyris. » Vide xxii Augusti.

In VATICAN. num. 5949 deest Bonili. Adjicitur : D « Bituricas civitate, translatio sancti Sulpitii episcopi et confessoris. » Primo loco ponitur Maurus litteris rubris.

FLORENTIN. : « In territorio Andegravensi, sancti Maurilii abbatis. » Sequitur : « Apud Bituricas, sancti Sulpitii, » etc.

XVII Kal.

Roma via Salaria, natalis sancti Marcelli papæ, qui ob catholicæ fidei defensionem, jubente Maximino tyranno, primo fustibus cæsus, deinde ad servitium animalium cum custodia publica deputatus, post multos annos ibidem serviendo amictu inductus cilicino defunctus est. Apud Arelatem, beati Honorati episcopi, cujus vita, doctrina et miraculis illustris fuit. [Interserit Bouillart. : a Item civitate Odobergia sancti Titiani episcopi et confessoris.] Parrona monasterio, sancti Fursei confessoris.

NOTÆ.

Sic legunt, et pure, ut ego quidem existimo, soli Herinien. et Tornacen.

Sanctum Titianum expunxit Sollerius, quamvis is sit mss. consensus, ut torrenti fere cedendum pu-

LUGDUNEN. : « Natalc sancti Boniti Arvernensis episcopi et confessoris. »

BURDEGALEN. : « In teritorio Andegavensi translatio sancti Maurilii episcopi et confessoris. Et dedicatio ecclesiæ sancti Maurilii.» De hoc agit Usuardus XIII Septembris sub nomine Maurilionis, et episcopum vocat. Hinc patet ratio dubitandi, superius posita.

EDITIO LUBECO-COL. : « In civitate Andegavensi. apud Parisius in Galliis, sancti Mauri abbatis discipuli sancti Benedicti. Cujus disciplinis... super aguas pedester incedens, jussu sancti Benedicti puerum a submersione liberavit. «In prophetis pura, de Macario habet, ut supra. In Isidoro et Bonito etiam pura est. In fine adjicit : « Item commemoratio sancti Joseph, nutricii Domini, » Quod etiam legitur apud Grevenum, verosimiliter ob festum peculiare, apud Colonienses celebrari solitum.

BELIN. in prima editione omisit elogium sancti

omnia habeat quæ supra retulímus ex Acquicint. Greven. : «Felicis episcopi Tubizacensis et martyris. Alexandriæ, Tonitæ, alias Cointæ, virginis et martyris. Remedii episcopi et confessoris. » Ex Ilieronymianis, ut pridie diximus. » Vide de his omnibus indicem Prætermissorum.

MOLAN. de Mauro ex Munerato, præter dicta, adjicit : « Cujus corpus juxta Parisium urbem magnifice collocatum, honoratur et colitur. Item celebratio dulcissimi nominis Jesu. » Cujus festivitatis principium indicatum reperio in Martyrologio ms. sancti Michaelis Antuerpiæ, sub nomine Usuardi, sed enormiter interpolati, ubi ita legitur : «Quæ festivitas accepit exordium in Antuerpia anno Domini MCCCCLVIII, providentia et devotione, ac procuratione unius honesti civis Hippolyti. In hoc vero nostro monasterio incepimus eamdem festivitatem celebrare solemniter, anno Domini Mccccxcii.» Pergit Molanus typis minutioribus : « In Burgundia, sancti Joannis Caliniti confessoris, cujus sanctum corpus in civitate Constantinopolitana feliciter quiescit, multis fulgens miraculis : protioso vero capitis ejus thesauro urbs Chrysopolitana (Vesontio) incomparabiliter dita-tur. » Aliæ editiones habent: «Dic decima quinta, sancti patris Joannis Calybitæ. Cujus pretioso, etc.» Hæc ibi : quæ aliter Martyrologio Romano inserta, occasionem dedere Rosweydo ita observandi : « Duo hic quæri possunt. 1. Ex quo veteri manuscripto Baronius textum Martyrologii de Joanne Calybita interseruerit? 2. Quomodo ponat eum Romæ, cum Meræa diserte eum Constantinopoli statuant? Nempe Roma NOVA, non verus, intelligenda est apud Metaphrasten. Et sane textus Vitæ satis indicare videtur omnia hæc Constantinopoli transacta. » Vide Bollandi commentarium prævium, § 2, ubi plura alia rationum momenta accurate expenduntur; et Castellanum in notis brevius eadem pertractantem a pag. 283. Editiones Molani posteriores de Mauro et de nomine Jesu habent fere ut prima. Tum : « Eodem die Malbodii, depositio beati Ableberti, seu Emeberti, Cameracensis episcopi, qui sanctum Authertum in Cameracensi episcopatu præcessit. »

Die 16.

taverit. Cur tamen reluctaretur, in causa fuit hæc sui monitoris observatio: deletum in Pratensi fuisse

scriptum fuerat. Verum est hic lituram esse. Sed qui locum crasit, idem superiora scripserat. Tantum litteras paulo magis densavit ut locus daretur S. Titiano, quem in primo autographo prætermiserat.Ti-tianusille est Opiterginæ civitatis episcopus, quem

Scripsi Maximino, ut diserte habent codices duo citati cum Praten., Munerat., etc. nec aliter in Beda et Adone Usuardus repererat. Greven., Molan. et codices alii exhibent Maximiano. Utri melius? Forte nulli bene : nam Maximino et Maximiano, facile supponerctur Maxentius, ad cujus tyrannidem nonnullis revocanda videntur, ct Marcelli obitus, et si quæ passus est. Ut ut statúen-dum decreveris, verosimillimum est Marcellum non utique *martyrem*, sed propric *confessorem*, obiisse anno persecutionis Diocletianeæ septimo, Christi 310, ut recte opinatur Tillemontius tomo V, pag. 95 B et 626, et ante insum doenit Banchuschivy, pag. 95 et 626, et ante ipsum docuit Papebrochius; ex qui-bus Pearsonii aliorumque argutatiunculæ facile refutari possunt. Codex Pratensis inter Honoratum et Furseum ita legit : Item civitate Odobergia, sancti Titiani episcopi et confessoris. Diu hic anceps hæsi quid de illa annuntiatione statuerem incertus. Neque enim satis promptum erat colligere unde sanctum illum, Martyrologis quos sequebatur ignotum, ac-cersivisset Usuardus, non solitus trans Alpes excurrere aut in alias régiones, præterquam in Hispa-niam, ut sanctos Adoni aut Hieronymianis superad-

Romævia Salaria in cæmelerio Priscillæ, depositio Marcelli episcopi confessoris. Verba sunt plerorumque Hieronymianorum codicum, ad quæ videri cæmeterio Priscillæ, sancti Marcelli papæ. Hæc quidem breviter : at Beda, qui Marcelli Acta non satis sincera vel res gestas pontificum vidit, longiori elogio sanctum exornat quod a Rabano ét Adone transcriptum, a Notkero nonnihil interpolatum, a Nostro, seu illud ex Beda, seu ex Adone acceperit, plus quam media parte decurtatum est, neque sic tamen ad omnimodam veritatem satis exactum. Hic ego ubique Marcello lego, Marcellini nusquam, præterguam in Bucherii Kalendario, guod facillime ex similitudine nominum corrumpi potuit, ut re vera factum est in die signato xviii Kal. pro xvii Kal. Probat id Frontonis Kalendarium, ubi hoc proprio die non Marcellini, sed Marcelli diserte legitur, quemadmodum et in Thomasii Sacramentario superius collaudato. Nec me movet Græcorum auctoritas, abunde, ni fallor, ab Henschenio convulsa, ubi de Marcellino agit xxvi Aprilis. Pugnat acriter pro D Furseo dubium nullum esse potest quin vere Usuarutriusque identitate Castellanus in hodiernis notis, eidemque opinioni in Martyrologio suo universali denuo insistit. At enim cum amicum non semel ca super re familiariter pressissem, demum in ultimis litteris quas aliena manu, postquam fatali apoplexia correptus fuerat, ad me dedit 31 Januarii 1711, can-

PRATEN., MUNERAT., GREVEN. et MOLAN. in textu insertum habent Titianum Opitergiensem, de quo supra.

ANTUERP.-MAJ. de Marcello Bedam ferme integrum refert. In Honorato fere purus est. Tum : « Parrona monasterio, sancti Fursei confessoris. Hic satis clarus et verbo exstitit et exemplo, multisque salu'em ostendens, confectus senectute bona, feliciter migravit ad Christum; sepultusque primo in Lati-niaco monasterio, deinde translatus Parronam, ubi multis miraculis [clarus] quiescit. » De Titiano nibil.

quidquid Arelatem inter et S. Fursei prima manu A hoc d'e memorant edita Usuardi Martyrologia et Martyrologium Germanicum; cujus Acta ex antiquis Opiterginæ ecclesiæ monumentis conscripsit Ferrarius. IIæc refert Bollandus hæc eadem dic. BOUILLART.

VARIANTES LECTIONES.

dat. Interim Pratensem sequebantur Muneratus, Grevenus, Molanus et codices plures; aliis cum He-riniensi et Tornacensi de Titiano tacentibus, quorum auctoritati, præsertim duorum postremorum, ut ut fidam plurimum, tamen torrenti fere cedendum putaveram. Rogatus itaque clar. Castellanus, codicem Pratensem denuo consulit, et, labe detecta, præfatorum duorum codicum nativam simplicitatem egregie confirmavit. « Quidquid in Pratensi codice (Castellani verba sunt) primitiva manu scriptum erat inter Arelatem et sancti Fursei (utringue exclusive) erasum subinde fuit, et charactere alio multum abbreviato inscripta inveni ea quæ in prima Molani editione leguntur, eo solum discrimine quod TITIANI et PARRONA habeatur, pro TICIANI et PERONA Molani. » Hæc amici observatio me plane movit, ut Titianum expungerem. Si aliter aliis yisum fuerit, melioribus argumentis libenter cedam. Arelaten pro Arelatem in codice Heriniensi scriptoris vitium est. Parrona olim pro Perona scriptum, codices prope omnes evincunt, quorum aliqui Parona scripsere.

OBSERVATIONES.

dide fassus est se retractasse quæ de Marcelli et Marcellini identitate scripscrat. Mortis tempus in Variantibus definivimus. De reliquis, vere vel præpotest accurata Florentinii notatio. Romanum par- C tense huc illuc translatis, vide Bollandum, apud vum haud multum abludit : Rome via Salaria in quem exstat quoque percelebre epitaphium, quod si vere Damasi fuisse neges, certe antiquitate sua venerandum non inficiaberis. Sic de Marcello cecinit Wandalbertus :

> Septima post decimam Marcelli martyris, atque Pontificis summi meritis et nomine fulget.

Honoratus Arelatensis apographis Hieronymianis censetur adjectitius. Ab Adone primum positus est. et ex eo a Nostro iisdem fere verbis translatus. Rabanus alia ipsum phrasi retulit, miraculum addens de fugato ex insula Hilarina drácone, cujus textum descripsit Notkerus. Vita a Bollando illustrata per Hilarium itidem Arelatensem episcopum scripta supponitur, verum id in dubium revocat Henschenius I Junii, agens de sancto Caprasio. Alia vide apud Castellanum, pag. 292. An Titianus Opitergiensis Usuardo ascribendus sit, supra explicui. De dinus sit. Eum prius signaverat Florus, sed quam ignotus is Nostro fuerit, hic iterum locus palam faciet. Quæ circa hunc sanctum a nonnullis errata sunt, corrigit Castellanus pag. 295. Utrum autem Vita quam Bollandus edidit et illustravit, ascriptorenimis credulo composita sit, alibi examinabitur.

AUCTARIA.

Rosweyd. : « Romæ via Salaria, in cimiterio Priscillæ, natale sancti Marcelli papæ martyris. Qui jubente Maximiano fustibus cæsus est, et ad animalium servitia deputatus, ibi obiit. Apud Arelatem, sancti Honorati episcopi, cujus vita, doctrina et miraculis refulsit,» ut habet Ado. « Eodem die, natale sancti Fursei confessoris.» De Titiano etiam silet.

AGONES MARTYRUM, in fine : « Peronæ monasterio, sancti Fursei episcopi et confessoris.» Cætera ut PRATEN.

PULSANEN. in'prima Bedam nonnihil abbreviat. In

secunda, Honorii scribit pro Honorati. Habet de A Ibi. « Odobergia » bis citatur, eique primo « Cy-Titiano, et Furseo. In fine de suo apponit : « Rotomagum, sancti Melantii episcopi, et confessoris. » Vide Prætcrmissos.

ANTUERP.-MAX., LUBEC. et UGHELLIAN. de Titiano Opitergensi habent ut codices multi. In fine autem adjiciunt : « Romæ, sanctæ Priscillæ. » Sed virginem non faciunt, ut alii.

ANTUER.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., LOVAN., AL-BERGEN. et Editio Ultraj.-Belg. penultimo loco inserunt : « Ipso die, Romæ, sanctæ Priscillæ. » De Furseo legunt : « Abbatis et confessoris, fratris sancti Foillani martyris .» In cæteris similes sunt iis qui Titianum referunt, etc. De Priscilla vide Castellanum, pag. 285.

DANIC. prioribus similis, recentiori manu adjecta habet nomina quinque martyrum Marochensium, de quibus infra satis multa ex Greveno erunt describenda.

pæ et martyris. Civitate Odobergia, sancti Titiani episcopi et confessoris. Parrona monasterio, sancti Fursei confessoris, qui satis clarus et verbo exstitit et exemplo. Relato, sancti Honorati episcopi et confessoris. » Scriptoris hic vitium puto. qui Arelate vel Arelato non satis distinxerit, quod subinde manus recentior efformare conata est.

BRUXELL. huc distulit Maurum, de quo nos die præcedenti. Tum : « Romæ via Salaria in cimiterio Priscillæ, natale sancti Marcelli papæ et martyris. Qui cum diis nollet sacrificare, jubente Maximiano imperatore fustibus cæsus, ad servitium animalium sub custodia publica deputatur. Ipsa die Romæ, sanctæ Priscillæ. » In Honorato omnino purus non est. « Parona monasterio, sancti Fursei abbatis et confessoris, et fratris sancti Foillani martyris. Qui verbo et exemplo clarus, tandem confectus senectute hona, feliciter migravit ad Dominum. Apud Rothomagum, sancti Melantii, episcopi et confes- C soris. Item civitate Odobergia. » etc.

HAGENOYEN. de Marcello aliqua corrasit quæ referri non merentur. De Honorato et Titiano ut supra. Tum : « Ipso die Romæ, depositio sanctæ Priscillæ. » De Fursco addit, abbatis, et fratris sancli Foillani martyris.

Aquicinct. novum profert de Furseo additamentum, nempe, « Cujus caput in Dorobernia habetur. »

VICTORIN. de S. Marcello, post defunctus est, addit : « Hic fecit cometerium via Salaria, et xxv titulos constituit in Urbe propter baptismum, et pœnitentiam multorum, qui convertuntur ex paganis, et propter sepulturam martyrum. » Hæc ex Actis apposita sunt. In fine mendose cum aliis scribit : « Romæ sanctæ Priscillæ virginis. Et sic etiam scribit codex Reg. Suec. num. 130.

CODEX. REG. SUEC., qui fuit principis Ursini Ro-senbergii, ita habet : « In civitate Brixiæ, S. Liberæ uxoris [an non potius virginis ?] sororis sanctæ D Faustinæ, quæ in quodam monasterio arctam vi-tam ducens, vitam finivit. Dupl. min. 2. Cl. » Vi-deatur Bollandus hoc dic inter Prætermissos, et xviii hujus, ubi de ea agit.

VATICAN. num. 5949, omisso Titiano Opitergiensi, adjicit : « Beneventi, sancti Petri martyris in S. Sophia. »

STROZZ. : « Eodem die apud Marochium, passio beatorum martyrum, Berardi, Petri, Accursii, Adjuti et Ottonis, de ordine Minorum ; » de quibus latius infra.

JURENSIS S. Ragnoberti : « Apud Gratianopolim, sancti Ferreoli episcopi et martyris. »

Prima BELLINI editio tolerabilis est, solum admiscens Priscillamet martyres Marochianos co modo quo ex Strozziano codice eos jam retulimus. Sed altera Parisiensis turpiter fædata est et contorta.

rianus, deinde « Titianus » episcopi affinguntur. Elogium martyrum Marochiensium, ab ipsi marty-ribus avulsum, nullum sensum reddit, unde ipsum ex Greveno infra adducere censui præstabilius.

EDITIO LUBECO-COL. varia de Marcello apud alios reperta non satis apte construxit : de Furseo item inventa collegit ; Priscillam virginem facit, atque in fine adjungit « Eodem die, S. Remundi confes-soris, » cujus etiam meminit Grevenus, sed quis hic Remundus sit, non facile divinaveris : putat Bollandus indicari Pennafortium.

Solito longius est Greveni auctarium, sic inchoatum : «Poleucti,Candidiani,et Filoromi martyrum.» Polyeucti, ni fallor, voluit dicere, ut superius x hujus iterum correximus. Bollandus de illis agit xi hujus. Sequitur : « Foillani episcopi, martyris et sociorum ejns. Item Felicis, episcopi Tubabocensis, qui sub Diocletiano et Maxímiano, a judice Anolinó CENTULEN. : « Romæ, natalis sancti Marcelli pa- B de nomine interrogatus, solum hoc respondit; Christianus sum. Deinde vinctus et in navicula sub equorum pedibus jacens, inedia maceratus, tandem apud Nolam Campaniæ, capite truncatus martyrium complevit. » De Foillano et Felice videndus Bollandus in Prætermissis. Pergit Greven. : « Apud Marrochium circa annum Domini MCCCL (MCCXX) passio beatorum martyrum Berardi de Barpio, Petri de Geminiano, Accursii, Adjutoris vel Adjuti et Ottonis, ordinis Minorum, qui zelo divino succensi, et amore martyrii flagrantes, cum ad partes infidelium, Christi Evangelium prædicaturi transfretassent, a rege Marrochi martyrizati, multis claruerunt prodigiorum indiciis. Horum corpora D. Petrus Infans, germanus regis Portugalliæ, de Marrochio tulit, et in monasterio sanctæ Crucis de Colimbria, venerabiliter collocavit. Honorati episcopi Ambianensis, miraculis clari. Hic quodam tempore missam celcbrans, vidit manum Christi hostiam tenentem et sibi communicaturo porrigentem. Honorati etiam abbatis memoria hic agitur, qui, ut refert Gregorius primo Dialogorum, in Samniæ partibus, in annis puerilibus ad amorem cælestis patriæ per abstinentiam exarsit. Ab otioso quoque sermone se restringens, constructo monasterio, ducentorum ferme monachorum pater exstitit, et circumquaque exempla eximiæ conversationis dans, quievit in pace. Item Melantii [Molanus scribit Melæ] episcopi et confessoris, ad cujus ecclesiam, ut in Historia tripartita dicitur, cum venissent qui jussu Hunerici regis, episcopos, Arianis resistentes, in exilium deportabant, invencrunt eum, tanquam esset ultimus

ecclesite minister, candelas præparantem lampadesque refoventem, quopropter non cognoverunt quod episcopus esset, donec se ipse sponte patefecit, pro Christo in exilium portandum. » Quæ hic filsa veris immiscentur, apud Bollandum distincta invenis, forte etiam magis subinde illustranda. « Apud Regium Galliæ, Fausti episcopi, qui ex Larinensi abbate electus, sanctitate plenus et divinis Scripturis jugiter intentus a Gennadio prædica-tur. » De Remundo et Priscilla dictum est satis.

MOLAN. Grevenum fere descripsit in martyribus Mauritanis, et quæ sequuntur, exceptis Fausto et Remundo, quos omisit. Priscillæ titulum virginis recte ademit. Furseo addidit : « Cujus gesta habentur. » Tum : « eodem die, inventio corporis sancti Foillani episcopi et martyris in Ampolim. » Ampolim, vel Ampolines locus est, ubi martyrio affectum S. Foillanum narrat Pilippus abbas Bonæ Spei, ut dicetur in Actis xxxI Octobris. Altera Molani editio Priscillam eamdem censet quæ in Actibus apostolorum celebratur; ac demum addit : « Die decima sexta, adoratio pretiosæ catenæ sanctissimi et benedictissimi apostoli Petri. »

XVI Kal.

Apud Thebaidam, beati Antonii monachi, cujus corpus, sub Justiniano imperatore divina revelatione repertum, Alexandriæ delatum est, et in ecclesia sancti Joannis Baptistæ humatum. Lingonis, natalis sanctorum geminorum Speusippi, Elasippi et Melasippi. Qui cum essent viginti quinque annorum, cum avia sua Leonilla, et Jonilla, et Ncone martyrio coronati sunt, tempore Aureliani imperatoris. Bituricas civitate, depositio sancti Sulpitii episcopi, cujus vita et mors pretiosa gloriosis miraculis commendatur.

NOTÆ.

Sic legunt Praten., Herinion., Pulsanen., Au-tuorp., Max.-Lubec., Munerat., Greven., Molan. Au- A et Agones martyrum. Belin. ferme convenit, sed neutra editio correcta est.

VARIANTES LECTIONES.

In Pulsanensi de sancto Antonio, pro cujus corpus, amanuensis libertate positum invenio, hujus venerabile corpus. Alexandriæ scribunt passimomnes, rectius posuerat Ado Alexandriam, ut scripsit Usuardus in Agonibus martyrum, sed ejus lectionem ex aliis codicibus determinamus. Pulsanen., Munerat.et Agones martyrum omittunt Baptiste, quin alii inter Auctaria substituunt *Brangelistæ* : recte in textu ex Adone. Quam varia sit in efformandis Geminorum nominibus orthographia, apud Bollandum invenies. Censeo ex nostris codicibus Usuardum scripsisse ut in textu legitur, idque præsertim ex Praten., Heriniensi, Pulsanem. et Munerat ; quo modo etiam enuntiant Hieronymiana, Beda, Rabanus et Notkerus, licet hodie Adonem certatim sequantur B Apud Bituricam civitatem. Ut valde mendosa est Martyrologi, et codices nostri aliqui Usuardini satis communiter. Bollandus in *Eleusippi* dissentit, servat tamen Melasippi ; Agones martyrum habent

Cœnobitarum protopatriarchæ celebratissima est apud omnes Martyrologos memoria. Codices Hieronymianos hic descripsit Beda: In Egypto, depositio Antonii monachi : descripsit Rabanus, elogium adjiciens ab Adoniano diversum. Non multum differt Romanum parvum : Apud Thebaidem, Antonii monachi. Ado laudatiunculam apposuit descriptam a Notkero, a Nostro ita contractam, ut initium fine copulatum sit, omissis intermediis quæ ex nonnullis auctioribus codicibus pro majori parte infra dabimus. Cætera, quæ vitam spectant, tam erudite a Bollando illustrata sunt, ut nihil desiderari posse videatur, nisi quis Chronotaxim Raynaudianam consulere voluerit. Vita porro ipsa tam authentica, seu Græce ab Athanasio, seu Latine ad Evagrio accipiatur, ut vel ipsi hypercritici nihil inveniant quod merito C queant arrodere. Non tam plana sunt quæ de Tergeminis Lingonensibus Acta nostra memorant, multa quippe de iis apud laudatos Bollandum et Castella. num disceptatio, atque item apud Florentinium Tillemontium et alios. Quæritur cujates sint, Cappadoces an Galli? Ubi, quomodo, quo tempore passi? Ut mitissime dicam, translata, commista, confusa nonnulla, quibus ne hic diutius immoremur, citatos scriptores consulat eruditus lector. Id ad rem nostram præcæterisobservatu dignum occurrit, quod in Romano parvo nulla prorsus eorum fiat mentio; unde obiter notabis frivolam eorum cavillationem, qui cum Valesio Romanum parvum ex Adone contractum comminiscuntur; firmatur autem clar. Castellani conjectura, omnem nempe Tergeminorum illorum notitiam ex non sinceris Warnabarii ad Ceranum

Melanippi. Libera sit unicuique optio. Male in Agonibus martyrum est quindecim annorum. Item Conilla pro Jonilla, ut habet otiam Munerat., quanquam et hujus nominis variam nomenclaturam exhibeat Bollandus. Tempore Aureliani disertissime notavit Usuardus ex Beda et Adone, sed palpabili anachromismo, ex Warnahari Actis accepto, qui an satis apte mendari possit, malo ex Bollando aliis-que colligas quam ut novi aliquid de meo proferam. Videatur Tillemontius tomo III, a pag. 603, et Castellanus a pag. 313. Satis hic sit Üsuardi lectionem exhibuisse. In Agonibus martyrum male ponitur Bituris : Pulsanen. pro Bituricas civitate videtur nitidius scribere voluisse. prima illa, et maxima Lubecana editio, ita hic pro Sulpitii legit Sulpicii, cum qua fere semper, saltem hic, concordat codex Antuerpiensis.

OBSERVATIONES.

Parisionsem episcopum Actis ad Transalpinos profluxisse, indeque et in Hieronymiana fortasse inserta sint nomina, certe a Beda, Adone aliisque addita elogia, non parum trituranda. Ea quidem contraxit Usuardus, sed neque sic satis subacta esse constabit, vel mediocriter earum rerum perito. Illud vehementer mirandum in apographo Usuardino Tronacensi, quod hic inter purissima computo, totam illam sanctorum Lingonensium seriem prætermissam. An quod codicis scriptor suspectam habuerit totam narrationem, non ausim divinando asserere: mihil satis certum est Usuardum ita scripsisse ut in laterculo nostro legitur. Wandalbertus Antonium et Lingonenses metrice canit in hunc modum:

Sextaque cum decima Antonii virtute dicatur : Hæc etiam socio geminorum pollet honore, Lingona quos uno celebrat plebs marmore tectos.

Sulpicium ab Adone signatum diximus xy Januarii, ubi etiam monuimus Sulpitios varios hoc die a Bollando accurate distingui. Qui Hieronymianis adjectus est, senior a Florentinio censetur. Quem velit Florus, nescio; verum quicunque ab eo notetur, sic notatus est, ut ejus phrasi ab Usuardina longé discrepet, quemadmodum et in bre-viori ejus sancti Antonii elogio evidentissime patet, ut proinde minime dubitem quin Sulpitius noster, cognomento *Pius*, plane Usuardinus hoc die dicendus sit. Præter Vitas duas a Bollando editas et illustratas, tertiam alicubi citari invenio quæ si ad manus nostras deveniat, suo loco vulgari poterit.

AUCTABIA.

TORNACEN. Jam diximus in eo codice deesse an- D fessoris, qui a pueritia sacris litteris cruditus, et nuntiationem secundam de Geminis Lingonensibus.

ANTUERP. MAJ. : « In Egipto apud Thebaida, natale beati Antonii monachi, qui multorum monachorum pater, vita et miraculis præclarissimus vixit. Cujus corpus..., et in ecclesia beati Joannis Evangelistæ humatum. » In secunda satis purus est. Tum : « Bituricas, depositio sancti Sulpicii episcopi et consanctæ conversationis luce conspicuus, etiam laicus virtutibus claruit. Post ctiam, coma deposita, mo-nachorum pater exstitit, atque inde ad episcopalem provectus cathedram, vita clarus in pace quievit.

Roswerd. « In Egypto apud Thebaidem, depositio beati Antonii monachi, qui multorum monachorum pater, vita venerabilis præclarissimus vixit, consumpus, etc. Apud Lingones, Speosippi, Eleosippi, et Meliosippi, etc. » Demum : « In Africa, Sulpitii episcopi. » Sulpitios adhuc binos in Prætermissis habet Bollandus, sed de Africano nihil hactenus reperi. De translatione Sulpitii Bituricensis egit codex xv Januarii.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT. LEYDEN. et EDITIO ULTRAJ.-BELG. ita ordiuntur : » In Ægypto apud Thebaidem, beati Antonii monachi, cujus Vitam Athanasius, Alexandrinæ ecclesiæ episcopus, insigni volumine prosecutusest. » Cætera ut in textu, nisi quod de Sulpitio addant, et confessoris.

ALBERG. et DANIC. præterea interserunt : « Quiregnante Constantino Magno floruit, et multorum monachorum pater, vita venerabilis præclarissimus vixit, consummatoque cursu, ætatis suæ anno centesimo quinto feliciter in pace quievit. Cujus corpus, » elc.

LOVANIEN. CONVENIT CUM ANTUERP.-MAX. etc., sed B Geminorum elogium plane resecuit.

CENTULEN. : « In Egypto apud Thebaidam, depositio beati Antonii abbatis, qui multa milia monachorum Christi servitio mancipavit, atque vita et miraculis clarissimus vixit. Apud Lingones, sanctorumgeminorum Speusippi, Eleusippi, et Meleusippi. Qui cum essent... sub Aureliano passi sunt. Bituricas, sancti Sulpicii episcopi et confessoris.»

BRUXELLEN. De Antonio, hactenus dicta fere colligit, adjiciens de corpore : « Quod nunc apud Viennam Galliæ, ut fertur, translatum est. Apud Lingonas, passio sanctorum geminorum Speusippi, Elasippi et Melasippi. Quos Benignus presbyter, a beato Policarpo, sancti Joannis Apostoli discipulo, cum Andyochi et Tyrso missus in Galliam, fidem Christi docuit. Qui cum essent annorum xxv in quadam arbore ligatis manibus, et pedibus, suspensi atque extensi sunt, ita ut membruum com-pages dissolvi putarentur. Posthæc in ignem præci- C pitati, nec tamen læsi, inter verba orationum, tempore Aureliani imperatoris martyrio coronati, simul migraverunt ad Christum. Quod avia sua Leonilla et Lonilla atque Neon gestorum exceptor videntes, palam se Christianos esse confitentur : propter quod multis afflicti suppliciis, cum Christum negare noluissent, gladio simul perempti, martyrii coronam perceperunt. Et Turbon, victorias-Christum confidentium scribens, non post mullum

matoque cursu, feliciter in pace quievit. Cujus cor- A temporis etiam martyrium perpessus est. » Vide Bedam et Adonem. In Sulpitio purus est.

HAGENOVEN. incipit a Lingonensibus, in quibus satis purus, de Antonio præter dicta, hæc de suo adjicit : » In quo discretio spirituum mirabiliter effulsit, ac contra eosdem a Deo mirabilem accepit potestatem, quem etiam illi supra humanum modum tentabant. » Item : « Clarusque spiritus prophetiæ, desiderio martyrii judicibus ad puniendum se obtulit, sed illi eum lædere non valentes neque volentes propter divinam gratiam, quam in illo lucere videbant, in heremum successit (secessit) ubi consummato cursu viæ suæ in pace obiit anno cv ætatis, etc. » In Sulpitio etiam purus est

VICTORIN. et codex. Reg. Suec. num. 130 ita habent : « Apud Antiquos dedicatio Domini, et Salvatoris quod situm est in Lateranum. »

CODEX alius REG. signatus num. 428 : !tem sancti Genulfi confessoris. »

VATICAN. num. 6949 : « In Placèntia, sancti Sabini episcopi. »

EDITIO LUBECO-COL. in Antonio cum Albergen. et DANIC. concordat, in reliquis pura est; addit. porro: « Eodem die sancti Genulphi episcopi et confessoris. In villa Valendar sub Confluentia territorio Trevarensi translatio sanctorum Marcellini, et Petri martyrum. »

Hæceadem et iisdem fere verbis habet Greven. et præterea : « Viennæ. beati Marcelli episcopi. » Vide Acta hoc die inter Prætermissos. et ix Aprilis, ubi de ipso agitur.

Molan. de sancto Antonio, charactere cursivo, inscruit quæex Augustino acceperat Ado; nimirum: « Qui sine ulla scientia litterarum, Scripturas divinas, et memoriter audiendo intellexisse, et prudenter cogitando tenuisse prædicatur. » Item codem charactere etiam ex Adone, post Aureliani inperatoris : « Turbon autem scribens victorias con-fitentium Dominum, non post multum temporis, martyrium perpessus est. » Deinde litteris minutioribus supperaddidit : » Eo die, Mediolani obiit Theodosius imperator. In cujus mortem orationem habuit sanctissimus antistes, Aurelius Ambrosius, in celebritate quadragesimi dici obitus ipsius Honorio principe, filio ejus assistente. » De Genulpho agit in posterioribns editionibus, litteris cursivis hoc modo : Eodem die sancti Genulphi primi episcopi Carthurcensis et confessoris. »

Die 18.

XV Kal.

Cathedræ sancti Petri apostoli, qua Romæ primum sedit. Et passio sanctæ Priscæ virginis. Apud Pontum, natalis sanctorum martyrum Mosei et Ammonii, qui cum essent milites primo ad metalla deputati, novissime igni traditi sunt. [Bouillart. in margine : Parisius, monasterio sancti Germani, dedicatio altaris in honore victo: iosissimæ crucis, et beatæ et gloriosæ semperque virginis Mariæ et sanctorum martyrum Mauricii sociorumque ejus.]

NOTÆ.

Sic legunt Praten., Herinien., Tornacen., Antuerpien., Max.-Lubec., Greven., Molan. et Agones martyrum.

VARIANTES LECTIONES

Purioribus codicibus hic, ut alibi, annumero He- D qua. Antuerp. et Max.-Lubec. pro et passio, ponunt riniensem, tametsi a nativa Usuardi simplicitate aliquantulum recedat, dum procathedra, legit dedicatio, de qua re in Observationibus plura disseremus. Habet item cum Molano, qui Romæ primum, etc.; melius alii, post Romanum parvum et Adonem,

ipso die, passio. Qui autem Agonibus martyrum insertus est, legit : Romæ, Priscæ virginis et martyris. Purior est nostra lectio. Quem autem titulum. quam lauream promereatur Prisca, statim disquiremus.

OBSERVATIONES.

Hodiernum cathedræ sancti Petri apostoli festum antiquum In Ecclesia fuisse plane evincunt Martyrologii Hieronymiani apographa, in quibus ferme præ-figitur: Depositio sanctissimæ Dei genitricis semper que virginis Mariæ; de qua legi potest Florentinii exercitatiov. Ad rem nostram quod attinet, ita paucis vetustissimum Epternacense : Depositio sanctæ Mariæ et cathedræ Petri in Roma; Lucence habet: Et dedicatio sancti Petri apostoli, qua primo Romæ Petrus apostolus sedit; Corbeiense vero: Dedicatio cathedræsancti Petri apostoli, qua primo Romæsedit. Hæc satis accurate discussit Florentinius, festi illius antiquitatem post Baronium et Bollandum demonstrans. Mirum itaque a clar. Castellano ita disseri ac si indicare vellet festum cathedræ Ro- A dem rem discutiemus in Supplementis Januarii et manæ ante tempora Caroli Magni Gallis fuisse peculiare, Romæ vero et tota Italia prorsus ignotum. Mihi probabilius est non minus Romæ quam in Francia fuisse cognitum, tametsi singulari fortasse cultu seu peculiari missa celebratum non fuerit. quoniam festivitas alia xxII Februarii æque de Romana atque Antiochena cathedra soleret intelligi, ut advertit Belethus, ab ipso Castellano ibi citatus. et alii plures, tum hoc, tum dicto jam die xm Februarii. Lubens fateor hic nonnulla intervenire quæ longiori dissertationi materiam præbere possint, tum quæ ejusdem ex Romana ad alias Ecclesias propagationem circumstant, sed ad hujus controversiæ punctum dirimendum sufficiat, Romaniparvi auctoritas. Hoc enim, cum ex antiquiori Romano codice descriptum, et Roma Aquileiam, fatente Castellano, destinatum sit, diffiteri ipse om-nino non potest Carolo Magno longe esse antiquius. In eo autem expressissime legit : Cathedra sancti B lani conjectura expressa in notis a pag. 323, nimi-Petri, qua primum Romæ sedit. Nihil his addidit rum Priscam hanc nostram Aquilæ uxorem esse, Ado, nihil ex eo Usuardus, præter solum nomen apostoli. Debuit itaque consequenter admittere ctiam ante Caroli Magni tempora non in solis ecclesiis ritus Gallicani, sed etiam Romæ et in ecclesiis ritus Romani cathedræ sancti Petri hodiernam festivitatem, saltem iu Martyrologiis, de quibus solis hic quærimus, recoli consuevisse. Nec quidquam obest Bedæ, Flori et Wandalberti silen-tium, nisi quis pari ratione arguere velit ad expungendas sanctorum commemorationes prope innumeras. Rabanus pluribus verbis rem explicuit, cujus textum integrum pauculis mutatis Notkerus transsumpsit, in co potissimum discrepans quod ubi in Rabano reperisset dedicatio S. Petri apostoli, verterit ipse, hauddubie ex alio Ilieronymiano, Cathedra S. Petri, etc. Porro an utrumque festum, nempe et dedicatio templi S. Petri memoria fundatæ ejus cathedræ, recte hoc ipso die prædicetur, C putandum. De Usuardi lectione satis certum est, examinat Florentinius, et nos forte pluribus eam-

ANTUERP.-MAJ. in textu satis purus, addit : Ale-xandriæ, sancti Maximi episcopi, qui satis clarus et insignis titulo confessionis effectus est. » De eo etiam agunt codices alii, sed ad xxvII Decembris. remittitur. « Eodem die passio sanctorum Tirsi, Leucii et Gallenici. » Qui ex Hieronymianis accepti sunts Vide infra.

Rosweyd. plene purus esset, si non omitteret elogium Mosei et Ammonii.

PULSANEN. sic incipit : « Romæ, institutio cathedræ beati Petri apostoli, post primam suam scilicet sanctæ Antiochenæ ecclesiæ cathedram. » In reliquis satis purus est.

MUNERAT. Nescio cur hic præterita sit prima annuntiatio de cathedra, etc.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEYDEN., LOVANIEN., AL- D BERG., DANIC. et EDITIO ULTRAJ.-BELG. puri sunt, nisi quod diem inchoent a sancta Prisca, his verbis : «Passio sanctæ Priscæ virginis; quæ cum esset an-norum decem, mira pro Christo tormenta fortiter sustinens, demum ictu gladii sui sancti agonem martyrii feliciter consummavit. » In codice Lovaniensi est annorum tertio decimo. Alii ætatem omittunt et tutius, cum de ea nihil certi habeatur. Vide Bollandum.

CENTULEN. : « Cathedra sancti Petri apostoli deest qua], primum Romæ sedit. Et passio sanctæ Priscæ virg. Et in Ponto, sanctorum martyrum Mosei et Ammonii. Alexandriæ, sancti Maximi episcopi et martyris. Civitate Appolonia, sanctorum martyrum Tirsi, Leuci, et Gallenici. » Qui remittuntur ad xxviii Januarii.

BRUXELLEN. : Romæ passio sanctæ Priscæ vir-ginis et martyris. Quæ mira pro Christo tormenta fortiter sustinuit, et demum ictu gladii agonem sui

Februarii. Alias enuntiandi formulas suggerent Auctaria.

Priscam solam, omissa cathedra Petri, exhibet Frontonis Kalendarium. Sacramentarium Gregorii et virginem et martyrem appellat. Non uno modo loquuntur Hieronymiana apographa; atiud enim : Romæ sanctæ Priscæ virginis, aliud tantum, ut martyris meminit. Beda legit : Natalis sanctæ Prisce virginis et martyris. Romanum parvum : Bl sanctæ Prisce martyris; nec plus dicit Rabanus, Bedam tamen sequi solitus. In Adone fit mutatio, nam ibi rursus, virginis et martyris, idque serval Notkerus. Studione, an forte oscitantia, aut oblivione, Noster solum virginis titulum ascripserit, incertum est. Bollandus Priscam utraque laurea verosimillime donandam existimat, eamque, mea quidem sententia, vindicare videtur Sacramentarii Gregoriani auctoritas. Quod si vera esset Castelrum Priscam hanc nostram Aquilæ uxorem esse, forte neutram promereretur. Quid sentiat Wandalbertus collige ex ejus versiculo :

Quinta et dena simul Priscæ pro martyre gaude. Actorum fidem tueri non ausim ; utrum vero primitiva sint, ex quibus alii superius citata Martinæ et Tatianæ Acta formaverint, alibi examinari poterit. Mosei et Ammonii ex Hieronymianis meminit, eorumque elogium, nescio unde acceptum, suppedi-tavit Ado, Mosei pro Mosei substituens. Hoc solo excepto, ex Adone totum desumpsit Usuardus, totum Notkerus, qui Moysei scripsit. Locum martyrii distinctius exprimere visa sunt apographa Hieronymiana apud Florentinium, sed quem non facile reperias; uti nec illud satis compertum relinquunt, utrum aliorum, his fere conjunctorum, martyrum series, ad *Pontum*, ad *Nicæam*, an alio spectet, quod amanuensium ignorantiæ procul dubio imde rei veritate non est unde tuto statuere queas.

AUCTARIA.

martyrii feliciter consummavit. « In duabus aliis annuntiationibus satis purus est. Tum : « Alexandriæ, sancti Maximi episcopi, et confessoris. Turonis, sancti Leopardi confessoris.

HAGENOVEN : « Cathedra sancti Petri apostoli, qua primo Romæ sedit, quam gloriose rexit annis vigin-ti quinque, annis (vut dicere mensibus) sex, dies novem, sub Claudio et Nerone imperatoribus. Ipso die Romæ, passio sanctæ Priscæ virginis et martyris, sub Claudio imperatore. Quæ cum esset annorum decem, et mira pro Christo pateretur, tandem crinibus decalvatis afflicta ad idolum ducitur, ut adoret, sed illa non consenciit. Demum ictu gládii martyrium consummavit. Apud Pontum insulam, natale sanctorum martyrum Moysei, etc., » satis pure. In fine : « Item, Christicoli confessoris. » Vult dicere Deicoli.

AQUICINCT. : « Turonis, sancti Leobardi confessoris. »

VICTORIN. habet Amosei pro Mosei, ut aliqui ponunt Ammonis pro Ammonii. Et in fine cum codice REG. SUEC., signato num. 130, adjicit ut proxime: Turonis sancti Leobardi confessoris. »

DAVERONEN. de Leobardo, sic fusius : « Majori monasterio, beati Leobardi confessoris, qui sæculum salubriter respuens, crucemque Christi in ca-pite suo portans, apud idem monasterium se arctis simo specu retrusit. »

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Priscæ virginis et martyris. Coronatio sancti Petri, Mosei et Ammonii militum et martyrum. Deicóli abbatis et confessoris. »

IN VATICAN., num. 5949, adjici dicitur : « Romæ, natale sanctæ Priscæ martyris. »

DIVIONEN. ecclesiæ sancti Stephani : legit ut su-

pra: « Alexandriæ, sancti Maximi episcopi. Qui A satis clarus, et insignis titulo confessionis effectus est.

EDITIO LUBECO.-COL. in Cathedra, pura, adjungit : « Hic propter Simonem Magum, licet Dei occulto nutu, Romam perveniens, ibique prædicans Evangelium, viginti quinque annis ejusdem urbis tenuit pontificatum. Romæ via Hostiensi, passio sanctæ Priscæ: ... agonem martyrii sub Claudio imperatore feliciter, etc. Apud Pontum, natale sanctorum Moysei, etc. » In fine: « Monasterio majori, sancti Leobaldi confessoris. » Sic etiam in prima éditione scripserat Grevenus, in altera, ut mox patebit, posuit cum aliis, Turonis, Leopardi, neutro loco bene, nam Leobardi legendum est.

BELIN. in utraque editione habet : « Ipso die, passio sanctæ Priscæ virginis et martyris. » Item in utraque: « Mosey et Amonis. » Demum in fine: « Ipso die, sanctæ Liberatæ virginis: » Ilanc ex Belino descripsit Molanus, nec quidam addidit B lis sancti Volusiani, archiepiscopi Turonensis et unde dignosci possit. Certum videtur, non agi de Novocomensi Faustinæ socia. Restat igitur famosissima illa, quæ a Greveno indicari videtur. Ilispana an Lusitana, quæ in Belgio et alibi Wilgefor*tis* dicitur, de qua plura dicenda crunt xx Julii, quem diem eam Bollandus in Prætcrmissis rejicit.

GREVEN. : « Sancta Prisca cum esset tredecim annorum mira pro Christo tormenta sustinuit, ac demum sub Claudio, ictu gladii agonem martyrii consummavit. Alexandriæ, Maximi episcopi, Fortu-nati. Leonis, Luci. Item Tirsi martyris. Civitate Abitinensi, Saturnini et sociorum ejus martyrum. In Anglia, Wirmini militis et martyris. Eodem die, beati Deicolæ abbatis, discipuli sancti Columbani; de quo inter alia fidei et operum insignia legitur, quod aliquando fatigatus ex itinere, birrum suum in radiis solaribus, quasi in pertica suspenderit. Turonis, Leopardi confessoris. Conchas monasterio, Marciæ et Liberatæ virginum. Venetiis, translatio sanctæ Luciæ virginis et martyris. In Anglia Osiæ martyris. »

MOLAN., Lypis minoribus de Deicola Grevenum secutus est; sed pro *Leopardi*, melius scripsit *Leo-bardi*, hæc subjungens: « De cujus vita librum con-scripsit Gregorius Turonis episcopus, Ibidem, natamartyris.» In posterioribus editionibus aliter Auctarium disposuit : « Turonis, natalis S. Volusiani s ptimi archiepiscopi. Ibidem, depositio sancti Leobardi confessoris. Civitate Arvernis, sancti Venerandi episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Deicolæ abbatis Sutrensis, discipuli beati Columbani.»

XIV Kal.

In Smirna, Natalis beati Germanici martyris, qui sub Marco Antonino et Lucio Aurelio, per gratiam virtutis Dei, metum corporeæ fragilitatis excludens, sponte præparatam bestiam provocavit : cujus dentibus comminutus, vero pani, id est Domino Jesu Christo, pro ipso moriens, meruit incorporari. Apud Spoletum, sancti Pontiani martyris, temporibus Antonini imperatoris, quem judex pro Christo vehementissime virgis cæsum, jussit super carbones nudis pedibus ambulare : a quibus nil læsus, equuleo et uncinis ferreis jussus est suspendi et sic in carcerem trudi; ubi angelica visitatione meruit confortari, post quæ plumbo fervente perfusus, tandem gladio percussus est. In pago Dorcasino, sancti Launomari presbyteri.

NOTÆ.

Praten., Herinien., Tornacen., Antuerpien., Pulsanen., Max.-Lubec., Muneratus et Grevenus. Quid in Molano desit, brevi observabimus.

VARIANTES LECTIONES.

Greven. pro beati scribit sancti Germanici, ut C si dicatur et post, tametsi sensus postulare videaest in Adone. Munerat. cum nonnullis codicibus male legit Marco Antonio, textus noster purior est. Ant., Max.-Lubecana, ubique conformis, ante bes-tiam interjicit sibi, ut apud laudatum Adonem etiam legitur, quam vocem Pulsan, adjectivo præfigit, legens : sibi præparatam bestiam. Puto Germanam Usuardi lectionem hic repræsentari. Rursus Ant. habet tempore Antonini, pro temporibus. Ubi codices reliqui legunt, a quibus nil læsus, in Pul-san. ponitur : E quibus illæsus exiens. Item, Post quæ omnia, plumbo, etc., redundat vox omnia. Verum noto in plerisque codicibus, etiam purissimis, scribi Postque, fere per abbrevationem, veluti

tur, ut quæ sit casus præcuntis particulæ. Sed hoc in antiquis, saltem medii ævi Scriptoribus, mirandum non est, ut pote qui vix diphtongorum habeant rationem; unde amanuensium ignorantia factum crediderim at que conjunctio, vel encliticum, pro quæ relativo irrepserit. Launomarum et presbyte-rum et abbatem fuisse constat, at codices nostri (si Ant. et Max.-Lubec. excipias) abbatem non nominant. Pagum Dorcasinum, seu Dorcassinum scribunt passim. Grevenus Carnotinum vocat, utrumvis non male, ut apud Bollandum invenies; nos primam lectionem, tanquam vero Usuardinam præhabendam censuimus.

OBSERVATIONES.

rit, non alium invenio præter auctorem Romani parvi, ita hoc die scribentem : In Smyrna, sancti Germanici martyris, ad bestias damnati. Rationem quærere, cur hunc præ aliis diem elegerit, mere divinare est. Satis jain alibi ostendimus, Martyrologii hujus compilatorem sanctis plurimis, ex Rulino et aliunde desumptis, et antiquioribus martyrologis ignotis, pro solo suo arbitrio certos dies assignasse. Nec verosimile puto, visam unquam auctori illi celebrem Smyrnensium epistolam, in qua distinctiores aliquas, etsi non omnino certas, pro martyrii die notas reperisset. Interim Romanum parvum secutus est Ado, clogium ex codem Rufino, vel Eusebio adji-ciens, cujus locum integrum retulit Bollandus. Noster ex Adone omnia, sed non verbatim accepit; Notkerus, rariori exemplo, sola Romani parvi verba

Qui Germanicum primus in sacros Fastos retule- D transcripsit. Idem Adonis elogium etiam inter festivitates apostolorum recurrit, ubi de Polycarpo agitur xxvi Januarii. Hactenus pro textus nostri derivatione et præclara Germanici laurea, clara et plana sunt omnia. De proprio martyrii die ancens quæstio, de eo enim eadem ratione disputari posse videtur, qua Bollandus in doctissimo suo commentario § 1 Polycarpi certamen ad certum diem, nempe vii Kal. Aprilis seu xxvi Martii revocare conatns est. Et hæc quidem valde probabiliter ab eo stabilita esse nemo negaverit, at nec ipse tam explorata habuit, ut propterea mutandum putaverit determinatum a tot sæculis per Martyrologos diem, quod fecit Castellanus, utrumque sanctum ad Martium transferens, Polycarpum ad xxvi hunc nostrum Germanicum ad xxix. Incertitudinem illam recte observavit Ruinartius inter Selecta, pag. 26. ubi Vale-

Die 19.

669

sium et plures alios in eamdem sententiam adducit. A cum hisce characteristicis signatur : Bt Spolet, Tillemontius autem tomo II in Polycarpo, Græcorum Fastos præferre videtur, alii in diversa abeunt. Equidem fateor ex laudata Smyrnensium epistola plane constare, Germanicnm nostrum aliquot ante Polycarpum diebus agonem complevisse, an toto præcise octiduo nusquam patescit. Nihilominus Castellanus, remissso, ut jam diximus, ad xxvi Martii Polycarpo, sequelæ opinor gratia, quia hic xix Januarii colitur Germanicus, eumdem ad xıx remittendum putavit. Recte an secus alii viderint, nos Martyrologiis nostris Usuardi antesignanis inhærere debuimus.

De Pontiano, Spoletino martyre, non semel locuti sumus xıv Janúarii, quo die a Rábano Notkero et pluribus, præsertim Belgicis Martyrologiis, ob corpus Ultrajectum translatum, certatim recolitur. Hic vero etiam in Romano parvo, hoc proprie die, et

PRATEN. in apographo nostro ad marginem adjici B dicitur : « Parisiis, monasterio sancti Germani, dedicatio altaris in honore victoriosissimæ crucis, et beatæ et gloriosæ semperque Virginis Dei genitricis Mariæ, et sanctorum inartyrum Mauritii sociorumque ejus. » Ilæc tamen Castellanus in litteris ad me datis xxxi Maii MDCCIX ad diem præcedentem pertinere retulit. Cæterum hæc monasterii istius propria sunt, uti et alia subinde indicanda.

ANTUERP.-MAX., CENTULEN., VICTORIN, REG. SUEC., num. 130, et Burdegalen. : « Iherosolima, Marthæ et Mariæ, sororum Lazari. » Hæc ex Hierónymiano accepta sunt, ut habent Rabanus quoque, Notkerus, et alii. Et quidem in Victorino codice omnis præcluditur locus effugio, quo aliqui comminiscuntur Mariam et Martham, Mariæ et Marthæ supposi-tas; nam ibi omnes exprimuntur, hi Romæ, illæ autem Hierosolymis. Antiquissimum Kalendarium Cluniacense utramque hoc eodem die virginem vocat; quæ omnia proximo mense Julio in Actis opcrosius C erunt discutienda. Vide Sacramentarium Thomasii p. 144, ubi Maria, Martha, Audifax et Abacuc xx Jan. Sebastiano conjunguntur, forte amanuensis vitio. Sequitur in primo codice: « Et in Smirna, natale sancti Germanici martyris. In pago Dorcassi-no Corbionis monasterio, natale sancti Launomari abbatis, cujus gesta præclara habentur: » Quod etiam habent codex Ambian. et Molan.

ROSWEYD. Adoniane: « In Smirna, natale sancti Germanici martyris. Qui cum Primævæ ætatis venustate floreret, per gratiam virtutis Dei, metum corporeæ fragilitatis excludens, sponte præparatam bestiam, damnatus a judiće, jam provocavit, cujus dentibus, » etc., pure. « Marii et Marthæ et filiorum ejus Audifax, et Abacuc nobilium de Perside » Hi ad sequentem diem pertinent.

ACONES MARTYRUM. Textui satis puro subjicitur tota annuntiatio: « Via Cornelia, » etc., ut die sequenti.

ALBERGEN. Ct DANIC. præfatam annuntiationem D habent in principio, et in fine scribunt : « In pago Dorcasino Corbionis monasterio, depositio S. Launomari abbatis et confessoris. »

ANTUERP., MAX.-ULTRAJECT., LEYDEN. et editio ULTRAJECT.-BELG. præfigunt etiam Via Cornelia. etc., sed cum de Pontiano egerint xiv Januarii. eam annuntiationem hic prætermittunt. Habent etiam in fine *abbatis*, etc.: in quo convenit Cen-TULEN., qui de Germanico scribit ut Rosweyd. supra.

LOVANIEN. cum prioribus consonat, nisi quod elogium Marii, etc., inedia fere parte mutilaverit.

BRUXELLÉN. incipit: « Romæ, via Cornelia, » etc. Tum: « Jerosolima, Marthæ et Mariæ sororum Lazari. » De Germánico et Pontiano, satis pure. Deinde: « Et passio sancti Tyrsi gloriosi martyris cum sociis suis, » ex die præcedenti. In fine « abbatis et confessoris. »

sancti Pontiani maztyris, xix Kal. passi xv sepulli, xiv in sepulcro mutali, quando celebrior dies ejus agitur. Eadem habet Ado, cum longiori ex Actis extracto cujus elegans compendium brevitati suæ aptavit Noster, ut in textu repræsentatur. Vide Bollandum xıv Januarii, vel notam Castellani pag. 248 et 249. Launomarum ab Usuardo ipso prioribus duobus superadditum evidenter ostendunt citati supra, et alii Usuardini codices prope omnes. Cur a Moláno expunctus sit, nescio, certe hinc cœpi doceri, falsam esse eorum opinionem, qui Molanum ex codice Pratensi Usuardum suum edidisse existimant, cum ab co pluribus aliis locis aperte dissen-tiat. Wandalberti versiculus sic forte legendus.

Bis septena Niceto'Launomaroque coruscat.

AUCTARIA.

HAGENOYEN. in prima de Germanico, satis purus est. Secundo loco: « In pago Dorcasino, sancti Lauromari abbatis. » Tertia est : « Romæ, via Cornelia, » etc. De Pontiano egit cum aliis xiv Januarii.

MATRIC.-ARTHUS., ULTRAJECT. : « Germanici mar-tyris incliti, qui traditus est ad bestias. Launomari presbyteri et confessoris. »

In VATICAN., sub num. 3949, deest Launomari. ALTEMPSIAN. in Anglia auctus : « Translatio sanc-

ti Burghwaladri episcopi et confessoris. »

BELINUS. in utraque editione, post Germanicum et Pontianum, de Maria et Martha, etc., eadem refert, quæ jam diximus ab Usuardo melius poni die scquenti. Utrobique etiam habet : « In Laude civitate, sancti Bassani [alii scribunt Bassiani] episco-pi et confessoris. » In prima editione deest Launomarus. Nil juvat errores typographicos recensere.

EDITIO LUBECO-COL. sic incipit : « Colonia Aggripina, translatio sanctæ Antoninæ et aliarum sex virginum et martyrum de illa nobili societate undecim millium virginum, ad ecclesiam parochialem sancti Joannis Baptistæ. »

GREVEN., post integrum Usuardi textum, sic pro-sequitur « Iste Launomarus puerulus parentum suorum gregem pascens, victum suum egenis el peregrinis distribuebat ; ipse usque ad solis occasum jejunium frequenter protahens. Liberalibus deinde traditus litterarum studiis, sacerdosque effectus, cremum adiit : ubi inter alia virtutum prodigia claudum curavit, ignis impetum signo crucis opposito extinxit, et annosam quercum, ejusdem crucis virtute, in loco quo voluit transposuit. In Anglia, Joannis Brangualatoris eremitæ. Eodem die, secundum aliquos, Marii et Marthæ cum aliis, quos Usuardus ponit die sequenti. In Africa secundum Bedam » (quodnam Bedæ apographum viderit, incertum est : nullum hactenus nec impressum, nec ms. nobis innotuit, ubi eo ordine habeatur martyrum series hic apposita, videlicet) a sanctorum Pauli, Quinti, Geronti, Januarii, Saturnini, Successi, Piz, Germanii, Julii, Gagi. In Suecia, beati Henrici ar chiepiscopi Upsalensis et martyris. Qui Anglus natione præfatam regens Ecclesiam tempore sancli Erici regis Sueciæ, cum eodem ad convertendam plehem Finlandiæ profectus, ob zelum justitiæ, a scelerato quodam trucidatus est. Cum autem idem ejus percussor, birretum S. martyris, capiti suo impositum amovere tentaret, cutem sibi cum carnibus abstraxit. In Anglia, sancti Wolstani episcopi Wigorniensis et confessoris. Hic cum ab æmulis suis Synodo præsidentibus, tanquam imperitus baculum juberetur pastoralem resignare : Libenter, inquit, resigno, sed non vobis. Et hæc dicens, baculum ipsum lapidi durissimo, quo tegebatur sepulcrum sancti Edwardi regis, sic infixit, quod a nemine moveri potuit. Quo illi confusi miraculo, ut baculum reassumerci, præceperuut. Apud Colonism

Agrippinam, translatio sanctæ Antoninæ virginis et A cassino, etc. Eodem die, beati Contexti episcopi martyris, et aliarum sex de societate, ut supra ex editione Lubeco-Col. Bassiani Laudensis episcopi et confessoris, vita et miraculis clari. Hic beatum Ambrosium Mediolanensem visitans, clero ipsius obitum ejus prædixit, defunctumque tumulavit. Eodem die, Hugonis archiepiscopi. Item Contexti episcopi et confessoris. »

Molanus., post illa Usuardi verba, gladio percus-sus est, addit fere ex Adone : « Consummavit autem martyrium suum xvm Kal. Februarii, et sublatum corpus ejus a Christianis, sepultum est xv. Kal. : celebris vero dies ipsius agitur xiv Kal. Februarii, quando iterum sacrum ejus corpus mutatum est.» Sequitur : « Via Cornelia, etc., » ut die sequenti. « In Laude civitate, sancti Bassiani, etc. Lugduno, Nicetii episcopi. Monasterio Corbionis, in pago Doret confessoris. » Quæ habet minori charactere, de sanctis Africanis secundum Bedam, de beato Henrico Upsalensi, et sancto Wolstano, ex Greveno ad verbum desumpta sunt. Posteriores editiones ab Usuardo longius recedunt. Initium est, Via Cornelia, etc. Post quæ sequitur nota observatu digna : « Horum celebritas, inquit, uno die prævenitur, quia dies passionis eorum, martyrio sanc-torum Fabiani et Sebastiani solummodo deputatur.» Festa transferri, id notissimum est, præveniri multo rarius : quamvis non diffitear exémpla sup-petere, quibus id factum esse, contra Castellanum demonstretur. Hoc novi in his editionibus accedit, quod beato Contexto locus assignetur, nempe : *Bodem die, Bajocas*, etc. Henrico Upsalensi, mar-tyrii annus, scilicet, 1151.

XIII Kal.

Romæ, natalis beati Fabiani papæ, qui cum tredecim annis Ecclesiæ præesset, martyrium est passus tempore Decii, et in cimiterio Calisti sepultus. Eodem die Catacumbas, sancti Sebastiani martyris, qui cum haberet principatum primæ cohortis, jussus est sub titulo Christianitatis a Diocletiano imperatore ligari in medio campo, et sagittari a militibus, atque ad ultimum fustigari donec deficeret. Via Cornelia, sanctorum martyrum Marii, et Marthæ cum filiis suis Audifax et Abacuc, nobilium de Persida, qui ad orationem venerant Romam tempore Claudii principis. E quibus post toleratos fustes, equuleum, ignes, ungues, manuum præcisionem, Martha in nympha necata, cæteri sunt decollati, et corpora eorum incensa.

NOTÆ.

Sumitur ex Praten., Herinien., Tornacen., Pulsanen., Antuerp. et Max.-Lubec. Munerat. Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

tum Fabiani ad duodecim annos restringit : alii martyrologi nimium extendunt, ut in Observationibus dicetur. Præesset, minus quidem ad exactam syntaxim, sed tamen ita Beda, ex quo alii omnes, et codices nostri, excepto Molano, qui legit prefuisset, hic et alibi satis libere antiquam simplicitatem corrigens. Cimiterio habent passim codices quos sequimur. In Callisti, Calisti, Calixti sæpenumero variant, ut mirum videri non debeat, si nec nos stabilem orthographiam servemus. Molanus iterum elegantius voluit scribere, apud Catacum-bas: Pulsanen. et Munerat. ad Catacumbas: cæteri neglecta præpositione ponunt, Eodem die Catacumbas, et ita, licet magis barbare, legendum

Pulsanen. contra alios omnes codices, pontifica- B putavimus. Ligari in medio campo, haud Usuardi lectio est, secundum Bedam et Adonem : Tornacen. et Munerat scribunt religari. In Pulsanen. fusticari pro fustigari librarii mendum est. Hoc notabilius, quod ubi cæteri omnes recte scribunt, nobilium de Persida, solus ille habeat hi nobiles fuerunt viri de Siria, Venerunt Romæ, Greven. Romæ, melius ex aliis Romam. Rursus Greven. et Molan. temporibus Claudii, pro tempore, etc. Pulsanen. habet manuum pracisiones, servanda Bedæ et Adonis lectio in singulari. Item apud cosdem Greven. et Molan. in lympha, legendum in nympha, ut bene probat Bollandus, at fusius explicat Castellanus pag. 340, ubi et alia de his sanctis satis curiose observantur.

OBSERVATIONES.

adverto in referendis iisdem sanctis concordiam. Habent omnes hos sanctos Hieronymiana apographa præter morem satis hic conformia, habent Beda, Rabanus et Notkerus; atque in serie nostra Romanum parvum, Ado, Usuardus. Quærit Florentinius, quid innuat ea plerorumque Hieronymianorum indeterminata formula : Romæ in czmeterio, Fabiani episcopi, et Sebaslani; et satis apposite, ni fallor, ex Cypriano accipi putat antonomastice pro *cometerio Callisti*, idque ex Kalendario Bu cherii confirmat, non integre locum referens, quiita legendus est : xiii Kal. Feb. Fabiani in Callisti et Sebastiani in Calacumbas, Alia Kalendaria aut Sacramentaria referre supervacaneum reor, cum ab omni ævo satis consecrata fuerit inclytissimorum sanctorum memoria. Notabilis est Bedæ Callixti sepultus. Hæc ex eo descripsit Rabanus, aliqua ex Pontificalibus adjiciens, quæ omnia in Notkerum transierunt, alia adhuc parte, ex præfato fonte, paulo auctiorem. In Romano parvo simpliciter ponitur : Romæ, Fabiani papæ et martyris. Ado Bedam sequitur, sub ea tamen cautione, ut

Inter antiquos martyrologos singularem plane C cætera ex eo desumens, pro xxv annis substituat : Qui cum xiv annos, menses xi, ac xii, dies. Textum suum ex alterutro mutuavit Noster, at rejecto utriusque calculo, eum signavit, qui proxime ad veram chronologiam accedit. Cætera vide apud Bollandum et recentius apud Tillemontium tomo III, a pag. 363 In textu Hieronymianio diei præcedentis ex codice Lucensi ultimo loco ponitur : Romæ, passio sancti Sebastiani martyris. Duplicati festi rationem, vel saltem conjecturam ibidem invenies. Romanum parvum tertio loco legit : Bt Sebastiani in vestigiis Apostolorum sepulti. Ado prolixius Bedæ elogium totum transumpsit, exclusa solum Sebastiani pa-tria, de Mediolano. Rabanus Bedam incorruptum reliquit, Notkero Adonem sequente. Noster brevius suum encomium ex diffusioribus illis, seu Bedæ, seu Adonis contraxit, Catacumbas recte exprimens, textus hujusmodi : Romæ, Fabiani episcopi, qui cum vigini quinque annis Ecclesiæ præesset, pas-sus est marlyrium tempore Decii, et in Cometerio D translatione congerentem. An Acta vere ab Amde quibus Acta xxiv Junii a pag. 439 et Castella-num a pag 353 multa erudite de Sebastiano ejusque brosio ex autographis, et authenticis composita sint, merito dubitatur, at egregia esse, gravia et fide digna, omnes cum Hesselio apud Molanum, Bollando, Ruinartio pag. 295 aliisque fatentur; nec id Tillemontius negaverit, cujus compendium legi dignum est tomo IV a pag. 515. Wandalbertus sic hodie canit.

Die 20

1

Tertia post decimam Fabiano præsule floret : Cui parili Sebastianus virtute cohæret, Roma quem vectu:n nunc Suessio læta frequentat.

Tertia annuntiatio in Hieronymianis eodem defectu laborat : In cometerio, Marii, Martha, Audifax et Abbacuc. Hic vero Florentinius antonomasiæ beneficio non utitur, sed innominatum cœmeterium Arenarium censet esse Via Cornelia quæ in Epternacensi et Usuardo signatur. Sola nomina exprimit Romanum parvum, quorum primum et ultimum varie a nonnullis contorta reperies; ut Maris, vel Marini pro Marii; Ambacum Ambucuc, Abacum, etc. Cæterum ex Beda rursus derivantur quæcunque Rabanus, Ado, Usuardus, Notkerus in

ANTUEP.-MAJ. in Fabiano Adonianus est. De Sebastiano etiam aliqua admiscet hoc modo : « Qui intantum carus erat Diocletiano et Maximiano imperatoribus, ut principatum ei primæ cohortis trade. rent. Quem Diocletianus, ubi Christianum cognovit, nec a fide posse revocari, jussit ligari in medio campi, quasi signum ad sagittandum, et sagittari a militibus; qui cum sagittis plenus quasi hericius esset, putantes eum mortuum, abierunt. » Desunt reliqua, quæ cum prioribus, melius in Beda, vel Adone legentur. Sic et in tertia incompletus est : « Eodem die Romæ, natale sanctorum martyrum Marii... et Abacuc nobilium, qui ad orationem venerant Romæ, tempore Claudii principis. »

Rosweyd. in Fabiano etiam Adonianus est. De Sebastiano ex eodem fonte alia ferme decerpit; « Qui jubente... quasi signum ad sagittam positus, ita sagittis repletus est, ut quasi hiricius videretur. Dehinc intra paucos dies sanitate recuperata, cum ipsos imperatores de persecutione injusta Christianorum, libera voce corriperet, denuo captus, felici consummatione martyrium excepit, sepultusque C est in Catacumbas juxta vestigia apostolorum. » De Mario, etc., die præcedenti.

AGONES MARTYRUM Fabiano ascribuntur anni xiv. De Sebastiano pure. De reliquis pridie.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEYDEN., LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ.-BELG. uli pridie retulerunt martyres Persas ita eosdem hodie prætermittunt. In Sebastiano puri sunt.. de Fabiano, post *papæ*, hæc solum interserunt : « Qui decimus nonis post beatum Petrum. »

ALBERG et DANIC. cum prioribus conveniunt, sed post *sepultus*, adjiciunt insuper : « Hic Chrisma constituit annis singulis in Cœna Domini celebrari. »

CENTULEN : « Romæ, passio beati Fabiani papæ, et martyris. Eodem die, sancti Sebastiani martyris, cujus fide atque doctrina multi martyrio coronati sunt. Item eadem die Romæ, sanctorum Marii et Marthæ, cum filiis suis Audifax et Abacuc nobilium D Persis etiam die præcedenti. de Persida, qui ad orationem venerant tempore Claudii imperatoris. »

BRUXELLEN. sic incipit : « Romæ, natale sancti Sebastiani de Mediolano ac comitum ejus. Qui cum... » non omnino pure. Dein post « desiceret : Quem mortuum in cloacam miserunt. Cujus corpus a quodam Licineo inveutum, et in cripta juxta vestigio apostolorum sepultum, est. » Tum de Fabiano, post papæ et martyris, sic prosequitur : « Qui sede vacante dum de futuri pontificis electione tracta-retur, cum aliis adfuit, et subito columba candida de cœlo super caput éjus descendens, dixit : Tu Romæ episcopus ordinaberis. Qui sic divinitus electus, post laudabilem vitam, a Decio pro fide Christi decollatur. Hic statuit ut omni anno in cœna Domini crisma consecretur: et exactam curam habuit ut gesta martyrum in integrum colligerentur.» De Persis, die præcedenti.

HAGENOYEN. de Fabiano, paulo aliter primo loco

A suos textus transtulere. Hos inter minimum a fonte recedere videtur Usuardus, si positionem excipias, nempe Via Cornelia, quam ille solus præfixit, in Actis fortasse aut in aliquo Hieronymiano apographo repertnm. De Actorum sinceritate minus videtur dubitasse Bollandus, quam Baronius : a selectorum collectione a Ruinartio exclusa sunt. Equidem totius historiæ subjectum, ut ita loquar, satis verum existimo, ast omnia complanare, quæ Tillemontius objicit tomo IV a pag. 673 difficillimum arbitror. Si quid tamen Bollandianis disquisitionibus superaddi, aut magis illustrari queat, id in loco præstabimus, atque eo veritatis studió, quo in similibus versari solemus.

AUCTARIA

annuntiat : « Qui fuit xix post beatum Petrum, et per indicium columbæ, super eum divinitum descen-dentis, in papam est electus sub Gordiano imperatore, et Ecclesiæ præfuit xui annis. Iste Fabianus interesse Paschæ sollempniis, donec peccata sua confiteretur et pœnitentiam ageret. » Vide Bollandum. « Hic septem subdiaconos constituit, qui gesta martyrum colligeret (colligerent). Tandem sub persecutione Decii capitis amputatione martyrium complevit. » De Sebastiano, sic habet : « Apud Cathecumbas, beati Sebastiani militis, et martyris, qui multos in fide etpassione confortavit, et multos ad fidem convertit. Hic cum haberet » non satis pure. « Sed postea præsentans se imperatoribus, conveniens illos de injusta persecutione sanctorum et ideo jussus ad mortem fustigari et corpus ejus in cloacam projici. »De Persis, die præcedenti.

Victorin. Ex Rabano post sepultus, de Fabiano habet sequentia : « Hic regiones divisit diaconibus et fecit septem diacones, qui septem notariis imminerent et gesta martyrum in integrum colligerent, « Deinde hæc assuit : « Hujus temporibus super venit Novatianus [*vult dicere* Novatus] ex Africa, et separavit de ecclesia Novatianum, postquam Moyses confessor in carcere defunctus est, qui fuit mensibus x1. »

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. :« Fabiani et Sebastiani, Martyrum, Marii et Marthæ cum filiis nobilibus. Marcelliani et Marci, ac Tranquillini patris eorum, martyrum. » Spectant hi ad xvm Junii, hic autem Sebastiano forte juncti sunt, quod eorúm gesta in illius Actis comprehendantur.

REMENS. Écclesiæ, SS. Timothei et Apollinaris: «Lugduno Galliæ, sancti Clementis presbyteri.» De eo meminerunt apographa Hieronymiana;uti etiam Acta nostra perpaucis.

EDITIO LUBECO.-COL. de Fabiano solum inseril, ut supra : « Qui xix post beatum Petrum. Eodem die Romæ ad Catacumbas, natale sancti Sebastiani martyris. Qui cum haberet, » ut supra, etc. De

BELIN. Utraque editio in textu non omnino pura est : omittit Persas, de quibus egit die præcedenti, et in utraque subjicitur : « Civitate Taurina, sanctorum martyrum Šolutoris, Adventoris et Octavii. » Sunt hi ex celebri legione Thebæa, et in Prætermissis remittuntur ad xx Novembris, quo die eorum meminit Martyrologium Romanum.

GREVEN.., præter morem, hoc unicum habet additamentum : «Eodem die, beati Policronii martyris.» Duo in Prætermissis Polychronii memorantur, uter eorum sit, hactenus nescimus.

MOLAN. in prima editione : « Civitate Taurina, sanctorum martyrum Solutoris, Adventoris et Oo-tavii ; » ex Belino, « Lugduno Galliæ, sancti Cle-mentis presbyteri. » De quo supra. In posterioribus adjungitur: « Die vigesima, sancti et theophori patris Euthymii magni. » De ipso in Actis fuse, et forte alia in Supplemento addi poterunt. Tum typis mino-ribus : « Eodem die sancti Mauri episcopi Cesennæ Objit Dagobertus rex Francorum. Constitutum est autem a Domino Joanne abbate, et universo capitulo Marcianensi, ut dies anniversarius ejus solemniter celebretur, pro eo quod idem gloriosius rex

XII Kal.

civitatis et confessoris, eximiæ sauctitatis Viri. A et Mathildis regina ejus, cum beatam virginem Eusebiam de fonte salutari suscepissent, Villam Verniacum, et vinum, quod ad usus nostros de Francia adduceretur, regali munificentia contulerunt.» Vide Prætermissos.

Die 21.

Natalis beati Publii episcopi, qui secundus post Dionysium Arcopagitam Atheniensium Ecclesiam nobiliter rexit, et præclarus virtutibus, ac doctrina præfulgens, ob Christi martyrium gloriose coronatur. Romæ, passio sanctæ Agnetis virginis, quæ sub præfecto Urbis Symphronio ignibus injecta, sed his per orationem ejus extinctis, gladio percussa est. In Hispaniis civitate Tarracona, sanctorum martyrum Fructuosi episcopi, Augurii et Eulogii diaconorum, qui tempore Galieni in primo carcere trusi, deinde flammis injecti, exustis vinculis, manibus in modum crucis expansis, orantes ut urcrentur obtinuerunt. Trecas, sancti Patrocli martyris.

NOTÆ.

Ex Prat., Herin., Torn., Pulsan., Munerato, Creveno, Molano, et Agonibus martyrum.

VARIANTES LECTIONES.

Pulsan. scribit sancti Publii, et ita passim recen- B disputo. Tugurii pro Augurii in Pulsan. scripto-ores codices cum Antu.-Max., Lubecana, etc. Idem ris vitium reputo. uti Galeni pro Galieni in Agotiores codices cum Antu.-Max., Lubecana, etc. Idem legit Ariopagitam, uti et Herin. et Tornac. : quod vix observatu dignum in præfatione monuimus. Greven, et Molan. transposuerunt nobiliter rexit, legentes rexit nobiliter. Plus aliquid aus is Pulsan. elegantius legere credidit; Atheniensium nobiliter rezit ecclesiam. Muneratus secundæ editionis, nescio quomodo, et præclarus virtitubus, vertit et prædicans virtutibus. Et sic in Agonibus martyrum. Rursus Pulsan. pro gloriose coronatur, posuit glorio-se occubuit. Greven. et Molan. titulo virginis appo-nunt, et martyris. Munerat. contra, sensum hiulcum facit, omittendo quæ sub præfecto. Symphro-nio legunt codices probati omnes post Adonem; Pulsan. cum aliis, forte Bedam imitatis Simpronio vel Sempronio. Item Tarracona illi, hi cum Munerato et Agonibus MM. Terracona, utri rectius, non

nibus MM. Melius scriberetur Callieni, sed codices sequimur. Lego, in carcere trusi, quod ita Usuardum scripsisse sentiam, melius dixerat Ado in carcerem. Cæterum recedunt Pulsan. Greven. et Molan. qui id corrigendum putarunt. Agones MM. pro expansis. Greven. omisit vocem orantes, ante, ut urerentur; forte quod sensum obscuriorem esse adverterit: sed maxime improbanda Pulsan. Codicis licentia, ita corrigentis: In carcerem sunt retrusi: deinde flammis injecti, ut urerentur, Sed exus-tis vinculis, manibusque in modum crucis expansis, orando obtinuerunt martyrii palmam. Trecas scribunt omnes, medii ævi stylum secuti, liberior Grevenus habet, *Trecis*, cum Agonibus martyrum. Præferenda est qualiscunque Usuardi lectio.

OBSERVATIONES.

ter primo loco Publium annuntiant, plures alii cum Belino Agnetem præposuere. Et ita habent apographa Hieronymiana, Romanum parvum, Rabanus et Ado. Cur id mutandum censuerint Usuardus, et Notkerus, non facile divinaveris. Neque enim ætatis ordo prætexi potest, nam ea ratione in ultimum locum rejicienda fuisset celeberrima *Agnes*, tametsi cum Bollando statuas sub Valeriano et Gallieno, non sub Diocletio, ut probabilior fert sententia, martyrii coronam adeptam. Hic itaque cæteris omnibus anteponitur Publius, quem ex iis unum censemus, cujus primo in Fastis sacris memoria auctori Romani parvi accepta debetur, nam qui in Hieronymianis apographis Puplius, Publiis, vel Publius inter alios martyres connumeratur, nullam cum hoc nostro connexionem habet et falli plane opinor Castellanum, qui ex illis novem desumptum existimat. En modo Romani parvi verba : Athenis, S. Publii episcopi, qui Militenus a Paulo episcopus ordinatus. Aliter D Ado: Item apud Athenas, B. Publii episcopi, ob Christi marlyrium coronati. Et quidem sic excluduntur difficultates chronologicæ, quibus se implicat in festivitatibus apostolorum, dum Publium Militenum, Dyonisii Areopagitæimmediatum successorem constituit, quod a Bollando citati viderunt Baronius, et Halloixíus, et recentius tomo II variis locis impugnat Tillemontius. An Noster Adonem contrahens observatam difficultatem evitare voluerit, non est promptum asserere, certeita annuntiationem formavit ut verum, vel saltem vero proximum attigerit.

Verissime ab Hieronymo pronuntiatum est ep. 8 ad Demetriadem (quæ in nova editione 974) sub finem, omnium gentium litteris atque linguis laudatam esse Agnes vitam, ut egregie probant Ambrosii,

Codices nostri Usuardini optimæ notæ concordi- C Augustini, Gregorii et tot aliorum encomia. Precipue in Bcclesiis, inquit idem Hieronymus; imo in antiquissimis quibusque Kalendariis, Martyrologiis, Sacramentariis. Buchenarium (imprimis diserte legit: Agnetis in Nomentana. Carthaginense : Sancta Martyris Agnes. Frontonis, quasi ad geminati festi distinctionem : Natale sanctæ Agne de passione, ubi melius legeretur Agnes a recto Agne. Hierony miana primo loco habent : Romæ, passio Agnetis virginis. Brevius, Romanum parvum sancta Agne-tis virginis, Bedæ elogium totidem fere verbis a Rabano et Adone in Martyrologio transumptum est: Noster, qui ex postremo cætera, et hoc verosimiliter mutuatus est. Ast in eodem Adone inter festivitates apostolorum diffusior texitur historia, quam dicere possis Actorum illorum compendium, quæ sub Ambrosii nomine circumferri solent, ex quo pluscula a Notkero decerpta sunt. An vere Ambrosiana Acta crediderit Bollandus, est cur dubitem : utcunque tamen fuerit, ab eruditis hodie sancto illi doctore passim abjudicantur. Nec sane magna ea jactura reputanda est, cum ab ipso Ambrosio lib. I de Virg., cap. 2, a Prudentio. Maximo Taurinensi, et tot aliis Patribus cumulatissime compensetur. Vide Ruinartium inter selecta a pag. 503, ubi Prudentii hymnum 12 et citatum Ambrosii locum illustrat. Tillemontius tomo V, a pag. 344, et Castella-nus in hodiernis noțis; nonnulla observanț, quæ in Supplemento examinari poterunt. De sola Ágnete cecinit Wandalbertus:

Bis sexta est, Agnes quam virgo et martyr honorat.

lartyres Tarraconenses commemorant Hierony miana, ad quos paucula notavit Florentinius, alibi fortasse discutienda. Fallitur iterum Castellanus,

677

dum in omnibus Martyrologiis prosaicis corum no- A male ab Acherio inter adjectitios computatus est. mina reperiri affirmat, quandoquidem nec Beda, ncc Romanum parvum de iis meminerint. Signat ipsos Florus cum proprio sibi elogio. Ado elegantius ex Actis composuit, quod noster in pauciora redegit. Rabanus solum Fructuosum seligit, eique perperam attribuit regulas monachorum, multis post sæculis a Fructuoso Braccarensi episcopo adornatas: Notkerus Adonem sequi maluit. Acta a Bollando illustrata authentica esse fatetur Ruinartius, quem vide a pag. 219, et Tillemontium tomo IV, pag. 198. Ex laudatis Hieronymianisetiam sumptusest *Patroclus* Trecensis : Trecas, passio sancti Patrocli martyris : qui

ANTUERP.-MAJ. incipit ab Agnete, in qua satis purus est. Tum : « Apud Athenas, natale sancti Publii episcopi et martyris. » Tarraconenses carent elogio. Demum : Trecas, passio sancti Patroclii martyris, tempore Aureliani imperatoris. Qui post di-versos, quos pro Christo sustinuit, agones, capitis B obtruncatione martyrium consummavit, et sepultus non longe est. »

Rosweyd. de Agnete, bene. De Publio, ut Ado in Martyrologio : » Item apud Athenas, beati Publii episcopi, pro Christo martyrio coronati. » In Tarraconensibus clogium constringit : « In Hispania civitate Taragona, natale sanctorum Fructuosi epi-scopi, Augurii et Eulogii diaconorum, qui tempore Galieni, sub Emiliano præside martyrio coronati sunt. » In ultima purus est. ANTUERP. et MAX.-LUBEC. toto textu satis puri

sunt, sed in elogio Terraconensinum ex Adone supplent quod Usuardus prætermiserat « Et mox quidam ex fratribus, et filia præsidis, quæ astabat, viderunt sanctorum animas cœlum conscendere coronatas. » Eadem habent codices mediæ notæ.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEYDEN., ALBERG., DA-NIC. et editio ULTRAJ. BELG. non minus sinceri, si Agnetem Publio non præponerent.

LOVANIEN. ctiam præfigit Agnetem; sed præterea mutilus est, carens toto Publii elogio.

CENTULEN. : « Apud Athenas, sancti Publii episcopi et martyris, quem docuit et ordinavit sanctus Paulus apostolus. Romæ passio sanctæ Agnetis virginis, sub judice Symphonio. » In Terraconensibus, post « diaconorum, » addit, « et martyrum, » carens elogio. In ultima purus est, sed adjicit, « tempore Aureliani. »

BRUXELLEN. de Agnete, subdit : « Cujus quotidie in canone missæ memoramus. » De Publio, Adonis elogium inter festivitates apostolorum cum Usuardino sic fere commiscet : « Apud Athenas, beati Publii episcopi et martyris. Qui pridem princeps insulæ quæ dicitur Militena, cum beatum Paulum navigantem Romam, per triduum hospitio susceptum humane tractasset, et Paulus patrem ipsius febribus, et dissenteria laborantem per impositio-nem manus sanasset, cœpit sancto Paulo adhære- D re. Qui ipsum postea episcopum ordinans, ad prædicandum direxit. Hic fuit secundus post Dyonisium, » etc. In Terraconensibus non omnino purus est, et ex Adone adjicit idem, quod supra. In fine : « Eodem die Trecas, tempore Aureliani imperatoris, passio sancti Patrocli martyris gloriosi, qui Susati requiescit. » Vide Bollandum.

HAGENOYEN., in Public satis purus, secundo loco

Ex isto fonte eum acceperunt Rabanus et Ado, cum ea diversitate, quod ille locum notare neglexerit, hic vero distinctius : Apud Trecas. Cur noster minus eleganter scripserit, cur Notkerus omiserit, non est operæ pretium inquirere. Satis patet Usuardum sua omnia ex Adone desumpssise. Quod autem hic et alibi a Baronio, vel Bollando Bedam citari advertas, de pridem vulgato intellige quod supra monuimus, quodque in cautelam passim indicare Bollandus consuevit. De Patrocli Actis, et translatione, diligenter agit Bollandus, quibus adde que recentius observavit Tillemontius tomo IV, pag. 203.

AUCTARIA.

habet de Terraconensibus, ut ANTUERP., etc., superius. De Agnete sic habet : « Romæ, passio sanctæ Agnetis virginis et martyris. Quæ in juventute su sponsum elegit sibi Deum, et ideo filium præsidis Symphronii recusans; et ob hoc turpiter est denudata, et crinibus suis tecta a Deo, et ab angelo in lupanari custodita. Hæc postquam filium præsidis, qui illam contaminare voluit, a morte suscitavit, in ignem projicitur et occiditur, sed non læditur igne: tandem gladio percutitur et subiit mortem. Eodem die Trecas, » elc.

MATRIC.-CARTHUS. ULTRAJ. sic legit : « Agnetis virginis et martyris solemnitas. » Et in margine; «Ex speciali licentia capituli, propter præsentiam corporis ipsius, quod est in ecclesia sancti Martini Trajectensi, valde solemniter in loculo argenteo deaurato locatum. » Molan. in posterioribus editionibus, ipsi Usuardi textui, litteris cursivis, de eadem sancta hæc interserit, « Cujus reliquiæ habentur in Trajecto inferiori. » Videantur Bollandus et Castellanus.

BELIN. Prima editio mutila est, altera ferme integra, sed utraque ab Usuardo discrepat, quod pri-mus locus Agneti tribuatur.

EDITIO LUBECO COL., ab Agnete etiam incipiens, Usuardino elogio, post Virginis, hæc verba interponit : « Quæ decimo tertio ætatis suæ anno, temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum, sub præfecto urbis, » etc. In Publio, pura est. In MM. Terraconensibus Adonem potius, quam Usuardum describit. De Patroclo sic habet : « Eodem die Trecas, sancti Patrocli martyris, qui tempore Aureliani imperatoris decollatus est. »

GREVEN. : « Iste Patroclus civis erat Tricassinæ urbis, sed Christi amore, contemptis divitiis, ad palmam martyrii post compedes, ignitas catenas, et fustes superatos, capitis abscissione pervenit. Vitalis, martyris Agaunensis. Meynradi eremitæet martyris : Translatio S. Vincentii Levitæ, Arvernis, Aviti episcopi. Hermis episcopi. Item sancti Celestini. x

MOLAN. edit. prima minuto charactere : « Ancyra Galatiæ, S. Busyris egregii martyris. » Tripartitæ lib. vi, cap. 13. « Meinradi eremitæ et martyris Augiensis. »Editiones alteræ sic habent : «In insula Augiensis monasterii, Meinradi eremitæ et martyris anno DCCCCLX. Die XXI, sancti patris Maximi con-fessoris, et sancti Neophyti. Eodem die, sanctorum martyrum, Eugenii, Canidii, Valeriani, et Acylæ. » De Maximo vide Prætermissos : utrum Neophytus ille Anastasius sit, me latet. Vide Acta pridie, et hodie Prætermissos.

XI Kal.

Die 22.

Natalis sancti Timothæi, discipuli beati Pauli. Hic ab eodem Apostolo episcopus Epheso ordinatus, post multos pro Christo agones, martyrio coronatus est. Eodem die apud civitatem Valentiam, sub Daciano Hispaniarum præside, sancti Vincentii Levitæ, et martyris. Cujus passionis nobilem triumphum conspicuus versificator Prudentius luculenter versibus exsequitur : sanctus quoque Augustinus ejusdem martyris præ684

conium, quantum sit laudis honore excipiendum, quodam sermone commendat. [Bouillart. legit. : * Apud Valentiam civitatem Hispaniæ, sancti Vincentii Levitæ et martyris, cujus certaminis triumphum, temporibus Dioclitiani et Maximiani post nimiam cædem ac gravia tormenta, textus ipsius passionis sub Datiano præside completum esse declarat.] Romæ ad aquas Salvias, sancti Anastasii monachi et martyris. Qui post plurima tormenta carceris, verberum et vinculorum quæ, in Cæsarea Palæstinæ perpessus fuerat a Persis, postremo multa pœna affectus atque ad ultimum decollatus est cum aliis septuaginta. Ipso die civitate Ebreduno, sanctorum martyrum Vincentii, Orontii et Victoris.

NOTÆ.

Textus desumitur ex Herinien., Tornacen., Munerat., Creven., Molan. et Agonibus martyrum.

non fuisset ipse a suo male oculato monitore deceptus, sodali suo multo plus honoris habuisset. Falsum est enim, quod admonuit Castellanus, ab imperito fortasse quopiam erasum fuisse elogium, quod Sollerius repræsentavit. Quæ manus Sollerianum textum primo exaraverat, et postea erasit, eadem Bollandianum nostrumve ejus loco substituit. Appello peritos hujus generis litteraturæ judices. Qui

 Bollandum, qui nostram lectionem prætulit, a A vero hæc cohærent ? Nihil expeditu facilius. Usuar-Pratensi codice deceptum esse ait Sollerius, sed si dus suum exemplum ut primum scripserat, exscribi dus suum exemplum ut primum scripserat, exscribi permisit. Hinc exemplaria, unde suum Vincentii elogium prompsit Sollerius. Postquam autem suum ad se codicem recepit, oblitteravit quod sibi minus rectum videbatur; subjecit quod magis placebat. Itaque Sollerius hic Usuardum quidquid in mentem venit, fundentem ; nos cum Bollando Usuardum retractatum a scipso atque refectum edidimus. BOUILLART.

VARIANTES LECTIONES.

Vix notatu dignæ sunt leviculæ discrepantiæ. Greven. et Molan. pro beati Pauli scribunt sancti. Idem Molan. et alii, episcopus or dinatus, item Ephesi, cæteri melius cum textu, episcopus Rpheso ordi-natus. In Tornacen, ubi de Vincentio annuntiatur, eodem die apud civitatem, etc., omissa est vox die, amanuensis vitio, quo etiam in Munerato scriptum Gispaniarum. Herinien. posuit post multos agones pro Christo; certa apparet et aliquantulo elegantior B Usuardi transpositio. Rursus idem codex legit, cujus passionem nobilis triumphi. Melior est textus lectio, eaque in tota Vincentii annuntiatione vere et germane Usuardina, non ea, quam ipsi tribuit Bol-landus, a codice Pratensi deceptus, ex quo citat se-quentia: Apud Valentiam civitatem Hispaniæ, sancfi Vincentii Levitæ et martyris, cujus certaminis triumphum, temporibus Diocletiani et Muximiani, post nimiam cædem, ac gravia tormenta, textus

Quam authentica sunt Timothei gesta, utpote quorum præcipue testem habemus ipsum Doctorem gentium, tam est dubius dies, quo martyrii lauream promeritus sit. Baronius ad xxiv Januarii sic notam suam orditur : Agunt de eodem (Timotheo) hac die C (nempe xxiv Januarii) cæteri Latinorum ; Græci autem xxII hujus. De Græcis vera prædicat, de Latinis non item : nam Hieronymiana, et, si inter ea nu-merari possit ipsum S. Cyriaci Ms. quo Baronius usus est, ac præterea Florus eum signant xxvii Septembris; Wandalbertus xvi Maii; Usuardus autem, ejusqué præcipui codices, et quidem Belinus, et recentiores alii, eum expressissime annuntiant hoc die xxII Januarii. Itaque ceteri illi reducuntur ad Bedam, Romanum parvum, Adonem, Rabanum et Notkerum. Porro Bedæ, Romani parvi et Rabani phrasi brevissima est ; paulo longior Notkeri ex Adone inter festivitates apostolorum, unde etiam nostra desumuntur, omissa duntaxat translatione reliquiarum, de qua Usuardus IX Maii, Adoniana aliqua hodierna in eum locum transferens. Qua autem causa motus sit ad deserenda solitorum ductorum vestigia nusquam reperio, nisi præter morem Græcos hic imitari voluerit. Acta a Polycrate scripta, aliaque a Metaphraste diffusius deducta, optime illustravit Bollandus. Vide etiam Castellani notam a pag. 493 et accuratam vitæ synopsim apud Tillemontium, tomo II, a pag. 142. Quousque vel Romanum imperium, vel Christianum nomen extenditur, Augustini verba sunt, omnisregio, omnis provincia, na-talem gaudet celebrare Vincentii. Hinc in vetustis Ecclesiæ monumentis notissima ejus memoria. Non solus in Hieronymianis colitur, sed episcopo Valerio

PATROL. CXXIII.

ipsius passionis sub Datiano præside completum esse declarat. Ast genuina hæc Usuardi esse, codicibus, omnibus aliis, excepto Aquicinctino, repugnantibus, haud unquam ut crederem induci potui. Quam vero id recte pridem sensissem, docuit subinde Castellanus, nunquam satis laudandus mihi adjutor in consulendo præfato Pratensi codice. Scripsit enim, totum textus nostrielogium, ut primum ibi exaratum erat, ab imperito fortasse quopiam erasum fuisse, et superscripta, quæ modo citavimus, unde patet eum quoque codicem reliquis nostris olim conformem fuisse, atque adeo ipsissimam Usuardi lectionem a nobis in textu exhibitam. In Agonibus martyrum habetur, ad aquas Salinias, in Molan. apud aquas Salvias. Demum Molan. idem et Greven. ponunt : In Galliis civitate Ebreduno. Nemo non videt, textus nostri lectionem ex aliis esse præferendam. In Greven. aliquid redundat.

OBSERVATIONES.

et octodecim, imo et pluribus sociis conjunctus, de qua turma diligenter agit Bollandus, et post illum Florentinius in notis : tu plerorumque sodalium nomina ex insigni Prudentii hymno accipe, ac quo die singuli collocandi sint, ex citatis scriptoribus disce. Romanum parvum indeterminatum relinquit martyrii locum : Sancti Vincentii diaconi, et martyris in Spaniis : nec clarius scripserat Beda. Elogium ex probatissimis Actis, tametsi non præsidialibus, concinnavit Ado; Nostér vero, pro singulari in S. Vin-centium pietate, encomium adornavit, quod ab aliis rejectum, ab aliis non sincere redditum est. Aliam historiam textuit Florus, aliam Rabanus, sed Notkerus Adonem descripsit. Habes in Actis nostris, quæ de translationibus et miraculis operose collecta sunt. Vide præterea Ruinartium a pag. 387, notam Castellani, pag. 375, et Vitam Gallice deductam a Tillemontio, tomo V, a pag. 215.

Anastasiimonachi ad aquas Silvias, pro Salvias meminit Romanum parvum. Beda paulo fusius: atque ampliori non nihil elogio Viennensis. Primum secutus est Rabanus; Notkerus alterum, quem et Usuardus, expuncta translatione, sic expolivit, ut in textu retulimus. Acta ejus tam præclare a Bollando illustrata sunt, ut nihil desiderari posse videatur. Vincentium et Anastasium ita conjunxit Wandalbertus :

Undecimam Levita sacer Vincentius ornat; Huic et Anastasium virtus conjungit opimum.

Ultima annuntiatio pure Usuardina est, non Adoniana, ut recte, mea quidem sententia, sancivit Rosweydus. Nequeo conjicere unde Vincentium il-

22

lum, et socios acceperit Usuardus, at nisi vehemen- A nus in notis pag. 37, necnon Tillemontius, tomo V, ter fallor, idem hic Vincentius Caucoliberitanus, qui pag. 62. Quod autem hodiernus Vincentius comites ab Hieronymianis, Adone et aliis, imo et ab Usuardo ipso, recolitur xix Aprilis, ut bene ibi observavit Papebrochius, pag. 622, quem secutus est Castella-

683

pag. 62. Quod autem hodiernus Vincentius comites habeat, alter solussit, facile alibi componi poterit. Interim puram et simplicem Usuardi lectionem sartam tectam servare voluimus.

AUCTARIA.

PRATEN. De mutatione in eo codice facta, abunde in Variantibus dictum est.

ANTUERP.-MAJ. Timotheum rejicit ad xxiv Januarii. Incipit itaque : « In Hispaniis civitate Valentia, passio sancti Vincentii Levitæ et martyris. » In Anastasio ferme, in Vincentio, Orontio, etc., omnino purus est.

Rosweyd. Timotheum etiam distulit : «In Hispa-niis, sancti Vincentii diaconi et martyris, qui sub implissimo Daciano præside, multa passus tormenta martyrio meruit coronari. Ipsa die in Galliis civitate Ebreduno, sanctorum martyrum Vincentii, » etc. In Anastasio, quem ultimo loco refert, plane Adonianus est.

PULSANEN., in Timotheo et Vincentio purus, ita B diem claudit : « Romæ ad aquas Salvias, sancti Anastasii monachi et martyris. » Reliquis omnibus,

nescio cujus vitio, præteritis. ANTUERP. et MAX.-LUBEC., rejecto etiam in XXIV Timotheo, sic incipiunt : «In Hispaniis civitate Valentia, sub Daciano impiissimo præside, sancti

Vincentii Levitæ, » etc., pure toto reliquo textu. ANTUERP,-MAX., ULTRAJ., LEYDEN., ALBERG., DA-NIC. et editio ULTRAJ.-BELG. Superioribus siniles sunt in transferendo Timotheo ad xxiv et ferme etiam in cæteris.

LOVANIEN. in hoc præterea deficit, quod Anastasii elogium mutilaverit

CENTULEN. : « In Hispaniis civitate Valentia, passio beati Vincentii archidiaconi et martyris, sub præside Daciano. Romæ ad aquas Salvias, sancti Anastasii monachi et martyris. Eodem die in Galliis civitate Ebreduno, sanctorum Vincentii, Orontii et Victoris martyris. » De Timotheo xxiv.

BRUXELLEN. : « In Hispaniis civitate Cæsaraugusta, seu Valencia, sub Daciano, » etc., satis pure. Tum de tribus Ebredunensibus, ut supra. In Anastasio Adonianus est. In fine autém recentiori manu superadditur : « Item, sancti Joannis Elcemosynarii, qui fuit patriarcha Alexandrinus. » Vide Auctaria diei sequentis.

HAGENOVEN. : « Apud Valentiam civitatem, passio sancti Vincentii Levit:e, et martyris sub Dyocletiano imperatore, agente Daciano Hyspaniarum præside, fustibus cæsi, eculeo suspensi, ardenti lamina pectori ejus impressi, vulnera ejus sale aspersi, tenebroso carceri impositi, et super testas acutas volutati ; et cum hæc omnia vicisset, in lecto molli moritur. Cujus passionis nobilem, » etc. In Anastasio et Ebredunensibus satis purus est. In fine : « Item, translatio corporis sancti Urbani episcopi et confessoris. » Hæc, procul dubio, de Lingonensi intelligi voluit, de quo vide Acta die sequenti.

Aquicinci. de Vincentio idem habet elogium, quod D

X Kal.

Philippis, beati Parmenæ, qui fuit unus de septem diaconibus. Hic traditus gratiæ Dei a fratribus, injunctum officium prædicationis plena fide consummans, martyrii gloriam adeptus est. Romæ, natalis sanctæ Emerentianæ virginis, et martyris, quæ dum oraret ad sepulcrum sanctæ Agnetis, ac simul orantes a gentilium læsione defenderet, lapidata est ab eis. In Mauritania civitate Cneocæsarea, sanctorum Severiani et Aquilæ uxoris ejus, ignibus combustorum. Apud urbem Antinoum, sancti Asclæ martyris, qui primo atrocissime suspendio tortus, deinde flammis lateribus admotis exustus, ad ultimum pretiosam Deo animam, in flumen præcipitatus, reddidit.

NOTÆ.

Sic legunt Praten., Pulsanen., Antuerp., Max.-Lubec., Greven., Molan. et Agones martyrum. Accedere possunt Antuerp .- Max .. Ultraject., Leyden., Albergen., Danic. et edilio Ultraject.-Belg. ab aliis modice discrepantes.

684

supra ex Pratensi retulimus. In reliquis purus est. VICTORIN. et REG. SUEC., sub num. 130 : « Et natale sancti Dominici abbatis. »

CAMBERIEN. Conventualium S. Mariæ. « Item sancti Ulfi martyris. » Refertur a Bollando in Prætermissis, defectu sufficientium documentorum de cultu, etc.

BIGOTIAN. signatus D 9, de sancti Urbani translatione habet ut supra. Sed BIZUNTICEN. paulo clarius: « Apud Divionem, translatio corporis sancti Urbani, episcopi et confessoris. »

VATICAN., signatus num. 5949, de Timotheo, nibil. Adjicit : « Transitus Domini Dominici sacerdotis ei monachi. »

ALTEMPS. : « Civitate Sardicia, sancti Potiti martyris, sub Antonino imperatore. » Est hic, opinor,

de quo ex aliis inter Auctaria egimus xui Januarii. FLORENTIN.; « Item, depositio sancti Gaudentii, episcopi urbis Novariensis, confessoris, magnæ sanctitatis viri. »

EDITIO LUBEBO-COL Transfertur Timotheus. De Vincentio tormenta aliqua ex Adone enumerantur. In Anastasio etiam Adoniana est. Tum : « In Blan-duno, sancti Berdulphi confessoris. » Vide infra. In fine, de Ebredunensibus satis pure.

BELIN. In textu non omnino purus est : annuntiationes sic transponit, ut Vincentius primum locum occupet, Timotheus tertium. In fine autem subdit : « Eodem die apud Novariam, depositio sancti Gaudentii, cpiscopi et confessoris. »

GREVEN. : « Eodem dic, Epiphanii episcopi Ticinensis, id est Papiensis et confessoris. Anastasii abbatis, qui, ut refert Gregorius I Dialog., Romanæ primum Ecclesiæ notarius fuit, sed soli Deo vacare desiderans, monasterium juxta Neptanam urbem situm ingressus, per multos annos in sanctis actibus vitam duxit, cique monasterio, sollerti post custo dia, præfuit. In Blanduno, sancti Berdulphi confessoris. » Bollandus rectius Bertulphum vocat, in Blandinio, sed Acta remittit ad v Februarii.

MOLAN. aliis litteris de Vincentio totum Adonis elogium inserit, quod hic describere supervacaneum judico, cum in ipso fonte purius legi possit. In fine minoribus typis de Anastasio, ex Greveno transtulit, quæ proxime dedimus. Deinde : « Eodem die, Epiphanii episcopi Ticinensis, id est Papiensis et confessoris, qui in Hildesem est translatus, » Denique: « Romæ, sanctæ Blesillæ matronæ, de qua beatus Hieronymus ad Marcellam. » Editiones aliæ bic iterum ab Usuardi puritate recedunt, dum ex boc loco Timotheum trasferunt ad 1x Kalend. In fine adduntur quæ supra : « Eodem die apud Novariam, depositio sancti Gaudentii, episcopi et confessoris. Papiæ, sancti Epiphanii episcopi et confessoris. »

Die 23.

VARIANTES LECTIONES.

Pulsanen. vocem superfluam textui addidit, legens : de septem primis diaconibus, satis enim intelligitur e numero primorum fuisse, etiam ea voce præter-missa. Adde, quod sequentia transponat, traditus a fratribus gratiæ Dei, injunctumque, etc. Præterea, ubi textus legit ac simul orantes gentilium' etc. Idem codex resecat ac simul orantes, ponitque ut a gentilium, etc. Librarii error est apud Grevenum Mauricania pro Mauritania. Scripsi Gneocasarea, quod ita cogant præcipui nostri codices. Molanus more suo correxit Neocasarea, ut habet etiam Bollandus, quamvis fateatur passim legi Cneocæ-sarea, ut varii codices nostri, vel Geneocesarea, ut Belinus, etc. Nolo de voce litigare, modo contra Galesinium concedatur, urbem hanc non in Macedonia, sed in Mauritania collocandam. Neque opus est operam perdere enumerando variantes lectiones Max.-Lubecanæ: sufficiat semel, ac iterum erroribus typographicis, a quibus nec immunes sunt aliæ, præsertim Munerati et Belini.

Hactenus pur um agnovimus codicem Heriniensem, in quo vix ulla reperta additio præterquam propria Remensis IV hujus, et verbulum de sancto Mauro xv.

Jam superius x Januarii verbo indicavimus quatuor diaconos de septem primis, nempe Prochorum, Nicanorem, Timonem, et, qui hodie colitur, Parmenam, in sacris Fastis ab auctore Romani parvi primum consignatos. Hic Martyrologii illius verba subjicio; Philippis, Parmena diaconi de septem. Et hæc ferme eadem referuntur ab Adone in Martyrologio, at in festivitatibus apostolorum breve texuit elogium, quod Notkerus integre descripsit, Noster permodice mutavit et contraxit. Pauca de Parmena in Actis nostris, pauca apud Tillemontium, tomo II, pag. 69 et 70. Non ab omnibus Ilieronymianis apographis abest *Emerentiana*, sed in nullo legitime C cætera omnia ex Adone describerent. Conjecturam positam existimo. Castellanus, pag. 385, satis aperte indicat, eam a Romano parvo primum quoque fuisse notatam, quod negari non potest, si illius auctorem Beda antiquiorem censeamus. Etenim Emerentiana apud præfatum Bedam celebratur cum eo encomio, quod ferme verbatim ex ipso sumpsere Rabanus, Ádo et Notkerus. Utrum Noster ex fonte, an ex rivo hauserit, tantumdem est, paucula certe ex eorum verbis resecuit. Romanum parvum scripserat : Romæ, sanctæ Emerentianes virginis; ea inflectione, qua Agnetem legi nuper ostendimus. Non alio ibi quam virginis titulo ornatur, verum Beda distinctis-sime virginem Christi, et martyrem prædicat, paucisque complectitur quidquid ferme de hac nostra sancta in Actis beatæ Agnetis memoriæ proditum est. Sola a Wandalberto laudatur hoc versiculo :

Post Emerantianæ decimo laus emicat ampla.

Apographa Hieronymiana primo loco annuntiant :

AUCTARIA

vel auctaria supra dedimus in variantibus.

ANTUERP.-MAJ. Bedam potius vel Adonem quam Usuardum refert. Ita habet primo loco : « Romæ, sanctæ Emerentianæ virginis Christi, et martyris, quæ erat collactanea sanctæ Agnetis. Et dum oraret ad sepulcrum ejus, ac simul orantes, » etc. In Se-veriano et Aquila, satis purus est. In Parmena, magis Adonianus. Deest Asclæ elogium. In fine : « Toleto civitate, natale sancti Hildefonsi episcopi et confessoris, fide et doctrina clarissimi. » Roswerd. in Emerentiana, fere convenit cum su-

periori. Tum : « Et in Mauritania, civitate Neocæsarea, natale sancti Severiani et Aquilæ uxorisejus, qui ignis supplicio martyrium susceperunt. Philip-

In Agonibus martyrum est, de septem diaconis. A Hodie vero post integerrimum Usuardi textum ita subdit : Toleto, beatissimi Hildefonsi, archiepiscopi et confessoris. Suspicor ecclesiæ vel monasterio, ex quo hic codex prodierit, peculiarem eum cultum luisse, atque inde in codices alios transivisse. Mirum etiam est prætermissam in Tornacensi totam Asolæ annuntiationem. An guod apud antiquos non reperiretur? Certe ejus loco hæc substituta sunt : Resbaco monasterio, translatio sancti Agili abbatis. Eodem die, sancti Macarii martyris. Quid Agili translatio ad Tornacenses spectet omnino non capio, cum de ejus natali nulla proprio die fiat mentio. Cæterum et in aliis codicibus de ea translatione agitur. Macarii autem, vel solius, vel cum *Bugenio*, vel cum *Emerentiana* conjuncti, fes-tum in variis Galliæ, et Belgii ecclesiis fuisse olim percelebre, probant carum Kalendaria, Rabanus, codices mss. et Muncrati editio. Nec sane memoriá antiquior quærenda videtur quam quæ in Hieronyindicasse, primam illam Usuardi editionem scatere B mianis diserte exprimitur. Acta ejus dabuntur xx Decembris. Codices mediæ notæ in eo solum ab omnimoda puritate deficiunt, quod cum Romano parvo et Adone Emerentianam Parmenæ anteponant, et de Ascla inserant, qui sub Arriano præside, primo, etc. Vide Observationes in fine.

OBSERVATIONES.

In Mauritania, civitate Neocæsarca, passio sancti Severini et Aquilæuxoris ejus. An qui hisce plerumque subjunguntur, socii eorum sint, dubium facit Epternacense, de qua re videri potest Florentinius, Non multum a prioribus differt Romanum parvum. nisi quod Severiani scribat, ac præterea Aquilæ non apponat qualitatem uxoris. Ado Rosweydi ad Hieronymianorum sensum omnia restituit, adjuncto mortis genere. Attamen, si quid conjicere liceat, puto Adonem non Severini scripsisse, sed Severiani. Docent id Usuardus et Notkerus, quos credibile non est in martyris nomine mutare quidquam voluisse, dum confirmat Mosandri editio, in qua etiam diserte legitur Severiani. Præterea, quæ hic in textu dicuntur, nihil de hisce martyribus Bollandus, nihil alii, quod sciam, hactenus repererunt. Aliam hic conjecturam subjicio satis, ni fallor, probabilem, nimirum Ægyptiorum aliquot martyrum Acta vidisse Usuardum, quæ antiquioribus, imo et æqualibus Martyrologis ignota fuerint. Ex ils autem hodie eruit Asclam. illustrem Antinoi martyrem; Philemonem vero, et Apollonium viii Martii. Sunt qui Asclam xxi passum velint, atque hoc die sepultum fuisse. De cultu apud Græcos, nec hic, nec alibidisputo. Acta satis sincera a Bollando edita sunt, quæ si cum elogio nostro conferas, clare patebit hoc ex illis olim extractum fuisse. Tillemontius Arriano crudeli primum persecutori, deinde et martyri, plures Ægyptios sub illo passos annectit tomo V, a pag. 353, inter quos Asclas, pag. 358. Ex dictis de Usuardinæ lectionis origine et sinceritate abunde constare existimo.

HERINEIN. et TORNACEN. Utriusque auctarium, D pis, Parmenæ diaconi, qui unus fuit de septem diaconibus. » De Ascla, nihil. Ejus loco : « Item, Macharii martyris. »

> MUNERAT. textui subdit : « Eodem die, sancti Macarii martyris. »

> LOVANIEN. deficit in solo elogio Asclæ, quod expunxit.

> CENTULEN. : « Natalis sancti Parmenæ, qui fuit unus de septem diaconibus primis, quique martyrii gloriam adeptus, Philippis quievit. Romæ, sanctæ Emerentianæ virginis. Civitate Antinoum, sancti Asclæ martiris. Toleto civitate, sancti Hildefonsi, episcopi et confessoris, fide et doctrina clarissimi; qui miro devotionis studio laudem et honorem beatæ

Dei genitricis et semper virginis excoluit. » Desunt A Mauritani.

BRUXELLEN. in Emerentiana fere purus, in Parmena et Mauritanis purior, de Ascla, sic habet : « Apud urbem Anthinoum, sancti Asclepii martyris. Qui sub Arriano jndice, atrocissime tortus, deinde fiammis adustus, et ad ultimum, » etc. Tum : » Ipso die, sanctæ Sabinæ virginis. » An quæ a Beda memoratur die sequenti ? « Et Macharii martyris. In Galliis apud Viennam, depositio sancti Bernardi confessoris, et archiepiscopi Viennensis. Et eodem die, translatio sancti Agili, abbatis et confessoris. »

ILAGENOVEN., in prima satis purus, de Emerentiana scribit, « virginis, quæ erat collectanea beatæ Agnetis virginis, et catechumena: et dum oraret, » etc. In reliquis solito purior est.

Aquicincr. post, lapidata est ab eis, textui inscrit : « Ipso die, sancti Macarii. »

VICTORIN. deficit in sanctis Severiano et Aquila. B Addit autem in fine cum codice REC. SUEC. sub num. 130: « Toleto civitate, natale sancti Hildefonsi episcopi et confessorts, fide et doctrina clarissimi. »

DAVERONEN. : « Monasterio Resbaci, translatio beati Agili, confessoris et abbatis ejusdem monasterii. »

MATRIC.-CARTHUS.-UL RAJ. : « Emerentianæ virginis et martyris. Hildefonsi episcopi, et confessoris Asclæ martyris, ac sociorum ejus. » Per quos haud dubie intelligit alios, sub Ariano passos. « Parmenæ diaconi, qui fuit unus de septem primis. Severiani et Aquilæ uxoris ejus, ignibus combustorum. »

DIVIONEN. S. Benigni : « Divione monasterio : translatio sancti Urbani confessoris, Lingonicæ civitatis episcopi, » quam ad hunc diem pertinere, heri ex Bollando diximus. Male itaque in alio. S. Benigni codice apud Cistercium servato, hæc omnia referuntur viii Kal. Febr., seu xxv Januarii.

AUGENSIS. : « Resbaco monasterio, translatio sancti Agili abbatis. Eodem die, sancti Macarii martyris. »

Reg. Suec., sub num. 428: « Eodem die, sancti Macarii martyris. » In VATICAN. signato num. 5949, deest commemoratio Asclæ.

ALTEMPS. : « Eodem die, in monasterio Respaci, translatio corporis beatissimi confessoris Christi Agili, primi abbatis ejusdem monasterii. Item sancti Feliciani episcopi et confessoris. » In Actis, XXIV.

FLORENTIN. : « Item translatio sancti Agili, abbatis et confessoris. Apud Toletum, sancti Ildefonsi episcopi et confessoris. »

EDITIO LUBECO-COL. incipit : « Colonia Aggripina, in ecclesia sancti Cuniberti archiepiscopi, commemoratio undecim millium virginum, et ma tyrum.» In Emerentiana Adonem sequitur, et post *lapidata est ab eis*, subjicit : « Et tali martyrio beatum emisit spiritum. Cujus corpus parentes beatæ Agnetis cum sacerdotibus juxta ejusdem sepulerum, nocte honorifice sepelierunt. » Sequitur de Parmena et reliquis, satis pure.

BELINI utraque editio non nihil truncata est in elogio Asclæ : utraque incipit ab Emerentiana. Secunda autem in fine addit : « Eodem die, sancti Macharii martyris. »

GREVEN. « Macharii martyris. Item Eugenii. Ipso die, Joannis patriarchæ Alexandrini, qui ob excellentem in pauperes misericordiam, Eleemosinarius dictus est. Apud Toletum, beati Hildephonsi archiepiscopi et confessoris. »

MOLAN. : « Toleto civitate, Ildephonsi episcopi et confessoris. Apud Alexandriam, natale sancti Joannis patriarchæ, viri Dei in passione et largitate eleemosynarum piissimi. Eodem die, sancti Macharii, abbatis martyris. » Editiones posteriores de Ildefonso, idem habent; de Eleemosynario, clarius : « Apud Alexandriam, natale sancti Joannis patriarchæ, viri Dei, in compassione et largitate eleemosynarum piissimi. Viennæ Galliæ, sancti Bernardi episcopi ejusdem civitatis et confessoris, tempore Ludovici Pii. In Burgundia, sancti Maibodi martyris.» In Actis scribitur Maimbodi. « Et alio loco, passio sanctorum Eugenii et Macarii. Die vigesima tertia, sancti hieromartyris Clementis Ancyre, et sancti martyris Agathangeli. » Vide ipsos in Actis et eorum socios enumeratos.

IX Kal.

Apud Antiochiam, natalis sancti Babilæ episcopi, qui persecutione Decii, postquam frequenter passionibus suis, ac cruciatibus glorificaverat Dominum, gloriosæ vitæ finem est sortitus in vinculis. Referuntur etiam passi cum eo tres parvuli, id est Urbanus, Prilidanus et Epolonus. Cneocæsarea civitate, sanctorum Mardonii, Musonis, Eugenii, Metelli, qui omnes igni traditi sunt, et reliquiæ eorum in Axum fluvium dispersæ.

NOTÆ.

Conveniunt Praten., Herinien., Tornacen., Pulsanen., Munerat., Belini prima editio. Greven., Molan. et Agones martyrum. Addendiessent Antuerp.- D mo loco referrent, ut in Auctariis infra dicemus.

VARIANTES LECTIONES.

Belin.male efformavit Babille pro Babillæ; an forte quod Bedam aliquatenus imitari voluerit. Hieronymiana apographa ferme habent Basillæ: alii Babellæ, etc. Scribendum esset ex Romano parvo. et Adone Babylæ, ut legunt Molan, et Agones Martyrum, sed nos codices nostros manuscriptos secuti sumus. Herinien. habet, martyris episcopi. Munerat., Belin. Greven et Molan. glorificaverat Deum, nos cum Mss. Dominum, et sic Nostrum legisse existimamus, sicut apud Adonem invenerat. In parvulorum nominibus multa hic varietas; major in Actis observari potest. Tornacen. ponat Bpholonus; Greven., Pepolonus; Molan., Eupelenus. Aliter Bollandus, forte ex Beda, aliter alii enuntiant; at, ni fallor. scriptionis ratio ex plurium codicum suffragiis elicienda est, quod et in sequenti classe obtinebit. Munerat. In Casarea, Molan. iterum Neocasarea. Praten. Cneocasarea, si non rectius, saltem ad anteriora conformius; Herinien. et alii, Gneocasarea. Sed hæc, ut nuper, ad unam nomenclaturam reduximus. Munerati prima editio scribit Mulonis; altera cum textu, sed male, Merilli pro Metelli. Belin. Musionis, alii, misonii, alii musonii, ut apud Bollandum observare est; nos cum Usuardo legimus. Superflua est in Pulsanensi et Molano particula, et Metelli. Ausum futium dixit Pulsanen., sed Munerat., Belin. ct Molan. Axum fumen: optimi codices ex Adone, Azum furium, Belin. perperam in fine subjunxit, traduniur fuisse. Nihil hic opus erat nimium sapere.

Die 23.

OBSERVATIONES.

prima pars, si antiqui omnes pariformiter procederent. In eo certe concordes invenio, quod inclytum Babylam Antiochenum episcopum hac die celebrent, non vi Septembris, ut Græci faciunt, contra quos non male arguunt Tillemontius, et post ipsum Castellauus, ex ordine homiliarum sancti Joannis Chrysostomi. Interim Hieronymiana sic principio legunt : In Antiochia, passio sancti Basili episcopi, cum tribus parculis. Bedæ textus habet Babyllæ, addunturque puerorum nomina, Urbaui, Prilidiani et Bpolonii; ad quæ paucula adjunxit Rabanus. Romani parvi auctor alium fontem, Rufinum opinor, habuit ex quo sictantum signavit: Antiochiæ, sancti Baby læ episcopi. Atque hunc secutus est Ado, alia ex Eusebio desumens, sed quæad solum Babylam etiam pertineant. Horum partem primam verbatim des-cripsit Noster, clausulam adjiciens de tribus parvulis, a Notkero præteritis, quos non aliunde quam ex hausisse Usuardum probat tanta elogiis ejus ab Adoniano diversitas, ut in tyaanni nomine, in mortis genere, et in cæteris omnibus longissime discrepent; ut pote cum Ado sua ex Eusebio, alter ex Actis desumpserit. Atque hæcilla est diversorum monumentorum varietas, quæ insuperabilibus difficultatibus Babylæ vitam ita impeditam reddunt, ut nemo' hac-

Jam supra notavimus Bedam, Romanum parvum, Adonem, Rabanum et Notkerum hoc die Timotheum, collocare, quod in Romano moderno servatum est. Cum autem martyrologos illos imitati sint nonnullorum codicum Usuardinorum scriptores, ea sola causa e purorum Usuardinorum numero exclusi sunt ANTUERP.-MAJ.-., ANTUERP. et MAX.-LUBEC., C ANTUERP. MAX., ULTRAJECT., LEVDEN., LOVANIEN.-ALBERGEN., DANIC. et editio ULTRAJ.-BELG. atque item BELINI editio altera. Notandum vero, codices jam citatos, Timothei annuntiationem puram, et integram ex xxII, et primo loco referre, ubi se-cunda illa Belini editio in fine solum adjicit : • Ipso die, beati Timothei apostoli. »

Rosweyd. incipit : « Apud Ephesum, Timothei discipuli beati Pauli apostoli. » In Babyla purus est, sed deficit in ultima clausula de tribus pueris. In última etiam recte.

CENTULEN. : « Apud Ephesum, sancti Tymothei episcopi et martyris, discipuli sancti Pauli apos-toli. Antiochiæ, sancti Babillæ episcopi et martyris cum tribus pueris martyrizati. In Gneocæsarea civitate, sanctorum martyrum Mardonii, Mosonii, Eugenii, Metelli, qui omnes igni traditi sunt. » BRUXELLEN. incipit etiam a Timotheo, satis pure.

copi, et martyris. Qui sub persecutione Decii, in Vinculis vitæ suæ finem gloriose sortitus est. Cum quo, » etc. In alia annutiatione satis purus est. Cum fine adjicit : « Item Basilii episcopi. » De hoc Ba-silio, nihil alibi. An fortasse *Basilium* alicubi le-gerit, pro *Babyla*, unde Basilium deduxerit? HAGENOYEN. Timotheum refert non omnino pure : in tortu purice oct

in textu purior est.

Aquicinct. « Cameraco, elevatio sancti Autherti episcopi et confessoris. Colitur XIII Decembris.

VICTORIN. agit ex præcedenti de sanctis Seve-riano et Aquila, et additur : « Ipso die, sancti Feliciani episcopi, qui passus est sub Decio. » In fine : « Trecas, sancti Saviniani martyris. » De quo sub eodem nomine agit hodie Florus, ei « Sabinam » sororem conjungens, de qua sola locutus fuerat Beda. Vide alios codices nostros infra.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. : « Babylæ episcopi et martyris, cum tribus pueris, qui cum eo passi sunt.

Ex fonte non uno derivari viderctur textus nostri A tenus eas omnino explanare potuerit. In distinguendis Babylis, atque in Antiocheno hoc nostro exornando egregiam operam posuit Bollandus, nec video a recentioribus distinctiora produci.Ex Chrysostomo nonnulla decerpsit Tillemontius, tomo III, a pag. 400, quæutrum cum Actis satis conciliari possint, alterius loci erit discutere. Cætera ex historia ecclesiastica sic etiam a Bollando illustrata sunt, ut in re nota immorandum non sit, Unicus est Wandalberti versiculus :

Nono martyrium Babylæ virtusque coruscat.

Proxime Hieronymianorum annuntiatio sic habet : Bt in civitate Neocæsarie, Marduni, Maisuni, Bugeni, Metelli. De his nihil in Romano parvo, nihil in Beda, Floro, aut Rabano. In Adone lævigata sunt nomina, additumque breve elogium, a Nostro et Notkero secundum omnes apices descriptum. Si quæras, undenam Ado illa desumere potue-Beda accipere potuit. Fateor et a Floro prædicta B rit, respondebo, me nec divinando id conjicere, nisi parvulorum nomina exprimi; ast ex eo fonte nihil Acta aliqua viderit, quæ modo interciderunt. Ex eo autem elogio nascitur controversia de passionis loco, quem haud facile profecto determinaveris, nisi orias Axus fluvius inveniatur, cui Cneoæsarea, vel Neocæsarea adjaceat. De martyrii tempore, aliis- ' que circumstantiis, æque incerta sunt omnia : at certus omnino Usuardi textus, cujus originem et simplicitatem repræsentavimus.

AUCTARIA.

Item sanctorum martyrum Mardonii, Musonii, Eu-

genii et Metelli, qui igni traditi sunt. » CAMBERIEN. : Apud Gabalensem urbem, beati Severiani præsulis. »

REG. ŠUEC. sub num. 130 : « Ipsa die, sancti Fe-liciani episcopi. Trecas, sancti Saviniani martyris.»

In VATICAN, signato num. 5949, agitur hoc die de Timotheo et Ascla.

UGHELLIAN. similis est codicibus mediæ notæ, superius in principio citatis.

ALTEMPS. : « Eodem die, sancti Cadoci confessoris. » Inter Æmeros, vel die carentes, ponitur a Castellano pag. 919, si forte de Sophia, vel Sophio Beneventano agitur, vide Acta tom. II, pag, 602 et 603.

FLORENTIN. : « In provincia Francorum, apud civitatem Trecensem, sancti Savini martyris, qui sub Aureliano imperatore passus est... » Puto Sabinianum indicari, de quo vide xxix Januarii. Addit Strozzian. : « Item sancti Feliciani episcopi et martyris. »

Editio LUBECO-COL. incipit a Timotheo satis pure. Textus quoque puro proximus est. In fine : « Trecas, beati Saviniani martyris ; qui post lectum BRUXELLEN. incipit etiam a Timotheo, satis pure. Tum : « In Antiochia, natale sancti Rabillæ epis-copi, et martyris. Qui sub persecutione Decii, in plusquam novem millia Christum confitentia, martyria passi sunt similia. » De sociornm numero vide die, translatio sancti Erici regis et martyris. » GREVEN. : « Timothei, discipuli beati Pauli, hic

secundum Adonem et quosdam alios. » etc. De quibus supra egimus. « Interritorio Trecassino, Saviniani, alias Šavini martyris; quem jussit Aurelianus imperator ligatum ad vectes ferreos cædi et in capite ejus cassidem igneam immitti : in ignem deinde positum, sed in nullo læsum, jussit decollari. Hunc tamen Usuardus primum ponit IV Kal. sub nomine Sabiani; » quem « sequitur Vicentius lib. xII, cap. 105. • Usuardus citato die Sabinianum re-colit, adeoque si Sabianum scripsit Vincentius, male Usuardum secutus est. De Sabiniano et sorore Sabina agit Bollandus eo die xxix Januarii. Sequitur : « Translatio sancti Erici regis Sueciæ et martyris. » Vide in Actis xviii Maii. « În Hervordia, translatio

beatæ Pusinnæ virginis. » Vita ejus datur xxIII A Timothei apostoli. Cameraci, elevatio corporis Aprilis. «Commemoratio beati Augustini episcopi.» Hujus festi causam ignoravit Bollandus, nec ego divinare queo. Demum : « Leonillæ, viduæ et martyris. » Non videtur hæc alia a matre, vel avia tergeminorum, de quibus supra ad xvu Januarii.

MOLAN. in prima editione, post in vinculis, to-tum textum Adonianum aliis litteris inserit. Videatur in fonte. Ad calcem adjicit : « Ipso die, beati

VIII Kal.

Conversio sancti Pauli, quæ evenit secundo Ascensionis Domini anno. Eodem die, sancti Ananiæ apud Damascum, qui eumdem apostolum baptizavit. Civitate Arvernis, sancti Præjecti episcopi, et Amarini, viri Dei, qui passi sunt a proceribus præfatæ urbis. Item civitate Gavalis, sancti Severiani episcopi, mirandæ sanctitatis, et doctrinæ viri.

NOTÆ.

Ita Praten., Herinien., Tornacen., Pulsanen., B tuerp-Max., Lovanien, Leyden-Belg, et editio Ul-Antuerp., Max.-Lubec., Munerat., Belin., Greven., traject-Belg. Molan. et Agones Martyrum Addi possunt An-

VARIANTES LECTIONES.

Praten. et pauci alii scribunt beati Pauli, secutus sum torrentem aliorum tum Mss., tum editorum, qui concorditer ponunt sancti Pauli. In Belino male leg tur, quæ fuit, pro, quæ venit, uti in Heri-nien. secundo anno Ascensionis. Pulsanen. et codices mediæ notæ secundum annuntiationem nonnihil transponunt, hoc modo : Apud Damasum, sancti Ananiæ, ctc. Ananæ apud Munerat. oscitantia calami error est. Notavit Castellanus in epistola ad me data, codicem Pratensem legere *Prijecti* pro *Præjecti*. Magna in *Arvernis* variatio, pro quo Tornacen. Alvernis: Belini editio altera, Greven. Molan. et alii Arvernis; Munerat. Arvennis; primi Belini editio, Arvenis, etc. Scribendum esse Amarini probant puriores codices et Acta ipsa; nihilominusAntuerp., Greven., Molan. et codices mediæ notæ plerumque habent Marini. At Pulsanen. Amilini; Belinusautem, et viri Dei Martini. Pulsanen. pro Gavalis posuit Gabalis; dubitari potest utrum præferendum sit : sequimur nomenclaturam meliorum codicum qua certe excluditur Ganalis. Omnes recte legunt Severiani; nescio quid Belinum aut potius ejus editorem moverit ut in editione altera poneret Severini. De ammirandæ nlhil notandum, medii ævi formula est. Ultima Muneratilinea plane incorrecta, sic habet : Et sanclitate doctrine viri, sensus exigit sanctitalis et doctrinæ viri, ut bene in textu.

OBSERVATIONES

sione hoc die, secundo loco annuntiant : Romæ, translatio Pauli apostoli negue alia Pauli festivitas in illis codicibus memoratur, quidquid pro *conver-sione*, Dungalense Martyrologium et binos alios Lu-censes codices alleget Florentinius. Plura hic observari possent, sed ne repetam quæ alibi a majoribus expensa sunt, videat lector quæ de Pauli translatione, atque una de ejus conversione ejusque liturgia disputat Papebrochius in Actis, tomo V Junii a pag. 467. Satis erit Martyrologia recensuisse. De neutra festivitate agunt Beda aut Florus : Rabanus utramque conjunxit : Romæ translatio Pauli opostoli et conversio in Damasco; quæ omnia inde a Notkero descripta sunt. Cum autem in Rabano verba illa cum reliquo Bedæ textu connexa sint, mihi quldem mirum non videretur, si quis ea etiam Bedæ tribuenda censeret. Cæterum ut ad Nostrum propius accedamus, is consuctos ductores secutus est, quorum primus auctor Romani parvi ita legit : Conversio S. D Pauli apostoli. Ado breviuscule : Conversio sancti Pauli. Quæ ad dictæ conversionis tempus attinent, ab Usuardo supera idita sunt, iisque inter Auctaria plura adjiciuntur. Tu de ea controversia videsis notationem Baronii, et Tillemontium, tom I. pag. 844. Wandalberti versiculum infra dabimus. Romanum parvum natalem Ananiæ, conversioni Pauli subnexuit, Apud Damascum, S. Ananiæ, qui ipsum Paulum baptizavit: verosimiliter quod certum objtus, vel martyrii diem ignoraret. Castellanum fefellit memoria, dum id ab Adone primum factitatum notavit pag. 402, idque ingenue fassus est in ultimis litteris ad me datis xxxi Januari moccxi. Interim Romani parvi verba tantulum transmutata in præfato Adone reperiuntur, fere ut in textu exhibita sunt, a Notkero etiam desumpta.

Hodiernus Bedæ textus est hujusmodi : S. Gregorii Theologi, et natale S. Projecti. Eadem apud Ra-

Vulgata apographa Hieronymiana, mira consen- C banum et Notkerum leguntur : at Gregorium ad ix one hoc die, secundo loco annuntiant : Romæ, Maii pertinere notissimum est. De Projecto, quem alii melius Præjectum nuncupant, adjecit Florus : Qui more prophetico electus ab utero purpurantem stolam servavit in triumpho. Quæ ab elogio nostro vide esse, quam diversissima. Ado solum posuit ultimo loco : Item, natale sancti Præjecti Arvernensis episcopi. Uberiorem fontem, uempe Acta ipsa consulit Usuardus, ex quibus mortis auctores, et Amarinum martyrii socium desumpsit, quod perperam Adoni quoque ascribit Mabilio, dum præfata Actaex Bollando recitat, et novis observationibus illustrat sæc. 11 Benedictino a pag. 460. Wandalbertus Præjectum nostrum cum Pauli conversione ita copulat:

> Octava ex seclo conversum gloria Paulum, Præjectumque suum celebrans Avernus adornat.

Tertio loco in Adone signatur Severianus episcopus Gabalitanus, ex quo a Nostro et Notkero iisdem prope verbis acceptus est. Mirari hic liceat, cur ab hodierno Romano Sanctus ille expunctus fuerit, quod ante me miratus est Rosweydus, in laudata non semel epistola ita observans : Quæri potest, cur hæc (nempe quæ de Severiano in textu Usuardino ponuntur) Baronius omiserit exprimere in suo Martyrologio? An omisit, quia existimavit de Severiano episcopo Cavalensi agi, cujus Hieronymus meminit libro de Script. eccl. cap. 21, quem ex historia tri-partitiælib.1, cap. 10, constat fuisse inimicum sancti Chrysostomi? Atquiest etiam Gavalis in Gallia, ubi xxv Januarii colitur sanctus Severianus.primus Gavalensis, seu Mimatensis episcopus. Quare considerandum fortasse erit, num hic paragraphus noto Martyrologio Romanorestituendus sit, cum silinte teri Romano impresso (nempe Belini) Beda (vulgato) Usuardo et Adone. Hactenus Rosweydus. Non satis apparet, utrum Bollandus hanc Rosweydi observationem viderit, nisi id quis conjicere velit ex senten-

Die 25.

inquit Bollandus, ansem præbuit Petrus de Natalibus lib. III, cap. 23. Secutus Molanus, qui in Martyrologio Usuardi, ad Severiani nomen margini as-

ANTUERP.-MAJ. : Conversio sancti Pauli apostoli apud Damascum, quando circumfulsit eum lux de cœlo et audivit vocem de cœlo dicentem sibi: Saule, Saule, cur me persequeris ? Cujus et sacri corporis translatio eodem die Romæ celebratur. Eodem die, natale beati Gregorii, episcopi Nazianzeni, qui Theologus appellatur. » In Præjecto et Severiano satis purus est. In fine : « Pictavis, sancti Saviniani martyris. » Vide Prætermissos. De Anania, nihil habet.

Rosweyd. : Conversio sancti Pauli apostoli. » In Anania, recte. Sequitur : « Apud Gabalensem civitatem, sancti Severini episcopi, admirandæ, » etc.

ULTRAJECT., LEYDEN., ALBERC et DANIC. epocham conversionis sancti Pauli controversam fuisse satis ostendunt, dum pro ea vindicias scribunt hoc modo : Nec nos moveat, si aliquando invenitur primo anno
 facta; nam illud de primo emergente, qui secundum Hebræos a Martio, illud autem de usuali, qui a Kalendis Januarii secundum Latinos incipit, accipiendum est. » Vide quæ breviter in Observatione supra attigimus. De cætero, codices purissimi sunt.

CENTULEN. : « Conversio sancti Pauli apostoli apud Damascum, quæ evenit secundo anno Ascensionis Domini : cujus et sacri corporis translatio eodem die Romæ celebratur. Ipso die, sancti Ananiæ, qui eumdem apostolum baptizavit. Item, sancti Gregorii, Nazianzeni episcopi, qui Theologus appellatur. Arvenis, sancti Præjecti episcopi et Marini martyris. Apud Gabalensem civitatem, sancti Severiani episcopi et confessoris, magnæ sanctitatis et doctrinæ viri.» C

BRUXELLEN. : Conversio sancti Pauli apostoli, (litturis rubris) quæ apud Damascum facta legitur, quandoque anno ab Ascensione Christi primo, et quandoque secundo. Primo quidem emergente, finit ubi incipit; (vide supra) secundo, autem usuali, qui juxta Latinos semper in Kalendis Januarii renovatur. » In Anania, satis purus est. Tum : « Civitate Avernis, sancti Præjectí episcopi et martyris. Qui a proceribus et primoribus suæ urbis, in ultionem Hectoris Massilientium patricii, quem ob injustitias Avernensi ecclesiæ illatas Hildericus Francorum rex peremerat, martyrio coronatus est. Et Maurini viri bei, qui cum præfato Præjecto episcopo a proceribus dictæ urbis Avernensis pro justitia trucidatus est. Et sancti Gregorii, episeopi Nazianzeni, qui Theole-gus appellatur ; fuit enim tam doctrina insignis, quam opere mirabilis. Et tandem, ut beatus Jeronimus scribit, alium in loco suo ordinans episcopum ipse ruri vitam monachi exercuit. Apud Gabanensem civitatem, sancti Severini episcopi, viri admirandæ doctrinæ, vitæ et sanctitatis. » Vide supra.

HAGENOVEN. : « Conversio sancti Pauli apostoli, quando per vocem Dei de cœlo factam, de persecutore factus est prædicator. Quæ conversio est facta secundo Ascensionis Domini (anno). Nec hic nos moveat, etc. » De Anania, addit, magnæ san-ctitatis viri. In duabus postremis annuntiationibus, satis purus est.

VICTORIN et REG. SUEC. signatus num. 130 : « Eodem die, natale sancti Gregorii, episcopi Nazianzeni, qui Theologus appellatur. Ipso die, sanctæ Arthematis martyris.» Ea hactenus ignota mihi est, nisi forte sub nomine feminæ lateat S. Artemas puer,

tiarum consonantia, qua uterque judicat synony- A cripsit; de quo Gennadius, cap. 21. Atqui Genna-miam illam, errandi occasionem dedisse. Primus, dius eo loco de Syro Severiano agit. In posteriori editione Socratem quoque, et Sozomenum citat Molanus. Vide ibi alios ejusdem confusionis patronos, de qua hic pluribus agere supersedeo.

AUCTARIA.

de quo hoc die Bollandus, vel Arthemas alius, de quo Hieronymiana apographa, et ex iis Grevenus, die sequenti. Scimus virorum nomina nonnunquam in mulierum appellationes transformata, et vice

Versa. Vide Castellanum, pag. 430. DAVERONEN. : In pago Turonico, sancti Liventii confessoris. » Multi cum Bollando legunt *Linentii*; Castellanus Maurolycum laudat, quod recte scrip-serit Liventii; derivatum vel forte primitivum Gallicum, Louent, pro ea parte stare videtur. Male alii infra scribunt Lineti.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Conversio sancti Lege, « Severiani. Item, natale sancti Præjecti Ar- B Pauli apostoli. » Additur in margine : « festum ce-vennensis [pro Avernensis], episcopi et martyris. » lebre in civitate Trajectensi. » Fuit et alibi præsertim Antuerpiæ celebre, *solenni*, ut notat Bollandus, a forensibus negotiis aliisqué servilıbus laboribus « feriatione. » Sed abrogata subinde est cum pluribus aliis ea festivitas, ut proinde ex Castellano, pag. 402 deleri debeat. Pergit codex :» Ananiæ discipuli, qui Paulum baptizavit. Projecti episcopi et martyris, et Marini abbatis. Severiani episcopi et confessoris, mirandæ, » etc.

ALTEMPS. : « Lucas castro, sancti Liventii con-fessoris. » Quis hic locus sit nescio, nec vacat quærere.

Editio LUBECO-COL. de conversione Pauli habet ut ULTRAJECT., etc., nisi quod præterea adjiciat cum aliis : « Hujus etiam sanctissimi Apostoli corporis translatio Romæ eodem die celebratur. Apud Damascum, sancti Ananiæ presbyteri, et confessoris, qui eumdem, etc. » In Præjecto et Severiano, satis pura est. «Eodem die apud oppidum Nazanti, sancti episcopi Gregorii, qui post multa documenta in loco suo, ut Hieronymus ab eodem in divinis libris instructus perhibet, episcopum ordinans, ruri vitam monachi exercuit. In pago Turonico, sancti Lineti confessoris. »

GREVEN. : « Nota, quando dicitur conversio beati Pauli facta primo anno Ascensionis, intelligi debet de primo anno emergente, qui secundum Hebræos incipit a Martio: hoc quod hic dicitur, intelligendum de secundo usuali, qui secundum Latinos incipit a Kalendis Januarii. Eodem die Romæ, translatio beati Pauli apostoli. Item, depositio beati Gregorii Nazanzeni, qui in vu ldus Maii ponitur, die scilicet quo ordinatus fuit. Item, sanctorum Viti, Castulæ, Agilei. » De primo et ultimo vide Prætermissos. « Poponis abbatis. Lineti confessoris. Item beatæ Seminæ virginis, » a Bollando præteritæ, utpote ignotæ. «Ipso die, Lucinæ matronæ. » Vide de ea in Actis xxx Junii.

MOLAN. in prima editione, typis minoribus adjicit: Eodem die, beatorum martyrum Juventini et Maximi; in quorum natali sermonem habuit Joannes Chrysostomus.» Posteriores, typis consimilibus ha-bent : « Postridie Babylæ, natalis beatorum martyrum Juventini et Maximi. Apud Metaphrastem, sanctæ Eusebiæ, quæ cognominata est hospita, vel ex-terna : « nempe *Xene*, de qua die præcedenti. « Sta-bulcti objit Dominus Poppo abbas.» Vide Bollandum et Castellanum. « Eodem die, obiit Henricus Suso, qui fuit eximize sanctitatis. » Occasio errandi circa Severianum Gabalitanum, de qua supra in fine Observationum egimus, sumi potuit ex marginali notula primæ editionis, ubi citatur Gennadius.

Die 26.

VII Kal.

Apud Smirnam, natalis sancti Policarpi, qui beati Joannis apostoli discipulus, et ab eo episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit. Postea sub Marco Antonino et Lucio Aurelio, personante universo populo ejusdem Urbis in amphitheatro adversum eum, igni traditus est. Cum quo etiam alii duodecim ex Philadelphia venientes, in præfata urbe martyrio consummati sunt. Eodem die, sanctorum martyrum Theogenis cum aliis triginta sex, qui contemnentes temporalem mortem, coronam vitæ æternæ adepti sunt. [Bouillart. :... * sub Lininio imperatore coronam vitæ æternæ adepti sunt, quæ sequentur omittens.] In territorio Parisiacensi, Baltildis reginæ.

Puram hanc Usuardi lectionem servant Herinien. Prima Belini editio Veneta, Greven. et Molan.

rant Sollerio. Sed postguam admonitus a Castellano fuit, obliteratam in Prat. cod. vel semierasam Bathildis reginæ memoriam, inscriptasque voces hasce sub Lizinio imperatore, jam omni posita hæsitatione, additamentum illud, ut appellat, delevit, restituitqué Bathildis reginæ memoriam : at nemo certe probaverit. Præterquam enim quod manus prorsus eadem lituram resarsit, vitio dari Usuardo non potest quod Theogenem, Licinio imperatore, martyrem occu-buisse dicat. Volo verum esse, quod vulgo creditur, sub Valeriano mortem ejus accidisse. At illius impe-

VARIANTES LECTIONES.

Smirnam Greven. et alii codices, quos iterum se quimur; alii melius Smyrnam. Molan. recte legit Polycarpi, ast codices prope omnes tum excusi, tum pro adversum ponunt adversus cum sancto Hieronymo; parum quidem interest, servanda tamen antiqua Usuardi simplicitas, tametsi foret vitiosior. Pejus scripsit Belinus omittendo adversus eum; et pro, martyrio consummati sunt, tantum substituendo, coronati sunl. Kathildis apud eumdem, typothetæ sphalma est, in alterea editione correctum, ubi Bathildis scribitur, quod secutus est Molan., sed Greven. Batildis. Ego Heriniensis lectionem prætuli, quoniam et ita habet codex Pratensis xxx hujus et Muneratus, quamvis plane existimem meliorem esse Belini et Molani orthographiam, et magis receptam, quidquid Castellanus scribat Baldechildis. Parisiensi et Parisiacensi codem recidunt; Belinus primo modo scripsit, reliqui secundo, quem nos servandum censuimus.

Binas nobis variationes suggerit codex Pratensis, ex quibus totidem controversiæ suboriuntur. Prima circa tempus, quo Theogenem martyrium subiisse as- C scrit, nempe, **sub** Licinio imperatore; altera de Ba-thilde, quam ad xxx Januarii transtulit. Ad primam quod attinet, paucissimos habet sectatores præfatus codex Pratensis, excepto Aquicinctino, et corrupta Belini editione Pariensi, ut plane suspicatus fue-rim recentioris alicujus additamentum esse, sum-

OBSERVATIONES.

De Polycarpo non pauca diximus xix Januarii, occasione Germanici, diebus aliquot in subeundo martyrio gloriosissimum episcopum prægressi ; ubi de martyrii die aliisque eo spectantibus ex celébratissima Smyrnensium epistola requires, quæ hic brevitatis ergo desiderari patimur. Jam véro in plerisque Hieronymianis signatur : In Nicea Smyrnæ, passio sancii Polycarpi episcopi : vetustiss. Epternacense, omissis reliquis, solum Polycarpi nomen ad calcem laterculi attexuit. De Nicea illa sive Bithynix, sive Macedoniæ, sive regionis alterius, non habeo quod supra Bollandum aut Florentinium conjiciam, videat ibi lector quid probabilius definiri possit. Beda simpliciter posuit : Natale S. Polycarpi episcopi Smyrnæ, qui sub Marco Antonio, ctc. Quæ fusius prosequi-tur Florus : sed alio plane stylo Viennensis, qucm Noster secutus est. Hæc sunt Romani parvi verba : S. Polycarpi, discipuli sancti Joannis apostoli, apud Smyrnampassi. Geminum elogium concinnavit præfatus Ado, longius alterum in Martyrologio, quo Smyrnensium epistola contrahitur; alterum brevius inter festivitates apostolorum, quod ab Usuardo, pro

• Hæc verba, sub Lizinio imperatore, suspecta fue- A ratoris non unum erat nomen. Vidi apud Mezabarbam, D. Vaillant aliosque numismatum collectores Licinium etiam fuisse nominatum. Constat etiam in Christianos sæviisse binominem illum imperatorem. In cujus rei fidem non laudabo quamplurima Martyrologia; non utar Augustini auctoritate, brevitati studeo. Quid ergo peccavit Usuardus, cum Theore-nis mortem ad Licinii tempus retulit ? Sanctæ Bathildis memoria oblitterata quidem est, sed ab eodem auctore in alium diem justis de causis translata, ut infra notabitur.

BOUILLART.

ptum verosimiliter a nominum synohymia ex 111 Januarii. Idque egregie confirmavit Castellanus, codicis ipsius, ut alias dixi, oculatissimus inspector mss. habent Policarpi. Rursus Greven. et Nolan. B accurate notans, oblitteratam illic, vel semierasam Bathildis reginæ memoriam, inscriptasque voces hasce, sub Licinio imperatore, quas merito censue-ramus Usuardo abjudicandas.

De Batildis commemoratione major posset esse contentio, utpote cum ab aliis codicibus, nimirum Tornacensi, Munerato, Agonibus martyrum, etc., absit, multaque Martyrologia a Bollando in Actis citata, alterutra die eam collocent; imo Wandalbertus die sequenti. Ast ego, ut rem paucis conficiam, præmonitum te velim, non hic institui disputationem de vero obitus, vel cultus die, quandoquidem ex Castellani notis, pluribusque aliis per ejus litteras probationibus, tantisper non diffiteamur et xxx Januarii Bathildem reginam extremum diem obiisse, et ipso illo die a Parisiensibus, Cellensibus et Corbeiensibus celebrari. Unum hoc quæritur, quid in Martyrologio suo Usuardus vere scripserit? Qua in re id omnino sentimus, quod citati superius pro textu codices abunde demonstrant; scilicet hoc xxvi Januarii Bathildem ab eo fuisse consignatam, idque vel ipse Pratensis codex etiam evincit, ex quo eam inductam fuisse per Castellanum aperte deprehendimus. Patet igitur genuinum, et simplicem Usuardi textum, licet in hac parte erroneum, a nobis exhiberi.

majori parte, ad verbum descriptum est. Rabanus Bedam sectatur, Notkerus Adonianum Martyrologii elogium decurtat. Hac ad textus nostrioriginem sufficiant ; vide cætera apud Bollandum, eosque, qui xix Januarii in Observationibus citati sunt, sed consulenda præ cæteris Florentinii Exercitatio vi, xxm Februarii, pag. 340, subjuncta, ubi pro ea die martyrio S. Polycarpi consecranda longam dissertationem instituit, suo tempore examinandam. Polycarpi martyrium satis nitide explicat Wandalbertus :

Septima mozque dies Polycarpi; sanguine fulget, Smyrna quem vero celebrant pro rege crematum.

Theugenis vel Theogenis et xxxv anonymorum sociorum martyrum memoriam eadem Hieronymiana apographa recolunt, quæ de Polycarpo *in Nicea Smyrnæ* meminere. Multum inclinat Florentinius, ut Leudicii, vel Laodicii nomen, quod Theogeni immediate præfixum est, pro Laodicea urbe accipiat, atque adeo cum Petro de Natalibus aliisque Martyrologis, eam censeat totius hujus turmæ palæstram : a qua opinione Bollandus non abborruit, nec ego video,

AUCTARIA.

rologis nostris locum non exprimi, ut patet ex Ro-mano parvo, simpliciter scribente : *Bt Theogenis* cum aliis xxxv; quæ ferme eodem modo a Notkero tradita sunt. Adonis textum Noster verbatim desumpsit. Fateor, inquam, palæstram hic deesse, quod, procul dubio, eam ignoraverit auctor Romani parvi, neque Ado in ullis Actis reperire potuerit. Atque hanc, sine hæsitatione, Usuardi sententiam esse existimo, ut in Variantibus ostensum est. Bathildem hac die solus Usuardus Fastis inscripsit. Vide dicta in variantibus, Bollandum in Actis et Mabilionem in Benedictinis sæc. 11, a pag. 775, et sæc. 1v, de ejus translatione a pag. 448, ubi etiam consuli possunt eruditissimi auctoris observationes.

Reliquum est ut hodierni Romani de Theogene annuntiationem cum Usuardina, vel potius Adoniana conferamus, ex qua collatione pateat, plura a Baronio martyri illi ascripta fuisse quænec a Bollando, nec a Florentinio, nec ab aliis in hoc genere versa-tissimis viris, probantur. Sufficiat Rosweydi judi-a mortem. Coronam vitæ æternæ adenti sunt vu cium, in epistola supra citata nobis relictum. Incipit a textu Romani : Hippone-regio in Africa, sanctorum Theogenis episcopi et allorum triginta sex, qui in persecutione Valeriani, contempentes temporalem morlem, coronam vitæ æternæ adepti sunt. Sequitur Baronii nota. Theogenis episcopi : « De ipso ac sociis item Beda (suposititius), Usuardus, ac cæteri hac die. Hic ille Theogenes Hipponensis episcopus esse cognoscitur, qui una cum sancto Cypriano in-ter fuit concilio Carthaginensi, ex ejus Actis apparet, quæ habentur apud Cyprianum et Augustinum in lib. vi, de Baptismo contra Donatistas. Erat Hippone basilica nomine. S. Theogenis, cujus meminit sanctus Augustinus sermone 101, de diversis, ubi ait : Quando audisti apud memoriam S. Theogenis; Ofero tibi, Petre, ofero tibi, Paule? Nungam audistis, etc.

Tum Rosweydus : « Postquam Baronius egit de C martyrio Lucii, Montani, Flaviani, Juliani et Victorici ministrorúm, qui Cartagine passi sunt xxiv Feb. post Cyprianum, qui præcedenti anno passus erat, subdit (tomo II Annal., anno Christi 262) : « Passus quoque est eodem tempore, Theogenes « Hipponensis episcopus, qui numeratus reperitur « inter episcopos qui interfurunt concilio Carthagi-« nensi in causa baptismatis celebrato. Cum igitur « catholica Ecclesia ipsum, et alios ejus synodi « episcopos, martyrio vita functos, alleget inter mar- tyres, celebretque natalitia eorumdem, satis ex- ploratum habuisse constat eosdem, sicut Cypria-« num, in pace et communicatione ejusdem Ecclesiæ « catholicæ recessisse. » Et reliqua, quæ prætereo ut ad rem veniam. » Pergit itaque: « Quis hæc apud Baronium tum in Annalibus, tum in Martyrologio Romano legens, non existimabit certissima et testatissima esse ? Annales suos format ex Ecclesiæ catholicæ auctoritate, id est ex Martyrologio Romano. Atqui Martyrologium Romanum non ita

DE PRATEN., TORNACEN., AQUICINCT., ANTUERP. et D MAX-LUBEC., MUNERAT., BELINI edit. 2, supra in Variantibus satis dictum est.

AGONES MARTYRUM. Hic codex Pratensi ferme similis est, omissa etiam annuntiatione tertia.

ANTUERP.-MAJ. de Polycarpo prolixius elogium ex Adonianis centonibus fere consutum refert, quod in fonte purius habes. Pro Theogenis, scribit Theologenis; de cætero in ea annuntiatione satis purus. Tum : « In Bethleem, dormitio sanctæ Paulæ. Hujus vitam virtutibus admirandam, sanctus Geronimus scribens, testatur eam longo chronatam esse martyrio.» Vide die sequenti. «In territorio Parisiensi monasterio Scale, depositio dominæ Batildis reginæ.»

PULSANEN., in Polycarpo purus, de Theogene silet, ejusque loco agit de Paula, verbis jam relatis.

cur omnino rejicienda sit. Fateor equidem a marty- A olim habuit, sed tantum a tempore Baronii, ut non Ecclesiæ, sed Baronii auctoritas alleganda potius videatur. Tria igitur hic nova videntur inserta a Baronio in textum Martyrologii Romani, si conferatur cum antiquis mss. vel etiam impressis.

> A 1. Quod Theogenem dicat passum Hippone regio in Africa, vel certe si nolit ibi passum, sed coli; quis asseverabit Theogenem illum, cuius meminit Marty-rologium Romanum, esse illum Africum qui colitur Hippone-regio, maxime cum omnia vetera Martyrologia Theogenem absolute ponant, nullo loci indicio addito ? Adde quod Petrus in Catalago lib. 111, cap. 25, postquam priori capite egerat de Polycarpo et duodecim ejus discipulis, Laodicea venientibus, post eum passis, sequenti capite subdat : « Theogenes « martyr cum aliis triginta sex Christianis martyrium passi sunt in eadem civitate Laodiceæ, præ-« missa persecutione (Marci Antonini et Lucii Au-« relii Commodi, qua Polycarpus erat affectus mar-« mortem, Coronam vitæ æternæ adepti sunt vn «Kal. Februarii, ut dicit Hieronymus. » Ex hoc Petri loco sua desúmpsere Maurolycus et Galesinius, qui Theogenem etiam Laodiceæ ponunt. Alia vero vetera Martyrologia, ut Romanum vetus, quod Adoni olim præmisi, item Beda (supposititius), Usuardus, Ado, nullum martyrii locum exprimunt.

> « 2. Quod Theogenem hunc vocet episcopum, nullius veteris libri auctoritate. Imo vero Augustinus, qui S. Theogenis meminit, non dicit quod fuerit episcopus. Quod vero quidam Theogenes episcopus Hippone-regiensis inveniatur interfuisse concilio Carthaginensi III, nihil ad rem facere potest, cum et concilium illud congregatum fuerit contra sensum Romanæ Ecclesiæ, nec aliunde constet Theogenem illum Hippone-regiensem episcopum martyrio esse affectum.

> « 3. Quod dicat eum passum in persecutione VALERIANI, nec hoc in ullo Martyrologio, seu ms. seu impresso (quod eo quidem viderim), occurrit : vidi autem quam plurima. Imo vero Martyrologium Romanum Belini xnıv Januarii censet cum passum sub Licinio, ita scribens : « Eadem die, sanctorum « martyrum Theogenis cum aliis triginta sex, qui « contemnentes temporalem mortem sub Licinio « imperatore coronam vitæ æternæ adepti sunt, » Quanquam videtur Belinus, Theogenem, cujus in Martyrologio Romano III Januarii fit mentio, coufudisse cum hoc. Ille enim prior passus est sub Licinio. » IIactenus Rosweydi judiciosa notatio.

> Utrum autem a Belino ipso, an a solo Parisiensi editore typographo, in alteram ejus editionem, verba illa, sub Licinio imperatore infarta sint, non ausim temere pronuntiare. Illud certe verissimum manet, clausulam illam Usuardo, ut supra evicimus. Theogenem vero Hellespontanum sub rege Licinio passum fuisse, habes in Auctariis ad præfatum diem m hujus mensis.

> Roswerd. Post princeps fuit, ita phrasim variat : « Postea vero ob Christi amorem multa perpessus ab inimicis catholicæ fidei, sub Aurelio proconsule, igni traditus est cum aliís x11. Eodem die, natalé sanctorum martyrum Theogenis cum aliis xxxv1. Item Bituris, beati Sulpitii episcopi et confessoris.»

> ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., ALBERC., DANIC. et editio ÚLTRAJECT.-BELG Polycarpi elogium paucioribus augent in hunc modum : « Hic igni adjudicatus, cum esset in medio flammæ, flamma in modum cameræ curvata, super corpus martyris stetit. Quod corpus in medio positum, non erat ut caro ardens, sed tanquam si aurum, et argentum in fornace candesceret. Videntes autem scelerum ministri eum igni non posse consumi, corpus, cui ignis cesserat, mucrone transfoderunt. »

LOVANIEN., superioribus in Polycarpo similis, de- A de quo die sequenti. Adjecerat porro præfatus coficit in breviori Theogenis elogio.

CENTULEN : « Apud Zmirnam, sancti Polycarpi episcopi et martyris, qui beati Johannis apostoli discipulus, et ab eo episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit; cum quo duodecim passi sunt. Eodem die, sancti Theogenis martyris, cum aliis xxxvi. In Bethleem, dormitio sanctæ Paulæ, nobilissimæ matronæ. Cujus vitam sanctus Jeronimus ad imitandum describens, » etc. « In territorio Parisiorum monasterio Kele, sanctæ Baldetildis reginæ. »

BRUXELLEN. præter ca quæ de Polycarpo supra auctiora dedimus, de suo adjicit fere ex Hieronymo de scriptoribus eccl. : « Cui Marcio hæreticus occurrens, agnosce nos, inquit : Tum ille, agnosco, ait, primogenitum Sathanæ. Ast cum Polycarpus illi, ac cæteris hærcticis viriliter restitisset, sub Marco Antonino, » etc. Theogenis elogium mutilavit, sed de suo attexuit, « Cujus memoriam facit beatus Augustinus in homeliis de Pentecoste. » B sancti Pauli requiescit.» Inde post Theogenem: «In Atque hæc verba Molanus litteris Italicis textui immiscuit. De Paula solum addidit : « Matris Eustochii, virginis Christi, » quæ sunt Adonis verba die _sequenti.

HAGEN. de Polycarpo hoc singulare habet : « Qui multos annos ad partes Galliæ et Ilispaniæ et Italiæ misit discipulos ad prædicandum verbum Dei. » Tum : « Apud Bituricam civitatem, depositio sancti Supplicii (Sulpitii de quo supra xvii) episcopi et confessoris. Ilic a pueritia sua, sacris litteris erat eruditus, et sanctæ conversationis luce conspicuus, ita ut laicus virtutibus clareret. Post coma deposita monachorum pater exstitit plurimorum, atque inde ad cathedram provectus episcopalem, et per omnes dics vitæ suæ, miraculis et doctrinis exstitit glo-riosus, et tandem quievit in pace. »

VATICAN., num. 5949, et JURENSIS S. Ragnoberti hoc die referunt Sulpitium Bituricensem, cum eo elogio, quo superius xvII ex Usuardo et xv inter C Auctaria adduximus; nempe: « Apud Bituricas civitatem, sancti Sulpitii episcopi el confessoris, cujus vita et mors pretiosa gloriosis miraculis commendatur. » Sequitur in JURENSI : « B. Mauri abbatis monasterii Bodacensis, cujus vitam virtutibus plenam, vir illustris et patricius Dynamius scripsit : » vult dicere, Marii Bobacensis, rectius Bodonensis,

dex elogio S. Polycarpi : « Reliquiæ ejus Lugduno in crypta habentur. »

STROZZ et MEDIC. primo loco : « Apud Floren-tiam Tusciæ urbem [aller habet civitate Florentiæ] translatio sancti Zenobii ejusdem civitatis episcopi et confessoris, quæ translatio facta est anno Domini ccccxxviii (ccccxxix) per beatum Andream episcopum ejus successorem ; cujus post multa miracula, sicca ulmus, juxta Baptistæ templum, ab ejus feretro cum tacta esset, repente folia ac flores emisit, ubi adhuc exstat columna marmorea. »

Editio LUBECO-COL., post ea, quæ de Polycarpo, ex codicibus mediæ notæ et aliis retulimus, adhuc adjicit : « Et de ejus sanguine copiose fluente, totus focus extinctus est. Ejus etiam anima a circumstantibus in specie columbæ, in cœlum ferri visa est. Passi sunt cum eo, etc. » Subjungitur : «Treveris, sancti Mari episcopi et confessoris, qui in ecclesia territorio Parisiensi, monasterio Cabe, depositio sanctæ Paulæ virginis. » Ita etiam Grevenus; sed Bollandus de ea nihil reperit. « Eodem die Cenomanis, beati Silvini episcopi et confessoris. Biturcas civitate, sancti Juliani episcopi et confessoris.» Hæc eadem Grevenus ; Bollandus utrumque posuit inter Prætermissos.

GREVEN. præterea : « Romæ, Fabiani, alias Sabiani martyris, secundum Bedam, » Quem Bedam velit, nescio, melius Ilieronymum indicasset; vide Bollandi conjecturam. «Puteolis, Artematis. Triphonis martyris, Treveris, Mari episcopi et coufessoris. Translatio beati Zenobii episcopi Florentini et confessoris. Item, beatæ memoriæ Hasekæ virginis, reclusæ, quæ juxta ecclesiam de Schermbeke in multa simplicitate, et sapientia Domino serviens, quodam tempore butyrum vetustate corruptum, oratione reddidit recentissimum. »

MOLANI prima editio caret additamento, sed in Polycarpo has voces textui inseruit characterellalico: « In cujus medio rogo, mucrone perfossus, tam largum profudit sanguinem ut ignem extingueret. In posterioribus additur Marus Trevirensis. Et deinde : « Die vigesima sexta, sancti patris Xenophontis et comitatus ipsius. »

VI Kal.

Natalis beati Joannis episcopi Constantinopolitani, cognomento Chrisostomi, qui verbo atque exemplo plurimum Christianæ profuit religioni. Item sancti Marii abbatis monasterii Bobacensis; cujus vitam virtutibus plenam vir illustris, ac patricius Dynamius scribit. In Bethleem Judæ, dormitio sanctæ Paulæ. Hujus Vitam virtutibus admirandam sanctus Hieronymus scribens, testatur cam longo coronatam esse martyrio. In Africa, sancti Aviti martyris.

NOTÆ.

Ita Praten., Herinien., Antuerpien., Max.-Lubec., Molan. et Agones martyrum. Adde Antuerp.-Max., Lovanien., Leyden.-Belg. et edit. Ultraj.-Belg.

VARIANTES LECTIONES.

Crisostomi, Chrisostimi, Chrisostomi, Bethlehem, martiris, Jeronimus, Jhieronimus, Africa, Aphri-ca, modi sunt scribendi, quorum aliqui etiam hodie non omni ex parte rejiciuntur : nos in textu codices de more secuti sumus. Antuerp.-Max post episcopi cons-tantinopolitani, addidit, et confessoris. Antuerpien. vorba tantillum transposuit, legens plurimum pro-fuit Christiana, etc., proplurimum Christianæ pro-fuit. Magis errat, dum cum Antuerr.-Max., Lova-nien et aliis, ex Marii fingit Mauri. Dynamius etiam a multi comunicatione de la comunicatione de a multis corrumpitur; sed de his in Observationibus sermo recurret. In Molano particula una redundat;

Non multa occurrunt notatu digna; nam Johannis, D in Bethlehem Judæ in dormitio, sed hic error est typothetæ. Huc spectare deberet Julianus Cenomanensium apostolus a codice Tornacensi, Antuerpiensi majore, Rosweyd., Muncrat., Greven., aliis-que hoc die positus, a Pratensi nostro apographo die sequenti. Eum nos utroque die ab Usuardi textu exclusimus, quoniam in aliis nostris codici-bus non reperitur. Monuit nos etiam Castellanus, codicis Pratensis inspector, Julianum atramento recentiori illic adjunctum : unde ei, in notis ad hunc diem, mirari subit, cur apud antiquos martyrologos nulla tanti viri habeatur memoria.

OBSERVATIONES.

Romani parvi, et Adonis est quidquid ex antiquioribus Usuardus accepit ; nisi forte Avitus Afri-

canus (quem sic etiam Wandalbertus efformat)cum Vito Hieronymianorum affinitatem habeat, de quo

Die 21.

infra suo loco. De *Chrysostomo* itaque nec Hierony- A loci immutando, non modicæ confusioni ansam dede-miana, nec Beda, aut ejus sequaces, nec Wandal-rit. Legerat verosimiliter in Adone, *Bodanensis*, vel bertus quidquam memorant : auctor vero Romani parvi strictim : Constantinopoli, Joannis Chrysostomi. Nihil amplius dicit Ado, nisi quod priora verba paraphrastice explicet: Natalis sancti Joan-nis, episcopi Constantinopolitani, qui Chrysosto-mus appellatur. Textus noster Usuardinus est aliam Notkerus non multo diffusiorem composuit. De variis inclytissimi doctoris, apud Græcos potissimum, festivitatibus agit Bollandus in elencho Prætermissorum, rationem reddens, cur sancti Vita in alium diem rejicienda fuerit. Nos eam ex Palladio aliisque antiquis dabimus proprio obitus die xiv Septembris; quando uberiori commentario illustrari poterit ex eruditorum virorum lucubrationibus post Bollandi mortem editis, inter quos præcipui videntur Hermantius in notissimo opere, et Tillemontius, tomo XI, a principio usque ad pag. 405, totis 154 articulis. Hoc plane novum in tam illustri B superaddam. In hoc ferme cardo vertitur, utrum ex sancto accidit, quod inter martyrologos nostros an-Vito, Hieronymianorum, Avitus accreverit, quem tiquos, imo inter tot codices Usuardinos vix ullus reperiatur, qui xiv Septembris, proprio tamen natali die, dé eo vel verbo meminerit. Tota *Marii* annuntiatio ex Adone desumitur, a

Notkero non nihil curtata. Plurima de hoc sancto confusa prius et obscura, accuratissime distinxit Bollandus, nec minus curiosa superaddidit Castellarus in notis a pag. 424, quibus varii errores cor-riguntur eorum, qui in scriptione et nominis ipsius sancti, et loci et auctoris Vitæ hallucinati sunt. Recte legit Noster cum Adone, Marii, ubi alii Mauri, Marcerti, etc., unde ab imperitis novi sancti procusi sunt. Ast in co labitur, quod nomen

ut in vulgato, Badonensis; neutrum secutus, scripsit de suo Bobacensis [Notherus Bodacensis] quod varie ab aliis inflexum, in varia et plane dissita loca sanctum nostrum transtulit. Legendum Bodanensis, vel Badonensis, Vallis Badoneusis, ut recte probant laudati auctores, apud quos ultima monasterii illius vestigia reperies. Rursus bene posuit Dynamius, ut vere appellatur, qui Vitam scripsit; Belinus perperam Domianus, alii Dinandus, Didamius, Dinavius, etc. Curiosum lectorem operæ non pœnitebit, si citatos scriptores consuluerit. Libe-Ado, atque ex eo Notkerus. Noster, omissis intermediis, prima et ultima verba decerpsit, eadem illa, quæ die præcedenti inter Auctaria adduximus. De Avito, pluribus disputant Bollandus, Florentinius et Castellanus; nec habeo, quod eorum conjecturis suspicatur Castellanus metri gratia productum a Wandalberto, ex quo Usuardus eum sumpserit. Ego necdum explorare certo potui, an Usuardus metricum illud Martyrologium unquam noverit. Quidquid statuas, certum est Avitum illum reliquis martyrologis incognitum, ab Usuardo primum signatum fuísse, ex quo in álios et in Romanum tran-siit. Præfatus Wandalbertus dicto Avito Sulpitium Bathildem Aldegundem adjunxit, de quibus nos suis locis. En utrumque ejus versiculum :

Punica terra suum sexto veneratur Avitum. Sulpitius, Bathildis et Aldegund, quoque vernant.

AUCTARIA.

TORNACEN. textui puro subjicit : « Cenomannus civitate, natalis sancti Juliani episcopi et confessoris. »

ANTUERP.-MAJ., non satis correcte : « Constantinopolim, natale sancti Joannis episcopi, qui Criso-stomus appellatur.» Ex Adone. Tum : « Eodem die, natale sancti Marii abbatis monasterii Bobacensi: Cujus vitam virtutihus plenam, de quo patricius Dinavis scribit. » De Paula egit die præcedenti. In fine : « Cenomannis, depositio sancti Juliani episco-pi et confessoris. » De Avito, nihil.

Rosweyd.: De Chrysostomo etiam ex Adone. In Mario satis purus est. Dein : « Item in Gallia Conomanni, Juliani episcopi et confessoris. Item in Bethleem, dormitio sanctæ Paulæ, viduæ. » Deest etiam Avitus.

PULSANEN. valde mutilus est. De Paula egit die præcedenti: hodie caret Chrysostomo, ita incipiens: « In monasterio Bobacensi, sancti Marii

abbatis. Cujus vitam, etc. » In Avito, purus est. MUNERAT. pro Marii, scribit Mauri; pro Dyna-mius, Dinarius. De Paula, post martyrio, adjicit : D • Cujus festivitas Parisii quarto Kalendas Februa-rii celebratur. » In fine : Cenomanis civitate, natalis sancti Juliani episcopi et confessoris. »

GREVEN. textui apponit : « Cenomanis civitate, sancti Juliani episcopi et confessoris. »

ULTRAJ., LEYDEN., ALBERG. et DANIC. puri Usuardi essent, nisi textui præfigerent: « Romæ, natale sancti Vitelliani (Vitaliani) papæ, qui post beatum Petrum septuagesimus octavus, sedit annos novem et menses sex. Hic cantum Ramanorum composuit, et dulcisono organo concordavit. » Quis hæc primus ascripserit, nescio: vide quæ de eo dili-genter collegit Bollandus.

CENTCLEN.: « Constantinopoli, sancti Johannis episcopi, qui Crisostomus appellatur. Eodem die sancti Marii abbatis, cujus vita virtutibus plena refulsit. » De Paula étiam egit die præcedenti, et Avitum omnino prætermisit.

BRUXELLEN. in Chysostomo non plane purus, in

fine addit : « Hic tertio exilio relegatus moritur, Eodem die, sancti Vitaliani papæ. Qui cantum Ro-C manorum composuit, et dulcissimo, etc. » Scribit Mauri et Badonensis.

HAGENOVEN. In varus plerumque singularis est : hic de Chrysostomo, textui puro addit : « Cui quo-dam tempore scribere volenti de Deo, dyabolus incaustum effudit : qui statim pennam in os pro-prium tinxit, et inde litteras aureas scripsit, unde et os aureum dictus. Hic Chrysostomus pro veritate doctrinæ, et pro severitate disciplinæ, ter in exi-lium missus est et ibi tandem objit. » De Paula quoque textui subdit : « Et specialiter laudat illam a contemplatione, ab abstinentia, a devotione mentis et regimine sororum. » De Mario nihil; de Vitaliano ferme, ut supra, nisi quod nomina aliqua contorta sint.

VCTORIN. : « Cenomannis, beati Juliani episcopi et confessoris, qui a beato Clemente papa missus Cenomannos, et ordinatus, etc., » cum longo elogio Vita. e

MATRIC.-CARTHUS., ULTRAJECT. : « Joannis Chrysostomi episcopi, et confessoris. Paulæ viduæ, cujus vitam beatus Hieronymus describit. Marii abbatis. » Deest annuntiatio ultima.

In VATICAN., sub num 5949, deest etiam commemoratio A**viti**.

ALTEMPS. : « Item sancti Saturnini, et aliorum trinm. In Britannia minori, sancti Gildasii abbatis. » Hic colitur xxix : alios non satis distinguo, nisi colantur xxx1 Januarii.

STROZZ. et MEDIC. : « Eodem die Romæ, sancti Vitaliani papæ et confessoris. »

EDITIO LUBECO-COL. incipit a Vicelliano, cui præter annos IX, menses VI, ascribit dies XXI. de Chrysostomo, post religione, addit, sicut ipsius Acta luculenter testantur. Pro Marii, scribit, Sari; pro Dynamius, Dinandus. Post sanctæ Paulæ, addit, viduæ matris sanctæ Eustochiivirginis Christi. Sequitur : « In Africa, sancti Amici martyris, » voluit dicere: Aviti, quem Belinus in 1. editione vocavit

Adjuti. « Eodem die, sancti Juliani martyris » Hic A relianis, beati Adjuti, abbatis Carnotensis et conille procul dubio Julianus, quem Loræ suæ vindicat Baronius, alii Atinæ non procul Sora dissitæ, quo fundamento, docet Castellanus in notis, et nos in supplemento examinabimus. Demum : « Cenomanni, sancti Juliani episcopi et confessoris. »

BELINUS in utraque editione legit : « Depositio sancti Juliani, primi ejusdem urbis episcopi, vitæ sanctitate, et miraculis gloriosi. » in prima scribit Cinomannis, in altera Cenomannis

GREVEN. : « Eodom die, Emiliani, Publii, Artemii, Armatæ, Juliani, Celiani, Saturi. Vitaliani papæ, post Petrum septuagesimi octavi. Pauli papæ et confessoris. Hic cum paucis familiaribus, noctu cellas infirmorum visitans, necessaria ministrabat, incarceratos eripiebat : aliis etiam sanctis pollens actibus, in pace quievit. » Colitur xxviii Junii. « Au-

V Kal.

fessoris. Ad cujus anniversarium festivitatem cum populus conflueret, quidam contemnens et vineam suam pastinans, terribili plaga percussus, testimo-nium præbuit ejus sanctitati. » Remittitur ad xıx Decembris. « Item Joannis presbyteri Antiocheni, qui teste Hieronymo lib. de viris illustribus, sanc-titate et sapientia. sub Theodosio seniore insigniter fulsit. Jonæ prophetæ. » Vide Prætermissos

MOLAN in prima editione de Juliano Cenomanensi scribit, ut Belinus. Tum : « Depositio sancti patris nostri Sulpitii episcopi et confessoris.» Cellensi monasterio, inquit editio altera, omittens nostri. Ubi interseritur: « Cabilonis, sancti Lupi, ipsius civita-tatis episcopi. » Tum: « Die vigesima septima, roportatio reliquiarum sancti patris Joannis Chrysostomi. » De Vitaliano fere ut supra.

Die 28.

704

Romæ, natalis sanctæ Agnetis secundo. Et in civitate Apollonia, sanctorum Leucii, Thyrsi et Calinici martyrum, qui tempore Decii, diversis tormentorum generibus excruciati, primus et ultimus abscisione capitis, medius cœlesti voce evocatus spiritum reddens, martyrium consummaverunt. Alexandriæ, beati Cyrilli episcopi, qui catholicæ fidei præclarissimus extitit propugnator. In monasterio Beomensi, depositio Joannis presbyteri, viri Dei. [Addit Bouillart. : • Cinomannis, S. Juliani episcopi civitatis ipsius primi.]

NOTÆ.

Ex Praten,, Herinien., Tornacen., Pulsanen., Belini editione altera, Greven. et Molan.

• Ex numero sanctorum hujus diei Julianum ex- B bis etiam usu venit, ut mutato atramento, scriptoclusit Sollerius, hac ratione, beatum illum præsulem fuisse, notante Castellano, in Prat. codice atramento recentioriadjunctum. Eruditivestram fidem! An unquam, cum certum est eamdem esse manum, habita fuit, aut habenda est atramenti ratio? Nam scire velim qua nota atramenti ætas dignosci debeat. An cum atrius est, quam in reliquis versibus? si res ita habet, actum est de veteribus litterarum monumentis. Nam pauca esse arbitror, ubi atramentum eodem ubique nigrore sit. An non persæpe no-

VARIANTES LECTIONES.

Male in Belin. et Greven. Apolonia. Recte in textu Thyrsi post Adonem, ubi Tornacen., Greven., Molan. et alii Tirsi; Herinien., Thirsi, alii Tyrsi. Servavi Usuardi lectionem in Calinici, quamvis melius scriberetur Callinici. Herinien. et Greven. habet Calenici. Molan., Galenici, forte ex Adone. Lenticii et Calenitii in Pulsanen, et Calanici in Belino, C aperta sunt sphalmata. Varias alias nominum istorum expressiones videsis apud Bollandum hic, et apud Castellanum in notis a pag. 438. Pro excru-ciati, legit Herinien. cruciati. Posui abscisione ut scripsere Praten., Herinien., Tornacen., Belin et Ado ipse : pro quo in Pulsanen., Greven. et Molan.

Altera hæc Agnetis commemoratio in omnibus antiquis martyrologiis reperitur. Hieronymiana apographa pleraque legunt: Roma, nativitas sancta Agnetis virginis; de qua nativitate multa satis diligenter expendit Florentinius, an autem probanda, intelliges, si contuleris cum iis, quæ Bollandus in Actis, et Castellanus in notis pag. 363 examinant, xxi hujus. Coincidunt ea, quæ habet Beda, cum Fron-tonis Kalendario: Natale sanctæ Agnetis virginis D de nativitate. Rabanus tanquam particulæ ultimæ-interpres, post virginis, interponit, genuinum, hoc est de, etc., ex quo idem ferme habet Notkerus. An autem hæc rem de se obscuram, non magis involvant, judicent alii. Crediderim ego, Rabanum ex aliquo Hieronymiano illud genuinum accepisse, pro quo in Epternacensl invenit Florentinius ingenuinum accipias quod quid sit, ignorare se fatetur. Ut verbo sensum aperiam; malo genuinum accipias de vero nata'i, seu die martyrij, quam ut Agnetis nativitas secundum carnem solemni cultu celebrari

argumento Joannis, elogium resectum oportuit. Nam hæc verba, *presbileri viri Dei* eidem lituræ inscribuntur eodemque atramento, ac, Cinomannis, etc. Id, opinor, non monuit Castellanus, aut se monitum Sollerius prudente silentio premit. Cæterum opportune S. Julianum Usuardus memorat hoc die, quo illum venerabatur Ecclesia Parisiensis, in qua vivebat scribebatque. BOUILLART.

rum mutetur color? Ideone insertum aliena manu

fuerit, quod alium colorem referet? Deinde eodem

est, *abcisione*. In Tornacen., Belin. et Greven. habetur celesti pro cælesti, de qua et aliis diphthongis alibi diximus. Cirilli pro Cyrilli; prædicator pro propugnator in Belino adeo miranda non sunt. Præclarus autem pro præclarissimus, alter in Pulsanensi error dicendus, Reomanensi scripsit Ado, atque item Molan. Noster Reomensi, omnes male: pejus Tornacen., Pulsanen., et Belin. Remensi : scribendum et dicendum Reomaensi a Gall. Reomay, hodie Montier-Saint-Jean in Burgundia, in quo etiam corrigendum est Baronii Martyrologium, seu Romanum hodiernum, ubi Rhemensi.

OBSERVATIONES.

dicatur. Quamvis tota illa festi geminatio vero s'militer ortum habuerit ex eo, quod xxx1 Januarii ad virginis sepulcrum via Nomentana fideles confluerent, octavo autem die locus ipse martyrii in foro Agonali, nova celebritate honoraretur. Est apud nos pervetustum Kalendarium ecclesiæ Paderbornensis, a P. Joanne Grothusio ex membrana descriptum, et ab eodem notis illustratum; in cujustextu habetur : octava sanctæ Agnetis. Ubi notat Grothusius, recte retineri antiquum titulum octavæ. Non (est) enim, inquit, sensus Kalendarii veteris Romani, unde iste titulus est acceptus, quod sit octava dies celebritatis, sed octava dies passio-nis. Hæc quidem doctissini viri opinatio. Cæterum hodiernus annuntiandi modus ex Romano parvo acceptus est. Ita simpliciter legit : sancts Agnetis secundo, et sic ferme Ado, sic Noster, ex quo reliqui. Wandalbertus canit :

Quintum progenies Romana Agnæ dicat almæ.

Martyres Apollonienses, ut varie expressos paulo A mente Tyrso certissime tribuenda sunt, ut primo ante exhibuimus, ita variis locis, et diebus cultos. fuse et docte ostendunt laudandi sæpe Bollandus et Castellanus. In Hieronymianis xviii. Januarii invenies : Bt passio S. Tyrši cum sociis suis Louci et Gallinici, nulla stadii facta mentione, unde dubitat Florentinius, sintne iidem, qui xx ponuntur : Niveduno, Tyrsi, Quiriaci [Epternacen. Leuci] et Gallinici. Dubium item, utrum eadem nomina, aliis diebus seorsim ibi posita, ad eosdem hosce martyres pertineant, quod eo facilius admiseris, si diversis diebus et locis passos in eorum Actis observes. So-lum Thyrsum *Mileto* ascribit Floruscum elogio xxv. Cæterum hoc die a nostris constanter referri, certum est. Romanum parvum solum meminit Leucii et Tyrsi. Ado, inhærens Actorum ordini, ternos hac die conjunxit, cum eo encomio, quod totum descrip-sit Notkerus, Noster emollivit, iis rejectis, quæminus verisimilia videbantur. Baronius vero nominum seriem invertendo ascribit Leucio, quæ ex antiquorum

PRATEN. ET AGONES MARTYRUM textui subdunt : B « Cenomannis, sancti Juliani episcopi civitatis ipsius primi. » Sed cum hæc, ut die præcedenti ostendimus, codici Pratensi adjecta sint, nihil obest quominusinter Usuardinos puriores hodic locum habeat. Idem augmentum est in ANTUERP.- MAX. LUBEC. Et eodem ferme modo in priori BELINI editione, seu Veneta.

ANTUERP.-MAJ., in prima satis purus, de Apolloniensibus non meminit. In Cyrillo etiam purus est. Demum de Joanne Reomaensi, ita distinctius loquitur : « In territorio Lingonicæ civitatis, castro Tornodoro, monasterio Roboniensi, natale sancti Joannis presbyteri et abbatis, qui primus habitator ipsius loci, ac diversorum pater monachorum extitit, ac longo confectus senio, clarus virtutibus requievit. Sepultus est non longe a monasterio. »

Roswerd. incipit : « Octava sanctæ Agnetis. Et in civitate Apollonia, Leucii, Tyrsi, Calenici martyrum. Qui tempore Decii imperatoris sub præsidibus Cam- C britio, Silvano et Baudo, diversis formentorum generibus excruciati, martyrium consummaverunt. Eodem die apud Alexandriam, beati Cyrilli episcopi et confessoris. » Deest annuntiatio ultima.

ANTUERP.-MAX, ULTRAJEGT., LEYDBN., LOVANIEN. et Albergen. et Danic. secundo loco referunt annuntiationem Juliani, ut supra. Præterea, nescio quo argumento, Alexandriam in *Græciam* retrahunt. Quod de Carolo Magno habent, statim dicetur, ubi collecta invenies, quæ de eo in variis codicibus leguntur.

LEYDEN. BELG. et EDITIO ULTRAJ.-BELG. initio scribunt : « Octava sanctæ Agnetis virginis. » De cætero aliis, ut solent, similes sunt.

MUNERAT., in fine : « Item sancti Karoli imperatoris. « Antuerp.-Max. et Lovanien. : « Apud Aquisgrani, depositio sancti Karoli regis Francorum et imperatoris Romanorum. » MATRIC.-CARTHUS. ULTRAJ. : «Karoli Magni, regis, et imperatoris Romanorum. D christianæ fidei propugnatoris constantissimi.» Paulo uberius, ULIRAJECT., LEYDEN., ALBERG. et DANIC. verbis prius citatis, addunt : « Qui regno et imperio suo pacato et dilatato, statu quoque sanctæ Ecclesiæ religiose ordinato, et fide studiosissime ampliata, anno Domini octingentesimo quartodecimo, ætatis vero suæ septuagesimo primo, regni autem quadragesimo septimo, et imperii quartodecimo, transivit ad Dominum, Hic pro magnitudine operum cognominatus est Magnus. » Editio Lubeco-Col. vix tribus vocibus a dictis differt, Greveno consentiens in decurtanda ætate anno uno, et omittendis annis regni. Omnium amplissime rem deducit Mo-Lanus his verbis : « Eodem die Aquisgrani basilica, natale sancti Karoli confessoris, primi de stirpé Francorum, ordinatione divina Romanorum Au-

intuitu fit manifestum. Cyrillum primus, quod sciam, inter Latinos martyrologos hoc die collocavit Ado, cujus verba transcripsere Usuardus, Notkerus et recentiores passim. Græci eum colunt ix Juniiquo ipsum obiisse existimat Baronius. Mihi în trac-tatu Chronologico de patriarchis Alexandrinis, probabilius visum est, xxvn istius mensis vivere desiisse, nisi calculus Copticus omnino rejiciatur, quod ut fiat per me plane licet. De Cyrilli rebus gestis non pauca collegit Bollandus, sed totam vitæ seriem, quam nemo hactenus integre prosecutus erat, diligenter percurrit Tillemontius, tomo XIV, a pag. 267 ad 676. Joannis (non Nicanis, ut perperam legit Notkerus) Reomaensis memoria tota etiam ex Adone transumpta est. Vitam illustravit Bollandus, cum qua conferri poterunt, quæ dedit Mabilio in ap-pendice sæculi I Benedictini, a pag. 632. De *Reo-mæo* jam satis diximus, clariorem loci expressionem vide inter Auctaria in codice Antuerp.-Majore.

AUCTARIA

gusti : qui ab ineunte ætate sua, sæculi pompam despiciens, imperialis potentiæ gladio et sanctæ prædicationis verbo, vitæque salutaris exemplo convertit Guasconiam, Germaniam atque Galliam. Convertit quoque ad Dominum Frisiam, Alemanniam, atque triplici trophæo Saxoniam. Ædificavit quóque propriis sumptibus, ad laudem et honorem sanctæ et individuæ Trinitatis, viginti septem ecclesias, quorum excellentiæ typum obtinent Aquensis, præ sentibus suffragiis gloriosa. Hic fide studiosissimo ampliata, statu Ecclesiæ religiose ordinato, regno etiam suo dilatato, ac pacato, anno Domini occcxiv, ætatis suæ septuagesimo, imperii vero xiv, quieviin pace. Et pro magnitudine fidei, ac operum, co-gnominatus est Magnus. » Subdit minori charactere : « Atque sanctorum catalogo annumeratus, per Paschalem papam anno mcxcvi. »

BRUXELEN. ita orditur : « Romæ, S. Agnetis de nativitate secundo. In civitate Apulia, sanctorum Leoncii, Tyrsi et Gallieniti, etc. » Sequitur de Juliano Cenomanensi. Deinde : « Apud Alexandriam Græciæ, depositio beati Cirilli, etc. » Tum Joannis Reomaensis. « Hinc Malbodii, beatæ Aldetrudis virginis, sanctorum Vincentii et Waldetrudis filiæ, ac neptis beatæ Gudilæ, quæ sanctæ Aldegundi, suæ materteræ in abbatia Malbodiensi successit. » Vide xxv Febr. De S. Karolo dicta sufficiant. « Item translatio beati Thomæ de Aquino, doctoris sancti de ordine Prædicatorum. »

HAGENOYEN. de Karolo Magno id peculiare habet, quod « obierit in pace, dimissis ejus peccatis per intercessionem sancti Ægidi abbatis.

CENTULEN Cyrillum martyrem facit. Silet de mar-tyribus Appolloniensibus. De Joanne sic scribit : « In territorio Linguonensi, monasterio Reomensi, sancti Joannis abbatis, magnifici viri, qui basilicum oratione extinxit. »

Editio LUBECO-COL. diem auspicatur hoc modo : « Apud Coloniam Agrippinam, translatio sanctæ Ursulæ reginæ et sodalium ejus undecim millium virginum et martyrum, quæ facta est per sanctum Cunibortum, Coloniensis civitatis archiepiscopum, Romæ octava S. Agnetis virginis et martyris. » De martyribus Apolloniensibus, Cyrillo et Joanne et Carolo fere, ut citati codices. In fine : « Apud Tolosam, translatio sancti Thomæ de Aquino. »

GREVEN. : « In Africa secundum Bedam(non genuinum) sanctorum Censoriani, Victoris, Festi, Marinæ. » Circa Caroli elogium, in quo ab aliis dissen-tiat, supra notavimus. Pergit : « Translatio beati Thomæ de Aquino, a monasterio Fossænovæ Tholosam. Apud Coloniam Agrippinam, translatio sanctæ Ursulæ virginis sodaliumque ejus, facta per, etc. Margaretæ virginis de Hungaria, beatæ memoriæ. »

MOLAN, de Censoriano et sociis loquitur, ut Gre-

venus. Tum : « Juliani eremitæ cognomento Sabæ. A sancti Jacobi eremitæ. Et Nicomediæ, sanctorum Cujus gesta in Deo dicata, hoc est Philotheo historia, se memorasse scribit Theodoretus lib. II Hist. eccl., cap. 21. » In editionibus posterioribus post commemmorationem Caroli, scribit minori charactere : «'Apud Porphyrionem secundum Simeonem,

IV Kal.

Romæ via Numentana, natalis sanctorum Papiæ et Mauri militum, quorum ora jussit Laudicius Urbia præfectus ad primam confessionem Christi lapidibus contundi, et sic eos in carcerem retrudi, ac postea fustibus cædi, atque in ultimo plumbatis, donec expirarent. Eodem die Treveris, depositio beati Valerii episcopi discipuli sancti Petri apostoli. In territorio Trecassino, sancti Sabiniani, qui jubente Aureliano imperatore pro fide Christi decollatus est. [Addit Bouillart. : " Et Octavæ sancti Vincentii martyris.]

Praten., Herinien., Tornacen., Pulsan., Antuer-pien., Max-Lubec., Munerat., Belin., Greven., Mo-

^a Octavam sancti Vincentii autographo Pratensi fuisse adjectam scripsit ad Sollerium Castellanus, simulque erasas quinque ultimas textus litteras, us est, ut additamento esset locus. Falsa omnia. Nihil érasum. Tantum quinque litteræ duabus con-tractæ hoc modo t^* ; Nihil etiam additum. Nec mirum id quidem, Usuardum Octavæ sancti Vin-centii meminisse. More recepto erat apud Benedictinos ut sodales in capitulo congregati lectione

- Maure pro Mauri in Munerato error est. In Alberg. martyrum militum prima vox redundat. Magna codicum discrepantia in scriptione nominis Laodicius. Sequor in textu lectionem Bedæ, Pulsan., Munerati, Belini et Greveni; non repugna-turus si aliam præferas, aut cum Pratensi legendum putes Lauditius, imo forte Laodicius ut in eo codice legisse videtur Castellanus. Muneratus denuo male posuit profectus pro præfectus. Quos co-dices mss. secuti fuerint Greven. et Molan. non capio; interque hæc omittit : Et sic eos in carcerem retrudi, quæ in omnibus nostris, nullo excepto, clarissime exprimuntur; cum hac sola differentia, quod Antuerp., Max.-Lubec., Ultraject., etc., pro retrudi posuerint trudi. Et ea quidem clausula ad mentem Bedæ, et, qui eum descripsit, Adonis, exprimenda est. Sitne legendum ad ultimum, an in ultimo dubium est, variant optimæ notæ codices; Herinien. et Tornacen. scribentibus primo

De Papia et Mauro nihil Hieronymiana apographa. Primus eos retulit Beda cum insigni elogio, quod a Rabano modice immutatum est. Romanum D parvum scripserat : Romæ, Papiæ et Mauri militum sub Diocletiano imperatore. Ado paratum in Beda encomium non nihil expolivisse videtur. Utrum secutus fuerit Notkerus, parum interest; Noster certe quod in alterutra invenerat, comptius, et brevius reddidit. Dixi in Beda esse *Laudicius*, quod Ado vertit *Laodicius*, ut habent Rabanus quoque et Notkerus. An Laudicius, ab Usuardo servatus, indicio esse possit eum Bedam potius quam Adonem sibi imitandum proposuisse, non est operæ pretium indagare. Reliqua, quæ ad hos sanctos spectant, ex sancti Marcelli papæ Actis xvi Januarii repetenda sunt. Valerius Trevirensis in omnibus Hieronymianis ita ponitur, ut nequaquam adjectitius videatur, Pro confessore recoli ostendit præfixa formula, de-positio; ita enim habetur : Treveris, depositio Valerii, vel B. Valerii, vel beatissimi Valerii episcopi: quin imo Corbeiense notanter adjicit, confessoris,

Summa hic codicum plurimorum consonantia : B lan et Agon. Martyrum. Item codd. mediæ notæ, Autuerp.-max., Ultraject., Leyden., Lovas Albergen., Danic., et edit. Ultraject.-Belgic. Lovanien.

martyrum. Inde et Domnes et viginti millium, qui

passi sunt sub Maximiano. Eodem die obitus illustrissimæ Margaretæ virginis, filiæ regis Hungaro-rum, ordinis Prædicatorum. »

Martyrologii præmonerentur quæ festa celebraret, quorum sanctorum memoriam die proxime sequenti coleret Ecclesia. Hunc autem in usum ab Usuardo Martyrologium fuisse confectum argumento sunt Regula S. Benedicti et Necrologium codici inserta, quæ post Martyrologium legi solebant. An potuit monachus Pratensis oblivisci octavæ quam noverat suæ abbatiæ patrono consecratam ?

BOUILLART.

VARIANTES LECTIONES.

modo : nos Usuardum secundo modo scripsisse existimamus. Solus Muneratus habet ultimo. Molanus dum clarior videri voluit, textum corrupit, Laudicius, pro quo, male, Antuerpien. Laucius; C addens ex Adone vocem percuti, atque adeo le-Herinien., Tornacen., Molan. et alii cum Adone, gens : atque ad ultimum percuti plumbatis. Pulsanen. vero omittit, atque ultimo plumbatis. Treveris in Munerato, Valeris in prima Belini editione, typographo imputanda. Trecasino, Sabiani, vel Laviani scribunt aliqui, præsertim codices minus genuini, non nemo *Fabiani*, Munerat. Saviniaŭi; textus ex purloribus desumutur est. Pulsan., Antuerp. et Belinus habent Aurelio pro Aureliano. Porro Ultraject, Leyden., Lovanien., Albergen. et Danic. Valerium ultimo loco annuntiant, Sabinianum ei præponentes. Inter puriores codices hic denuo numeratur apographum nostrum Pratense, licet hodie additamentum habeat de Octava sancti Vincentii, quod prætenso autographo adjectum scribit ad me Castellanus, notans erasas quinque ultimas textus litteras us est, unde additio illa initium sumit.

OBSERVATIONES.

quem titulum in hisce codicibus rarius recurrere. alibi diximus. Hinc Rabanus sua desumpsit; sed Adoni proprium est, quod de *beati Petri discipulatu* in textu nostro adjungitur, eumdemque fonten Notkerus consulit. Id quo sensu intelligendum, non inepte explicat Castellanus pag. 451. Etenim in proprio sensu, aut significatione accipi non posse, vel ex Hieronymianis colliges, in quibus primi illi duorum primorum Ecclesiæ sæculorum episcopi passim gaudent apposito *de antiquis*, quod in hoc ipso laterculo, Hippolyto tribuitur. Verum hæc operosius discutientur, aut in Supplemento Januaríi, aut xiv Septembris ad vitam sancti Materni, quem si tempore Constantini magni floruisse memineris, Valerii hujus ætatem nullo negotio deprehendes. Binas uostras annuntiationes sic metrice complectitur Wandalbertus :

Quarto martyrium Papiæ Maurique refulget Tunc et Valerio Treviri pro præsule gaudent.

Sabiniani martyris Tricassini, quem a Senonens

Dia 99.

707

NOTÆ.

hoc die inter antiquos meminit, non recte, ut ante Castellanum observarunt majores nostri, cum xxiv Januarii ejus festivitas per totam diœcesim Tricassinam celebretur, idque in usu fuisse ante Usuardi tempora testetur laudatus Castellanus. Nec mirum, cum illo ipso die martyrio coronatum Sabinianum referant ejus Acta.Id compertum habuisse videtur-Florus, dum Sabinam sororem præfato die ei conjunxit, unde hic rursus colligas, quam ignota fuerint Usuardo Flori ad Bedam supplementa. Aliam Usuardi hallucinationem infra notabimus, nempe

ANTUERP.-MAJ. : « Romæ, passio sanctorum Papiæ et Mauri militum, tempore Diocletiani. » In Valerio satis purus est. Ultimam vero sic vertit : « Ipso die, natale sanctæ Savinæ virginis. » Clarius codex Victorin. et Reg. Suec. signatus num. 130. « Trecas Β sanctæ Saviniæ virginis. » Et eam quidem Sabi niano conjunxere citati inter Auctaria codices, xxiv hujus. Utrum illi, an huic diei magis quadret, definire certo non ausim, malim tamen alterutri, et huic præsertim, quam diei xxix Augusti, cui eam innectit Usuardus cum Sabina Romana copulatam. Rursus Savina an Sabina appelletur rectius, eadem quæstio est, quæ de Saviniani, et Sabiniani nomine moveri posset, quem codex Altempsianus, et aliqui alii Sabinum vocaverunt.

Rosweyd., in prima, et secunda non omnino purus, tertiam plane omittit.

CENTULEN. : « Romæ, sanctorum militum Papiæ et Mauri, suh Dyocletiano. In territorio Trecassimo, sancti Sabiani martyris. Treveris, depositio beati Valerii episcopi, discipuli Petri apostoli. Et octava sancti Vincentii martyris. » Vide Variantes in fine.

BRUXELLEN. Præpostero ordine Papam et Maurum ultimo loco annuntiat, elogio ex Adone non nihil interpolato. Sic vero incipit : « Treveris, depositio C Vide infra in augmento Molani. beati Valerii episcopi, discipuli sanc'i Petri apostoli. Qui cum beatis Euchario et Materno Treverim veniens, post obitum Eucharii, ibidem per annos quindecim episcopatus fungebatur honore. Cujus prædicationis tanta fuit instantia, ut eo adhuc vivente, per Galliam et Germaniam Christiani paganos número simul et religione superarent. » In Sabiniano purus est.

Aliter incipit HAGEN., nimirum : « In territorio Trocassino, passio sancti Sabiniani martyris. Qui fuit filius unicus Sabini ducis : qui per angelum Domini miraculose conversus est, et sacrum baptisma suscepit; et patrem cum patria reliquens, ad docendum alios perrexit: qui ab Aureliano imperatore infinitas pœnas sustinuit, et tandem decollatus, martyrium complevit. » De Papia et Mauro nihil ímmutavit. De Valerio textui hæc solum addit : « Qui cum beato Euchario et Materno magnam partem Galliæ

distinguendem hactenus, credimus, solus Usuardus A quod Sabinam hanc Trecensem ad xxix Augusti distulerit, ut cum Sabina Romana eam connecteret. Melius in Actis nostris hoc die recolitur, et ex Martyrologiorum auctoritate cum fratre conjungitur, atque cum multis aliis martyribus, quorum gesta ibi collecta expenduntur, et illustrantur. Vide in Actis dies alios, quibus aut conjunctim, aut seor-sim eorum nomina repetuntur. Hæc pro instituto nostro satis dicta existimo, nam, quidquid de rei veritate statuendum sit, certum manet, ipsissimam et genuinam Usuardi lectionem in textu a nobis fideliter et simpliciter repræsentari.

AUCTARIA.

ad fldem Deo convertit, et post Eucharium ibidem

factus episcopus, quievit in pace. » VATICAN., sub num. 5949 ; « In Penvia [an non Perusia ?] sancti Constantii. Beneventi, natale sanctorum Felicissimi et Cassiani in S. Sophia. »

STROZZ. et MEDIC. : « Apud civitatem Cebensem forte Cellensem] juxta castrum Corneti, sancti Flaviani martyris, qui sub Claudio imperatore passus est cum omni domo sua, inter viros et mulieres promiscui sexus, numero LXXXV et baptizati fuerunt a B. Theodoro presbytero, et per martyrium consummati sunt, ut legitur in gestis sancti Maximi martyris. » Multo lumine indigent, quæ hic obscure confusa sunt, denuo excutienda cum Actis sanctæ Severæ, etc. Vide tomo II Januarii pag. 946.

Editio LUBECO-COL., de Papia et Mauro, post mi-litum ex Adone interserit, « tempore Diocletiani imperatoris, qui videntes constantiam sanctorum Saturnini et Sisinnii diaconi, conversi sunt ad fidem. Quorum ora, etc. » De Valerio adjicit : « Quem idem apostolus Treviri, una cum discipulis suis Euchario et Materno, ad prædicandum gentibus illis des-tinavit. » In fine : « Bituricas, S. Severi episcopi et confessoris, discipuli sancti Martini episcopi. »

GREVEN. : « Item sanctorum Pauli, Victoris, Ilippolyti, Honorati, Petrosii. Severi episcopi Bituricensis et confessoris, discipuli sancti Martini. In Britannia, Gildæ abbatis. Vitalis, abbatis. (Constantii, ni fallor, Perusini) episcopi et martyris.

MOLAN., minori charactere : « Eodem die, sancti Sulpitii Severi, episcopi Bituricensis et confessoris discipuli sancti Martini, de quo Gennadius, etc. » Ubique Sulpitiorum confusio; hic enim Bituricen-sis episcopus, ad sancti Martini tempora spectare nequaquam potest, ut evincit Bollandus hoc die. Postremæ editionés : « In Britannia, Gildæ abbatis et confessoris. » Tum de Sulpitio. Demum : « Perusiæ, sancti Constantii episcopi et confessoris. » Notabis in omnibus editionibus, post elogium Papiæ et Mauri, litteris insertum ex Beda et Adone : Scriptum est in gestis beati Marcelli. »

Die 30.

III Kal.

Apud Antiochiam, passio beati Ypoliti martyris, qui Novati schismate aliquantulum deceptus, operante gratia Christi correctus, ad charitatem Ecclesiæ rediit, pro qua [Bouillart, add. et in qua] illustre martyrium consummavit. Hierosolimis, sanctissimi Matthiæ episcopi, de quo mira, et plena fide narrant, quia multa pro Christo perpessus, ultimo in pace vitam finivit. Ipso die, passio sancti Flaviani martyris. Malbodio monasterio, sanctæ Aldegundis virginis. [Apud Bouillart. : Flaviani martyris. In territorio Parisiacensi · Baltildis reginæ.]

NOTÆ.

Sic pure Herinien., Tornacen., Pulsanen., Belin., Greven., Molan. et editio Ultraject.-Belgic.

• Memorata hoc loco regina Bathildis in causa est D signavit. Veterrimum Corbeiensis abbatiæ Kalendacur Pratensem codicem hoc die morosus illius censor inter puros recensere non dignatus fuerit. Attamen Vitæ Bathildisauctor anonymus, illius reginæ æqualis, apud Mabillionem Act. SS. sæc. 11. et apud Bollandum, tom. II Jan., Bathildis mortem In Kal. con-

rium, ante annos 700 exaratum, eidem diei mortem ascripsit; eadem die Bathildis mentionem faciunt Martyrologia. S. Hieronymi dicta, Pontisarense XII sæculi, Fossatense, codices Colbert. A et D; Vietorin. A et B; Sandionys., Fuliens. B, Monstiburg., Pari-

siensis Ecclesia, monasteria Corbeiense et Calense, A substitutam fuisse Bathildem. Non equidem litu-Bathildis largitíonibus erecta et nobilitata, festum atque solemnem hunc diem agunt. Sed his omnibus argumentis adduci non potuit Sollerius ut crederct hunc diem ab Usuardo Bathildis morti fuisse assi-gnatum. Quid tandem illum moratur? Auctoritas Castellani scilicet, qui monuit loco Aldegundiserasæ

Solus Munerat. posuit sancti, pro beati. Scripsi Ypoliti, modo satis barbaro, sed proquo stat plurima codicum qualiscunque auctoritas, ut hic Herinien., Tornacen., Pulsanen., Antuerp., Munerat. et aliorum plurium, ut videbis etiam xm et xxm Augusti. Molan. recte posuit *Hippolyti*: proxime Praten. *Hippoliti*; Belin. et Greven., *Hypoliti*. Tibi licet præferre, quod optimum est; liceat nobis codicum nostrorum etiam luxatam scribendi rationem sequi. In B Hieronymianis est *Bpoliti*, etc. Prima Belini editio pro *Novati*, posuit *Novatiani* : uterque ad schisma concurrit. Habet etiam cum aliis codicibus scismats. Tornacen. et Munerat. pro correctus, legunt corre-ptus. Qua libertate reliqui Ypoliti, eadem scribo Hierosilimis, etc., de quibus alibi. Pre sanctissimi, in Tornacensi est sancti, in Belin., gloriosissimi. Mathæ et Mathei scribunt codices aliqui, Molan. Matthei, Belini prima editio Nathei, melius Praten, Mathia, potior est nostra lectio. In plerisque nostris

Die præcedenti non oscitanter advertimus, notari in Hieronymianis Hippolytum episcopum, de antiquis, utut ibi nomen deformatum sit, quemadmodum et hoc die dum præfata apographa primo loco legunt : In Antiochia, passio sancti Epoliti. Ex diversis enuntiandi modis, diversos hos esse plerique volunt, quamvis in his codicibus novum omnino non sit, eumdem sanctum semel atque iterum repeti. Ego ingenue fateor, in Hippolytis me hæsitare, dum oppositas eruditorum opiniones penitius introspicio. Videtur prior, episcopus de antiquis, sumendus pro celeberrimo illo de priscis Ecclesia doctoribus, ut recte, me quidem indice becient doctoribus, ut recte, me quidem judice, hoc die censet Florentinius. Verum an ille, qui ab aliguibus Portuensis epicopus dicitur ? An is, qui colitur xxII vcl xxIII Augusti? An qui a Prudentio celebratur? Variant sententiæ. Jam vero quis hic noster Antiochiæ passus? Satis propendeo, ut dicam hunc ipsum, illum esse magnum *de antiquis* scriptorem incerti loci episcopum, cum Portuensi martyre nequaquam confundendum; sed obstat, quod in Hieronymianisalter ab altero distinguatur. Lapis offen-sionis est Antiochia : nodum solveris, aut scideris, si liceat Hippolytum magnum Antiochiæ ascribere utpote alicujus ecclesiæ Orientalis episcopum, qui a nostris martyrologis xxII vel xVIII Augusti recolatur; hunc verbo presbyterom Romanum dicas, qui forte cum Pontiano papa, ut est in Hensche-nianis catalogis, ante tomum I Aprilis, exsilium D passus, post Cornelli electionem, Novatiano schismati implicitus, sed gloriose resipiscens, illustre martyrium, jam ætate confectus, non Antiochiæ, sed probabilissime ad Tyberina ostia subierit, quique a Prudentio egregie laudatus est, non confusus, ut vult Baronius, et a *pulcherrima Roma*, colitur *laibus* Augustimensis, ut ibi dicemus. Hæc præmittenda fuere ut detegatur confusio in omnia Murtyrologia per Adonem inducta. Romanum parvum breviter legerat : Antiochiæ, passio sancti Hippolyti. Sed rem ni fallor, implicuit solus Ado, elogium illud adjungens, quod ex ipso Notkerus, et recentiores passim accepere, quodque ego Hippolyti Prudentiani unice proprium existimo, non utique Antiocheni, nisi qui in Adonis gratiam alterum quempiam Hippolytum Novati schismate deceptum, Antiochiæ passum fingat, quod mihi certe non fit verosimile. Martyrologos. nostros maximi sane facimus, non tanti tamen, ut

ram inficior; sed omittere monitor non debuit qua manus reliquum codicem descripsit, eadem hic Bathildis memoriam annuntiatam fuisse. Veniant in hoc eruditionis genere exercitati judices. Codicis copiam facere parati sumus. Bouillart.

VARIANTES LECTIONES.

et optimis habetur narrant, quo modo Usuardun legisse existimo. Pulsanen., Belin., Greven. et Molan. forte melius cum Adone, narrantur. Rursus Greven. et Molan. habent *Anierit*. Tornacen, pro ipso die, ponit eodem die. Pulsanen.; Greven. et Molan. omittunt, passio. Flavii in Pulsanen. pro Flaviani, error est, uti et in eodem Malboydo, in Conventione Malboydo, in Greven. Moalbodio, ia Belin. Aldegunde.

Notavi superius xxvi Januarii, erasam in Pratensi codice Bathildis commemorationem, ut Castellanus monuerat. Idem ipse in notis hoc die observat Aldegundem in præfato codice itidem inductam, ad xiii Novembris translatam, ejusque loco substitutam hic Bathildem. Atque hæc causa est, cur hoc etiam die a purorum numero codex ille exclusus sit.Quomodo alii utramque conjunxerint, alii vero aliter scripserint, ex Auctariis intelliges. Genuina Usuardi lectio ex citatis pro textu codicibus abunde comprobata est.

ORSERVATIONES.

ubique Prudentio tot sæculis anteriori præferendos putemus. Hieronymianorum sensui insistere videtur Wandalbertus, unico suo versiculo:

Tertisque Hippolytum Antiochenæ personat urbi.

Castellanus. pag. 461, semel atque iterum Matthiam Hierosolymitanum ab Usuardo primum positransumpta. Ado illum ex Romano parvo acceperat, ubi sic memoratur : Jerosolymis, Matthia episcopi qui octavus fuit post Jacobum. Notkerus Adonis phrasim non nihil transposuit ; apud martyrologos alios notus non est. An hic felicius rem attigerit Ado Ado, quam in priori annuntiatione ; quæ et qualia sint, mira illa et plena fide gesta, videsis in Actis et in Chronologia patriarcharum Hierosolymitanorum ante tomum III Maii. pag. 6.

Sequitur apud Adonem Alexander martyr, ex hoc a Notkero quoque relatus; qui cur ab Usuardo præteritus fuerit, tum demum perspexi, cum Adonis elogium sæpe expendens et versans, illud rursus male translatum, et applicatum didici. Nimirum accepta sunt verba omnia ex Rufino lib vi Historiæ, cap. 29, quibus aperte describuntur certamina Alexandri Hierosolymitani, qui idem ipse a Romano parvo et Adone disertissime ponitur xviii Martii : ut proinde Alexander ille Adonianus, hic abundet, nisi alium quempiam indicaverit auctor Romani parvi, qui etiam *Deciana persecutione passus* sit, quique hactenus nos lateat. Cætera ad xvm Mariu remittimus. Hæc procul dubio etiam observavit Castellanus, sed alio defectu laborare videtur, dum prædictum Alexandrum in notis pag. 461 differt ad x11 Decembris, quasi idem foret, qui tribus diversis diebus a Romano parvo et Adone annun tiatur. Mentem ejus non satis clare assequor, nisi Græcos sequi velit, qui eo die Alexandrum Hierolymitanum recolunt, nam qui ibi Alexander cum socio Bpimacho a nostris celebratur, tantum ab Hierosolymitano distat, quantum Alexandria ab Hierosolymis dissita est ; ut satis distincte explicat Rufinus citato libro cap. 31 et 35; item Eusebius Valesii lib. vı, cap. 41. et 46.

Substitutus hic ab Usuardo Flavianus ex nullis characteristicis innotescit, utpote sine loci aut tem-

poris nota positus, neque unde illum acceperit di- A plus lucis reperio, quam Acta exhibeant pag. 833 vinare queo. Fateor equidem, a Castellano Flavianum hunc Centumcellis collocari, a Baronio autem Romæ ascribi xxviii Januarii. At tam varia congesta reperio, ut ea discriminare non vacet. Nec

et 946. De *Aldegunde* nihil dicendum superest. Rabani et ex hoc Notkeri peculiare de ipsa elo-gium, a Molano relatum, inter Auctaria recensebimus.

AUCTARIA.

PRATEN. et AGONES MARTYRUM, expuncta Aldegunde, ut in Variantibus dixi substituunt : « In territorio Parisiacensi, Baltildis reginæ.»

ANTUERP.-MAX. satis purus est toto textu usque ad vitam Anivit, sed tunc ex Adone subdit: «Hic octavus post Jacobum apostolum, Jerosolimorum rexit ecclesiam. Eodem die, passio beati Alexandri martyris. » De Aldegunde, recte.

Rosweyd. In Hippolyto deest elogium. In Matthia, satis purus est. Tum: « Item beati Alexandri martyris qui passus est tempore Decii. In Africa. cxxiv martyrum.» Vide Hieronymiana. «Item Lici mar-B tyris et sociorum ejus. » Nescio quem alium indicare possit præter Leucium, de quo xxviii hujus. « Item eodem die, dormitio sanctæ Bathildis. «In

Aldegunde, purus est. Antuerp., Max.-Lubec., Munerat., Antuerp.-Max. LOVANIEN. et LEYDEN. BELCIC. in textu omnes puri sunt, sed in eo excedunt, quod Bathildem reginam superadjiciant.

ULTRAI., LEYDEN., ALBERGEN. et DANIC. plus ali-quid de Alexandro scribunt, quam posuerit Ado. Ita enim habent: « Item Hierosolymis, natale beati Alexandri episcopi. Qui sub Declana persecutione judicii pro confessione sistitur, vinculisque traditus, dum longæva ætatis veneranda fulgeret canitie, postquam frequenter Dominum suis glorificaverat passionibus, nunc de tribulationibus [*ita legunt* UL-TRAJ. et LEYDEN., melius alii de tribunalibus] ad vincula, nunc de vinculis ad tribunalia pertractus, inter ipsa vicissim sibi succedentia tormenta, beato C fine quievit.» Ita fere etiam.

VATICAN., sub num. 5949, et STROZZ., etc. Rectius et simplicius Greven. et Molan. « Item beati Alexandri. Ilic Deciana persecutione pro confessione fidei judiciis sistitur, et vinculis carceris traditur, Qui cum longævæ ætatis veneranda canitie, » etc. Addit Greven. : «Videtur iste ille esse quem Usuardus ponit xv Kal. Aprilis.» Hoc est, quod et nos putamus non omnino esse compertum. Videatur Bollandus, hac die.

CENTULEN. Usuardi contractor incidit a Mathia legens fere, ut Rom. parvum: « Hierosolymis beati Matthiæ episcopi et martyris, qui octavus post Jacobum Hierosolymorum rexit ecclesiam. » Sequitur Hyppolytus. Tum: « Eodem die sancti Alexandri martyris.» In fine perperam adjicit : « Alexandriæ, sancti Metrani martyris,» qui ad diem sequentem spectat.

BRUXELLEN. sic orditur: « Malbodio monasterio, depositio sanctæ Aldegundis virginis et abbatissæ, sororis beatæ Waldetrudi et neptis sanctæ Gudilæ.» In Hippolyto et Matthia fere purus est. De Alexandro nihil novi profert. Sequitur Flavianus. Denique: «In territorio Parisiensi, dormitio sanctæ Bathildis, Francorum reginæ, quæ Corbeyam monasterium construxit. »

HAGENOYEN., luxatus et mancus est ; Hippolytum vocat Novay polytum; Flavianum, Flaviarium: Aldegundem territorio Parisiensi, Bathildem Malbodio attribuit, etc.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. : « Aldegundis virginis, sororis sanctæ Waldetrudis viduæ. Flaviani martyris. Item sancti Hippolyti martyris, cujus passionem Prudentius describit.»

ALTEMPS., in Anglia auctus, « Ilem sancti Belliani martyris.» Puto nomen esse corruptum, forte ex Pellicani, vel hujusmodi alio, quod ex apographis Hieronymianis acceptum fuerit

Editio LUBECO-COL Cum codicibus superius citatis convenit, hoc peculiare subnectens: « Malbodio monasterio, sancti (sanctæ) Aldegundis virginis nobilissimæ, quæ ex regio genere orta, Christum sibi in perpétuum sponsum elegit, qui étiam eam in tantum dilexit, quod sæpe ei visibilem angelum pro solatio miserat.» Sed hæc elegantius exprimit Molanus ex Rabano, et Notkero: « Quæ tempore Dagoberti regis Francorum ex nobili genere progenita, virginitatis propositum elegit, in quo et permansit sæpiusque illi angelica visio revelata fuit, exhortans eam, ut in proposito permaneret. Novissime vero cum magna claritate cœlestis luminis, ad vitam migravit æternam.

GREVEN.: « In Africa, Pellicani, Clericiani, Philippiani, et aliorum cxxiv.» Ex Hieronym. Vide Bollandum. « Lucii martyris, et sociorum ejus. Batildis reginæ Franciæ, quæ post mortem Clodovæi viri sui monasterium ingressa, in magna se humilitate dejiciens, Christo conformari satagebat. Etiam ponitur vu Kal. Februarii, sed melius hic.

MOLAN., præter dicta, minori charactere scribit: « Eodem die beatæ memoriæ, Antonii Peregrini Patavini, ex Manziorum familia nati, qui omnia loca sancta visitavit et defunctus est ncclxvII.» In postremis editionibus Alexandrum omisit, haud dubie quod cum Greveno dubitare cœperit, utrum hic idem non esset cum co, qui xviii Martii ponitur.

Pridie Kal.

Die 31.

Apud Alexandriam, natalis beati Metrani martyris, quo nolente impia verba proferre ad jussionem paganorum, omne corpus ejus fustibus colliserunt; vultumque et oculos acutis calamis terebrantes, extra urbem cum cruciatibus expulerunt, ibique spiritum, qui in eo superat, lapidibus ejecerunt. Item Alexandriæ, sanctorum martyrum Saturnini, Thyrsi et Victoris. Apud Trientinam urbem, sancti Vigilii episcopi et martyris. [Bouillart. om. Apud Trientinam..... martyris^a.]

NOTÆ.

Codices puriores concentur soli Herinien., Tornacen. et Antuerp.-Major.

• Addit huic articulo Sollerius. Apud Trientinam D graphum Tridentini Vigilii mentionem hoc die fewrbem, sancti Vigilli episcopi et martyris. Sicsui co-dices Heriniensis et Tornacensis hujus diei articulum claudunt. Sic etiam Dervensis longe vetustior. Itaque non dubium est quin primum Usuardi auto-

cerit. Imitatus fuerat Usuardus Martyrologia quæ ante se composuerant Beda, Florus, etc. Postea le-ctis Vigilii actis, errorem correxit. Quam apte id fecerit, die 26 Junii dicetur. Bouillant.

PATROL. CXXIII.

VARIANTES LECTIONES.

ferentiam inter Antuerp.-Majorem, et duos alios codices pro textu citatos. Siquidem ille puram Adonis lectionem Usuardinæ tantillum immutatæ prætulisse videtur. Itaque pro beati, legit sancti. Deinde post martyris sic pergit: Quem correptum pagani jubent impia verba proferre, quod illo recusante omne corpus..... ibique quod in co superaret spiritus, etc. Annuntiationem secundam sic format idem codex : Tirsi, Saturnini et Victoris, quorum gesta habentur. Alii scribunt Tyrsi : nobis præplacet Adonis orthographia, qua itidem supra ad xxvii usi fuimus. Rursus, Antuerp-Maj. incipit : Bodem die, etc. Herinien. autem Vigilii male scribit Vigili.

Superest nova ex codice Pratensi aliisque controversia, ac nimirum Vigilius Tridentinus ab Usuardo pso hoc die an xxvi Junii relatus sit? Citato Praensi subscribunt Antuerp., Max.-Lubec., Munerat.,

ex Rufino sanctis, studium, ut toto opere sæpe proditur, ita hic manifeste patet in glorioso sene Alexandrino nomine *Metra*, de quo in tractatu Chronologico Patriarcharum obiter locuti sumus num. 164, sed quem hic ex recepto scribendi modo cum Martyrologis nostris Metranum dicimus. Hic itaque a Romano parvo sic primum consignatus est: Ale-xandriæ sancti Metrani martyris, Sumptus est ex celebri Dionysii Alexandrini ad Fabium Antiochenum epistola, quam ex Eusebio, et Rufino recusam habes apud Kuinartium inter Sincera et Selecta a pag. 103 Inde totum suum elogium accepit Ado, quod Notkerus intactum reliquit, Noster vero modice abbrevians obscurius reddídit, ut ex codice Antuerp.-Majore in Variantibus facit patescit. An-nuntiatio altera solius Adonis et ab ibso indeterminate expressa: Item, sanctorum Saturnini, Thyrsi et Victoris. Notkerus Hieronimiana prætulit, in quo saltem aliqua inter hos aliosque martyres reperitur C distinctio. Rem confudit Usuardus, palæstram assignando Alexandriæ, cui in præfatis Hieronymianis alii prorsus martyres tribuuntur. Recte et solide hic observavit Bollandus, pag. 1080, «difficile esse, cum Acta sunt, sanctorum martyrum fide certa natales stabilire; loco, in quo palmam adepti, sæpe

Incipio a defectu, quem supra notavi in codicibus PRATEN., PULSANEN., ANTUERP., MAX.-LUBEC., MU-NERAT,. GREVEN., MOLAN. et AGON. MARTYRUM, QUI omnes Vigilium hodie omiserunt.

Rosweyd, in prima nec plane Adonianus, nec Usuardinus est, quamvis in re conveniant. In secunda item omnino purus non est. Vigilio etiam caret, cujus loco adjicit: «Et natale sanctorum xv diacono fratre in Actis Novariæ in Italia ponitur.

ALBERGEN. ita incipit: « Natale beatorum mar-tyrum Cyri, et Joannis. » Additur in Lovanien: « Quorum primus ex Alexandria, metropoli Egypti,

secundus de civitate Edissena exstitit oriundus.» ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., DANIC. et EDITIO ULTRAJ.-BELG. ad complendum elogium hæc supradictis adjiciunt : « Qui temporibus Diocletiani et Maximiani primum tenti et in carcerem missi, deinde virgis cæsi et facibns ignitis adusti, aceto saleque superfusi, ac cilicio confricati, piceque fervente perfusi, ad ultimum decollati, martyrium compleverunt.» De Saturnino et sociis adjungunt omnes . quorum gesta habentur, » qnæutinam vera essent!

Vix quidquam occurrit notatu dignum præter dif- A Greven, et Molan., major nempe numerus codicum, quorum auctoritate definienda, ut plurimum, Usuardi simplicitas. Et licet codices multi alii, præsertim Hierinien. et Tornacen. oppositum traderent, illis cedendum putaveram, quo usque ad vera Pratensis lectione a Castellano factus sum certior. Respondit hic ultimis suis litteris, xxxI Januarii MDCCXI aliena mauu ad me datis, iu hæc verba : Dum est ad S. Germani a Pratis; apparet litura (xxvi Januarii de quo quæsieram) verosimiliter sancti Vigilii, qui xxvi Junii denuo recurrit, sed eadem prima manu, qua reliqua scripta sunt. Quid ex his, cum annuntiatione xxvi Junii collatis, deducendum sit, in præfatione explicavimus ; hic mihi satis sit unum evicisse, nempe in vetustissimis Usuardi apographis, quale certe Pratense cenceri debet, positum olim hoc die Vigilium, ac proinde in primo ipso Usuardi autographo, atque adeo veram, et puram esse nostram lectionem,

OBSERVATIONES.

Singulare auctoris Romani parvi, in colligendis B numero a librariis, vel omisso, vel mendose expresso, aut pluribus ad unum temere revocatis : sociis núnc omissis, nunc neglecta interpunctione, aliunde ascitis, aut ex nominum similitudine iisdem perperam repetitis. Quæ omnia cum hic animis nostrisobservarentur, ne quidem quod conjectaremus, satis erat expeditum. » Nec nobis prumptum est confusa hæc secernere, Cæterum Usuardi error in recentiores transiit satisfeliciter pro aliqua parte ex ms. S. Cyriaci a Baronio correctus. Dubitari potest, an Wandalberti versus occasionem aliis non dederint tres illos ex majori numero seligendi. Sic ille cecinerat:

Saturnine tuum egregium Thyrsique trophæum. Victorisque simul Jani determinat orbem.

Vigilium Tridentinum ab Usuardo hoc ipso die, post Romanum parvum et Adonem, consignatum omnino credimus, ut supra in Variantibus dictum est. Ita illum primus annuntiat Romani parvi auctor: Trientinæ, sancli Vigilii episcopi et martyris. Hinc ab Adone positus iisdem ipsis verbis, quæ ex co Usuardus et Notkerus descripsere. Vide Acta ejus illustrata xxvi Júnii, quo die a Romano moderno refertur.

AUCTARIA.

Solus LOVANIEN. in eo purus est, quod ultimo loco

habeat de Vigilio, ut supra in textu. CENTULEN. de Metrano egit die præcedenti, ut vide ibi in Auctariis. Hic vero : « Alexandriæ, sanctorum martyrum Tirsi, Saturnini et Victoris, quo-

rum gesta habentur. » In Vigilio purus est. BRUXELLEN. de Cyro et Joanne legit, cum codicicaret, cujus loco adjicit: « Et natare sanoto ani a capta sunt. Sed quid hoc quod additur, *Et beati Julii* D de suo disparata conjungit, hoc modo : « Et apud Trientinam urbem, Vigilii papæ, et martyris; qui ob id quod Antennium (Anthimum) Constantinopolitanum episcopum de hæresi condemnatum, ad sedem suam noluit revocare, jussu imperatoris ignominiose tractatus, mittitur in exilium; ubi de eo, guod in Silverio papa suo prædecessore, inique commisit, digne pœnitendo, veniæ locum invenit, et vitam folicitor terminavit. Hic constituit, ut in ecclesiis missæ versus Orientem celebrentur. Item Gelasii episcopi. »

HAGENOYEN. Post purum et integrum Usuardi textum, addit : « Eodem die translatio sancti Euscacii [Eustadii] episcopi et confessoris. » Sequitur de Cyro et Joanne, ut supra. Tum : « Item Mutinæ, sancti Geminiani episcopi et confessoris.

AQUICINCT. pro *Thyrsi*, legit *Tyrsimi*. VICTORIN., in fine : « Et sanctorum Abba Cyri et Joannis. Eodem die apud Tridentinam urbem, B. Vigilii episcopi et martyris, » Codex REG. Suec., signatus num. 130, et VATICAN., num 5949, habent, ut superius, Trientinam. ABDINCHEFF. Apud Trientum. STROZZ. et MEDIC. « Apud Trientinam civitatem, natalis sancti Vigilii episcopi et confessoris.» MATRIC. CARTHUS. ULTRAJ. absque positione : « Vigilii episcopi et martyris. »

AMBIAN. « In Galliis Ambiani, transitus sanctæ Vulphiæ. »

DIVION. S. Benigni. « Divioni » [aliud exemplar Divione] « translatio corporis sancti Eustadii presbyteri et confessoris. »

Rec. Svec., num. 130 : « Et sanctorum Abbacyri, et Joannis. » Alius codex num, 438: « Civitate Gra-tianapoli, natalis sancti Patrocli martyris, ejusdem civitatis episcopi. »

VATICAN., num. 3949 : « Natalis sanctorum Cyri et Joannis. Et sancti Cyriaci episcopi et martyris. Eodem die natalis sancti Paschasii abbatis. » Penultimo loco habet de Vigilio.

STROZZ et MEDIC. « Item translatio sancti Geminiani episcopi et confessoris, apud Mutinensem civitatem Italiæ, magnæ sanctitatis viri. » Agunt etiam de Vigilio.

BELIN. Post textum, ubi Trisi pro Thyrsi scribit, hæc addit : Eodem die, sanctorum martyrum Cyri et Joannis. « Item Mutinæ, sancti Geminiani episcopiet confessoris. Eodem die, sancti Julii confessoris. Eodem die, translatio sancti Marci Evangelistæ. ab Alexandria Ægypti ad civitatem Venetiarum.» In altera editione adjicitur: «Apud Trientinam urbem, sancti Vigilii episcopi et martyris. »

Editio LUBECO-COL. incipit ab elogio Cyri et Joannis, quale supra retulimus ex codicibus mediæ C notæ. Sequitur, prima Usuardi annuntiatio satis pure. Item altera de Saturnino et sociis, cum addito, « quorum gesta habentur. » Tum : « Eodem die, translatio sancti Marci Evangelistæ. In territorio Trecassino, sancti Pontanii confessoris. Ipso die, sancti Edani, episcopi et confessoris. » Vigilius prætermissus est.

GREVEN. : « Cyri et Joannis martyrum, qui jussu Diocletiani et Maximiani imperatorum, primo tenti, deinde in carcerem missi, postea virgis cæsi, et facibus ignitis adusti, ad ultimum decollati, » etc. «Apud Tridentinam urbem, teste Adone, sancti Vi-gilii episcopi et martyris, qui in vi Kal. Julii ponitur. Passio sanctorum Pontici, et Blandinæ, de quibus in π Junii. Tarsici, Zotici et Aminoni. Item Pulii, Gelasii, Hippolyti et Juli confessorum. Aureliani martyris. Torcaci [Torquati, ni fallor,] episcopi et confessoris. Geminiani, Mutinensis episcopi

A et confessoris, cujus exequiis sanctus Severus Ravennensis, in missarum solennia raptus in spiritu, se interfuisse dicebat. Julii, et Juliani fratrum. Sancti Gandi Eboracensis [Gaudi Ebroicensis] episcopi et confessoris. In territorio Trecassino, sancti Potanii confessoris. In Anglia, Keneswitæ, abbatissæ. Ambianis, Vulfæ virginis. Translatio sancti Marci de Alexandria Venetias, anno Domini ccccLxv (aliquot certe seculis serius). Edani episcopi et confessoris. »

MOLAN. : « Ipso die, sancti Veronis [Veroni] confessoris. Eodein die, sanctorum martyrum Cyri et Joannis. Item Mutinæ, sancti Genimiani (male Belinum transcripsit, in quo supra habetur Gemi-niani) episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Julii confessoris. Eodem die, translatio sancti Marci evangelistæ, ab Alexandria Ægypti ad Venetias. Apud Trientinam urbem, sancti Vigilij episcopi et martyris. In Galliis Ambianis, transitus sanctæV ulfiæ. AUGUSTODUN. D. LE MARE : « Apud Divionem, re- B Civitate Eboracensi beati Gaudi, ejusdem urbis epi-motio sancti Benigni martyris. » scopi. » Tum aliis minoribus typis : «Marcellæ viduæ, ad quam scribit beatus Hieronymus. » Posteriores editiones alium ordinem exhibent, in quibus primo loco refertur « Vigilius Tridentinus. » Deinde : « In Galliis Ambianis, transitus sanctæ Vulliæ. » De Gaudo episcopo melius hic scribitur : « Civitate Ebroicensi. Eodem die sanctorum martyrum Cyri et Joannis, mirificorum et abstinentium argento. » Sumuntur ii tituli ex Græco elogio, oi ayıoı zai bauματουργοί άναργύροι, quod sic melius interpretatum in Actis redditur, « sancti et mirabilium effectores, gratis in firmos curantes. » Sequitur : Item Mutineæ, sancti Geminiani, » etc. De *Julio*, ut supra. Hic iterum rectius; «In Castriloco, translatio sancti Veroni confessoris. Eodem die, translatio sancti Marci evangelistæ, » etc., ut in priori. Prudenter hic omittitur translationis corporis sanctissimi evangelistæ annus, quem supra male notatum diximus ad annum ccccLxv. Certum quidem est, præ-dictam festivitatem solemniter hoc die recoli Venetiis in magnifica illa ducali basilica, serenissimæ Reipublicæ patrono et protectori dicata, tametsi de vero translationis die, aut mense, aut anno, post multas eruditorum virorum disquisitiones, nihil hactenus satis compertum proferatur : ego certe candide fateor, mihi, cum de patriarchis Alexandrínis scriberem, id studiosissime quærenti, nusquam licuisse prædictæ translationis satis expressa vestigia deprehendere. Quomodocunque res facta fuerit probabilior fert opinio, non ante initium sæculi x venerabile corpus Alexandria Venetias deportatum, et si translationis historiæ credimus, notanda erunt Leonis Armeni tempora inter annum **D**CCCXIII et DCCCXX, ut proinde superius recte indicaverim, aliquot sæculis post annum CCCCLXV a Greveno signatum, accidisse. Vide in Actis xxv Aprilis a pag. 333, et Tillemontium tomo II, a pag. 98.

MENSIS FEBRUARIUS

HABET DIES XXVIII.

Kalendis.

Die 1.

Natalis beati Ignatii episcopi et martyris, qui tertius post Petrum apostolum Antiochenam rexit ecclesiam : ac persecutione Trajani Romam vinctus mittitur, ubi præsente eodem, circumsedente senatu, immanissimis pænarum suppliciis primo affectus, dehinc leonibus objicitur, eorumque dentibus præfocatus. hostia Christi efficitur. Apud Smirnam, sancti Pionii martyris, qui post squalorem carceris, ubi multos fratrum ad martyrii tolerantiam suis exhortationibus roboravit, cruciatibus multis vexatus, clavis confixus, et ardenti rogo superpositus, beatum pro Christo vitte finem sortitus est. Passi sunt cum eo et alii quindecim. Eodem die, beati Ephrem Edessenæ ecclesiæ diaconi. In oppido Tricastrino, sancti Pauli epi-

NOTÆ.

Ex Praten., Herinien., Munerato, Greveno et Molano.

VARIANTES LECTIONES.

vocem beatum omittunt alii, ut fecit Ado. Herinien. voces transposuit, pro rexit ecclesiam, legens, ecclesiamrexit. Traditur promittitur habent Greven. et Molan., sed hic in aliis emendavit. Prasente Trajano legit Herinien. Eo præsente, Munerat. melius in textu. Munerat. particulam interjicit, ac circumsedente. In Praten. apographo nostro pro afectus, scriptoris fortasse vitio, legitur affecto. Pro dehinc, Greven. et Molan. ponunt deinde, Nomen Pionii male efformant Herinien. et Munerat.

Greven. et Molan. Natale pro natalis, quod hic A hic Pronii: ille Pinonii. Scalorem pro squalorem in in aliis edd. correxit. Item, post beatum Petrum, Munerato, error est. Greven. et Molan. mutant ritæ finem in finem ritæ. Herinien. Cum Greven. legit Efrem. Munerat Efren ; alteræ Molani editiones Bphram; servanda, ex codicibus aliis, textus lectio. Sic Munerat. et Greven. scribunt Bdissene. Nimium hic sapit Greven. dum ita pronuntiat : In oppido Tricastrino, alias Tricassino. Nihilo melius Molan. Trecassino ex Adone. Schothia vel scotia pro Hibernia hic sumitur, ubi Brigidam lego, non Brigitam, ut Pratensis.

OBSERVATIONES.

Sanctissimi Teophori nulla in Fastis nostris Latinis antiquior exstat memoria, quam ea quæ a Romano parvo primum posita est hoc die : Antiochiæ, Ignatii episcopi et martyris. Auctorem Acta illa vidisse existimo, que post alios a majoribus nostris vulgata, atque olim ab Adone contracta, disertissime exprimunt, hoc ipso die Kal. Februarii martyrium complevisse anno Trajani XI, Attico et Marcello Coss.; atque ex eo Adonis compendio, inter Festivitates apostolorum relato, pauca illa sua Usuardus decerpsit, nec sic tamen ad veritatem satis exacta. Genuina ipsa et sincera Ignatii Acta primus in lucem protulit Usserius anno MDCXLVII, quæ mirum est Henschenio non innotuisse, de cætero inclitissimi martyris res gesta diligentissime prosecuto. Eadem illa Usseriana recudi curavit Ruinartius inter selecta a pag. 9, ac præterea fontem ipsum Græcum in bibliotheca Colbertina feliciter repertum, cum nova interpretatione ad calcem adjecit a pag. 695, in quibus certamen clare signatur x11 Kal. Januarii, seu xx Decembris, ad quem diem Castellanus eum remisit, justo, ni fallor, scru-pulosior. Recentiores alii in laudando Ignatio stylum exercuere; sufficiat Tillemontium indicasse tomo II, a pag. 190 ad 212, præter notas. Nos de C his plura in Februarii Supplemento.

De Pionio sic agunt Hieronymiana, ut interprete et commentatore opus sit, qualem sese præbuit Florentinius. Clare Romanum parvum : Smyrnæ, Pio-nii martyris et aliorum xv. Ilic Acta sinceriora præ oculis habuisse videtur Ado, ex quibus primo loco textum suum composuit, a Nostro pro majori parte transumptum, rescissa periodo controversa : Qui persecutione Antonini Veri, etc. Videantur Acta ipsa a Bollando diligenter expensa, ubi in prolegomenis difficultates explicantur, quæ etiam hoc tempore viris eruditis dissertationum materiam præbent, ut est apud Ruinartium a pag. 120, et apud Tillemon-tium tomo III, a pag. 367. Fateor in Actis alium diem notari, nempe iv Idus seu xii Martii (cum

circa medium istius mensis passio certo contigisse videatur,) sed cur ad v Aprilis Pionium transferat Castellanus, nondum satis intelligo.

Nec magis liquet, unde asserere potucrit idem Castellanus, clarissimum Bphræm decessisse ix Julii. Hunc primus hoc die, nescio ob quam causam, retulit Ado, ex quo ipsum Noster, et ex hoc reliqui passim accepere : Nihil prætermisit Bollandus, quo omnia de eo scripta colligeret; quid addiderint recentiores examinare non vacat, continuam vitæ seriem textuit Tillemontius tomo VIII, a pag. 259 ad 319. Paulus tricastrinus etiam Adonianus est, male illic, forte librarii vitio, Trecassine urbi ascriptus, quod a Notkero servatum est, a Nostro prudenter (ut credimus) correctum, licet in multis ejus apo-graphis remanserit. Vide Acta pag. 93. et Castellanum pag. 487. Solius Brigida hoc die meminit Beda; Florus modo suo brevem adjecit laudationem; Ado siugulare miraculum, inter Auctaria referendum; Noster id solum ex Adone mutuavit. quod textus exbibet. Antiquissimum illius virginis cultum probant pleraque apographa Hieronymiana Raba-nus Scotiam medii ævi, non male mutavit in Hiber*niam*, uti etiam Notkerus, qui tamen *Brigittam* scri-psit. Credo equidem Castellanum inter sanctas, cæ-

tera sinonymas, solerter distinxisse, ita ut alia Brigida, quæ hoc die colitur; alia Gallica, Britta; alia demun Sueca, quæ modo notissima est, Birgitla dici debeat. In iis, quæ Hiberniæ patronam spectant, nihil desiderari passus est Bollandus, vitas quinqué diversas illustrans, quas haud immerito, sallem ex parte, suspectas habent eruditi neoterici. Cæterum ex dictis patet textum nostrum integrum, ordine duntaxat non nihil immutato, ex Adone profluere, cui Notkerus ea adjunxit, que præter Brigidam in Rabano repererat. Wandalbertus eam solam hodie cclebrat:

> Brigida Virgo potens Februi sibi prima Kalendas Scotorum sancit miro celebrata favore.

AUCTARIA.

TORNACEN., plerumque purus et integer, hodie de-ficit in elogiis Pionii Smyrnensis et Pauli Tricastri-ni; sic tamen ut post *Pionii martyris*, non omittat, Rosweyd. Ignatii elogium etiam omittit. In Piopassi sunt cum eo et alii xv.

MARCHIANEN. textum purum habet, excepto Paulo, qui plane omissus est.

ANTUERP.-MAJ. expunctum hic etiam Pionii elogium. In Ephræm satis purus est. Tum, de Brigida, ex Adone textui seperaddit : «Quæ cum lignum altaris, in testimonium suæ virginitatis tetigisset, [statim] viride factum est. » In Paulo purus, postea inserit : « Eodem die, translatio sancti Audœni archiepisconi.» In fine de Ignatio, ex Adonis Martyrologio solum

Rosweyd. Ignatii elogium etiam omittit. In Pionio interpolatus et mutilatus est. Tum : « Ravennæ, Severi episcopi et confessoris. » In Ephræm, purus. « In Scotia, Brigidæ virginis, » ut Beda. « Eodem die, S. Pauli civitatis Castrinæ episcopi et confessoris. »

PULSANEN. De Pionio et Ephræm tacet; addit autem in fine : « In monte Gargano, depositio beati Paschasii abbatis. De hoc Paschasió nihil quidquam hactenus invenire licuit. »

ANTUERP., MAX.-LUBEC. et UGHELLIAN. toto reliquo

textu satis puri, addunt deBrigida ex Adone, quod A supra dedimus. Et in fine : « Ipso die, sanctorum episcoporum Polycarpi, et Severiani. » Videanimadversionem historicam in Actis, pag. 933. De iisdem SS. sæpius infra.

ANTUERP- MAX., LEYDEN.-BELG. et editio ULTRAJ.-BELG. a præcedentibus solo ordine differunt. Polycarpum et Severianum Brigidæ præponentes : item quod Pionio x tantuminodo vel XII socios ascribant.

LOVANIEN. Similis omnino esset, nisi careret toto Pionii elogio, atque etiam sociis xv.

ULTRAJ., LEYDEN., ALBERG ET DANIC. de Ignatio post verba textus, adjiciunt : « Hic quodam tempore per visionem in cœlum raptus, vidit et audivit quomodo angeli per antiphonarum reciprocationem, sanctæ Trinitati hymnos canebant. Qua visione edoctus, constituitin Antiochena ecclesia, juxta modum visionis, antiphonas decantari. Deinde per beatum Ambrosium ritus cantus de Græcis transivit ad Latinos. » Pionio solum addunt socios xII. Penultimo B loco de Polycarpo et Severiano. Demum de Brigida ut supra.

CENTULEN. : « Romæ, passio sancti Ignatii Antiochensis episcopi, beati Johannis apostoli discipulus, tercius post beatum Petrum Antiochenam rexitecclesiam. Apud Zmirnam, Pionii martyris et aliorum xv. Eodem dic, sancti Effrem, Adessenæ ecclesiæ diaconi. In Scocia, sanctæ Brigidæ virginis. Trecas, sancti Pauli episcopi et confessoris. » An hic alius sit a Tricastrino, vide Prætermissos et Acta, pag. 93.

BRUXELLEN. ita incipit : « In Scochia, S. Bregidæ virginis. Quæ cum lignum, » etc., quibus addit : «Ac pluribus miraculis vita ejus præclaruit. » Ignatio proprium elogium texit, quod non censui describendum. Sequitur : « Item Galleniti martyris, qui cum præfato beato Ignatio passus est.» Pionii encomium, iuxatum refert. De Ephræmo fere ut textus. « Item sancti Pauli, civitatis Trecassinæ, Castrive Yppidoti C episcopi, cujus vita, » etc. « Eodem die, beatorum Polycarpi et Severiani episcoporum et Præcordii presbyteri. Et translatio sancti Andoeni [Audoeni] Rothomagensis archiepiscopi. » Ejus vita dabitur xxiv Augusti.

HACENOVEN. proprio etiam marte Ignatio elogium aptavit. In Pionio, Ephræmo, Paulo, satis purus est, præterquam quod primo solum tribuat XII socios. Tum : « In Scotia, sanctæ Brigidæ virginis, quæ per multos erat prophetata tam paganos, quam Christianos. Quæ cum quodam tempore, etc. Ipso die, sanctorum episcoporum Polycarpi et Severiani.» Vide quæ superius dicta sunt.

AQUICINCT. PRO Trecassino, vel potius Tricastino, aut Tricastrino, legit Tegastri.

VATICAN., num. 5949 : «Ravennæ, sancti Severi episcopi. » Addunt VICTORIN. et REG. SUEC. Viri gloriosi.

DAVERON, perperam hoc die habet : « Item Severi D episcopi, cognomento Sulpitii, heati Martini Turonensis discipuli, Bituricensis civitatis Pontificis, genero ac sapientia clarissimi. » Varii hoc die Severi recurrunt, de quibus videndus index Prætermissorum et Castellanus, pag.486 et 487.

BIGOTIAN., qui fuit olim PP. Cœlestinorum : «Ipso die, sanctorum episcoporum Polycarpi et Severiani.

ALTEMPS., in Anglia auctus : « Petragoricas, sancti Suri confessoris. » In Actis vocatur Sorus Codex S. RICALDI: «Agrippiani Aniciensis episcopi et confessoris. » In Actis, Agrippani.

STROZZ. et MEDIC. : « Apud Scotiam, S. Brigidæ virg. .. Hujus vitam virtutibus, ac miraculis admirandam S. Donatus Scotus, episcopus Fesulanus scribens commendat. Item, translatio corporis sancti Aldoeni archiepiscopi, quando a Gallia per visionem Roberti, inclyti Normannorum regis. Rotomagum translatum est anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXVIII. Item, sanctorum episcoporum Polycarpi et Severiani. Apud civitatem Ravennam, natale S. Syveri archiepiscopi. Item sancti Præcordii martyris. » Au non *Præcordii Corbeiensis ?*

Edit. LUBECO-COL. : « Antiochiæ, natale B. Ignatii, etc., » ut supra ex ULTRAJ. et aliis. Sequitur : « In Scotia, sanctæ Brigidæ virginis. Quæ cum de manu episcopi velamen more monialium accepisset, super caput suum lectis orationibus, capite submisso lignum altaris tetigisset in testimonium virginitatis suæ statim viride factum est, et in perpetuum viride et imputribile permansit. » In Pionio Adonem describit. Post Ephrem et Paulum, ponit Polycarpum et Severianum. Ultimo loco : « Pictavis, sancti Leonis confessoris. »

BELIN., in Ignatio satis purus est. Secundo loco habet : « In oppido Trecassino, etc. » Sequitur : «Apud Scotiam,» etc., ut codices supra. «Ravennæ, sancti Severi episcopi et confessoris. » Tum de Pionio, cujus elogium mutilat. Ultimo loco de Beato Ephræm.

GREVEN. : «Ravennæ, depositio sancti Severi episcopi et confessoris. Qui ex lanificio victum quæritans, per columban cælitus missam designatus est in episcopum assumendus. Alii volunt quod hic sit memoria ejus, ct Vincentiæ uxoris, filiæque Innocentiæ, undecimo vero Kal. Novembris, depositio. Ipso die, sanctorum episcoporum, etc. Item beati Severii episcopi et confessoris, cujus corpus in Basilica metropolitana beatæ Mariæ Rothomagensi, populis hac die reverenter ostenditur. Pictavis sancti Leonis conf. Euberti episcopi et confessoris. Metis, Sigeberti confessoris, Severi presbyteri et confessoris, de quo I Dialogorum Gregorius narrat, quod ad infirmum vocatus, cum propter opus putationis vineæ suæ paululum tardasset ire, illeque defunctus fuisset, amarissime flens, ad vitam eum revocaverit. Alii tamen hunc habent xv Kal. Martii. Item sanctorum Dionysii et Publii.» Ex codicibus Hieronymianis.

MOLAN. De Brigida, «hæc cum lignum, etc. » De Severo et Severio, ut Greven «In Vastiaco, natalis sancti Præcordii confessoris.» Deinde charactere minuto : « Metis Sigeberti conf. et regis : qui inter alias virtutes viginti monasteria construxit. Passio sanctorum Vindemialis, Eugenii, et Longini : de quibus Greg, Turon. in Chronicis, lib, 11. Insulis, sancti Euberti conf. qui licet vita Deo sit nota et hominibns ignota, creditur tamen esse meriti præclari. Cujus corpus requiescit in S. Petro. » In editionibus aliis accedit de Severo Ravennate : « Quem Deus de lanificii arte ad episcopatum sustulit. Die prima, præfectum Ypapantes Domini et Dei, Salvatoris nostri Jesu Christi. Et sancti martyris Tryphonis Civitate Augusta, sancti Ursi episcopi ejusdem civitatis. Pi-ctavis, sancti Leonii, compresbyteri sancti Hilarii, ab inéunte ætate sanctissimi, » Denique, minori charactere : « In Islandia, sancti Goedermundi, episcopi et martyris.» Necdum inter Sanctos notus est, nisi sumatur pro « Jona Ogmundo. » Vide Prætermissos.

IV Non.

Die 2.

Ypapanti Domini. Apud Cæsaream, beatissimi Cornelii Centurionis, quem Beatus Petrus baptizavit. Hic apud præfatam urbem episcopali honore sublimatus quievit. Romæ via Salaria, passio sancti Aproniani, qui audiens una cum Sisinnio diacono, adhuc gentilis, vocem de cœlo factam, Venite inquiens, benedicti Patris mei et reliqua; credens, baptizatus est, et sic postea iu confessione Domini finem vitæ capitali sententia accepit. Item Romæ, sanctorum Fortunati, Feliciani, Firmi, Candidi. Aurelianis. sancti Fuscoli episcopi.

NOTÆ.

Puri ferme sunt codices nostri omnes, sed primigeniam, et simplicem Usuardi puritatem exhibent soli Codd. Pratens., Herin., Tornacen. et Marchian.

VARIANTES LECTIONES.

Scripsi Ypapanti, quam terminationem omnes ha- A apud Bollandum et Castellanum hoc die. Servari bent aique aspiratione carent citati codices, et quidem Pratensis legit Yppapanti. Cæteri tum excusi tum mss. non parum variant. Major discrepantia est in nomine Fusculi Aurelianensis, cujus inflexiones diversas ferme duodecim referre possem, videndas

lectionem Pratensis, Heriniensis et Marchianensis, quamvis Tornacensem præferendam alii censeant, ubi pro Fuscoli scribitur Flosculi, Gallice S. Flou; et sic etiam interpretatur Motherius noster in notula ad hunc diem.

Observationes.

Hypapante Domini legitur apud Bedam, quem hic deserit Rabanus, Hieronymiana secutus, quorum tamen verba nonnihil ampliavit. Cum Beda convenit Romanum parvum, estque phrasis plane eadem in Adone, unde Nostro non defuere quos imitaretur. Curvero codices nostrialiam passim terminationem adhibeant, non est operæ pretium discutere. Græcum Ynon recte Latine redditum, totam haud dubie variationem induxit. Notkerus nec Rabanum, nec Adonem deserere voluit, utrumque annuntiandi modum conjungens, quamvis prioris verbis non omnino inhæreat. Hieronymiana apographa apud Florenti- B nium sie loquuntur : Purificatio sancte Marie matris Domini nostri Jesu Christi. De hoc festo fuse et erudite tractat Henschenius et post eum Castellanus a pag. 498. Cæterum ex citatis Beda, Romano parvo Adone, et Nostro manifeste evincitur, vetustissimo usu receptam in Ecclesia Latina, Græcam hujus festivitatis apellationem, cui alia etiam nomina adaptata sunt. Quid proprie velint Wandalberti versus, aliis considerandum relinguo; ita sonant :

Quartum Nonarum templo illatus dicat Agnus : Quo lustrante Deo in unum plebs credula templum, Mente pia locat acceptum sternitque tribunal.

Centurio Cornelius, in Romano parvo ab Adone repertus, elogio auctus est, quod exinde Noster desumpsit, servata circumstantia baptismi, a Petro

ANTUERP.-MAJ. incipit: « Purificatio sanctæ Mariæ C liani et Fusculi episcopi, » quasi hi fuissen marty-Virginis.» In Cornelio satis purus est : « Eodem die Romæ, sancti Aproniani martyris, sub Maximiano imperatore.»

Rosweyn., litteris rubris : « Purificatio sanctæ Mariæ. » In secunda non omnino purus est. « Eodem die Romæ. sancti Aproniani martyris. qui sub persecutione Maximiani imperatoris multa passus, via Salaria, miliario secundo, ad ultimum capite 4runcatus est. In Africa, Victoris et aliorum Lxxx. Item Romæ. Fortunati et aliorum xxxx. » Vide Acta et Florentinum, ubi hæ martyrum classes accuratius distinguuntur.

PULSANEN., ANTUERP.-MAX., LUBEC., GREVEN. et MOLAN., atque alii Passim codices longiorem faciunt auditæ ab Aproniano vocis sententiam, nempe : « Venite benedicti patris mei, percipité regnum, quod vobis paratum est. » BELIN. adjicit, « a constitutione mundi, » omisso, credens. MOLAN. præterea Usuardino textui, aliis litteris verba Adonis interse- I rit. Itaque post, adhuc gentilis, sequitur : » Sub persecutione Maximiani imperatoris, cum præsentasset aspectibus Laodicii præfecti beatum Sisinnium diaconum, eductum de carcere (erat enim commentariensis). » Et post « baptizatus est » a Sisinnio diacono, et « ad consignandum sacro Chrismate, Marcello papæ oblatus. »

PULSAN., litteris majusculis miniatis, sic incipit: • Purificatio sanctæ et perpetuæ Dei genitricis et Virginis Mariæ. » Sequitur textuscum additamento, ut jam diximus. In fine autem ita sensum format, ut periodo continua, post «Candidi,» legat, « Aure-

apostolo collati, quæ in rigore verborum, textui sacro non videtúr conformis. Sunt etiam qui dubitent utrum revera Cæsariensis episcopus a Petro sit ordinatus. Sed de his plura vide apud Bollandum in Actis, ubi de Cæsaræ prærogativis, apertoque gentibus per Cornelium ad fidem ostio:quæbrevius perstringit Tillemontius tomo 1,a pag. 134. Notkeri elogium satis nitide totam Cornelii historiam ex apostolorum Actis contraxit. Aproniani solo nomine meminit Beda; Romanum parvum, martyrem Roma appellat : Ado plura adjicit, quæ vix credas a Nostro in compendium reducta. Certe verba Christi : Venite, benedicti, etc., Ado non expressit, alii non nniformiter : atque eam fortasse causam fuisse dicere possumus, cur in multis codicibus fuerint interpolata, sic ut soli quatuor inventi sint, quos genuinum et simplicem Usuardi sensum retulisse, supra censuimus. Rabanus cumdem fontem, nempesancli Marcelli Acta, de quibus xvi Januarií egimus, præ oculis habuit, atque inde breve suum elogium extraxit, descriptum a Notkero, quod si non verbis, certe sen-tentia, cum longiori Adoniano convenit. Fortunatus cum tribusaliis martyribusinter pluresex Hieronymianis a Nostro selectus est, uti et verosimiliter Puscolus Aurelianensis, sed prætermissa Sicaria, quam Bedæ et Usuardo perperam tribuit Florentinius Rabanus solam postre mam habet, Notkerus utrumque.

AUCTARIA.

res duo, aliorum socii. Idem habet Muneratus, etiam in principio ab Usuardina simplicitato recedens, dum ita scribit : « Ipapanti Domini, quod est Latine obviatio, quando scilicet Domino in templo sanctus Simcon obviavit.

BELINI. cum de prima editione jam egerimus, etiam notandum, in quo altera a phritate discrepet, Ita diem concludit : « Aurelianis, sancti Flestuli, episcopi et confessoris, et Sichariæ Deo sacratæ.»

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEVDEN., LOVANEN., ALBERGEN., DANIC. et editio ULTRAJ.-BELG. diem sic omnes ordiuntur; « Purificatio beatæ Virginisci Ypapanti Domini; » verosimiliter, quod neutrum festum, seu saltem annuntiandi modum excludere voluerint . In voce audita, Venite, benedicti, etc., cum supra citatis conveniunt. In fine post episcopi addunt plerique et confessoris : nomen vero Fusculi, varie efformant.

CENTULEN. : « Ypopanti Domini, quod est amplexio sive susceptio Domini Salvatoris. Apud Cesaream, beatissimi Cornelii Centurionis, quem beatus Petrus apostolus baptizavit, quique in cadem urbe episcopus sublimatus, quievit. Romæ, Approniani martyris. Item Rom'æ, sanctorum Fortunati, Feliciani, Firmi, Candidi. Aurclianis, sancti Fuscoli. » Recentiori manuin spatio eraso hæc verba inscripta sunt, » In Sebasten, decollatio, præfixa hisce, quæ anti-quiori et prima manu scripta sunt, « sancti Blasii episcopi et martyris, » ut merito dúbites utrum ad hunc, an ad sequentem diem referantur.

BRUXELLEN. : « Purificatio beatæ Mariæ Virginis,

et Ypapanti Domini. Quod festum tempore Justiniani A imperatoris apud Byzantium seu Constantinopolim sumpsit initium. Et sancti Symeonis, qui Christum in templo præsentatum, in ulnis gestans, cecinit cantum : Nunc dimittis, Domine. servum tuum in pace » De cætero purus est, etiam in voce cœlesti ab Aproniano percepta. Habet tamen in fine, confessoris.

HAGENOVEN. : « Purificatio beatæ Mariæ Dei genitricis : quando illa obtulit filium suum in templum sacerdoti et redemitillum oblationibus, secundum legem Moysi. Ubi ipse cognitus erat a sancto Symeone et a sancta Anna vidua. Hoc festum celebre institutum fuit a Justiniano imperatore propter mortalitatem, quæ tunc viguit in Constantinopoli, quod et Pelagius papa confirmavit » De Aproniano, post baptizatus est, addit; «Etex devotione seipsum præsentavit, conquerens quod dies suos, perdiderit Et ait judex ei : Vere hodie perdes dies tuos, et statim præcepit eum decollari » Pro Firmi, legit B riensis, qui beato Augustino, primo ejusdem urbis Sirini.

MATRICUIA-CARTHUS.-ULTRAJ., omissis Aproniano et Fusculo, ponit in fine, « Teleriui confessoris et aliorum martyrum. » Vult dicere Celerini et sociorum : sed spectant ad diem sequentem.

VATICAN., num, 5949, non habet Fortunati et sociorum, nec Fuscoli

ALTEMPS. : « Ipso die in Cantia, Doroberniæ, sancti Langacii archiepiscopi. »

III Non.

STROZZIAN. « Apud castrum Florentino, S. Verdianæ virginis, cujus vita virtutibus admiranda. » Dubium tamen relinquit, utrum ad hunc, an ad præcedentem diem ea sancta referenda sit. « Item passio S. Sotheris martyris. Item, sanctorum martyrum Zotici, Herenæi et Hiacinthi. » De quibus etiam agunt codex Medic et editio FLORENTINA anni MCCCCLXXXVI.

Editio LUBECO-COL. incipit sicut codices mediæ notæ supra. In Cornelio pura est, in Aproniano, ex Adone interpolata. Post *Plosculi episcopi et confes*soris adnectit : «Eadem die, beati Soris confessoris » De quo etiam meminit Grevenus. In Actis ponitur pridie.

GREVEN. : « In Africa, sanctorum martyrum Victoris et aliorum Lxxx. Item, sanctorum Marini, Perpetuæ, Juliæ, Privatulæ. » Vide Acta. Sequitur Soris; tum: « Laurentii archiepiscopi Cantuaepiscopo successit. Item secundum aliquos, septem mulierum, quæ guttas sanguinis S. Blasii college-runt et pro Christo gloriose occubuerunt. Aurelianis, Sigariæ virginis Deo sacratæ. Hadelogæ virginis, cognatæ sancti Bonifacii episcopi. »

MOLANI additiones de sola Sicharia et Laurentio Cantuariensi meminerunt. Quætextui immista sunt, superius dedimus.

magis morari debes Deodatum. Hunc in margine

adjecit manus antiquior quidem, quam quæ Bla-sium, sed primæ tamen non æqualis. Trifonem ad-

didit Usuardus. Bene. Nam hoc mense memoriam

ejus venerantur Græci, apud quos passus est. Et

Acta ejus a Theodorico Ruinartio edita testantur Trifonemet Respicium cruciatos fuisse in asperitate

hiemis, in vehementia tempestatis. Quod Februario

convenit magis quam Novembri, quo sanctum Tri-

fonem colit Romana Ecclesia- BOUILLART.

Die 3.

In Africa, natalis beati Celerini diaconi et confessoris, et sanctorum martyrum Laurentini, Ignatii, et Celerinæ : de quorum omniumgloriosis laudibus extat beati Cypriani epistola. [Interserit Bouillart. ; • civitate Nicea, passio sancti Triphonis tempore Ducii imperatoris. Et in margine : beati Blasii episcopi et martyris. — Latiniaco, natalis sancti Deodati cpiscopi et eonfessoris.] Apud oppidum Vapingum, depositio episcoporum Tigridis et Remedii.

NOTÆ

Nova purorum codicum penuria. Soli Greven et Molan omni additamento aut immutatione carere videntur. Ratio mox dabitur.

a Toto hoc articulo nihil inquinatius, Sollerio C oræ codicis illevit manus multo recentior. Neque judice. Tres versus cum dimidio oblitterati ; superindicta B. Blasii et S Trifonis mentio; adjecta S. Deodati memoriam : atque in hæc vitia mirum dictu est quam incalescat. In causa est Castellanus. Si consulti fuissent Pratenses monachi, hoc responsum tulisset Sollerius : in Pratensi codice quidquid spatii inter sanctorum et Remedii interjacet, erasum fuit. Sed quod inductum est, eamdem scripturæ formam refert, quamvis litteris fortasse aliquantulo minutioribus et solito propius ad se invicem admotis. Blasii mentio nihili facienda est, ut quam

VARIANTES LECTIONES.

Posui Africa de more, licet ambo scripserint Aphrica. Greven habet Laurentii cum multis aliis codicibus, melius Molan. post Romanum parvum, et Adonem Laurentini, ut in textu Scribo extat, ut alibi *extitit*, etc. Vapincum habet Greven,. Vapin-gum Molan.; recte uterque. Alia nomina et loci, D et ipsorum sanctorum vide in Actis. En modo variationes alias momenti gravioris, propter quas tot codices e genuinorum numero exclusi sunt

Purum non esse codicem Pratensem ex eoliquet, quod Castellanus me pridem monucrit erasa in eo fuisse omnia, incipiendo a voce sanctorum, ad finem usque, et pressiori charactere inscripta, qnæ hic exhibeo, martyrum Laurentii Ignalii etc., ut supra Tum: Apud Sebastem civitatem beati Blasii episcopi et confessoris, et martyris. Civitate Nicea, passio sancti Trifonis, tempore Deciiimperatoris. Apud oppidum Vapingum, etc. Denique adjectum : Latiniaco, natalis sancti Deodati episcopi et confessoris. Qui non videt, Blasium Sebastenum perperam egi, cum

de eo, post Romanum parvumet Adonem, suse agat Usuardus xv Februarii, sub nomine Blavii? nisi quis hunca Blasio velit distinguere; quod nemo hodie admiserit. Satis diu opinatus sum, tum primum in Occidente Blasii nomen inclaruisse, cum ex bello Sacro reduces Crucigeri, illustris martyris reliquiis ecclesias nostras locupletarunt, atque adeo tunc etiam cœpisse hoc die celebrius recoli. At cum in Rabano, hoc ipso die tam diserte ponatur ut vanam repuli hujusmodi conjecturam, fieri tamen ea causa potuit, ut multi codices Usuardini Blasium hoc die, vel apposito, vel suppresso palæstræ nomine collocarint, quod forte a *Blavio*, ut erant tunc tempora diversum existimaverint ; alii vero totam annuntiationem, quæ xv ab Usuardo posita fuerat, ad hunc diem retraxerint, quod secere Heriniensis. et alii. Ut ut statuas, certum puto Blasium, ex Usuardi mente, ad hunc diem minime pertinere.

Non majori fundamento instrusus est Tryphor Nicæus martyr, diversus plane ab illo, de quo

725

egimus iv Januarii, quemque Bollandus rejecit ad A et Aquicinctinus, qui Tryphonem etiam ipsi nomi-x Novembris, quod die colitur hujus nominis patro-nant, sed Blasium simpliciter dicunt martyrem, nus Ascrivii (vulgo Cattharo) oppido ditionis Venetæ in Dalmatia. Alterius, aut ejusdem Tryphonis nomen inter Auctaria retulimus i hujus, Bollandus inter Prætermissos. Quatuor istiusmet nominis sanctos in Martyrologio suo universali distinxit Castellanus. Sed hæc alibi ex professo discutienda sunt. Vide infra Additionem Greveni ex Vincentio. Hic nobis sat est, Tryphonemillum qualem cunque Usuardo fuisse ignotum utpote qui raro, ut alibi diximus sanctos Orientales, Adoni superaddere soleat, nisi quos in Hieronymianis repererit. Demum, qui ultimo loco in Pratensi ponitur *Deodatus*, apud solum Greve-num in Auctariis locum invenit, idem, haud dubic, cujus Acta illustrata sunt xix Junii.

Ad Pratensem accedent codices Marchianiensis,

OBSERVATIONES.

compositam, quibus synónymos plures Africanos sæpíus, non semper recte, signari observat Florentinius.In Beda, Floro, aut Rabano nullus hodiernorum sanctorum notus. Annuntiatio nostra, ita primitus in Romano parvo reperitur: Beati Celerini diaconi, et Celerinæ ejus, et Laurentii, et Ignatii. Hæc Ado paulo fusius explicat, relatis Cypriani verbis, ex epistola 34, quam cum aliis, ad *gloriosam* eorum originem spectantibus, egregia dissertatione illustravit Bollandus, ut inde omnis insignium sanctorum memoria repeti possit : cui junge Tillemontium tomo III a pag. 395, aliosque, qui de Cypriani operibus, et vita commentarios édidere, nec non Castellani notam pag. 508. Textus noster ex Adone desumptus est, præterita patrui et avunculi circumstantia, servata a Notkero cum titulo diaconi, quem Celerino non deberi, citati auctores merito contendunt. An Romanum parvum viderit Wandalbertus, incertum est : ex eodem fonte, ex quo Romani parvi

PRATEN. In Variantibus notata sunt, quæ in hoc C mavit. » Vide hæc purius et completius citata codice textum purum excedunt.

HERINIEN. de Blasio totum textum refert, quem videsis xv hujus.

TORNACEN., MARCHIANEN. et AQUICINT. Textui subjiciunt : « Eodem die, sancti Blasii Martyris. » Ultimus addit præterea : « Lugdunis, Lupicini episcopi, Felicis et Celerinæ. » Quam inepte hæc omnia simul conjungantur, vide in Actis.

PULSANEN. Tigridem et Remedium omisit, sed et ipse totum textum, qui xv Februarii de Blavio ponitur huc reduxit.

ANTUERP.-MAJ. : « In Africa, beati Celerrimi [itu scribitur, pro Celerini] diaconi et confessoris, et sanctorum martyrum Celerrimæ aviæ ejus, et Laurentini et Ignatii; quorum prior patruus, sequens avunculus ipsius fuit. Natale sancti Blasii episcopi et martyris. » Ut codices. de quibus supra.

Rosweyd. : « In Africa, beati Celerini diaconi. ct confessoris, et sanctorum martyrum Celeriné D aviæ ejus, et Laurentini et Ignatii. Vienne, natale Eventii episcopi gloriosi. Eodem die, passio sancti Blasii episcopi et martyris. Lugduni, Lupicini, episcopi et confessoris. Et sanctæ Waltrudis virgi-nis. » Vide infra uomen melius expressum.

MUNERAT, post textum purum, subjungit mutilum Blavii elogium ex xv, hoc modo : « Apud Sebastiane civitatem, passio beati Blavii episcopi. Qui multo-rum patrator miraculorum, sub præside Agricolano, post diutinam cæsionem atque suspensionem in lignó ubi pectinibus ferreiscarnesejus diruptæsunt, post teterrimum carcerem, ac dimersionem laci, unde salvusexivit, jubente præfatojudice, capitis obtruncatione cum duobus pueris martyrium consum-

absque loci expressione, sic ut æque de Oretano, vel Casariensi, ac de Sebásteno intelligi queat. Certe Blasium eos a Blavio discernere, ex eo manifeste patet, quod postremum cum Usuardo referant xv hujus, ut est etiam in Pratensi. Puritate autem Usuardinæ proximi sunt Herinien. et Tornacen. hic simplicior, qui Blasium tantum appellat martyrem. ut Marchianen. et Aquicinct ac xv Blavium quoque collocat; ille clarior, qui præcisa ambiguitate, totum Blavii elogiun, Blasio (qui geminandus non est) ho-die ascribit. De Tryphone, nulla mentio. Pulsanen. exclusis Tigride et Remedio. totum et ipse Blasii elogium hodie producit; quod Munerat. mutilum refert. Verum de his distinctius in Auctariis.

Inter Hieronymiana apographa, clarius Celeri- B auctor, ipsum sua accepisse, produnt bini hi versi-nam exprimit Corbeiense, cum Felice et Felicitate culi :

Hisque cruore pio Celerinus cum Celerina Enitet, Ignatius Laurentinusque beati.

Jam supra in Variantibus satis fuse ostendimus, Blasium, Tryphonem, et Deodatum ad hodiernum textum nequaquam pertincre. Cur de Lupicino Usuardus non egerit, nescio; certe is Wandalberto et Rabano notus est. Ex hoc eum Notkerus cum Blasio descripsit. Cæterum ex codicibus Hieronymianis Tigridem Remedium Noster eduxit, quorum primus Tigris, Tingides, Teridus, Terridus, alter etiam non uno modo inflectitur. Fuerintne hi sancti episcopi martyres an confessores, ut depositionis nomen indicat, an uterque hoc die mortuus, quando et quandiu ecclesiam illam rexerint, satis explorata non videntur. Tu consule Bollandum, Florentinium et Castellanum, qui verosimiliora proferre conantur. Nos ex hactenus dictis confici omnino putamus; simplicem et primigenium Usuardi textum a nobis in superiori laterculo repræsentatum esse.

AUCTARIA.

die xv.

ANTUERRP., MAX-LUBEC. et UGHELLIAN referunt purum Usuardi iextum, cui in fine subjungunt : » Lugduni, Lucipini episcopi, Felicis Celerini » De hac disparatorum conjunctione, supra diximus. Eadem infra non semel recurret.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECL., LEYDEN., LOVANIEN., Alberg., DANIC. et editio ULTRAJ.-BELG. omnes in principio Blasium Sebastenum referunt cum Usuardi elogio ex xv. In fine autem addunt, ut jam supra; « Lugduno, Lupicini episcopi, Felicis et Celerini. Demum : « Apud Bremam, Anscharii ejusdem loci primi episcopi. » Adjungit DANIC. « et Apostoli Daciæ. » Vide plura in Auctario Greveni.

CENTULEN. tantum non purus videtur. Sic ha-bet : « In Affrica, beati Celerini dyaconi, et Celerinæ aviæ ejus, et Laurentini et Ignascii martyrum. Apud oppidum Vapingum, sanctorum Tigridis et Remedii episcoporum.

BRUXELL. incipit : « Sanctæ Waldetrudis electæ. neptis beatæ Gudilæ. Quæ ab amore conjugali ad Dei tracta amorein, et relicta terrenarum substantia rerum, Christum devote secuta, monasterium in Montibus llannoniæ fundavit, et ibi corpus ejus quiescit.» A Bollando remittitur ad IX Aprilis. Sola ejus translatio hoc die Montibus celebratur in nonnullis Kalendariis ad Iv translata, propter concursum Blasii. Sequitur de Blasio et Celerino, ut supra in codd. mediæ notæ. Deiu : « Civitate Niceno, natale sancti Triphonis, qui tempore Decii imperatoris passus est. Apud Viennam, sancti Eventii episopi gloriosi Lugduno, sanctorum LucipiHAGENOVEN. primo loco etiam ponitur Blasius cumintegro elogio. Sequitur textus satis purus. Tum de Lupicino cum sociis, ut supra. Deinde : « Romæ, Trifonis martyris. Abud Bremann, sancti Anscharii, etc. Item, Waldedrudis viduæ et Wetpurgæ virginis. » Voluit dicere *Wereburgæ*, de qua Grevenus infra, et in Actis hoc die. Vernacule a nobis vocatur *Gecburg.*

VICTORIN. et REG. SUEC., sub num. 130, apponunt in fine : « Item, sancti Triphonii martyris. »

DAVERON.:» Lugduniæ, Lupicini, » etc., sed clarius codex D. DU CHEVAL, « Lugduno, sanctorum Lupicini, » etc,

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. : « Blasii episcopi et martyris, apud Sebasten Capadociæ, [et] septem mulierum, quæ collegerunt guttas sanguinis beati Blasii. Waldetrudis viduæ. Berlendis virginis. »

Editio LUBECO-COL. incipit a Blasio, ut codices B supra. Secundo loco, de beato Celerino et sociis : • Eodem die, sancti Triphonis martyris, qui ab infantia multis miraculis claruit et sub Decio tandem in civitate Nicea gladio coronatus est. • Sequitur de Tigride et Remedio. Tum : • Lugduno sanctorum Lupicini, episcopi, Felicis, et Celerini martyrum. Apud Bremam, sancti Anscharii, etc. Ipso die, sancti Hadelini confessoris de Aquitania. Antisiodoro, beati Juliani martyris Viennæ, sancti Evencii episcopi et confessoris gloriosi. Item sanctæ Waldetrudis viduæ. •

BELIN., post Blasium, et textum, addit : « Lugduni Lupicini, et Felicis itidem. »

GRÉVEN. : « Eodem die, sancti Blasii episcopi et martyris, quem Usuardus post Adonem ponit xv Kal. Martii sub nomine Blavii. Lugduni, Lupicini episcopi, Felicis et Celerini martyrum. Autisiodoro, beati Juliani martyris. In Africa, Felicis et

tis suæ septimo miraculis clarens, sub Decio in civitate Nicea pro Christo ungulis laceratus, nudus ad pedes equorum per nivem trahitur, clavis etiam pedibus ejus infixis circumducitur, et tandem glabio percussus triumphat. Vincent. lib. x11, cap. 47, dicit, eum passum III Non. Maii, alii Non. Decem-bris. Anscharii episcopi primi Bremensis, et confessoris, quem Ludovicus filius Caroli Magni, una cum novella in Christo plebe Saxonum, dignum pastorem et episcopum instituit. Hadelini confessoris de Aquitania. Viennæ, sancti Eventii episcopi et confessoris gloriosi. Item secundum Catalogum sanctorum, depositio beati Joannis Eleemosynarii. Gaudentii episcopi Novariensis, discipuli sancti Martini, qui pro Christo exilium, cum sancto Eusebio Vercellensi sustinuit. Radegundis virginis, Item Wereburgæ virginis. Eodem die, Waldetrudis viduæ comitissæ Hanoniæ, quæ quatuor habuit proles sanctitate conspicuas.

MOLAN. in prima editione addit : « Lugduni, Lupicini et Felicis itidem, » ex Belino. Sequitur Bla-sius cum elogio, in aliis editionibus male in textu positus. Deinde : Et sancti Hadelini confessoris, apud oppidum Visitum. In moute Castriloco, sanctæ Waldetrudis viduæ. Apud Bremam, » etc. Denique minori charactere : « In villa Brabantiæ Merbeca juxta Ninoven, sanctæ Berlindis virginis. » Editiones posteriorés : « In Monte Castriloco, ctc. Apud oppidum Visetum, sancti Hadelini confessoris. Lugduni, Lupicini, etc Apud. Merbeccam, depositio sanctæ Berlindis virginis. Apud Bremam, sancti Anscharii, primi episcopi elus-dem loci et Hamburgi unitorum. Civitate Bisontina, sancti Anatholii, ejusdem metropolis sanctissimi episcopi et confessoris. In monte Calvo, sanctarum sororum Oliveriæ, et Libertatæ virginum. Viennæ, sancti Eventii gloriosi episcopi. »

Die 4.

H Non.

In civitate Ægypti, quœ appellatur Thmuis, passio beati Fileæ cpiscopi et Filoromi tribuni, cum quibus etiam innumera fidelium multitudo ex cadem urbe, pastoris sui sequens exemplum, martyrio coronata est, sicut octavus liber ecclesiasticæ Historiæ loquitur. Romæ Foro Simpronii, sanctorum martyrum Aquilini, Gemini, Gelasii, Magni, Donati. Trecas, sancti Aventini episcopi et confessoris *.

NOTÆ.

Concordant Praten., Herinien., Tornacen., Marchian., Pulsanen., Antuerpien., Max.-Lubec., Munerat., Greven. et Molan.

a Post S. Avieni commemorationem totus fere C Martyrologii exemplum, cum in Devensi codice S. versus erasus est, et quidem ante oblatum Carolo Aventinus ultimus annuntietur. BOUILLART.

VARIANTES LECTIONES.

Bene scripsit Praten. Egypti, ut habet etiam Molan. : in cæteris codicibus fore est Egypti vel Egipti, ut dixi supra. Passim etiam offendunt in voce Thmuis; quam Herinien. effert Chinuis., Tornacen., Thinius; Marchain., Thapnis: Antuerpien., Tinnius; Munerat., Thymus, alii aliter. Greven. ut ut sccure procedere voluerit, rem tamen non attigit. Scribit Taphnis, alias, inquit, Thynius, Thymus vel Thymnis; aberrant omnia. Reliqui in textu, Filæ et Filoromi, quamvis non dubitem præferendam omnino Molani recentiorum codicum lectionem Phileæ et Phileromi; ast codices antiquissimos secutus sum, Pratensem, Heriniensem, Tor- D nacensem et alios, ex quibus eruenda est genuina Usuardi lectio. Munerat, posuit Filoronii; Greven.,

Phileromi. Pulsan. videtur duos in unum conflasse, quem Florianum vocavit, ac consequenter pro, cum quibus, habet cum quo. Quartus lapis, ad quem passim omnes offendunt, est, Forum-Sempronii. In textu scriptum Foro-Simpronii, ad servandam Usuardi lectionem, ex Praten., Herinien., Tornacen., et Molano, In Marchian., Ant., Max.-Lubec. et Munerato est Foro-Sympronii. vel Simpronii Apud Greven. Sympronii: omnium turpissime in Pulsan. inphoro Simpronii: Redundat in Molano particula et ante Donati. Trecas usitalissima est medii ævi orthographia, non male a Greveno, et Molano correcta. Trecio Munerati, typographo haud dubie imputandum. Sic scriptoris etiam vitio in Pulsanensem irrepsit Aventinionis, et Galliasii, pro Gelasii.

OBSERVATIONES.

De magni nominis martyribus Philea et Philoromo agit hodie Romanum parvum his verbis: In civitate Ægypti Thumuis, beati Phileæ, ejusdem urbis episcopiet Philoromitribuni, et innumerabilium martyrum Nec dubium videtur, quin istius Martyrologii auctor eos ex solito fonte, nempe ex Rufini Eusebio, acceperit. Ado non solum ex llistoria illa ecclesiastica, sed ex Actis etiam magnam partem descripsit, quæ ab Henschenio primum completius edita et illustrata sunt, sub nomine illius *Gregorii*, a quo conscriptam egregie passionem se recog novisse asseverat Rufinus lib. viii, cap. 10. Sed multi hodie Henschenio se assentiri posse diffitentur. Acta paulo puriora, li- A ronymianis apographis habita; ex quibus bene concet acephala videantur, se proferre existimat Ruinartius, inter Sincera et Sélecta a pag. 547. Vide eumdem a pag. 343, ubi Eusebiii librum octavum Actis suis inscrit; et Tillemontium tomo V a pag. 484. Diffusius Adonis elogium Noster in paucissima contraxit, an satis recte servato tribuni nomine et martyrii loco, alibi discutietur : pluscula ex eodem Adone Notkerus desumpsit. Hieronymiana apographa adeo corrupte horum martyrum nomina exprimunt, ut Henschenium et Florentinium non parum exercuerint; ct exercebunt quemlibet, qui ex his verbis, Themoi, Filiæ episcopi, cum filia sua, ad commodum sensum, reducere voluerit, nis ex longiori Florentinii notatione, eo etiam demum propendeat, ut Filiam episcopum cum filia sua, a Philea et Philoromo diversos fateatur, Nobis de soloUsuardi textu quæstio est, quem purissimum dedimus. Porro utrum tanti sint Acta alia a Combefisio, post editum Februarium nophrastis, Latine vulgata, ūt hi sancti, ex corum fide, rejiciantur in xvm Maii, quod facit Castellanus contra Martyrologiorum nóstrorum auctoritatem, alibi examinabitur.

In sequenti martyrum classe, non unus est error. Falsa loci positio, dum Roma cum Foro Sempronii conjungitur; scriptio, ut ex Variantibus patet, non satis recta; nec magis exacta nominum ratio ex Hie-

ANTUERP.-MAJ. « In civitate Ægipti, quæ appellatur Tinuis, passio beati Philace, ejusdem civitatis episcopi, et Phyloromi, tribuni Romanorum militum; cum quibus innumera multitudo fidelis ex eadem urbe, pastoris sui vestigia sequens, persecutione Diocletiani martyrio coronata est. Trecas, natale sancti Aventini episcopi et confessoris, cujus gesta habentur. » In his, ut patet, puritati accedit, G sed deest secunda annuntiatio.

Rosweyd. incipit : « Romæ, sanctorum martyrum Aquilini, etc., » pure. Sequitur : « In .Egypto, passio sancli Phyleæ episcopi, et Phyloromi, etc., • ut præcedens. Desunt reliqua omnia.

ANTUERP.-MAX., LEYDEN.-BELG., LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ.-BELG. textui præfigunt : « Natale beati Gilberti confessoris. » In textu non omnino correcti sunt, et post tribuni, male inserunt, sub Deciana persecutione, quod in Adonianis apographis sectiam reperisse indicavit Rosweydus.

LITRAJECT., LEYDEN., ALBERGEN. et DANIC. idem habent quod superiores, et præterea in fine adjiciunt : « Ipso die. natale sancti Liefardi, Anglorum episcopi et martyris. »

CENTULEN. : « În civitate Thymnus, passio beati Filate, ejusdem urbis episcopi, et Philoromi tribuni Romanorum militum. » In duabus aliis, satas purus est

BRUXELL., in prima annuntiatione non omnino pu- D xxIII Maii. » Ad hæc ita Rosweydus : rus, iuserit. « sub persecutione Dioclesiana. » Secundam sic format : « Romæ, sanctorum martyrum Aquilini, » etc. Et tum : « Itém, Symphoriani mar-tyris. Ipso die, sancti Liphardi, Anglorum episcopi el martyris. » Últimæ adjungit, « cujus gesta habentur. >

HAGENOVEN., relato textu integro, subdit : « Ipso die, natalis sancti Gylberti confessoris. Item sancti Luthardi et Elyphardi, Anglorum episcopi et martyrum. » Satis patet ex uno vero nomine duo falsa esse conficta. Sequitur in fine : « Item Veronicæ viduæ, » de qua víde in Actis.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. male scribit Sileæ et Floriani, pro Phileæ et Philoromi.

Codex A domini Le Mane, qui fuit Canonicorum S. Lazari Augustoduni : « Celticæ Romæ, dedicatio basilicæ S. Symphoriani in suburbio ejusdem urbis constitutæ. . Hoc, quid sit, nescio.

jicit Castellanus, exemplum, quo Usuardus usus est. mire luxatum et depravatum fuisse. Plura apud Rabanum, et Notkerum confusa, quæ in Actis explicatiora invenies, et merito explosa, per librariorum socordiam, efficta sanctorum nomina, ex Thmui, Tehmojus, vel Themius, ex Foro-Sempronii, Sym-phorianus, etc. Id interim extra controversiam esto, sic scripsisse Nostrum, uti in textu legitur. Wandalbertus solum Aquilinum celebrat, cui priores duos conjungit :

Tum pridie Nonas Aquilinus vendicat almus, Antistesque nitet Phileas cum Philoromo.

Aventinus, antiquioribus martyrologis ignotus, primum in 'suardo locum habuit, et quidem Trecis licet ibi depositus non fuerit : crediderim notiorem urbem ab ipso præhabitam. Episcopum faciunt codistrum, inter Lectos triumphos, forte ex greco Meta- B ces passim omnes, sic ut dubitari non possit, quin repræsentetur vera Usuardi lectio. Erravit auctor, ut ostendit Bollandus, at textus ejus in alteris Molani editionibus perperám mutilatus est. De Aventino Castrodunensi, cujus episcopalis dignitas ad priorem transferri potuit, agit eliam hoc ipso die laudatus Bollandus, quem tamen inter aemeros, hoc est incerti dici et fortasse cultus, in Martyrologio suo universali collocat Castellanus.

AUCTARIA.

ALTEMPS. in Anglia auctus : . Ipso die, sancti Alelari, Claudio-Cestrensis episcopi et confessoris. »

STROZZ, ET MEDIC. : « Item natale sancti Giliberti confessoris. »

Editio LUBECO-COL. parum admodum differt a codd. supra citatis ULTRAJ., etc., solum addit de Aventino, cujus gesta habentur, et pro Liefardi, scribit, Liophardi.

BELIN., inverso Usuardi ordine, primum annuntiat martyres Foro-Sempronienses, quibus immediate subjicit : « Trecas, Aventini episcopi, et confessoris. Eodem die, sancti Giliberti episcopi et confessoris. » Male hic ponitur titulus episcopi, qui Sempringhamensi, de quo solo hodie agitur, nullatenus convenit. In alium errorem lapsus est Baronius in Notationibus, ut observavit Rosweydus. Sic habet textus Romani hodierni. « Eodem die, sancti Gilberti confessoris. » Notatio hæc est : « Gilberti alias Giliberti, sive Guiberti, fuit is fundator nobilis monasterii Gemblacensis. Wibertum hunc vocat Sigebertus, quem e vita migrasse ait, anno Domini DCCCCLXII. De eodem, Petrus in Catalogo lib. III, cap, 85, et Molanus in Indiculo, et in Natal. sanctorum Belgii. Ejus Vitam, a Sigéberto cjusdem cænobii monacho scriptam, retulit Surius in tomo III, die

« Tota notatio Baronii ad hunc locum Martyrologii Romani, nihil ad rem facit. Nam Gilbertus ille, qui iv die Februari colitur, nihil commune habet cum Guiberto Gemblacensi. Fuit enim Gilbertus ille Anglus, Canonicus Regularis, abbas Sempinghamensis, cujus vitam exhibet Legenda Angliæ, per Cap grávium Carmelitam olim collecta, floruitque circa annum MCXL. et obiit anno MCLXXV, vitæ suæ anno cvi. Sanctorum numero adscriptus est anno accii a papa Innocentio III. Guibertus autem fuit fundator monasterii Gemblacensis, fuitque Belga, in diæcesi tune Leodiensi, nune autem Namurcensi, qui floruit anno DCCCCXL, el obiit anno DCCCCLXII. Natalis ejus incidit in xxIII Maii, quo Surius vitam ejus habet; elevatio autem ejus celebratur xxIII Septembris. Alius est C: ibertus, abbas x11 Gemblacensis, qui scripsit apologiam pro Severo Sulpitio, quem Baronius in Notationibus ad diem xxix Januarii confunusque Roweydi Observatio.

GREVEN. : « Donatæ, Themi : » Primum nomen est Donati alterum ex Thmui male tortum. « Leopardi, Anglorum episcopi et martyris. Item Ri-chardi Anglorum regis et martyris. Remberti archiepiscopi Bremensis et confessoris, qui a sancto Anschario ejusdem urbis episcopo educatus, eidemque in regimine succedens, non solum suos laudabiliter rexit, verum etiam infidelibus frequenter Christum annuntiavit. In Anglia, Gilberti abbatis et confessoris. qui multos regulariter vivere docuit. Sanasclæ, » seu mavis, « Sanasolæ presbyteri » hactenus ignoti : « Hugonis presbyteri, » itidem incogniti. » In Scotia, Modani abbatis. »

dit cum Quiberto fundatore Gemblacensi. » Huc A habentur. Binchii, Ulgisi episcopi etabbatis in Laubaco, admirandæ sanctitatis viri. Suessionis, sancti Vodáli confessoris. Eodem die, sancti Gilberti confessoris. Ipso die, sancti Lietphardi, Anglorum archiepiscopi, et martyris · » De Richardo et Remberto, ut Grevenus. Posteriores editiones : « Eodem die sancti Gilberti confessoris, qui Sempingamiæ quiescit, in monasterio quod ipse condiderat. In llune court ipso die, sancti Lietphardi. etc. Cœnobio Laubiensi, depositio sancti Vulgisi episcopi et confessoris. Die quarta, sancti Patris Isidori Pelusiotæ. » Aliis litteris : « Item Remberti archiepiscopi, cujus celebrior festivitas est die x1 Junii. Eodem die ponit Metaphrastes pœnitentiam Theophili, per intercessionem gloriosissimæ Dei parentis, auctore Eutychiano hujus Theophili ministro. »

MOLAN., post « Aventini, » subdit, « cujus gesta

Nonis.

Apud Siciliam civitate Cathanensium, natalis sanctæ Agathæ virginis et martyris, quæ post alapas et carcerem, post equuleum et tortiones, post mamillarum abscisionem, post volutationem in testulis et car-bonibus, tandem sub judice Quintiano in carcere consummata est. Viennæ, beati Aviti episcopi et confessoris, cujus fide, et industria atque admirabili doctrina, ab infestatione Arianæ a hærescos Galliæ defensæ sunt.

NOTÆ

Concors textu Praten., Herinien., Tornacen., Marchian., Ant., Pulsanen., Max.-Lubec., Munerat., Greven. et Molan. : imo fere cæterorum omnium.

* Piget monere non omissam a Pratensi codice vocem Ariane, ut ipsi exprobat Sollerius. BOUILLART.

VARIANTES LECTIONES

Solus Herinien. scribit Syciliam , sed in Chalien- B sonem, ammirabili, eresis, hereseos, et hujusmodi sium socium habet Pratensem. Marchian. ponit Catinensium; Pulsan., Chateniensium; Munerat., Catenensium. In textu secutus sum Fornacen., Antuerpien., Max.-Lubec., Munerat., Greven. et Molan., quamvis aspiratio plane redundare videatur. Rursus, fere conveniunt Pratens. et Ilerinien.; ille scribens Agathes, hic Agates: meliorest, ni fallor, textus inflexio. Lego equileum cum probatioribus mss. et excusis : Tornacen., Marchian., Antuerpien.. Pulsan., Max.-Lubec. habent eculeum, guod alibi non semel recurrit. Martires, torciones, Quinciano, absci-

alia ad medii ævi corruptam orthographiam spectant de quibus in præfacione abunde dictum est. Max.-Lubec., ut solet esse incorrectissima, ita hic nonnulla habet typographi errore contorta, quæ ex codice Antuerpien, cui ubique similis est facile correximus. Codex uterque pro admirabili, legit mirabili, omittitque vocem Ariana; ut fecit etiam Pratens. Cæteri omnes eam clare exprimunt, ut ex Adone exprimen-dam putamus. Herinien., Tornacen., Pulsanen., Munerat., Greven., Molan., et alii scribunt Arianæ: utrum præferas, mihi sus deque est.

OBSERVATIONES.

Qui Siculorum et maxime Catanensium, seu mavis Panormitanorum gloriam Agatham dixerit, satis dixit. Cætera loquuntur Kalendaria, ut vetustissimum Carthaginense, ac Frontonianum, atque Martyrologia omnia. Quæ insuper decora, illustrissimæ С virgini debita sunt, a Castellano enumerantur pag. 537. Conspirant apographa Hieronymiana, iu quibus, iisdem ferme verbis, primo loco ponitur : In Sicilia Catania, vel Catana civitate, passio sancta Agatævirginis. Nec plura habet Romanum parvum : Sanctæ Agathæ rirginis, apud civitatem Catanensium. Bedæ elogium a Rabano descriptum estetiam ab Adone in Martyrologio, cum hac vera et notabili variatione, quod pro *imperatore Diocletiano*. substituerit Decio, idque recte Notkerus secutus est, ut Bollando demonstratum invenies. Habet prolixiorem vitæ scriem præfatus Ado inter festivitates apostolorum; et Noster compendio studens, ex breviori

Martyrologii encomio sua decerpsit. Cum autem ex ea Bedæ et Adonis discordia dubius hæreret, cujus maxime tyranni tempora appellanda essent, neutrum nomine contentus. Quæin Agathæ meritissimas laudes et commendationem facere possunt, operose cumulavit Bollandus, iis monumentis Acta illustrans

atque confirmans, ut licet ad sincerissima accedere nequeant, certe rigidorum criticorum censuras facile effugiant. Eorum epitomen tradit Tillemontius tomo III, a pag. 409, nec negligenda sunt, quæ satis curiose colligit Castellauus loco superius indicato. Sic de Agatha Wandalbertus :

Sicaniæ populos Nonis sibi subdit Agathæ Virginis eximio virtus celebrata decore.

A**vitum** Viennensem, sub A*lcimi* prænomine, inter ecclesiasticos poetas notissimum aliisque scriptis celebrem, in plerisque Hieronymianis apographis notatum reperimus; sitne vere de adjectitiis, ut existimat Florentinius, non est operæ pretium multis discutere. De co etiam meminit Rabanus, licet in Beda aut Floro notus non sit. Certum est Úsuardum hic denuo sua omnia ex Adone mutuatum, omissis solishisceverbis, tempore Gundobaldi regis, quæin Notkero et multis codicibus auctioribus restituta sunt, ut statim patebit. Vide quæ de Avito in Actis aceurate disputata sunt, ac brevius in Castellani nota, pag. 541 et 542. Apud Rabanum et Notkerum ordinatio episcopatus Andreæ apostoli ex Hieronymianis signata est, sed ea nihil ad Adonem, nec proinde ad Nostrum quidquam attinet.

AUCTARIA.

ANTUERP.-MAJ. In prima Bedam, in secunda Adonem describit; en ejus textum : « Aput Siciliam civitatem Catanentium, passio sanctæ Agathæ virginis sub

Diocletiano imperatore, proconsule Quintiano. Quæ post alapas et carcerem, post eculeos et tortionem, post mamillarum abscisionem, sed a Domino sana-

Die 3.

tionem, post volutationem in testulis et carbonibus, tandem in carcere consummata est. Vienni civitate, beati Aviti episcopi, cujus fide et industria atque admirabili doctrina, tempore Gundebaldis regis, ab infestatione, etc. »

infestatione, etc. » Rosweyd. In prima Adonianus, de secunda hoc solum habet : « Viennæ, episcopi et confessoris. » Deest nomen ipsius sancti.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEYDEN., LOVANIEN., ALBERG., DANIC., et EDITIO ULTRAJ.-BELG. satis puri omnes sunt, si solum dempseris citata superius tria illa verba de Avito, tempore Gundobaldi regis, Scribunt ipsi Gundebaldi.

CENTULEN. : « Apud Siciliam civitate Catinensi, passio sanctæ Agathæ virginis, sub Decio imperatore, proconsule Quintiano. Viennæ, sancti Aniti [pro Aviti] episcopi et confessoris. In teritorio Morinorum, transitus sancti Bertulfi confessoris et monachi, cujus ossa Gandæ requiescunt. »

BRUXELLEN. De Agatha adjicit : « Cujus nomen in B canone missæ recolimus. » Ultimo autem loco : In Blandinio, sancti Bertulli confessoris. » Cætera satis purus

HAGENONYEN., in Agatha interpolatus, post manillarum præcisionem sie loquitur : « Iterum est incarcerata, et a beato apostolo Petro visitata et sanata. Beinde in carbonibus et testulis vitri est volutata ; tandem sub Quinciano, etc. »

tandem sub Quinciano, etc. »
Codices VICTORIN. et REG. SUEC. signatus num.
130, et VATICAN. Longobardicus, num. 5949, in fine.: « Eodem die, sancti Theodori martyris, »

tionem, post volutationem in testulis et carbonibus, A aliis ignoti, nisi quis sub Theodori nomine *Istdorum* tandem in carcere consummata est. Vienni civitate, agnoscat, de quo vide Prætermissos, » etc.

MATRIC-CARTHUS.-ULTRAJ., post Agatham ponit : « Aleydis virginis et abbatissæ. «

Editio LUBECO COL., in Avito mediæ notæ codicibus conformis, de Agatha post carbonibus, hoc solum admiscet : « Tandem tempore Decii imperatoris, sub judice Quinciano, » etc.

BEL. textui Usuardi in finé adnectit : « In civitate Brixina, sanctorum confessorum Gemini et Albini episcoporum quorum vita miraculis exstat gloriosa.» Vide inferius vera horum sanctorum nomina.

GREVEN. : « Eodem die, Saturi, Aviti [an non Revocati?], Felicis » ex Hieronym. « Landuno [puto voluisse scribere Blandinio], Bertulphi confessoris. Pictavis, Babilonii diaconi et confessoris. » Nibil de eo reperit Bollandus. « Ingelæ virginis ; » i tidem ignotæ. » Alheydis(Adelheydis)et Bertradævirginum, et Gerbertæ (Gerbergæ) matris earum, » Posteriorum duarum cultum probatum hactenus non invenio.

MoLAN., de Gémino et Albino, Belinum transcribit. « In Vilika, depositio Aleidis virginis et abbatissæ, miræ sanctitatis. In Blandinio monasterio, sancti Bertulfi confessoris. » Posteriores Molani editiones a Bertulfo incipiunt. Tum : « Suessionis, sancti Vodali confessoris. » Sequitur de Gemino et Albino. Vera nomina sunt *Ingenuinus* et Albuinus, quorum primum ad v Septembris rejicit Castellanus. « In Vilika, depositio, etc. » Tum minutiori charactere : « Alexandriæ, martyrium sancti et gloriosi martyris Isidori. »

Die 6.

VIII Idus.

Apud Cæsaream Cappadociæ, natale sanctæ Dorotheæ virginis, quæ primum equuleo vexata, dein palmis dia cæsa, ad ultimum capite punita est. In cujus confessione quidam Theophilus scolasticus conversus. et mox equuleo idem acerrime tortus, novissime gladio cæsus est. Arvernis, beati Antholiani martyris. Eodem die, sanctorum episcoporum Vedasti et Amandi, quorum et vita et mors plurimis exstitit • miraculis gloriosa. E quibus prior Adartensium, sequens vero Trajectensium rexit ecclesiam.

NOTÆ

Est Praten., Herinien., Tornacen., Marchian., Munerat., Greven. et Molan.

^a Nota Sollerius in autogragho pro *exstitit*, esse hincque conjectat contortas esse autographi litteexistit. Diligentem auctorem! Nihil prætermittit, C ras. Conjectura nihil inanius.

VARIANTES LECTIONES.

Tornacen. et Greven, ponunt Capadociæ, præplacot aliorum orthographia. De eculeo alibi satis dietum est. Reliqui in textu scolasticus, quod omnes codices mss. cam lectionem servent. Solus Molanus scripsit, etmox equuleo eodem, alii melius idem. Herinien. habet Antolani; Greven. Antoliani. Molan. Anatholiani. Puto textum esse purissimum quicquid alii id in dubium revocent. Apographum nostrum Pratense pro exstit, posuit existit, forte quod in prætenso autographo contortæ sint litteræ, certe omnes legunt, ut in textu. Adartensium et Trejectensium Usuardi formula est ex cod. mss., sed a Munerato et Molano correcta : videatur Henschenius hic. Greven. servavit Trejectensium, sed male scripsit Atrabatensium. Rabanus et Notkerus ab omnibus recedunt, ponentes Aderato :unde verosimiliter Arras. Aliter scripserat Florus : Atrebata.

OBSERVATIONES.

In Cæsaræ Cappadociæ, passionem sanctæ Dorotheæ distincte consignant Hieronymiani codices Lucensis, et Corheiensis; sed quod prior Ethiopoli et Scolastici sic legat, ut diversi martyres videantur, clarius alii exprimunt : Passio sanctorum Dorothea et Theophiliscolastici. Quod autom synonymi martyres, pluribus Alexandrinis admisti reperiantur xu Februarii, non video quid tantopere difficuitatis habeat, cum hujusmodi exempla synonymorum martyrum, in hoc præsertim Martyrologio, quotidiana sint. Utrum alterutro die indicetur virgo illa Alexandrina, quam Dorotheam Rufinus vocavit, Baroniusceleberrimam Catharinam credidit, aliorum examini relinquimus. Annuntiationostra fontem ordinarium, procul dubio, respicit, nempe Romanum parvum, quod ita habet : Apud Cæsareum Cappadociæ sanctæ Dorolheævirginis, el Theophilischolaslici. Ex antiquis Actis encomium concinnavit Ado, cujus medullam Noster in laterculum sum retulit. Aliud est Rabani elogium, in quo *Christe* et *Calliste* apponuntur, de quibus præfata Acta meminere; Notkerus ex Rabano et Adone historiam suam conflavit. Satis exactam prædictorum Actorum synopsim tradit Tillemontius tomo V, a pag. 497. Wandalbertus solum hunc hodie versiculum profert :

Idibus octavis martyr Dorothea coruscat.

Dubitat Florentinius an Antolianus, qui in Hieronymianis ponitur, idem sit cum hodierno nostro Ar vernensi. Scruphlus videtur: nam Antholianus sine dubio inde ab Adone acceptus cst, ex hoc ab Usuardo. Antholianus, inquam, non Anatolianus, codicibus nostris vetustissimis cum ipso Adone conspirantubus. Vide de co Bollandi commentarium historicum.

Defectum accurationis in Usuardo arguit Castellanus, quod Amandum cum Vedasto composuerit.

fere sesquisæculo ætate disjuncti. Attamen, si quid peccatum est, non id Usuardo, sed antiquioribus imputandum, apud quos prædictam conjunctionem pridem in usu fuisse, ostendunt Florus, Wandalbertus, Rabanus et Ado, qui si non eodem die, certe eodem nexu copulatos referunt: Florus et Rabanus hoc die, alii duo xxvi Octobris, ut ibi dicetur. Rectissime autem ambos sanctos hoc die signari, apertius evinci non potest, quam ex co, quod utriusque obitus in hunc ipsum diem concurrat, ut habes in Actis, locis infra citandis. Jum vero Usuardum hic rursus ex Adone sua fere omnia desumpsisse

PULSANEN., in Dorothea tantillum interpolatus, Vedasti et Amandi elogia mutilavit.

ANTUERP. et MAX.-LUBEC. et UGHELLIAN. textui puro supperaddunt: « Ipso die, sanctorum Saturnini, Theophili et Revocatæ » Poterat omitti Theophi-lus, idem verosimiliter cum scholastico. Vide Acta. B

ANTUERP.-MAJ. deficit; sic habet: • Aput Cæsaream Capadociæ, natale sanctæ Dorothæ virginis. Quæ sub Apricio provinciæ ipsius præside, primum eculei extensione vexata, deinde palmis diutissime cæsa, ad ultimum capitali sententia punita est. Arvernis, natale Antholiani, qui aput urbem Arvernam martyrio coronatus est. » In ultima nihil deest; scribit Atrebatensium pro Adartensium.

Roswerd. de Dorothea, ut prior, sed addit: « Passus est etiam cum ea Theophilus scolasticus. » De Antholiano, etiam ut præcedens. Tum: « In Gallia, Vedasti et Amandi episcoporum et confessorum. Item Helenæ reginæ.» Natalis ejus agitur xviii Augusti.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEYDEN., ALBERG., DA-NIC. et EDITIO ULTRAJECT. BELG, Secundo loco ha-bent de Vedasto et Amando, adduntque de ultimo, • tribus annis rexit ecclesiam. » Dein : « Sed infructuosum inibi cernens laborem suum, vitam heremiticam eligens, in quadam cella juxta civitatem Turonicam quindecim annis cilicio supertectus, et aqua et pane hordeaceo sustentatus permansit. » Hæc non recte temporibus divisa sunt. Satis bene adjicit DANIC. Amandum superiorum Trajectensium episcopum fuisse. Videatur de duobus hisce apostolis nostris accuratissimus Henschenii commentarius. Sequitur de Anatholiano, ubi addunt, ut supra; • qui apud eandem urbem martyrio coronatus est. » In fine: « Ipso die, sanctorum Saturaini, Theophili et Revocatæ. » Quæpostrema ctiam habet Lovanien. cum superiori clausula, tribus annis, sed reliqua ab ipso omissa sunt.

CENTULEN. : « Apud Cæsaream Cappadociæ, sanctæ Dorotheæ virginis, Sub Sapricio judice; et Theophili scolastici. Avernis, sancti Antholiani episcopi et martyris. Atrebas, sancti Vedasti episcopi et confessoris. Cœnobio Helnone, sancti Amandi episcopi et confessoris. * D

BRUXELLEN. auctius item exhibet Dorotheæ elogium. De Vedasto et Amando post gloriosa sic legit: • E quibus prior Cameracensein et Atrebatensem, sequens vero Trajectensem supra Mosam rexerunt ecclesias. » De Anatholiano, Saturnino, etc., ut codices mediæ notæ.

HAGENOYEN. reliquis omnibus liberalior est in amplificando Dorotheæ elogio, verum tanti ea non sunt, ut locum hic habere mercantur. Antholianum prætermittit. Vedasti et Amandi elogium fere simile est superius jam relato; sed hæc subduntur: « Postea Romæ peregrinatus est, ubi sibi beatus Petrus in visione apparuit, illum in Galliis prædicare præcepit; quod et fecit, et obiit in pace. »

BIGOTIAN., qui fuit P.P. Cælestinorum, STROZZ. et

ulpote qui nihil magnopere commune habeant, toto A manifeste intelliges, si utriusque verba præfatis diebus inter se contuleris. A Rosweydo hodie in appendicem rejiciuntur, in qua Vedastus denuo recurrit: Octobris. Diversum plane est Flori elogium præposterus ordo, dum Amandus junior seniori Vedasto præponitur. Alia in Rabano et Notkero non satis exacta. Sed nobis sufficit genuinum Usuardi textum exhibuisse. Quæ ad alias Vedasti celebritates pertinent, vide in Actis comment. præv. § 4 et 5, a pag. 785. de Amando autem pag. 840, atque ibi utriusque Belgarum doctoris gesta mirifice deducta, et diligentissime ab Henschenio illustrata invenies.

AUCTARIA.

MEDIC Ipso die, Sanctorum Saturnini, Theophili et Revocatæ, » ut supra.

REGIN. SUECLE. signatus num, 130: « Ipso die, Sotheris virginis. » VATICAN. autem, signatus num. 5949, positionem exprimit : « Romæ, passio sanctæ Sotheris virginis. » Sed in hoc ultimo deest commemoratio SS. Vedasti et Amandi. De Sotheræxhujus.

CODEX CASTRI-CAROLI « In territorio Lugdunen. Natalis sancti Amandi episcopi et confessoris. » An non Amantii Tricastini? Certe have nevad Amandum Trajectensem nec ad Argentoralensem, nec ad Wormatiensem, nec demum ad Amandum, aut Marcum Amandum, de quibus inter Prætermissos agit Bollandus, referri ullo modo possunt.

Editio LUBECO-COL. a proprio festo Coloniensi dicm orditur : « Apud Coloniam Agrippinam, translatio cinerum sancti Pantaleonis martyris, quæ faeta est una cum quibusdam reliquiis sancti Quirini martyris, » Quæ in Dorotheæ elogio immiscentur, in Adonne sinceriora sunt. De Vedasto et Amando, Antholiano. Saturnino, etc., nihil differt ab aliis supra citatis.

BELINI. prima editio in eo deficit, quod post Atre-batensium, non dicat, sequens vero Trajectensium. C Addit in fine : « Ipso dic. sanctorum Saturnini, Theophili et Revocatæ; » quibus editio altera superadjicit: « Et eadem die, sanctæ Soteris virginis.

GREVEN. : « Ipso die, sanctorum Saturnini, Theophili, Revocati, ac Sotheris virginis. Lubentii presbyteri et confessoris, qui a beato Martino Turo-nensi, nutriendus traditus sancto Maximino Treverensi, post data eximiæ conversationis exempla, quievit in pace. Cujus corpus navi impositum contra impetum Rheni fluminis terram etiam invisibili ac-tum virtute ascendit. Colitur XIII Octobris. Cristes et Calistes sororum. Quæ cum a fide apostatassent per sanctam Dorotheam conversæ, ad martyrii palmam pervenire meruerunt. Monasterio Eyke, Harlindis et Relindis virginum. » Vide Acta. « In Silvolde, Gerwis virginis, » de qua nondum quidquam compertum est. « Apud Coloniam Agrippinam translatio cinerum beati Panthaleonis martyris. » Spectat ad diem natalem xxvII Julii.

MOLANIelogium de S. Dorothea Adoniano auctius, utiet Amandinum et Vedastinum, melius apud ipsum legentur. Sequitur. « Ipso die Saturnini, Theophili et Revocati. Romæ via Appia, in cœmiterio ejusdem, passio sanctæ Sotheris virginis. Civitate Prænestensi, sancti Garini episcopi et confessoris. Monasterio Eike, Harlindis et Relindis virginum. » Tum litteris minutioribus: • Trajecti ad Mosam, festivitas omnium pontificum Trajectensium Servatii, Monulphi, Gondulphi, Martini, Valentini, Candidi, et reliquorum. » Editiones alteræelogia contrahunt, post quæ: In territorio Lossensi, juxta villam Maes-Eike, monasterio Eike, Herlindis et Relindis virginum. » De Guarino, ut supra. « Die sexta, sancti patris Buculi, episcopi Smyrnæ. » Pro Revocati, melius hic ponit Revocate.

VII Idus.

In Britanniis civitate Augusta, natalis beati Auguli episcopi, qui cursum temporis per martyrium explens, æterna meruit suscipere præmia. Item, sancti Moysetis episcopi, Hic primum in heremo vitam solitariam ducens, signis ac virtutibus magnifice ⁿ innotuerat, post vero gentem Sarracenorum, cui episcopus fuerat factus, grandi ex parte ad fidem Christi convertit, sicque gloriosus meritis quievit in pace.

NOTÆ.

Conveniunt Praten., Herinien., Tornacen., Antuerp., Max.-Lubec., Munerat., prima Belini editio, Greven., et Molan. Item Antuerp.-Max. cum suis;

^a Solus Pratensis, observat Sellerius, omisit vo- A Castellanum confero, aut in eum, qui primus jussu cem magnifice. Observationis falsæ culpam aut in Bollandi codicem exscripsit. BOUILLART.

VARIANTES LECTIONES.

Praten. scribit Britaniis; Munerat., Britannia, cæteri ut in textu. Solus Belin. habet, ciritate Augustana. Ultraject. posuit Augalii; cæteri habent Augulii ; prima Belini editio, Aulei : sunt qui malint Augurii vel Atigulii: verum nomen est in laterculo. De modo scribendi martyrium satis dictum est. Complens pro explens posuere Antuerpien., Max.-Lubec. cum plerisque mediæ notæ codicibus. Moisetis pro Moysetis legitur in solo Tornacensi Primus pro primum errorest in Danico. Heremo legunt omnes; rectius Molan eremo: codicum scriptionem sequi maluimus. Solus Pratensis omisit vocem magnifice. Codices minus passim correcti, ut An-tuerp.-max., etc., male habent innotuit pro innotuerat. Scripsi Sarracenorum, cum omnibus codicibus excepto Pratensi et Molano Antuerp. et Max.-Lubec. tres voces reticent, nempe, grandi ex parte: in Munerato solæcismus est grandi cum ex parte.

OBSERVATIONES.

Vix usquam clarius sanctum aliquem determinate circumscribunt Hieronymiana apographa, quam hoc die Augulum exprimant : In Brittania, Brittannis scopi. Quod Auguria legatur in Epternacensi, facili lapsu ex Augusta corrumpi potuit. Ilis concinit Beda: Britannis in Augusta, natale Augusti episcopi et martyris; ubi alterum librarii errorem vides in Augusti pro Auguli; de quo dubitari omnino non potest, cum Rabanus, qui quæ Bedæ sunt diligentissime refert, distincte legal Auguli. Bedam fere ad verbum secutus est Ado; Noster, præter morem, non nihil de suo adjecit, sed quod non magis Augulo, quam cuilibet alteri conveniat, dum solum martyris titulum paraphratice exposuit. Quæ sit illa Britanniæ Augusta, quæ martyrisætas. erudite disquirit Henschenius, cui cur litem intentet Castellanus pag, 558 prorsus non video: nam sive Londino appellationem Augustæ tribuat, sive Bboraco, nihil magnopere Acta adversabuntur. Sic sanctum ipsum unico versiculo alloquitur Wandalbertus:

Augule septenis mundum vincendo triumphas.

MARCHIAN. incipit a proprio loci: « Elevatio cor- C rum regina, episcopus genti illius factus, fidei caporissanctæ Rictrudis. » In reliquis purissime Usuardinus est. Vide xn Maii.

PULSANEN., post Auguli, sic prosequitur: Item, sancti Moysetis episcopi. Eodem die, depositio beatissimi Laurentii, Sipontini episcopi. » Hæc quidem recte, ut in Actis videre est ; non item quæ sequuntur: « In pago Malensi, sanctæ Austrebertæ virginis, in loco qui dicitur Pauliacus. » Prima periodi pars corrupta est, ubi pro Malensi, lege Rothomagensi. Alia id genus alibi recurrunt, dum primis vocis elementis crasis, ultima etiam quandoque depravantur; sic in præsenti, pro Malensis, existimo lectum fuisse Magensi. Vide x Februarii.

ANTUERP.-MAJ.: « In Britanniis civitate Augusta, natale sancti Augulii episcopi et martyris. Eodem die, sancti Moysetis venerabilis episcopi et confessoris. Aput Asiam provinciam, sancti Appollinaris Jerapolitanis antistitis, viri eruditissimi. » Vide Acta.

Rosweyd. « In Britannia, » etc., ut præcedens. « Item sancti Moysetis, qui primo quidem vitam solitariam in cremo ducens, meritis et virtutibus, ac, signis, quæ facicbat per illum Deus, magnifice inno-tuerat. Qui postmodum, petente Auvia Sarraceno

Moyses ex Romano parvo acceptus est, in quo his verbis celebratur: Sancti Moysetis, qui petente Mauvia Sarracenorum regina, episcopus genti illius facvel Brittanniis civitate Augusta, natalis Auguli epi- B tus est Adoex monumentis ecclesiasticis elogium contexuit, quod Noster solitæ suæ brevitati eleganter aptavit, Quam celebre pacificum magni viri nomen sub Valente imperatore fuerit, ex Socrate, Sozomeno aliisque Scriptoribus Græcis ab Henschenio citatis, facile est colligere atque ex iisdem eorum hallucinationem retegere, qui ex recentioribus martyrologis Moysetem hunc nostrum cum altero cognomine, sed *Æthiope* confuderunt, ut in Actis accurate explicatum est. Vide prætera Tillemontium tomo VII, a pag. 503, ex quo attentius velim consideres, quam apte inter Carmeli incolas ab Alegræo ejusque symmystis connumeretur. Cæterum toto etiam Occidente celeberrimam fuisse Moysetis memoriam, ex Martyrologiis nostris apertissime conficitur. At turpiter errat Notkerus, qui Adonis elogium describens, Moysetem in Britannias retrahit, nisi librarii socordia factum dicamus ut, omisso vel deleto Auguli nomine, alterius patria ad alterum transierit.

AUCTARIA.

tholicæ custodivit intemerata consortia, et gentem. cuidatus fuerat episcopus, ex grandi parte ad fidem Christiconvertit, sicque in pace quievit. » Ex Adone.

CENTULEN. Primo loco Augulum annuntiat verbis Adonis, ferme ut duo codices proxime cititi. Deinde: « Apud Asiam minorem, sancti Apollinaris episcopi, viri eruditissimi. » Moysetis elogium mutilat, hoc modo : « Eodem die, sancti Moysetis venerabilis episcopi, qui gentem Sarasinam magna ex parte convertit. »

BRUXELLEN. pro Auguli, scribit Anguli: de reliquo annuntiatio ejus non Usuardina, sed Adoniana quoque est. Moysetis elogium ex eodem Adone, hinc interpolavit. Deinde cum aliis addit : « Apud Ásiam, sancti Apollinaris, viri cruditissimi, Jerapolitanæ urbis antistitis et confessoris. » Demum in fine: « Item Helenæ reginæ. » Diximus pridic in Auctariis natalem ejus esse xvm Augusti.

HACENOVEN. Usuardinus quidem est, sed phrasim non nihil turbatiorem refert. In fine autem perperam subnectit : « Item, sanctorum martyrum Theophili, Saturnini et Revocatæ. » Vide quæ die præcedenti in Auctariis dicta sunt.

VICTORIN. in fine: « Apud Asiam, sancti Apolli-

simi. Eodem die, sanctæ Austrehertæ virginis et sancti Theodori martyris, » haud dubie Heracleensis, unius e quatuor megalo-martyribus, de quo in ctis.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTBAJECT. inter Moysetem et Augulum, Moysen alium abbatem interserit, cum, opinor, qui in Ægypto cum sex sociis matyrium consummavit. Hunc recentiores martyrologi Scythopoli in Ægypto perperam ascripserunt, cum ex Vitis Patrum, variis locis ab Henschenio hic a pag. 46 recitatis, non Scythopoli, quæ Palæstinæ secundæ metropolis est, sed in Schilisolitudine agrassatoribus barbaris. cum sex fratribus interemptus sit. Vide plura ex Cassiano, Sozomeno et aliis apud Ilenschenium collecta.

CAMBERIEN. monasterii S. Mariæ Conventualium : « Monasterio Altimlarenci [vult dicere Altovillariensi] adventus sanctæ Helenæ imperatricis. » De eo agetur xvm Augusti.

REGIN. SUEC., sub num. 130 : « Eodem die sanctæ Austrebertæ vírginis et sancti Theodori martyris. » Vide supra.

VATICAN., num. 5949 : « In Gallia, sanctæ Austrebertæ virginis. » Jam dixi spectare ad x.

Editio LUBECO-COL., in prima annuntiatione fere pura, ad secundam, post magnifice innotuit, hac subjungit : « Postquam vero gentem Sarracenorum, cui episcopus fuerit factus, ad fidem Christi convertisset, ad eremum rediit, et ibi cum sex eremitis a barbaris occisus est. » Quæ hic confusa sunt, in Actis explicantur. Sequitur : « Apud Asiæ provinciam, sancti Apollinaris, Jerapolitanæ urbis episcopi et confessoris, viri eruditissimi. Eodem die, sancti Rechardi regis, patris sanctæ Walburgæ virginis, qui omnia quæ habuit propter Christum dimisit et longissimam peregrinationem sumpsit, tandem feliciter objit. »

Altera Belini editio. In fine : • Eodem die, sanctæ C Helenæ corporis adventus, ad monasterium Altovil-

naris Hieropolitanæ (urbis) antistitis, viri eruditis- A lare, quæ mater Constantini imperatoris existens, ad hoc religiose vivendo, pervenire meruit, ut sacratissimæ crucis Domini nostri Jesu Christi fleret inventrix. » Vide dicta superius.

GREVEN. : « Item Anatholi, Ammonis, Statiani, Lucii, » ex Hieronym. « In Anglia, Odonis episcopi et confessoris. Ibidem, Guilermi episcopi et confessoris. » Vide de utroque indicem Prætermissorum. De Apollinare et Richardo, fere ut editio LUBECO-COL. Additur : « Amancii episcopi confessoris. Frindrudis virginis Apolonii senatoris martyris, patris sanctæ Apoloniæ.» De his tribus vide etiam citatum indicem, et de ultimo speciatim in codem indice ix hujus.

Molan. : « Binchii, Amoluvini episcopi et abbatis Lobiensis. » De Helena Belinum descripsit. In fine, minori charactere : « Eodem die, Richardi regis, patris sanctæ Walburgis, qui propter Christum longissimam peregrinationem subiit. » In aliis editioni-B bus, sic incipit : » Cominii, natale sancti Chrysolii, qui huc venit a Marcello papa ad prædicandum missus. » I bi notandum, quod recte hoc die collocetur, qui in prima editione postridie ponitur, cum hac clausula, « qui Dionysio notus huc venit. » Sequitur : « Binchii ex Laubiis, beati Amolvini, episcopi et confessoris. Die septima, sancti Odonis, episcopi et confessoris. In Anglia, sancti Parthenii, episcopi Lampsaceni : et sancti Lucæ, in Storio Græciæ. Marcianis, elevatio corporis sanctae Rictrudis . » De Helena dictum est. Postea minutioribus litteris : « Apud Phrygiam, natalis beati numerosique martyriì, pariter ab universa urbe quadam Christianorum civium suscepti. Hujus auctor et dux exstitit, vir pietate et religione clarus, Adauctus nomine : cujus in confessione Christi constantiam, omnis populus sequens, cum mulieribus viri, cum pueris senes, cum civibus civitas, injecto igne concremantur, ita ut nullus penttus ex illa urbe, etiam cum optio daretur, abscederet. Eodem die, civitate Lucensi, Richardí, regis, etc., »ut supra.

VI Idus.

Apud Armeniam minorem, natalis sanctorum Dionisii, Emiliani et Sebastiani. Eodem die Alexandriæ, sanctæ Cointæ martyris, hanc pagani correptam ad idola perducentes, adorare cogebant, quod cum illa exectans recusaret, vincula pedibus ejus innectentes, et per plateas totius civitatis eam trahentes, horrendo supplicio discerpserunt. [Brouillart. : " In provincia Lusitania, civitate Corduba, sancti Salominis martyris.

Et charactere cursivo: Viriduno, sancti Pauli episcopi et confessoris.] Civitate Corduba, sancti Salomonis martyris.

NOTÆ.

Ex Tornacen., Pulsanen., Albergen., Danic., Munerat., Greven et Molan.

^a Eam de Usuardo Sollerius habet opinionem, ut in geographiæ leges peccasse noluerit'; hincque Lusitaniam scriptam ab illo fuisse negat, quod in ea

Cordubam collocarit. An memoria lapsus fuerit Usuardus nescio. Certe lapsa est manus. Boun-LART.

VARIANTES LECTIONES.

nacen., Pulsanen., Munerat., etc. Albergen., Danic. et Greven. pejus scribunt Dyonisii : recte Molan., Dionysiiet Emiliani. In Pulsanen. sphalma est Ju*liani*. Nomen martyris Alexandrinæ octodecim ferme modis in Actis deformatum est. Greven. legit Coynta: Molan., Cointha: Tornacen., Conita; Pulsanen., Chonta; Munerat., Corintha; prætuli lectionem Cointæ cum Albergen. et Danic., quod Rom. parvi lectio sit, et proximius ad Quintæ Latine accedat; quidquid aliter scripserit Ado: selige quod magis placet. De voce ydola, alibi dictum satis. Mu-nerat. male ponit correctam pro correptam. Pulsanen. sensum mutilat scribens execrasset, pro execrans recusaret, et vincula pedibus ejus innectentes omittens. Error Danic. in discerserunt, supposito p correctus est.

Difficultas est circa positionem Salomonis, in qua

Reliqui in textu *Dionisii*, et *Emiliani* juxta Tor- D pauci codices ab omnibus aliis differunt. Et inter acen., Pulsanen., Munerat., etc. Albergen., Danic. puriores quidem Marchianen. legit : *In provincia* Lusitana, civitate Corduba; brevius Rosweyd. In provincia Lusitania, sancti, etc. Ilis fere subscribit codex Praten. dum ponit : In provincia Lusitania civitate Corduba. Atque hoc modo scipsisse Usuardum existimavit Castellanus. Cum vero objicerem inepte, tribui Cordubam, regum Saracenorum sedem. regioni ab ea tam dissitæ, respondit disparatorum connexionem non aliud probare, quam quod Usuardus imperitus Geographus fuerit. Mihi vero non suadetur auctorem ita impegisse circa provincias, quas oculis ferme suis lustraverat : censeoque proinde priora ea verba ad Usuardum non pertinere, atque adeo codices illos, a cæteris in eo discrepantes, inter puros connumerari non posse. Est præteréa in Pratensi augmentum aliud, de quo in Auctariis agemus.

Die 8.

OBSERVATIONES.

Trium horum Armenorum martyrum præcipua, et A distinctior notitia sumitur ex solis apographis llieronymianis, quæ saltem prtriam exprimunt, a Ro-mano parvo præteritam. Illa legunt : In Armenia minore, natalis Dionisii, Emiliani, Sebastiani. Istud, sola nomina refert : Sanctorum Dionysii, Emiliani, Sebastiani. Ado priorem fontem consuluit,eamqueannuntiationem formavit,quæabUsuardo et Notkero fere ad apicem descripta est. An præter nomina et provinciam, eorum certamine (nam martyres censentur) nobilitatam, de iis quidquam compertum sit, ex Bollando in Actis intelliges. Inspice etiam notationem Florentinii, qua Bollandi opinionem magis confirmat, inter cætera solerter advertens, Acta sancti Æmiliani mss. quæ penes se habuit, corrupta in aliquibus ita esse, ut vix sensus percipiatur; imo, quod oculatissimum Bollandum aufugit, eadem, mutatis dumtaxat nominibus, continere, quæ apud Petrum de Natalibus in vita sancli Pantaleonis martyris prostant, et quod majus est, iisdem pene B verbis, acillam construi. Hæc ille: quæ an sufficiant, ut Jacobilli Acta ex opere nostro auferantur, in supplemento videbitur. In Wandalberti versiculo defuit locus Sebastano : sic conit :

PRATEN., præter inserta verba, de quibus in Variantibus egimus, addit in fine : « Viriduno, sancti Pauli episcopi et confessoris. » De codem agunt plures alii codices Usuardini, sed modo tam diverso, ut additamentum esse apertissime pateat.

HERINIEN., post textum purum et integrum, agit de codem Paulo, sed hac phrasi : Virduni, beati Pauli episcopi et monachi, ipsius ecclesiæ restauratoris et rectoris. »

ANTUERP.- MAX., ULTRAJ., LEYDEN., LOVAN. et EDIT. ULTRAJ-BELJ. sola voce a priori distinguuntur, nempe quod post *rectoris*, adjiciat epitheton *pracipui*.

MARCHIAN et Rosweyd. sic habent, ut in variantibus diximus, omni alio additamento carentes, ita ut puris proximi sint.

ANTUERP.-MAJ. in martyribus Armenis et in Cointa (quam *Conidam* vocat) iere genuinus est; de Salomone tacet.

CENTULEN., in prima annuntiatione Usuardinus, sic prosequitur: «Sancta Cohintæ virginis et martyris. Virdunis, sancti Pauli episcopi et confessoris. Civitate Concordia [pro Corduba], sancti Salomonis martyris. »

ANTUERP., MAX.-LUBEC. et UGHELLIAN., relato textu puro, subdunt: « Romæ, Pauli episcopi, Luci et Cyriaci. » De qua trium sanctorum conjunctione, vide Bollandum et Castellanum hic nimis quam sæpe infra repetitur.

BRUXELLEN., solito purior, post *discerpserunt* interjicit: » In Hispania, civitate, » etc. In fine, « Romæ sancti Pauli episcopi et confessoris. Et sanctorum D Eucii et Ciriaci.

ILAGENOVEN. ex Gointa Torritam facit, cætera puritati proximus. In fine autem : « Brixiæ [an non Papiæ?], Ivencii episcopi et confessoris. Romæ, sancti Pauli episcopi, Lucii et Cyriaci martyrum. » Vide Scriptores de quibus supra diximus.

BELINI prima editio, Coytæ scribit; altera, Corinthæ. In reliquis eadem addit, quæ, Antuerp. et Max.-Lubecana.

AQUINCINCT. • Romæ, Pauli episcopi, Lucii et Cyriaci. • Eadem ubique phrasis ab altero in alterum transmissa.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. incipit: « Pauli episcopi et martyris. Mengoldi, militis martyris. Sanctæ Helenæ reginæ, matris Constantini imp. » Tum : « Dionysii, etc. » De Cointa et Salomone, nihil.

Codex 3 BIGOTIAN. sig. D. 9 : " Eodem die

Senas Dionysius ornat et Æmilianus.

Cointam vel Quintam, fidelem mulierem. ex Rufino acceptam ego quidem non dubito. Sic de ea primus loquitur auctor Romani parvi : Alexandrie, sanctæ Coinlæmartyris. Adonisencomium ex laudati Rufini verbis ferme contextum Notkerus integrum descripsit, Noster vix quidquam immutatum reddidit. Jam supra ad xxxi Januarii, dum de sene Metra ageremus, celebrem Dionysii Alexandrini epistolam citavimus, ex qua eadem Cointa hoc die. sequenti Apollonia desumptæ sunt. Vide indicatum ibi Ruinartii locum, vel potíus fontem ipsum apud Rufinum lib. vi, cap. 31. Alia est aliorum Eusebii interpretatio, unde et varie apud Bollandum Cointæ martyrium explicatur. An autem virginis titulus ei ascribi possit, incertum relinquitur. Salomon martyr Cordubensisa solo Usuardo refertur, nimirum quod recentiorem Arabicæ illius persecutionis haberet memoriam: neque enim Salomonem alium Cordubæ pro fide passum novimus. Ab aliiset a Romano hodierno ponitur 13 Martii cum Ruderico presbytero ut in Actis videre est. Cætera, quæ huc spectare possunt, in Variantibus dicta sunt.

AUCTARIA.

С

sancti Cuthmani. Nomen » ab aliis aliter seribitur.

Codex D. Le Mare, nota C. qui fuit Franciscan. : « Romæ, Pauli episcopi, Lucii, Cyriaci. » VATICAN. 8949 solum adjicit : « Romæ, sancti

Pauli episcopi, » ut habent apographa Hieronym.

ALTEMPS. : « In territorio Dolensi, sancti Jacuti confessoris. » De quo vide Prætermissos hoc die. « Monasterio Fiscanni, sancti Geuthmanni, Lemovicensis episcopi et confessoris. » In Missali Gemeticensi pervetusto, dicitur *Cutmanni confessoris*. Et sic fere supra legit codex Bigotianus.

STROZZ. et MEDIC : « Item Romæ, sanctorum martyrum Paulini episcopi, Lucii et Cyriaci. Item, sancti Eventii *vel* Inventii episcopi et confessoris. Et sanctæ Helenæ virginis. » Paulinum hunc. aliorum *Paulum* esse, satis constat. Quæ sit *Helena virgo* nescio.

Editio LUBECO-COL., nusquam Usuardo similior, in fine solum addit martyres, de quibus supra; nempe : « Romæ, sanctorum Pauli episcopi, Lucii et Ciriaci martyrum. »

GREVEN. cosdem annuntiat et eodem modo. Tum : « Item, Julii papæ, quem Ado et Usuardus ponunt pridie Idus Aprilis. Eudoaldi, episcopi Lugdunensis et confessoris. » Est verosimiliter *Chagnoaldus* Laudunensis, de quo vi Septembris. « Pauli Virdunensis episcopi et restauratoris præcipui. Thyadghermi, episcopi secundi Halverstadensis et confessoris, in Werdena quiescentis. « Vide Bollandum in indice Prætermissorum. « Iventii, episcopi Papiensis et confessoris. Chunibaldi confessoris. Mengoldi militis. Gislarii presbyteri. » De hoc et Chunibaldo, vide citatum indicem. « Helenæ Christianissimæ reginæ translatio. » Et hujus et vitæ historia dabitur xviii Augusti.

MOLAN. «Romæ, Pauli episcopi, Lucii et Ciriaci. Ipso die, depositio sancti Pauli episcopi Virdunensis, » etc. « Item Hoii, natalis beati Mengoldi, gloriosi martyris. Natale sancti Chrysolii, qui Dionysio notus huc venit, a Marcello papa ad prædicandum missus. » Sed hæc postrema in aliis editionibus correcta et ad præcedentem diem melius revocata. In his porro ita habet. : « Eodem die, natale sancti Nicetii episcopi Bisuntini et confessoris, præclaræ sanctitatis viri. Ipso die, depositio sancti Pauli, etc. Die octava, sancti megalomartyris Theodori ducis exercitus, » de quo nos pridie. « Romæ, Pauli, » etc. Demum charactere minori : « In Bithynia, beati Eugenii, A ciuntur a Bollando ad xvII Julii : quia eo die Veet Mariæ filiæ, de quibus Metaphrastes. » Reji- netias translati.

V Idus.

Apud Alexandriam, passio sanctæ Apolloniæ virginis, cui persecutores, omnes primum dentes excusserunt. Deinde cum minarentur vivam se eam incensuros, nisi cum eis impia verba proferret, illa paululum quid semetipsam deliberans, repente se e manibus impiorum prorupit, et in ignem, quem paraverant, prosilivit. Suevo apud Cyprum, sanctorum Ammonis et Alexandri. [Addit Bouillart., cursico charactere : Fontenella, sancti Ansberti episcopi et confessoris.]

NOTÆ.

Textum purum referunt soli codices Praten., Herinien, Tornacen., Munerat., Greven. et Molan. Plerique alii codices in co polissimum excedunt, quod, sive ex Pratensi, sive aliunde, textui adjiciant sanctum Ansbertum Rothomagensem episcopum, ut brevi ex Auctariis cognoscas.

VARIANTES LECTIONES.

Verum virginis nomen Apollonia est, non Appo-B lonia, ut Muneratus, nec Apolonia, ut Grevenus. Pro vivam se eam, posuit Herinien. vivam eam se : Greven. et Molan. eam se vivam; ubique recte, etcum Adone, quem postremi ambo pressius etiam secuti hic sunt in interpositione vocis ageret, legentes, paululum quid ageret, intra semetipsam, etc. Ultro fateor id ad claritatem conferre, verum codices omnes tum mss., tum excusi, ei lectioni plane repugnant. Pejus habet Munerat. paulum quiden : et exilivit pro prosilivit. Suevo diserte exprimunt codices passim, non Sueno, ut vult Castellanus. Sievo in Tornacen. Sieno in Munerat. Suevi in Greveno, rejicienda sunt uti et Avinionis pro Ammonis apud præfatum Munerat. Alias Suevo, vel Sueno inflexiones vide in Actis, ubi locum ignotum esse comperies

In ecgrapho nostro Pratensi ad calcom apponitur, Fontenella, sancti Ansberti episcopi et confessoris. Sed cum ea verba a Sirmondo lincola subducta sint, noteturque illa ip-a in codice B, esse in textu, et ab eadem manu, signum est prætenso autographo adjecta fuisse; atque adeo codicem illum inter puros servandum putavi. Potuit præfata annuntiatio ex aliquo Hieronymiano accipi, præsertim ex Lucensi, qui fuit olim sancti Wandregisili, ubi ejus positio recte signatur : In Alto-monte super Sambre, At quisquis codicem illum auxit, aliter annuntiationem formavit, et inde alios codices transit. non ubique uniformiter expressa, ut ex Auctariis patebit.

OBSERVATIONES.

Hæc est admiranda illa Apollonia, provectæ C ætatis virgo et martyr inclyta, quam die proxime præcedenti, ex citato ibi Rulini loco cum Petra, seu Petrano et Cointa seu Quinta acceptam diximus, inde primum extracta ab auctore Romani parvi : Alexandriæ, Apolloniæ virginis; selecto, opinor, pro ejus arbitrio, hoc die; ad quem Ado rursus elogium ex laudati Rufini versione contexuit, a Notkero integre descriptum, a Nostro modicissime imminutum. Et in hac quidem martyrologorum serie celebratur Apollonia, quæ apud Hieronymianos codices, Bedam, Florum, Rabanum, et Wandalbertum ignota est. Cur Sanctæ hujus martyrium sub Decio collocet Baronius, æque ac præcedentia Metræ et Cointe, haud satis queo conjicere, cum furentis populi in Christianos rabie, superstite adhuc Philippo, hæc contigisse planissime constet ex laudata jam sæpius Dionysii Alexandrini ad Fabium Antiochenum epistola. Nos passionis causam et tempus assignavimus in Tractatu nostro de patriarchis D Alexandrinis num. 164, quæ fusius explicantur a Tillemontio tomo III, a pag. 293. Utrum præter hæc admitti possint Acta alia subinde conficta; porro an secunda aliqua Apollonia recte ad Juliani tempora revocetur, vide apud Bollandum, et hic infra in Auctariis Greveni.

In apographo Hieronymiano Lucensi perperam divisa sunt Ammonis et Alexandri nomina, per interpositionem citatæ superius annuntiationis, sancti Asberti, pro Ansberti, episcopi. Reliqua utrum-que conjunctum servant, Sueno, vel Sueno apud Cyprum. Locum certaminis negligit Epternacense, socios anonymos xx adjiciens. Tu hos aliosque a recentioribus confusos, ad classes suas in Actis reductos invenies, et nonnulla etiam in Florentini notatione satis accurate observata. Nobis certum est Usuardum ex aliquo Hieronymiano codice annuntiationem suam desumpsisse, in quo verosimiliter sic reperit, quemadmodum in textu legimus; nisi quod forte de suo alterum alteri anteposuerit. Rabanus ex eodem fonte sua descripsit; ex hoc, Notkerus, et hi ambo diserte cum Usuardo legunt Suevo, editore ad marginem per asteriscum indicante *Soli*, ut forte alibi repererat, unde et verosimiliter in Romanum hodiernum ea positio derivata est. De solo Ammone agit Wandalbertus, at cum tres synonymi hoc ipso die apud Hieronymianos recolantur, quem proprie velit, aliis deter-minandum relinquo. Sic habet :

Quinis Ammonem recolunt pia vota beatum.

AUCTARIA.

MARCHIAN., purus in textu, subdit : « Ipso die, sancti Ansberti Magnensis episcopi. » Excsis, opinor, primis litteris, imperitus librarius ex magensis, quæ est postrema pars Rothomagensis, efformaverit magnensis. Non video id aliter posse intelligi.

ANTUERP. et MAX.-LUBEC. adjiciunt : « Fontinellæ monasterio, sancti Ansberti archiepiscopi Rothomagensis et confessoris. »

PULSANEN. incipit: « Apud Canusium civitatem Apuliæ, depositio beati Sabini episcopi et confessoris. » Apolloniam refert absque elogio. Tum : Apud Cyprium senctorum Ammonis et Alexan-

 Apud Cyprium, sanctorum Ammonis et Alexan-PATROL. CXXIII. dri. Eodem die, beati Rotomagensis ecclesiæ archiepiscopi. »

ANTUERP.-MAJ. : « Alexandriæ, sanctæ Apolloniæ virginis et martyris. » Desunt textus reliqua, quibus substituntur : « Apud Pontum provinciam, sancti Athenodori episcopi, fratris beati Gregorii, qui Theologus cognominatus est. Fontanellæ monasterio transitus beati Ansberti episcopi, » Omittit quæ alii clarius explicant, « Rothomagensis ecclesiæ, etc. »

Rosweyd., in prima satis purus, addit : «In Blandinio, sancti Ansberti episcopiet confessoris. Apud

Die 9.

Cyprum, Alexandri martyris et Ammonis confesso- A rio, sancti Ansberti. episcopi Rothomagensis et con ris. » Titulus martyris æque quadrat utrique.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEYDEN., LOVAN. et edit. ULTRAJ.-BELG. textui puro adjungunt : « Eodem die apud monasterium Fontinellæ, natale sancti Ansberti Rothomagensis episcopi et confessoris. » AL-BERG. et DANIC. agunt de « Paulo Virdunensi, » etc.

CENTULEN. Deest Apolloniæ elogium. Tum : « In Ponto civitate Gneocæsarea, sancti Athenodori, episcopi, fratris beati Gregorii. Civitate Rothomago, sancti Ansberti archiepiscopi et confessoris. »

BRUXELL. in cipit : « Commemoratio beatæ et semper virginis Mariæ » (Octavam Purficationis, ni fallor, indicat.) In Apollonia modice interpolatus est. « Apud Cyprum, » etc., ut Pulsanensis. Sequitur : «Eodem die, translatio sancti Ansberti, Rothomagensis archiepiscopi et confessoris, qui in mo-nasterio Altimontensi fuerat exsilio relegatus, et apud Fontanellam sepultus, et inde postea in Blan-

HAGENOV. elogio Apolloniæ addit : « Et ipsam sod lent invocare, dolorem dentium sustinentes. » In fine : « Item Fontinellæ monasterio, sanct. Ansberti archiepiscopi Rothomagensis depositio. Apud Virdunum, etc. In Bavaria, Altonis confessoris » Qui fuit abbas in Altenmunster. Aquicinct. : « Ipso die, sancti Rothomagensis

archiepiscopi.»

VICTORIN et REG. SUEC., sub num. 130 : « Apud Pontum provinciam, sancti Athenodori episcopi. Canusia civitate, sancti Savini episcopi. »

MATRIG.-CARTHUS.-ULTRAJ. : « Apolloniæ virginis et martyris, cum multis aliis : Dionysii episcopi Alexandrini, exhortatoris prædictorum martyrum. » Vide observationes.

VATICAN., sub_num. 5949, charact. Longobard., quod fuit olim Beneventanum, sæpe jam superius citatum, primo loco habet : «Natalis sancti Sabiani, C Canosini episcopi et confessoris. »

UCHELLIAN. : « Fontenellæ monasterio, sancti Ansberti, episcopi Rothomagensis et confessoris. » STROZZ. et MEDIC. : « In Oriente [quid ni in, Meri-

die ?] sancti Savini episcopi. In Fontanellæ monaste-

fessoris. »

Editio LUBECO COL. de Ansberto, Paulo Virdunensi. et Athenodoro, scripsit ut supra. In fine : « Ipso die, beati Altonis confessoris. »

BELIN. in utraque editione pro Ansberti scribit Amsberti. Prior habet : « Suevo apud Ægyptum de quo vide Acta.

GREVEN. : « Octava Purificationis beatæ Mariæ. Ammonis, Thomæ et aliorum xxxvII. Item Emiliani. » Confusa hic nomina ex Hieronym. « Monasterio Fontanellæ, sancti Ansberti, episcopi Rothomagensis cui cum puella nobilis nomine Angadrisima desponsata fuisset, et utrique cælibatus magis placeret, illa oratione impetravit, ut turpissima et leprosa efficeretur. Sed posta beato Audoeno Rothomagensi archiepiscopo, Christo consecrata, pristinæ pulchriritudini est reddita. Ansbertus vero, sub sancto Wandragisilo, abbate Fontanellæ, monachus pridinium hac die translatus. Apud Virdunum, » etc. B mum, deinde abbas factus : postremo, beato Au Vide supra. doeno in episcopatu digne succedens, in pace quievit. In Britannia, Teylliani confessoris. In Hibernia, Trovani episcopi et confessoris. Apud Pontum provinciam, beati Athenodori, episcopi et confessoris fratris beati Gregorii Niceni. Altonis, confessoris. In Hibernia, Tarabatæ virginis. » Hactenus ambæ editiones, MDXV et MDXXI, sed postrema ad-jicit sequentia, plane apocrypha : «Eodem die, sanctæ Apoloniæ alterius, virginis et martyris, quam Julianus Cæsar pro fide Christi, primum fecit virgis cædi, deinde in equuleo suspensam, vivam jussit excoriari, ac de carnibus ejus particulas scindi : ad ultimum post dentium atrocem evulsionem, gladio transverberatam, Christi mart yrem fecit. » Vide Bollandum et Castellanum hic.

MOLAN. prima edit. : » Fontanellæ monasterio, sancti Ansberti archiepiscopi sanctæ Galliarum se dis Rothomagensis. » In aliis sic habet : « Gandavi in Blandinio, ex Fontanellæ monasterio, sancti Ansberti, sanctæ Galliarum sedis archiepiscopi. In Hoyo, sancti Maingoldi, ducis et martyris, regis Hugonis Anglorum filii ; » quem in prima editione melius pridie posuit. « Die nona, sancti martyris Nicephori. » Est is qui Sapricio palmam præripuit.

IV Idus.

Romæ, natalis sanctorum martyrum Zotici, Hirenei, Jacincti, et Amantii. In Oriente, sanctæ Sotheris virginis, quæ graviter et diutissime alapis cæsa, cum cætera quoque pœuarum genera vicisset, gladio martyrium consummavit. Item Romæ via Lavicana, militum decem. • Apud Castrum Cassinum, sanclæ Scolasticæ virginis, sororis sancti Benedicti abbatis. ^b In pago Rothomagensi, sanctæ Austrebertæ virginis.

NOTÆ.

Textus est Praten., Marchian., Rosneyd., Antuerpien., Max.-Lubec., Munerat., Greven. et Molan.

Usuardo deletus fuit totus, et paulo minutioribus litteris scripta hæc, sororis S. Benedicti abbatis. Deerat primo exemplo S. Austreberta. Suos codices debuit sequi Sollerius : aut si Pratensis visus est hoc loco potior, potior ubique videri debuit, cum hujus additamenti eadem, ac cæterorum, scriptura

• Ut locus esset Austrebertæ in ultimo versu is ab D sit. Non moneo hic apposite memorari S. Austrebertam. Hoc die obiisse sanctam illam virginem una omnium séntentia est. BOUILLART.

b Hæc apud Boullartium ad oram paginæ leguntur manu scripta : Hæc non sunt Usuardi. Vide Acta SS. Mabillonii, sec. III, part. 1. pag 28 A.

VARIANTES LECTIONES.

Scribendum erat Irenæi et Hyacinthi, ut correxit Molan. Sed cum nulli codices ita legerent, putavi servandam scrupulosius medii ævi lectionem. Mu, nerat. pro Zotici. male posuit Zonei. Item Hyreneiquod etiam habent Ant. et Max.-Lubec. in Praten. pro Jacinti est Jacini. Amancii pro Amantii communis multorum codicum error est. Soteris scribit Marchian., cujus lectio præferenda esset, nisi codices

omnes repugnarent. Solus Pratensis habet Casinum recte opinor, sed reliqui omnes, ut in textu ; qui etiam concordant in Scholastice, licet Molanus correxerit Scholastica, Rothomagensiest fereomnium, excepto Pratensi, qui etiam legit Austrobertæ cum Marchianensi et Greveno; reliqui, ut in textu:solus Molanus scribit Austrebertha.

OBSERVATIONES.

Ex quatuor primis martyribus aliqui cum Sotere aut Soteride in apographis Hieronym. conjuncti, a

Beda discernuntur: ubi clarius et exactius expressa quatuor nomina. Romanum parvum forte in ortho-

Die 10.

simil ter fecere Henschenius et Papebrochius) etiam accurate scribit, quemadmodum et Ado, cui procul dubio ad elogium materia defuit. Meminit idem Romanum parvum Soteris, positione non expressa, nisi quis copulativam et ad priores Romanos martyres putetastringendam. Aliter sane Romaniparvi textum accepit Ado, qui, Græca fortasse nominis origine deceptus, Soleridem primus in Orientem transtulit, atque in eo Nostrum sequacem habuit. Non item Notkerum, inquit Castellanus, qui Rabanum imitari maluit, et antiquiores; forte advertens, verosi-milius in Italia mortuam, quæ sancti Ambrosii consanguinea fuit. Non potuit Antiquiores alios intelligere, præter Hieronymi apographa; at enim diligentiam hic suam desiderari passus est, vir de cœtero accuratus, cum Notkerus (sive unam sive gegeminam Soterem fecerit) ipsissima Adonis verba Idus seu vi hujus, bis verbis conceptam : Romæ via Appia, in ejusdem cœmiterio, passio sanctæ Sotheris virginis el martyris. Quæ omnia, excepta ultima voce, ex Rabano accepta ultro fatemur, ut nos ipso die ex Greveno diximus. Rursus Sotheris sacratissima virgo apud Adonem et Notkerum refertur xu Maii, ut ibi indicabimus. Dubitat hoc loco Florentinius, virone an mulieri aptandum sit Soteris nomen : item utrum his eadem virgo annuntietur, ut de Agnete factum vidimus : sed hæc alterius et dis-

Jam dixi Herinien. et Tornac. Austrebertæ non meminisse. Consentit et his PULSAN., in eo singularis quod ordinem martyrum Romanorum interturbet, et pro Amantii scribat Amarini. Tum sic:

« Item Romæ, sanctæ Sotheris virginis. » ANTUERPIEN-MAX., LOVANIEN., LEYDEN-BELG et editio ULTRAJ.-BELG. in eo solum a puritate defi-C ciunt, quod primo loco Scholasticam annuntient. alque in fine pro Austrebertæ ponant Austrebergæ, quod et in nonnullis aliis codicibus legitur. In Belgica editione deest nomen unius ex quatuor primis martyribus.

ULTRAJECT., LEYDEN., ALBERG. et DANIC. Etiam primum locum Scholasticæ tribuunt, sed Usuardino textui hæc superaddunt : « Hujus animam de corpore egressam, vidit sanctus Benedictus in columbie specie, cœli secreta penetrare. Qui tantæ ejus gloriæ congaudens, Deo gratias reddidit, ejusque obitum fratribus denuntiavit. Quos etiam protinus misit, ut ejus corpus ad monasterium deferrent, et in sepulcro, quod sibi præparaverat, collocarent : ut quorum mens una semper in Deo fuerat, eorum quoque corpora nec sepultura separaret. » An ea conjunctio duret, alibi controvertitur.

CENTULEN. textui nonnihil abbreviato, subjungit in fine : « Sanctonas, sancti Trojani episcopi et confessoris, » quæ verba Antuerp.-Maj. etiam po-suit, sed inter Scholasticam et Austrebertam. Cæterum spectat Trojanus iste ad xxx Novembris.

BRUXELL. elogium Scholasticæ ex ULTRAJ., etc., hic relatum, ex parte mutilat, post « secreta penetrare, » sic legens : « Quo viso, ipse corpus sororis defunctæ fecit ad suum monasterium deferri, et in sepulcro quod sibi ipsi præparaverat, sepeliri. Et illud postea Cynomannis translatum est. » Sequitur de Soteride, omissis martyribus Romanis. Tum de x militibus. Post Rothomagensi, hæc inserit : «In loco qui vocatur Pauliacus. Eodem die apud Nivellam, elevatio sanctæ Gertrudis virginis.» Demum manu Belgica recentiori : « Item in valle, quæ dicitur ad stabulas Rodis, beati Guillermi confessoris. Qui ex comite Pictaviæ ac duce Aquitaniæ ferocissimo factus est strenuissimæ vitæ eremita solidissimus, ac miraculorum patrator validissimus. » Vide hæc in Actis diligentissime et exactissime discussa.

graphia a Rosweydo correctum (ut in Beda vero- A quisitionis et loci sunt. Laudatiunculam, quam Ado concunnavit, Noster descripsit. Ne hic ei diutius immorer, videatur Bollandi commenta-rius, in quo ex Ambrosio adducuntur quæ ad verám virginis laudem spectare possunt, aliaque ad ejus cultum pertinentia. Ruinartius in Selectis, pag. 405, sancti Ambrosii loca etiam producit. Castellanus in notis breviter collegit, quæ curiosiora sunt, pag. 600 et 681. Tillemontius autem cum Pancratio conjunxit tomo V, a pag. 259.

Sequitur, Militum decem, qui in Romano parvo, Adone, Nostro et Notkero, nudis solum nominibus referuntur. Scholastica a Nostro adjecta est, quam ampliori encomio Rabanus et ex eo Notkerus exornant. Sed quid de Austreberta, soli Nostro nominata? Dicam ingenue, non immerito me dubitare, utrum ab Usuardo ipso fuerit posita, idque adeo, quod ejus non meminerint codices duo, mihi certé hoè die ad apicem referat. Hoc Castellanum fallere astimatissimi Heriniensis et Tornacensis, non so-potuit, quod annuntiationem Notkeri legerit viii B liti hactenus prætermittere, quod Usuardi genuinum est, præsertim in sanctis Francicis, sic ut conjectari nullo modo possim quid scriptores movisset ad reticendam sanctam alias notissimam, si in Usuardi autographo fuisset expressa. Servanda nihilominus fuit in textu, ne ex arbitrio meo potius, quam ex aliorum codicum auctoritate, Usuar-di simplicitatem videar definire. Quid versibus suis indicet Wandalbertus, dicat alius interpres:

Sother, Irenæus et Scholastica virgo quaternis Egregia pariter meritorum laude nitescunt.

AUCTARIA.

HAGENOVEN. plura de Scholastica admiscet non adeo probata. Sic loquitur post sancti Benedicti abbatis: « Hæc rectrix erat multarum sanctarum virginum sanctimonialium. Quæ quodam die, cum sanctus Benedictus ad eam visitandi gratia (venisset], et mox recedere vellet, pluviam a Deo cum tonitruis obtinuit, et sic illum [ille] cum ea invitus pernoctavit. Hujus animam in brevi postea de corpore egressam, vidit Benedictus frater ejus in columbæ. » etc.

Victorin. pro Amantii, scribit Amarii. In fine ut CENTUL. de sancto Trojano.

ALTEMPS. in Anglia auctus : « Ipso die, sanctæ Vivinnæ abbatissæ. »

STROZZ. et MEDIC. primo loco: « In partibus Tu-scie, qui dicitur Pauliacus, transitus sancti Guilielmi, eremitæ et confessoris, magnæ sanctitatis et gloriosi miraculis viri. »

Codex Montis Sancti. « Sanctonis civitate, deoositio sancti Trojani episcopi, et Boldegundis abbatissæ. »

EDITIO LUBECO-COL. Scholasticam primo loco re-fert. ut ULTRAJ., etc. Sequitur : «Eodem die, sancti Guilhelmi confessoris. Hic prius dux suit Aquitaniorum et ultra modum flagitiosus, sed postea divino nutu compunctus, abbrenuntiavit sæculo, monachalem habitum assumens, factus est servus servorum Dei. Hie centies per noctem et diem genua flectebat, transiens de activa ad contemplativam vitam. Étiam ad tantam perfectionem pervenit, ut spiritu prophetiæ fulgeret. Qui postmodum firmatus corpore, et sanguine Christi participatus migravit ad Dominum. » Deinde in textu admistum, quod Soleris sub Diocletiano Augusto sit pas-sa. « Sanctonas, S. Trajani episcopi et confessoris. »

BELIN. in secunda editione paulo correctior est; in utraque primo loco annuntiat: « Natale sancti Guillelmi confessoris, ordinis eremitarum sancti Augustini. » Videantur Acta.

GREVEN. : « Apud Sanctonas, Trojani episcopi et confessoris. Elevatio sanctæ Gertrudis. virginis Guilelmi comitis Pictaviensis et confessoris. Qui cum se flagitiis primo totum dedisset, et schismati Petri Leonis faveret, a beato Bernardo terrifice correptus, tandem ad cor rediit : ferreamque loricam

ad carnem induens, austeram vitam duxit, ac sui no A civitatis præclaræ sanctitatis episcopi, et confesminis ordinem initians, quievit in pace. » Ubique confusio ab Henschenio erudite sublata.

MOLAN. in Guillelmo Belinum descripsit. Dein: « In Campania, natale sancti Sylviani episcopi et confessoris.» Ista scribit Rabanus : llieronym. et Notkerus Silvanum nominant. Sequitur : « Ét Baldegundis abbatissæ, » quam aliqui in virum transformarunt. Editiones aliæ incipiunt : « In stabulo Rodis, natale sancti Guilielmi, « etc., ut prior. Deinde : « Arvernis, depositio sancti Sigonis, ejusdem

III Idus.

Apud Lugdunum, natalis sancti Desiderii episcopi et confessoris. Eodem die castro Nantonense. sancti Severini abbatis monasterii Agaunensis, cujus precibus cultor Dei rex Clodoveus a diutina infirmitate sua liberatus est. Alexandriæ, depositio sanctæ Eufrasiæ virginis, quæ in monasterio virtute abstinentiæ et miraculis etiam claruit.

NOTÆ.

Ita Praten., Herinien., Tornacen., Marchian., Antuerp.-Maj., Pulsanen., Munerat., Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

Male in Tornacen. scribitur Laudonensi pro B opinor errore typothetæ, Clodoneus; vera est alio-Nantonensi, pejus in Muneralo, Nannetensi: nec benc Greven. Nautoniensi; Molan., Nantoniensi: Praten., Marchian. et Munerat. legunt Acaunensis; Antuerp.-Maj., Aganensis; Pulsanen., Athaunensis; Greven, Anganensis: melius in textu. Prætensum autographum scribit Flodovehus, vel Flodevechus, alius cod. Pratensis et Antuerp.-Maj. Flodoveus, item Herinien., Pulsanen. et Greven. At Munerat.,

rum et textus lectio. Pulsanen, et Antuerp.-Maj. omittunt Rex; Marchian., pro diutina habet div-turna; Antuerp.-Maj. simpliciter ponit, ab infirmitate sua liberatus est. Reliqui in textu, Bufrasie ex omnum codicum consensu, licet Tornacensis rectius legat *Bufrosinæ*, ut in Observationibus latius explicabitur.

soris, tempore Clotarii regis. Die decima, sancti martyris Charalampi, » De Silviano et Bagdeguade ut supra. Denique litteris minutioribus : « Dordra-

ci, sanctæ Suræ virginis et martyris commemoratio, snb nomine Soteris, quod Latine interpretatur salvatrix. » Videatur Bollandus hac die. Certe non

satis evincit Castellanus, Suram hanc seu « Zuwar-

dam » Dordracenam cum Soteride Romana, vel

Orientali confundendam.

OBSERVATIONES.

Usuardus hoc die sanctos præterit, qui apud Redam et Adonem diserte exprimuntur. Ille Calloceri et Parthenii meminit, atque ex ipso Rabanus; hic Simplidis Viennensis, quorum nemo a Nostro com-memoratur. Id autem cum Castellano potissimum demiror, cur Ado, in producendis ecclesiæ suæ sanctis præsulibus, alias, et hocipso die, tam liberalis, cur, inquam, illustrem illum Desiderium ejusdem ecclesiæ decessorem suum non annuntiet, a Beda diserte C positum : Eodem die, Lugduno, Desiderii episcopi? Nec obest Rabani silentium, cum Bedæ textus ex Wandalberto confirmetur. Displicet quidem positio; neque omittendus erat titulus martyris, merito ei abaliis ascriptus, utpote qui famosæ Brunechildisjus su, primum exsilio multatus, deinde Prisciniaci, non Lugduni, lapidibus obrutus; fuste percussus et necatus est, ut fusius ex ipsiusmet Adonis relatione narrat Notkerus xxIII Maii, hodie translationem commemorans. Hic a nobis quæritur, an neutro die ab Adone consignatus sit : cum utroque Rosweydo in appendicem rejiciatur ? In varias partes se versat Cas-tellanus, sed tandem in Corollario ad finem volu-minis, ex Notkeri verbis xxIII Maii, se elicere putat, quod Ado in Martyrologio de eo plane non meminerit. Verba Notkeri sunt : De quo quia venerabilis Pater Ado, ejusdem ecclesiæ nostra ætate pontifex, utpote in præsentia posito, et ob id suis in cunctis notissimo, aliquid speciale dicere superfluum exis- D tavit, quod de Buphrasia Ado et Usuardus hodie timavit. Quanti momenti sit ista ratio, judicentalii: ego certe Notkeri hodiernum textum vere Adonianum nihilominus crederem, nisi me Usuardi silentium prohiberet, qui soliti ductoris sententiam non neglexisset, si eam in ejus Martyrologio reperisset; confessoris præterea titulum Bedæ verbis certo non additurus, ubi tam aperte martyrio coronatus declaratur; quemadmodum et Florus xxIII Maii pro-

ANTUERP.-MAX. LUBEC. hoc die sanctos referunt, qui a Nostro sequenti ponuntur. Ita habent : « In Africa, sanctorum martyrum Saturnini presbyteri, Daviti [Dativi] Felicis, Apulei et sociorum eorumnuntiat, ubi proprio loco dicetur. Ne hic longior sim; videantur Acta, præfata illa die xxm Maii, in quibus res tota operosius deducitur et illustratur. Wandalberti versus ex Bedæ textu hoc die clarissime profluunt :

Ternis hine Desiderius Lugduna coronat Mœnia : Partem jo et Calocero Roma refulget

Severini abbatis Agaunensis, miraculis clarissimi, memoria in nullis antiquis Martyrologiis reperitur; eum primus Noster suo inseruit : cur autem Clodovei nomen passim in Flodorei, vel Flodorehi transformatum sit, non est operæ pretium indagare. Vitam ejus ab anonymo scriptam et in Actis editam, interpolatam esse fatentur eruditi; an primigenia a Mabilione 1 sæc. Bened. in appendice pag. 568 vulgata, omni nævo immunis sit, in supplemento examinabitur. Euphrosynam cum Usuardo retulimus supra Kalendās Januarii, desumptam ex Adone, cujus elogium inter Auctaria invenies. Bollandus, ut ibi diximus, inter Prætermissos in hunc diem rejecit, Castellanus ad xxv Septembris. Hic autom Romanum parvum, ex ipso Ado, et ex utroque Noster, non Buphrosynam, sed Buphrasiam memorant. Ex elogio colligi videtur, et ex aliis probatur, eam-dem sub utroque nomine latere sanctam. Unde Rom. hodiernum I Januarii recte Buphrosyna apposuere. Vide quæ ibi Observationibus dicta sunt. Nec sane diversa est, quæ xxv Septembris apud Græcos colitur, quo die verosimilius obiisse censenda est, magnis illis laudibus ornata, que in Actis fuse enarrantur. An satis sincere et vere, dubitant eruditi non pauci, inter quos Tillemontius tomo X, pag. 50, quorum argumenta in Supplemonto Februarii accuratius excutientur.

AUCTARIA.

dem, qui passi sunt pro Christo sub Anolino proconsule. Apud Lugdunum, Desiderii episcopi. In Alexandria, depositio Eufrasiæ viginis, quæ in monasterio, ul illius vita docet, mira abstinentia [absti-

Die 11.

nentiæ virtute] virtute et miraculis claruisse co- A 130, in fine : « Item sancti Amasii episcopi et congnoscitur. » De Severino tacent.

Roswerd. penultimo loco, textui inserit : « Romæ, Caloceríi et Partenii martyrum. » Pro Bu/rasiæ, scribit Bufraxiæ; cætera satis purus est.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., LOVANIEN., ALBERG., DANIC. et editio ULTRAJ.-BELG. fore similes sunt duobus primis ; sic habent : « In Africa sanctorum martyrum, Saturnini, Daniti, Felicis presbyteri, Apulei et sociórum eorumdem. Qui passi sunt pro Christo, sub Juliano imperatore, Anolino proconsule. » Sequitur de Desiderio, pure. Tum : « Alexandriæ, depositio sanctæ Eufrosynæ virginis, quæ in monasterio, ut illius vita docet, mira abstinentiæ virtute et miraculis claruisse cognoscitur. » In omnibus etiam prætermittitur Severinus.

CENTULEN : « Apud Lugdunum, sancti Desiderii episcopi et confessoris. In pago Vastinensi, castro Mandonis, sancti Severini abbatis monasterii Agaunensis, cujus precibus cultor Dei rex Francorum B fine : « Castro Nanthoniense, » etc. Clodoveus videtur antea positum fuisse Flodoveus, sed erasa est pars superior, f, unde quod superest, format c,] a sua infirmitate liberatus est. Alexandriæ, sanctæ Eufrasiæ virginis. »

BRUXELLEN. incipit : « Apud Viennam, sancti Simplicidis episcopi et confessoris. » Tum de Severino pure. De Eufrasia vero ut Antuerp., supra.

HAGENOYEN. de Saturnino, Davito, etc., cum An-TUERP. adjicit tamen in fine, et Juliano imperatore. Reliqua fere cohærent cum textu. In fine : « Item Yminiæ virginis. » An Soliniæ?

VICTORIN. et Codex Reg. Suec., signatus num.

Prid. Idus.

fessoris. » Nec in Actis, nec Prætermissis est.

VATICAN., num. 5949 : « Campaniæ, sancti Castrensis, episcopi et confessoris. Romæ, Caloceri et Partenii. » Coluntur duo postremi xix Maii.

UGHELLIAN. initio habet : « In Africa, sanctorum

martyrum Saturnini, » etc., ut in Antuere. ALTEMPS. : « Monasterio Glascoviensi, sancti Be-lesii martyris. » Quis hic sit, nondum licuit invenire.

STROZZ. et MEDIC. : « Item, sancti Caloceri archiepiscopi Ravennensis. » Vide Henschenii comment

Editio Lubeco-Col. incipit a Severino. Dein de Saturnino cum sociis, et de Eufrasia, ut supra. Diem claudit : « Apud Viennam, sancti Sinniplidis episcopi et confessoris. » Lege Simplidis.

BELIN. incipit a Saturnino ut ANTUERP. De Desiderio, pure. Pro Bufrasiæ scribit Buphrosinæ. In

Greven. excorrupto Hieronymi textu hæc manca et confusa miscet : « In campania, Basiliani, Aman-tii. In Africa, Victoris, Felicis, Januarii, Zotici, Herenei. In Apamia, Basiliani, Penis. » Vide Bollandum, et Florentinium, « In Hibernia., Epiciani episcopi et confessoris. Ibidem Soliniæ virginis. »

Molan. : « In Africa, sanctorum martyrum Saturnini presbyterl, Dativi, Felicis, Apuleii et sociorum eorum, qui passi sunt pro Christo sub Anolino pro-consule. » Hæc in editionibus aliis prætermissa sunt : solumque additur : « Arvernis, sancti Desiderati, episcopi ct confessoris. » Vide Acta.

Die 12.

In Hispaniis, natalis sauctæ Eulaliæ virginis, quam constat, tempore Diocletiani imperatoris, gloriosam martyrii accepisse coronam, civitate Barcinona. In Africa, sanctorum martyrum Saturnini presbyteri, Dativi, Felicis, Apelii et sociorum ejus, qui passi sunt pro Christo sub Anolino proconsule. Apud Alexandriam, Modesti et Ammonii infantum.

NOTÆ.

Sic legunt Praten., Herinien., Tornacen., Marchian., Munerat., Greven.. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

uti et Davili in Heriniensi. Posui in textu Apelii ex Praten., Marchian. et Greveno. Herinien. et Torna-cen. habent Apeli; Munerat., Pellii; Molan., Apuleii : verum nomen infra adjiciam, quod Molanus recte posuit in alteris cdit. Sociorumque in Munerato, pro et sociorum, levis mutatio est. Herinien.

Hyspaniis in Marchian. et aliis male scribitur; C legit sub Juliano proconsule. In Auctariis pridie vidimus Julianum imperatorem, perperam cum Anolino conjunctum, forte quod codices quidam antiqui pro Anolino scripserint, Juliano, ut hic He-riniensis posuit Marchian. Munerat. et. Molan. habent infantium, quod postremus in aliis editionibus correxit.

OBSERVATIONES.

Solus Beda inter antiquos martyrographos Bulaliam Barcinonensem aut ignoravit, aut saltem in sacros Fastos non retulit. Cæteri cam annuntiant, nullus tamen satis diserte martyrii rationem exprimit, co modo, quo in Romano hodie exponitur. Qualiter ab *Bmeritensi*, quæ x Decembris colitur, Eulalia hæc distinguenda sit, quæque ad utriusque Acta seorsim pertineant, videsis apud Bollandum in Actis. Ado illam a Romano parvo mutuatus est, de aliis etiam loquens, quos Usuardus suis potius diebus solum censuit nominandos : ut pote qui licet cadem Daciana carnificina, non eodem tamen die marty. D rium consummarunt. Plura de virginibus illis synonymis dicenda erant, nisi locus proprius superesset x Decembris, ubi de celebriori illa Emeritensi, a Prudentio apud Ruinartium pag. 496 ct seqq. egregie laudata, sermo recurret, quo cætera re-mitto, solos bic Wandalberti in Barcinonensis honorem versus subjiciens :

Bulaliæ festum pridie sanguisque coruscat, Urbs Barcinon eximia qua martyre gaudet.

Hic denuo notandum, ab Adone referri Damianum. quem Noster prætermísit, raro, ut nuper dixi, exem-

plo. Saturninus et socii nec ab Hieronym. nec a Beda, nec ab antiquiorum ullo ante Usuardum memorantur. Primus ipse quatuor hæc omnia consigna-vit, non expressis allis quinque et quadraginta, de quibus in Collatione Carthaginensi, ab Augustino recitata, unde eos Nostrum accepisse opinamur. Cur diem præcedentem huic prætulerint recentiores mss. codices et Romanum hodiernum, nescio : certe institutam pridie Idus Februarii quæstionem, diserte affirmat Augustinus, atque in Actorum proconsularium titulo dies idem clare exprimitur, unde certum est nullum ex his martyribus ante eum diem passum fuisse : quo autem vere coronam adepti sint, nusquam traditur. An ex his aliquos recte ad certos dies referat Ruinartius in prævia admonitione, pag. 408, alibi examinari poterit. Acta ibi reproducit laudatus auctor, dempta præfatione et conclusione a Donatistis assuta, quam utramque in-venies apud Baluzium tomo II Miscell., a pag. 56, primam apud Henschenium in Actis, ubi ejus cominentarium et notas consule. Videatur etiam Tillemontius tomo V, a pag. 231. Si qui forte nævuli a Donatistis immisti supersint, nihil Actorum puritati officiunt. Porro qui in m'ss. Apelus, Apelius, et Apuleius vocatur, potius Ampelus vel Ampelius di- A non dicuntur in Romano parvo. Hieronym. apocendus videtur. Cætera vide superius, et in notis Castellani, atque in Auctariis dici præteritæ. Inter Modestos nonnulla in Rom. moderno notanda sunt, de quibus alibi. Modestus et Ammonius ab Adoue accepti sunt, qui ambos infantes appellavit, quales

PULSAN. deficit in prima annuntiatione de sancta

Eulalia, in cæteris purus. ANTUERP. et MAX.-LUBEC. incipiunt : « Natale S. Macharii et S. Ruffini et S. Justi. » Vide in Auctariis xxvm Februarii. « Et in Alexandria, Ammonii, » ctc. Nihil de Eulalia. De Saturnino. etc., egerunt pridie.

ANTUERP.-MAJ., in prima Adonianus, sic habet : « In Hispaniis, sanctæ Eulaliæ virginis et martyris, auæ passa est tempore Diocletiani imperatoris, sub præfecto Hispaniarum Daciano; quando sub eodem apud Barcinonem, sanctum Cucuphatum, et apud Gerundam, sanctum Felicem, gloriosas constat mar- B socios, passos ait sub « Juliano imperatore. » Setyrii accepisse coronas : scriptum in passione sanctæ Leuchadiæ. » De Modesto et Ammonio, scribit, martyrum infantum. In fine : « In Africa, passio sancti Damiani militis. »

Rosweyd, hodie obscurior et confusior est. En ejus textum : « In Hispaniarum, sanctæ Eulaliæ virginis; quam constat tempore Diocletiani imperatoris gloriosam martyrii accepisse coronam civitate [vult dicere Barcinonensi]. » Tum : « In Africa, Damiani militis, et sanctorum martyrum Saturnini, etc. In Alexandria, Juliani martyris et aliorum xvm sociorum, vel Sanctorum. Ibidem, sanctorum Modesti et Ammonii infantium, et sanctorum Quiriaci et Simplicii martyrum. » Vide hæc in Actis distinctius explicata.

CENTULEN., solitus abbreviator, sic paucis complectitur omnia, ct aliquid superaddit. « In Hispaniis, sanctæ Eulaliæ virginis sub præside Daciano. In Africa, sanctorum martyrum Saturnini presby- C teri, Dativi, Felicis, Apeli et sociorum eorumdem. Alexandriæ, Modesti et Ammonii, martyrum infantum. In Affrica, sancti Damiani militis." »

ANTUERP.-MAX., LOVANIEN., LEYDEN., BELG. et Editio ULTRAJ.-BELG. ita ordiuntur : « Romæ, sancti Gregorii secundi, qui nonagesimus secundus post beatum Petrum, natione Syrus (male hic confunditur Gregorius II cum successore synonymo), sedit annos decem, menses octo, dies quatuordecim, Leonis et Constantini imperatorum tempore. » Idem ferme habent initium ULTRAJ., LEYDEN., ALBERG., et DANIC qui addunt ex aliquo fortasse Adoniano codice : « Hic vir castus, et in divinis Scripturis eruditus, in Germania verbum salutis per sanctum Bonifacium episcopum prædicavit. Qui etiam quadragesimali tempore, feria v jejunium celebrari constituit; et ipsius diei ad Missarum solemnia officium, cum antea non fieret, pro majori parte sumptum de Dominicis, ordinavit. » Postrema hæc ex Anastasio Bibliothe- D cario sumpta, non parvam consuctudinem priorum temporum non jejunandi feria v Quadragesimæ, ut putavit Bollandus, sed statutum tunc Ecclesiæ ritum ostendunt, ut habes apud Walafridum Strab. « de rebus ecclesiasticis, » cap 20, et apud alios ; ob justas causas, quibus cessantibus, feriam illam Gregorius II in aliarum ordinem redegit, ut dicemus in Supplemento ad Notam cap. 2, num 10, pag. 703. Vide interim quæ copiosius disputavit Papebrochius noster ad hunc pontificem, qui ab aliis refertur die sequenti. Atex calculo Papebrochii obiit xvii Januarii. Contra sentit P. Simon Motherius in adjecta

grapha non satis distinguunt. Rabanus Zoticum infantibus addens, Damiano in Africa eos conjungit. Usuardus Adonem, absque ulteriori examine, sequitur. De classe martyrum, a qua Modestus et Ammo-nius avulsi sunt, videndi Bollandus et Castellanus.

AUCTARIA.

xIII Febr. nuperæ suæ versioni Gallicæ Martyrologii Romani notula, ubi vult obiisse xi Januarii. Quod vero Bedam, et Adonem ibi citet Motherius, ex genuinis eorum editionibus non habuit. Ex Bedæ ætate perspiciet, quod Gregorii II meminisse non potuerit. In Adone Mosandri ponitur; rectius, opinor, a Ros-weydo in appendicem rejectus. Sequitur in codd. Modesti, etc. In fine : « Eodem die, natale sanctorum Macarii, Rufini et Justi. » Deest in omnibus Eulalia Barcinonen. De Saturnino, et sociis egerunt pridie.

BRUXELL., in Eulalia interpolatus. secundo loco habet de Damiano, ut ANTUERP.-MAJ. Saturninum et quuntur infantes martyres. In fine de « Macario, Rufino, et Justo, » ut supra.

HAGENOVEN. primo annuntiat Eulaliam. 2º Gregorium, ferme ut codices mediæ notæ. 3º Macarium et socios : reliqua ut in laterculo.

VICTORIN. et REG. SUEC., NUM. 130, et VATICAN., num. 5659, in fine : « In Africa, passio sancti Damiani martyris. »

UCHELLIAN. incipit : « Natale sancti Macarii, et sancti Rufini, et sancti Justi. »

ALTEMPS : « Item apud Oxoniam, translatio sanctæ Fredeswidæ virginis. » Remittenda ad XIX Octob.

STROZZ. et MEDIC., : « Item, sancti Gregorii papæ IV. Hic constituit festum omnium Sanctorum anno occcvm. » De hujus pontificis cultu, nihi legi hactenus. Manifestus in annis error est, Sed hæc et alia ad cam rem proprie spectantia, suo loco discutientur.

Editio LUBECO-COL. idem habet diei exordium cum Ultraj, etc. Tum sequitur : « Apud Alexandriam, natale sanctorum martyrum Modesti et Ammonii infantum. Item in Alexandria, natale sanctorum martyrum Macharii, Rufini et Justi. In Africa, passio sancti Damiani militis et martyris. Ipso die, natale sancti Livini episcopi et confessoris. Item commemoratio sanctæ Eulaliæ virginis et martyris.

BELIN. de Saturnino et sociis egit pridie. In Eulalia purus est. « In Alexandria, Modestis, etc. Item Macharii, Rufini et Justi.

GREVEN : « Translatio tertia beatæ Barbaræ, virginis et martyris : scilicet a Roma ad Placentiam. In Africa, Damiani militis et martyris. Item ibidem Ju-liani, Donati, Eraclii, Zotici. Ludani confessoris. In Alexandria, Quiriaci et Simplicii martyrum. Macharii, Rufini, Justi martyrum. Ipso die, sancti Livini episcopi et confessoris : » an non Licinii? Vide Bollandum inter Prætermissos. Hic refertur die sequenti. De Livino agetur x11 Novembris; et eodem die de Lebuino.

Molan : « Item Macarii, Rufini et Justi. In Africa, passio sancti Damiani militis.» Tum minutiori charactere : « Susannæ matronæ sanctissimæ, quæ in Danicle legitur. » In postremis editionibus, omissis Macario, etc., incipit a Damiano. Tum : « Die duodecima, sancti Patris Meletii archiepiscopi Antiochiæ Magnæ. » Demum minoribus litteris : « Item Constantinopoli, sancti Antonii, magni inter Dei pontifices, et admirabilis inter patriarchas. » Est is qui in Actis cognominatur Cauleas.

Die 13.

Idibus.

Natalis sancti Agabi prophetæ apud Antiochiam, de quo beatus Lucas in apostolicis Actibus scribit. In Milstana civitate Armeniæ, sancti Poliocti martyris, qui Latine interpretatur multum orans. Civitate Andegavis, sancti Lizinii episcopi, venerabilis sanctitatis viri.

Ex Praten., Herinien.. Tornacen., Marchian., Pulsanen., Munerat., Greven et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

Actibus apostolorum. Vera Usuardi lectio est in textu. Militana et Poliocti; scribunt omnes, exceptis Tornacensi, qui *Polieucti;* Munerat., *Policeti*, et Molan. *Polyocti*. Notum est verum nomen *Polyeucti*. Sphalma typographicum est in Munerato, militum

Pulsanen. incipit : Apud Antiochiam. Munerat. in A orans pro multum orans. Ilerinien., Munerat. et Molan. habent Lucinii ; Pulsanen., utrumque sub disjunctione admittunt Acta, ubi modi alii afferuntur : præferenda aliorum lectio, ut mihi guidem videtur.

OBSERVATIONES.

De Agabo nihil tradunt Hieronymiana apographa, nihil etiam Beda aut cjus sequaces. Primus ejus meminit auctor Romani parvi, his verbis: Agabi prophetæ in Novo Testamento, apud Antiochiam. Hæc paululum explicans Viennensis, loca gemina ex Actis apostolorum adduxit, quibus Agabum vaticinatum constat, recte ab Henschenio explicata. Noster, prætcritis textibus sacris, cætera ex Adone descripsit; Notkerus paucis addidit famem et Pauli captivitatem ab eo prædictas. Ex eodem ipso Romani parvi fonte hoc die procedit *Polyeuctus*, sic ibi signatus: *In* Militana Armeniæ, sancli Poleyucti martyris. Ado B solam interpretationem nominis adjunxit, ex quo Usuardus et Notkerus sua desumpserat, sed immutata nonnihil orthographia, de qua in Variantibus dictum est. Quot modis depravatum sit Polyeucti nomen, jam in superioribus abunde patuit, dum toties et pluribus diebus recurrit, incerto etiamínum die quo vere colendus sit. Contendit quidem Castellanus, ex Hieronymianis apographis, eum martyrii corona donatum vii Janurii : at quid si ex eisdem codicibus ar-

ANTUERP.-MAJ. : « Natale beati Agabi prophetæ in Novo Testamento, apud Antiochiam. In Militana civitate Armeniæ, natale sancti Poliocti, » etc., pure. « Andegavis, sancti Licioni episcopi et confessoris, cujus corpus sacrum crebris honoratur miraculis. »

Rosweyd. incipit : « Lugduni, Stephani epis-• copi et confessoris. » Sequitur textus purus, cui in fine adjicitur : « In Britannia, sanctæ Ermonhildæ virginis. » An non Ermenildæ reginæ Merciorum?

ANTUERP. Ct MAX.-LUBEC. textui puro subdunt : « Lugduno, natale sancti Stephani episcopi et sancti Juliani, » absque ulla interpunctione ; unde recentiores aliqui martyrologi et Rom. hodierni reformatores, ansam cepere, Julianum etiam Lugduni collocandi. Plura vide in Actis.

ANTUERP., MAX.-ULTRAJ., LEYDEN., LOVAN,, AL-BERG., DANIC. et ULTRAJ.-BELG. pro apud Antiochiam, legunt, in Antiochia quiescentis. ALBERG. et DANIC. male scribunt, Lupicini, alii habent Licinii. Tum addunt omnes : « In territorio Treverensi, sancti Castoris confessoris, cujus gesta habentur. » Colitur Confluentiæ, ut dicitur infra. «Lugdunis, natale S. Stephani episcopi. Nicome- D diæ, natale sancti Juliani martyris. » In CENTULENSI abbreviatur textus.

BRUXELL., in Agabo fere purus, secundo loco habet Gregorium, de quo heri in Auctariis. Sequitur de Polyeucto. Tum : « Nicomediæ, natale sancti Juliani martyris. Lugduno, sancti Stephani episcopi et confessoris. » De Lizinio adjicit : « Cujus corpus crebris veneratur miraculis. Treveris, sancti Castoris, » etc., ut supra. « Item translatio sancti Eduwardi regis et martyris. »

HAGENOVEN. post textum fere purum, annuntiat Stephanum, et in fine : « In territorio Treverensi, nomine Confluentia, sancti Castoris presbyteri et confessoris, qui eremum primo petiit, et in eo multis annis perduravit, et senex ibi factus, in pace quievit. » Imo et multis miraculis claruit.

guatur proxiv Februarii, quo die diserte exprimitur æque ac vii illa Januarii ? Consulatur Florentinius utroque loco, et Henschenii eommentarius hoc die. Videantur etiam Acta ipsa, a laudato Henschenio edita et illustrata, ex quibus sua deprompsit Tillemontius tomo III, a pag. 424. An illis puriora sint, quæ in *Lectis triumphis* pag. 185 pridem pollicitus est Combefisius, tanquam, Nearcho S. Martyris amico composita, necdum licuit definire : licebit, si aliquando in lucem producantur. Solus Usuardus, inter antiquos martyrologos, Lizinium Andegavensen in sacras tabulas retulit, cujus vitas binas multum probatas edidit Bollandus, ab aliis subinde Gallice versas. Scripsit ipse Licinii vel Lucinii; ego Lizinii vel Lezinii malim, uti ex codicibus in laterculo exhibui ; ex qua inflexione rectius videtur deduci Gallicum nomen Lezin, vel forte vice versa. Natalem ejus statuit Castellanus I Novembris. Wandalberti versus ad textum hodiernum non pertinent, cum agant de Juliano et Basilissa. Vide ix Januarii.

AUCTARIA.

AQUICINCT. post textum subdit : « Lugdunis, sancti Stephani episcopi et Juliani. Romæ, Gregorii IV papæ, qui rexit Ecclesiam annis sedecim, » etc.,

ut pridic de Gregorio II dictum. VICTORIN. et REG. SUEC., signatus num. 130, in eo a priori differunt, quod Gregorium recte nomi-nent secundum, et in fine habeant, « Lugduno, S. С Stephani. » etc.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. post Agabi annuntia-tionem, interponit : « Stephani confessoris, qui fuit pater multorum monachorum.»

Codex I BIGOTIANUS, qui fuit PP. Cælestinorum, signatus P. 5 : » Lugduno, S. Stephani episcopi et Juliani. » Vide Acta pag. 656 et 672.

REC. SUEC., num. 428 : « Civitate Meldis, na-talis sancti Gisleberti, ejusdem civitatis episcopi. »

Codex D. DU CHEVAL. sign. B : « Nicomediæ, natalis sancti Juliani martyris. »

VATICAN., num. 5940, omittit Lizinii, adjicit au-tem : « Romæ B. Gregorii PP. II qui rexit Ecclesiam annis quindecim, tempore Leonis et Cons-tantini imperatorum. Lugduni, sancti Stephani episcopi et Juliani martyris. »

ALTEMPS. « Ipso die in Britannia, sanctæ Ethormethisdæ virginis, et sancti Hunæ sacerdo-tis et anachoritæ. » Nec inter Prætermissos noti sunt.

STROZZ. et MEDIC. « Lugduni, sancti Stephani episcopi et martyris. Item, sancti Juliani martyris. In pago Treverorum apud Cardonam, sancti Castoris confessoris. Item, sancti Antonini confessoris. » Opinor, abbatis Casinensis, qui die sequenti colitur.

COD. S. RICALDI: « Sancti Fulchranni Lodevensis cpiscopi ;» de quo Acta hoc die.

Edit. LUBECO-COL. incipit : « In territorio Treverensi, sancti Castoris presbyteri et confessoris, cu-jus gesta habentur. Qui tempore juventutis suæ, a parentibus suis nobilibus, beato Maximino Treverorum episcopo conjunctus est. Qui cum ordinem sacerdotii ab eodem accepisset, eremum intravit, in A Ordinis Cartusiensis. Hæc tam ardenti amore ad quo Deo fideliter servivit, et tandem bono fine quievit. » De Agabo, ut supra. In Polyeucto, pura est. De Lizinio, Stephano et Juliano scribit, ut Bruxellensis. In fine: « Eodem die, beatæ Hermenil-dæ virginis. » Voluit dicere viduæ, etc. Vide Acta.

BELIN. editio pro Militana scribit Mauritana; pro Poliocti, Policrati, quæ in posteriori correcta sunt. Post, multum orans, sequitur : « Romæ, sancti Tranquilini presbyteri, qui ad prædicationem sancti Sebastiani martyris conversus ad Christum, a sancto Polycarpo presbytero baptizatus, et a sancto Gaio papa presbyter ordinatus est. Hic cum ad confessionem sancti Pauli, orationis gratia, accessisset, tentus a paganis lapidatus est. » Vide vi Julii. Ilic in-terponitur Lizinius, quem Lucinium vocat. Tum : « Romæ, sancti Gregorii papæ secundi, qui rexit ecclesiam annis xvi, tempore Leonis et Constantini vitæ diem immaniter vexata, omnia ejus tormenta, imperatorum. Apud Torcellum, sanctæ Fuscæ vir- B invicta animi patientia superabat; etiam tetrum carginis et martyris. » Editio altera adjicit: « In Lugduno, Stephani episcopi. »

GREVEN. : « Nichomediæ, Juliani martyris. Ciriaci. In Alexandria, Tulliani, Anchiriani, Ammonis, Fuscæ martyris. Gregorii secundi, etc., » ut pridie, excepta periodo ultima de feria v Quadragesim:e. « In territorio Treverensi, sancti Castoris, etc., » fere sicut editio Lubeco-CoL. « In Britania, cœnobio Elyensi, Ermenildis reginæ. Stephani episcopi Lugdunensis et confessoris. Stephani diaconi et confessoris, qui Ordinem Grandimontensem inchoavit primo, circa annum MLXXVI, sibique rigidas, subditis vero pius, eumdem rexit, plenusque operibus boni; quievit in pace. Item sanctæ memoriæ Amulrici monasteriensis ecclesiæ episcopi et confessoris. Beatæ memoriæ Jordani, magistri generalis ordinis Prædicatorum. Item beatæ memoriæ Beatricis virginis, Christi vulnera ferebatur, ut non nisi vulnera cogitare, nihil nisi vulnera posset appetere. » De hac Beatrice et Amulrico monasteriensi vide Bollandum inter Prætermissos.

MOLAN. Belinum descripsit, de suo addens ex aliis. « In territorio Treverensi, Confluentiæ Castello, sancti Castoris confessoris, cujus gesta habentur. Civitate Meldensi, S. Gisleberti episcopi et confessoris.» Dein, alio charactere : « Beatæ memoriæ, Jordani, etc.,»ex Greveno.«Amulrici episcopi Monasteriensis Westphaliæ, nondum canonizati. Stephani diaconi, ctc., » etiam ex Greveno : « Item beatæ memoriæ Eustochiæ monachæ D. Prosdocimi, juxta murosurbis Paduæ: quæ sacrilego partu ex monacha genita, ut rosa pulcherrima ex asperis, et pungentibus spinis efforuit. Nam vix quartum ætatis annum agens, arrepta a pessimo dæmonio, usque ad extremum cerem, cui mandato episcopi mancipata fuit, suggerente diabolo eam veneficam esse, et quod novam abbatissam suis veneficiis de medio tollere voluerit. Tandem ad cœlos evolavit, anno ætatis suæ xxv nativitatis Domini MCCCCLXIX. » Eam Bollandus prætermisit, sed egregia de ejus sanctitate documenta subinde nacti sumus, suo tempore vulganda. «Civitate Reatina, sancti Stephani abbatis et confessoris, de quo B. Gregorius in Dialogo. » Posteræ editiones non parum variant. De Gregorio addunt, « quod in Germania per Bonifacium episcopum verbum salutis prædicavit. » De Fusca, ut BELIN. : « In Britannia, Ermenildæ virginis. » De Stephano, Castore, Gisleberto, ul supra : « Die decima tertia, sancti patris Martiniani. » Minori charactere, de Stephano et Eustochia, dicta abbreviant. De Jórdano et Amulrico, ferme eadem repetunt.

XVI Kal.

Romæ, natalis beati Valentini presbyteri, qui post multa sanitatum et doctrinæ insignia, fustibus cæsus, et sic decollatus est, sub Claudio Cæsare. Item Romæ, sanctorum martyrum Vitalis, Feliculæ et Zenonis. Civitate Interamnis, beati Valentini episcopi, qui post diuturnam cædem, custodiæ mancipatus. cum superari non posset, mediæ noctis silentio ejectus de carcere, decollatus est. Apud Alexandriam, sanctorum martyrum Bassi, Antonii, Protolici, qui in mare mersi sunt. Item, Cyrionis presbyteri, Moyseos, Bassiani, Agathonis, qui omnes igni combusti sunt. Item Dionisii et Ammonii decollatorum.

NOTÆ.

Ex Praten., Herinien., Rosweyd., Antuerpien. et Max.-Lubec., Muneral., Belin., Greven. et Molan. VARIANTES LECTIONES.

Sanctitatum pro sanitatum error est Munerali, C et alii; Rosweyd, Chirionis: secutus sum aliorum qui prætermisit etiam, et sic, Belin. pro Felicula legit Feliculi; Greven., Felicolæ. Iterannis in Munerat. Iteranis scribit. Iteramnis. Sic rursus Belin. pro diuturnam ponit diutinam; Protholici pro Protolici; Tyroni, pro Cyrionis, Moysetis pro Moyseos, ctc. Rosweyd. pro mediæ noctis silentio, substituit medio, etc. Cirionis scribunt Herinien., Antuerpien.

codd. lectionem, quæ etiam Adonis. Solus Pra-ten. habet Bassiniani. Greven. et Molan. videntur textum voluisse corrigere, scribendo igne pro igni; deest autem ea vox in Munerato et Belino. De Dionisii presbyteri et ejusmodi aliis, satis alibi dictum est.

OBSERVATIONES.

Concurrunt in hunc diem Valentini plures, quibus distinguenis egregiam operam posuit Henschenius; a cujus sententia nihil omnino recedit Florentinius in hodiernis ad Hieronymiana notationibus. Alii sunt, qui aliter sentiant. Præcipuus rei cardo vertitur, utrumne bini in laterculo discreti, Romanus et Interamnensis, in unum coalescere debeant, ut manifestum putat Castellanum ex Ilieronymianis apo- D nia, natalis Valentini. Corbeiense, etiam quod ab graphis hoc die nec satis conformibus, nec satis correctis; an polius standum pro distinctione, cum Beda, Rabano, Romano parvo, Adone et Notkero, quibus consonat Noster, primi elogium ex Beda et Adone transcribens, alterius etiam ex utroque, vel alterutro contrahens. Controversia hæc ad hujus

mensis Supplementum proprie pertinet, verum cum Castellani sententia textus nostri fundamenta suffodiat, prima saltem rei semina hic subjicienda sunt, ex ipsis illis codicibus, unde arguendi materiam sumit laudatus auctor.

Inter Hieronymiana apographa, solum Epterna-cense sic habet primo loco: Interamne via Flami-Acherio editum est, paulo aliter loquitur secundo loco: Interamae via Flamina, ab urbe Roma milliario LXIV, natalis sancti VINCENTII. En modo Lucensis verba: In Thuscia Spoleti civitate, natale sanctorum Vitalis, Cyriani et Marsiani. VALENTINI. INteramne via Flaminia ab urbe Roma miliario LXIII,

Die 14.

in hoc vel Valentini nomen desideratur. Habes hic antiquissimorum Hieronymiani Martyrologii apographorum omnium, hactenus editorum ipsissima verba fidelissime extracta,ex quibus velim jam, lector, attente consideres, an inde recte profluat Castellani effatum, quod tanquam certum proponit pag. 644, nempe, antiquiora exemplaria Hieronymiani Martyrologii sic hodie Valentinum signare : INTE-RAMNE FLAMINA, MILLIARIO AB URBE ROMA LXIV SANCTI VALENTINI, quando ex quinque, saltem quæ consulere potuit, nec unicum est, quod textum ab eo formatum expresserit. Atqui tamen hisce unice innititur erudifissimus auctor, ut clare se evicisse existimet ac rotunde pronuntiet, Valentinos binos, in textu nostro relatos, in unum unicum Interamnensem omnino conflandos. Nequid dissimulemus, hoc ex solo Epternacensi elicere potuit Castellanus, Interamne Valentinum aliquem recoli, quod ultro admittimus; tametsi codices alii Vincentium substituant. Sed B ea causa Valentinum Romanum excludere velle, quæ ratio dictet, prorsus non intelligo. Quod si superviveret vir nobis semper amicissimus, vix dubito, quin, pro ea qua præditus erat docilitate, non minus facile assertam hic Valentinorum identitatem retractaret, quam illam Marcelli et Marcellini rejecerit, de qua actum est xvi Januarii.

Iterim pari ex Hieronymianis argumento utitur Tillemontius tomo IV, a pag. 678, ut solita sua modestia, eamdem opinionem insinuet, adductis etiam in eum finem monumentis aliis. Fateor equidem in Kalendariis Frontonis et Allatii, item in Sacramen-tariis nonnullis, agi duntaxat de Valentino aliquo, vel simpliciter, vel cum addito, martyre, nulla dignitate aut presbyteri aut episcopi apposita. Scd quid inde? Hoc ut summum consequens crit, innumeros dari sanctos martyres tum episcopos, tum presbyteros, qui in aliis Kalendariis, et Sacramentariis, aut non reperiantur, aut non satis native depingantur; C quod utique indubitatum est : at certe nihilominus manebit inconcussa hactenus Bedæ, Romani parvi,

MARCHIAN., toto textu purus, proprium cœnohii sui festum primo loco statuit, his verbis : « Octavæ, sanctæ Rictrudis. »

TORNACEN., hodie mutilus est; deficit in elogio Valentini Interamnensis, totamque aununtiationem Cyrionis, Moysis, etc., omittit. Pulsanen., nihil habet de tribus Alexandrinorum

martyrum classibus.

ASTUERP.-MAX., ad aliquot dies recentiori manu suppletur : de cætero, in prima, purus est. Secunda deest. Tertiam sic format : « Eodem die, natale sancti Valentini, Interamnensis episcopi et confessoris. » Reliqua satis pura sunt.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., LOVANIEN. ALBERG., DANIC. ét editio ULTRAJ.-BELG., post hæć verba, Claudio Cæsare, non recte addunt ; « et a D sanctis Maria et Martha et filiis eorum, venerabiliter traditus sepulturæ. » Melius ex Beda, vel Adone, post hæc verba superari non posset, adji-Ciunt : « jussu furiosi Placidi Urbis præfecti. » Centulen. : « Romæ, sancti Valentini presbiteri

et martyris. Interamnis, sancti Valentini, episcopi et martyris. » Bassiano tribuit titulum *lectoris*, et et Agathoni, exorcista; de cætero in Alexandrinis purus. In fine absque positione, seu nomine loci, ādjīcit : « Eodem die sanctorum martyrum Vitalis, Feliculæ et Zenonis. »

BRUXELLEN. Valentini Interamnensis elogium ex Beda, vel Adone, ad hæc verba non posset, auxit in huncmodum : «Jussu furiosi Placidi Urbis præfecti, mediæ noctis silentio decollatus est. Tunc Proculus Ephæbus et Apollonius discipuli ejus, corpus apud ecclesiam suam nocte sepelierunt. Ubi a paganis tent i, cum a fide Christi revocari non possent, ca-

natalis sancti Vincenti. Superest Blumianum, sed A Rabani, Adonis, Usuardi et Notkeri tam diserta duorum saltem Valentinorum distinctio, donec armsi validioribus et sincerioribus convellatur; quo si fiat, in supplemento corrigetur, quidquid de ipsis minus vere, aut verosimiliter ab Henschenio disputatum est. Id autem notari velim, Kalendaria illa et Sacramentaria, utpote Romana de non alio Valentino, quam de Romano intelligi posse ; quem etiam aperte indicat antiquissimum Martyrologium Gellonense ab Acherio vulgatum, sic primo loco scribens: Romæ, Valentinii. Si itaque ex his monumentis arguere volunt laudati scriptores, suis sese telis con-ficiunt, nam ex his ipsis, alium Valentinum Romanum, alium item Valentinum Interamnensem fateantur, necesse est ; Cæterum de solis hisce duobus Valentinisagunt Beda, ejusque descriptor Rabanus, et Romanum parvum Wandalbertus unum Valentinum duntaxat memorat; de quo loquatur, incertum est. Hic ejus versiculos subjungam :

> Tum decimo sextoque die præcunte Kalendas Martyr Vitalis nitet et Felicula virgo : Atque Valentinum memorant sua gesta beatum.

De reliquis martyrum classibus, in laterculo adductis, id solum queo dicere, easex citatis Ilieronym. apographis bene, vel male intellectis (nam hoc die mirum in modum, et ampla et confusa sunt)ab Adone sic divisas et distinctas; ex quo casdem Noster, nihil magnopere aut dubitans, aut examinans, omnes descripsit. Primi tres Vitalis, Felicula et Zeno non videntur recte conjungi, quamvis in Gellonensi sic quoque uniti sint : certe Felicula, eadem, an alia nescio; ab omnibus antiquis ponitur Idibus Junii. De Alexandrinis, uon minor disceptatio, tum circa ipsam nominum efformationem, tum circa positionem, aut martyrii palæstram, tum denique circa ipsum genus certaminis, ut ex Actis nostris, et Cas-tellano facile perspicies. Illa hoc loco indicasse sufficiat, pluribus alibi, si operæ pretium fuerit, discutienda. De textus Usuardini sinceritate nihil omnino dubitandum.

AUCTARIA.

pite cæsi sunt, et non longe a sancto Valentino sepulti. » De Bassiano, ct Agathone, eadem habet quæ Centulensis.

HAGENOYEN. de Valentino Romano scribit, ut codices mediæ notæ. De Interamnensi, post, et martyris hæc addit : «Qui filium Traconis [Cratonis] oratoris, habentem caput inter genua, sanavit, propter quod multi confluxerunt ad Christum. Unde beatus Valentinus dire cæditur, et arctæ custodiæ mancipatur, et dum superari non potuit, jussu furiosi Placidi. » etc.

VATICAN., num. 5949 : « In civitate Nicomediæ, sancti Pantaleonis martyris, et natalis sancti Modestini episcopi et martyris. » De hoc, vide Acta; de alio, xxvii Julii.

STROZZ et MEDIC. : « Eodem die apud Paduam, translatio sancti Antonii de ordine Minorum. » Hanc ad natalem xm Junii rejicit Bollandus. Porro codex Medicæus solus præterea habet : « Item, sancti Eleuchadii, archiepiscopi Ravennensis. Item, passio sanctorum martyrum Proculi, Ephebi et Apollonii in civitate Interamnis. »

Editio LUBECO-COL. Diem inchoat hoc modo : « Apud Coloniam Agrippinam, sancti Valerii regis et martyris, de societate sanctæ Ursulæ virginis. Item Colonia Agrippina, inventio sanctæ Cordulæ virginis et martyris, de societate undecim millium virginum sanctarum, quæ anno a nativitate Domini MCCLXVIII facta est.» Vide Bollandum in Prætermissis.De tota ea sacra legione agetur xxI Octobris. In reliquis similis est ista editio codicibus mediæ notæ supra.

GREVEN. : « Eodem die, Waltfridi abbatis et con-fessoris. » Vita datur in Actis die sequenti. « Eleuchadii presbyteri, potius episcopi Ravennatis. Marciani. » Geminus hodie in Actis datur. « Apud Co-

761

USUARDI MONACHI loniam Agrippinam, translatio sancti Valerii regis, A

de societate sanctæ Ursulæ. Item ibidem, translatio sanctæ Cordulæ vırginis et martyris, de eadem societate, factæ per beatæ memoriæ Dominum Albertum magnum, quondam Ratisponensem episcopum. Item, Sisinnii episcopi Thausinæ civitatis, quæ est apud Ephesum, vita et signis incliti. » An hic idem, qui *Tei* vocatur *episcopus* inter Præter-missos? Certe non alius hoc die *Sisinnius*.

XV Kal.

Apud Sebasten civitatem, passio sancti Blavii episcopi, qui multorum patrator miraculorum, sub praside Agricolano, post diutinam cæsionem atque suspensionem in ligno, ubi pectinibus ferreis carnes ejus disruptæ sunt, post teterrimum carcerem, ac demersionem laci, unde salvus exivit, jubente præfato judice, capite cum duobus pueris truncatur. Novissime vero septem mulieres, quæ guttas sanguinisejus defluentes colligebant, deprehensæ quod essent Christianæ, post dira tormenta, gladio percussæ sunt. Romæ, sancti Cratonis martyris, qui a beato Valentino fidei documentis institutus, non multis post diebus, cum uxore et universa domo martyrio est consummatus. Civitate Brixa, sanctorum martyrum Faustini et Joviæ virginis. In Galliis civitate Vasionensi, sancti Quinidi episcopi, cujus mortem in conspectu Domini pretiosam miracula crebra testantur. Civitatem Interamnis, sanctæ Agapis virginis.

NOTÆ.

Soli codices Pratensis, Antuerp.-Maj., Rosweyd. et Marchianensis, hodie puri sunt.

VARIANTES LECTIONES.

tum manuscripti, tum excusi, pro Blasii, ut habet Antuerp.-Maj. De quo egimus in hujus. Agricolano legunt omnes passim, excepto Rosweyd., uti et Brixa, atque ita putamus legisse Usuardum. An-tuerp.-Maj. inter alios nævos, habet Agricolano; pro diutinam, diurnam; laici, pro laci; documento, pro documentis; pro Vasionensi, Nacionensi. Hic Agapis cum ipso in textu, ut alibi, cum plerisque scribimus. Rursus habent codices Quinidi pro Quinidii : at hic non minor, in civitatis, quam nominis enuntiatione, diversitasest, ut videbis in Actis. Marchianensis omnium corruptissime scribit Quiri. Jobitæ habent plures alii, Antuerp.-Maj., Sobitæ; Rosweyd., Jovitiæ: nos cum Usuardo legimus. Solus Rosweydi codex hodie præter morem exactus, et accuratus, omisso post Jovitæ, titulo virginis, apposuit per abbrevationem, martyrum.

Paucitas purorum codicum inde maxime oritur, quod multi nı hujus, ex recepto tunc Ecclesiæ so- C lemniori usu, Blavium, quem hodie Blasium dici-

De Blasio, vel Blavio jam egimus in Variantibus m hujus mensis, et rursus supra hoc die. Castellanus pag. 507 indubitanter asserit sanctum hunc in Hieronymianis recoli xvi Februarii sub nomine Plesi, ut habet Epternacen., vel Blesi, ut est, in Corbeiensi, tum Acherii, tum Florentinii. Non agnoverant ibi Blasium, vel Blavium Sebastenum episcopum majores nostri, quibus oculatiorem me non esse, libenter fateor. Diserte hoc die ponitur a Romano parvo : Apud Sebasten, passio sancti Blavii episcopi. Ado Acta aliqua vidit, ex quibus adornavit elogium, a Nostro contractun, a Notkero integre descriptum. Legendus Bollandi commentarius III Februarii. Utrum vero Acta ipso omnino rejleienda sint, ut inter recentiores innuit Tillemontius tomo V, pag. 170 et 649, in Supplemento examinabitur. D rejici, vel inde probabilissime suspicor, quod ex Cratonis memoria sic in Romano parvo etiam exstat : Roma, sancti Cratonis martyris. Quæ in laterculo adjíciuntur, ex Adone accepta sunt; qui plura ex Actis sancti Valentini Interamnensis, de quo pridie egimus, suggessit : at unde martyrio cum uxore et universa domo consummatus asscratur, hactenus incertum est.

Faustinus et Jovita, luxatis nonnihil nominibus,

Scripsi Blavii, ut habent antiqui codices omnes, B mus, annuntient. Patuit id in Heriniensi, cælera purissimo. De Tornacensi ibidem etiam dictum est. Hoc tamen novi inter utrumque-discriminis, quod Blasii elogium, ab ultimo contractum sit, Cratonis omnino rescissum, Pulsanen, Antuerpien. et Max-Lubec. in aliis deficiunt. Muneratus Heriniensi similis est, qui Blasium etiam habet die III, purus in reliquis. Id vero universim observandum, nec hoc,nec ferme ullos alios codices nostros, usquam memi-nisse Josephi diaconi Antiocheni, quem interim Grevenus, et Molanus Usuardi textui adnectunt. Baronio et aliis eorum auctoritatem illis duobus præponderare indubitanter censeo, non inverisimiliter suspicans, eam annuntiationem ex Rabano, vel Notkero, in Usuardinos paucos codices irrepsisse. Porro Josephiste sub nomine Jusippi, Joseppi et Josippi in Hieronymianis apographis notus est, ubique cum titulo diaconi, et tanguam majoris cohortis antesignanus. Molani editio in eo præterca ab aliis dissentit, quod textum ipsum transposuerit, Faustinum et Jovitam ante Cratonem annuntians.

ORSERVATIONES.

ab apographis Hieronymianis die sequenti in Britanniis collocantur, unde certe evidenter patetanti guissimum fuisse in Ecclesia corum cultum. At quid hic sibi vult, in Britanniis ? Si conjecturæ aliquid datur, crediderim abbreviatum olim, aut non satis recte expressum *Brixia* nomen, ansam dedisse im-peritioribus amanuensibus Gallis, notiorem sibi Britanniam efformandi. Et sic etiam cum Henschenio benigne explicandum est, quod alibi legitor; Civitate Colonia, ut nempesit, Brixia civitate, colo nia Romanorum: quæ sane tolerabiliora sunt, quam recursus Castellani ad Ovidii Fastos, ut inde educatur similitudo Jovis et Fauni. Aloysius et Mosander ambos sanctos Adoni constanter ascribunt cum prolixo elogio; sed id a Roswey. recte in appendicem tota ca historia, nec verbum in Notkero, qui tamen Faustini meminit, reperiatur, nec quidquam etiam ab Usuardo extractum sit, adeo ut non satis constet, unde eos acceperit; præsertim cum Jorita a nemine ante ipsum Virginistitulo insignitussil. Viz dubito, quin feminam existimaverit, nusquam solitus eam lauream viris tribuere. Vide reliqua apud laudatum Henschenium, et magis jejune apud Tille-

MOLAN., parvo charactere : « Item, sancti Meletii archiepiscopi, cujus encomium scribit sanctus Joannes Chrysostomus archiepiscopus Cons-tantinopolitanus. Exstat et Gregorii Nisseni oratio in ejus funere habita. » De eo in Actis xn hujus. In aliis Molani editionibus solum additur : « Die decima quarta, sancti patris Auxentii. »

Die 15.

montium tomoll, pag. 228. Tota Quinidii annuntia- A ejus. martyrio vere dubitari possit, vide in Actis et tio ex Adone ad verbum desumpta est; videatur Bollandi commentarius et vita ab eo illustrata. Agape clare signatur in Hieronymianis, Interamne, natalis sanctæ Agapæ virginis, sed socii aliqui adjungi videntur, qui a Nostro præteriti sunt. An de

PULSAN., præter Faustiuum et Jovitam, solum Cratonem refert ; hunc vero mirum est ab ANTUER-PIEN. etMAX.-LuBEC. prætermissum.

Antuerp.-Max., Ultra., Leyden., Lovanien, et editio ULTRAJ.-BELG. satis puri sunt, excepta sola annuntiatione Blasii, quam III hujus ab ipsis positam diximus.

ALBERC. de Faustino et Jovita ita scribit : « In Italia, civitate Brixia natale sanctorum Faustini et Jovitæ diaconi, qui Adriano imperante, ferocissimis bestiis flammisque expositi, eorum brachia constrin gi, et in altum suspendi jubentur, ibique vehemen-tertorqueri, deinde lampadibus accensis, ad eorum B latera positis, decollatione capitis, gloriosum martyrium consummaverunt. Crediderunt autem, corum passione roborati, plusquam tria millia homi-num. » In fine adjicitur : « Item, translatio sancti Antonii confessoris. » Hæc ultima accessio in codice DANIC., recentiori manu apposita est : in reliquis cum Albergensi convenit, nisi quod pro Brictia, scribat Brixia, pro constringi, confringi, pro consummaverunt, compleverunt.

CENTULEN., omnibus contractis, addit : « Interritorio Morinorum, depositio sancti Silvini, Tholostani episcopi et confessoris, » de quo plura ad xvi hujus.

BRUXELL., in Cratone interpolatus, in Blasio mutilus, babet tertio loco : « Antiochiæ, Josippi diaconi.» Atque hic solus inter omnes codices nostros mss. de Josepho meminit. Seguitur ; « Apud Brixiam, » etc., contracto nonnihil superiori elogio. Tum : « Apud Paduam, translatio sancti Anthonini C confessoris. » Vult dicere Antonii Patavini, de quo plures codices. De Agape et Quinidio, fere ut in textu. In fine : « Ipso die, sancti Silvini, Teruanensis episcopi et confessoris. »

HAGENOYEN., in Cratone satis purus, de Faustino et Jovita fere eadem habet, quæ Albergensis supra. Post Agapen, adjicit : Item, beati Austrogisili, episcopi et confessoris. » Bollandus Austregisilam rejicit ad xx Maii, licet hodie a Floro etiam notetur.

VICTORIN., in fine : « Ipso die, sancti Silvini Taruanensis episcopi. In Valeria provincia, sancti Severi presbyteri, de quo beatus Gregorius scri-bit. » Eumdem illum Severum Mosander textui Adonis inseruit.

MATRIC.-CARTUS.-ULTRAJ. « Agapes virginis et martyris, et Thioniæ sororis ejus. » Quæ soror unde processerit, nescio. Si sint Agape et Chionia, co-D luntur m Aprilis.

CODEX BIGOTIAN. signatus P. 5, qui fuit PP. Cælestinorum, « Civitate Aquilæ, translatio beati Petri confessoris, de Maronne, quondam Cælestini papæ.»

REG. SCEC., sub num. 130 et 428 : Ipso die, sancti Silvini Teroanensis episcopi. » Solus cod. prior : « In provincia Valeria, » etc., ut Victorinus.

VATICAN., num. 5949 : « Alteria provincia, sancti Severi presbyteri. » Voluit diccre, in Valeria, etc.

ALTEMPSIAN. : « In territorio Bedrici castri, adventus clarissimi confessoris Christi Botulphi, super cujus feretrum, videntibus cunctis, columna lucis cœlitus emissa refulsit. » Vide Acta ad xvII Janii.

Codex Medic : • Item Aquileiensi [Aquilensi] civitate, translatio corporis sancti Petri conapud Castellanum pag. 653. De ea sic Wandalber-tus, qui ipsam Faustino et Jovitæ anteponit :

Hinc decimo et quinto meritum clarescit Agapes; Hocque die pœnis cæsos veneratur acerbis Brixia Faustinum celebrem sanctumque Jovitam.

AUCTARIA.

fessoris, qui dicitur de Marona, in monasterio Collemaii. »

Codex Montis-Sancti: « Translatio episcoporum, beatorum confessorum, Amati, Romarici, Adelphii, qua simul relocati sunt, »

PRIORATUS CAUDIACENSIS : « Avernis, translatio sanctæ Georgiæ virginis. » Colitur hoc die.

Editio LUBECO-COL. sic incipit :» In monasterio Meyfelt circa Confluentiam, sancti Severi presbyteri et confessoris, de quo beatus papa Grègorius in Dialogo scribit; Romæ, sancti Grathonis martyris, qui cum haberet filium Cerimon nomine scholasticum, hic inciderat in infirmitatem gravissimam; eumdem cum beato Valentino episcopo ad sanandum obtulisset, sub tali conditione, ut si puer sanaretur, ipse cumomni domo sua, ficret Christianus: sanato puero per orationem sancti episcopi, ex tunc Crathon, quod promiserat, adimplevit, atque cum uxore et universa domo baptizatus est, non post multos dies martyrio consummatus. » De Faustino et Jovita scribit ferme ut Albergensis. De Quinidio et Agape, pure. « Item, tranlatio sancti Antonii de Padua confessoris, ordinis sancti Francisci. Eodem die, beati Ebbonis episcopi et confessoris. » Vide Bollandum in prætermissis. « Ananiæ [Antiochiæ], sancti Josephi diaconi et confessoris. Ipso dic, sancti Sigfridi episcopi et confessoris et Item Ravenæ, translatio sancti Severi episcopi confessoris. » De co actum prima hujus; quo die vita ejus illustrata est.

BELINI hoc est principium : « Apud Bruxiam, natale sanctorum martyrum Faustini et Jobitæ, qui sub Adriauo imperatore examinati, dixerunt ei: Audi, Adriane, tortuose coluber, imo et sævissime anguis, per ambages et anfractus cursitas, ut nos a recto possis deviare tramite : hoc tibi sit agnitum, quod latratui tuo non obediemus ; nec diis thura ponemus, sed Domino creatori nostro thura simul, et libamina jugiter immolamus; quod audientes populi ex Mediolanensi urbe, sanctorum constantiam, conglobantes se mutuo, venerunt ad beatos Dei martyres, et baptizari se fecerunt, Tunc Adrianus hæc audiens, furore accensus, mox eos gladio plecti fecit et capite truncari. » Sequitur de Agape. Tum : « Eodem die apud Paduam, translatio sancti Antonii, ordinis Minorum. » In fine : « Antio-chiæ, sancti Josephi diaconi. »

GREVEN. : « Faustinus et Jobita, ut Vincentius libro 11, cap. 83, refert ab Adriano imperatore, ferocissimis bestiis flammisque expositi, sed nil læsi ; brachiis constrictis in altum suspensi et torti, lampadibus accensis eorum lateribus admotis, adusti : ad ultimum capitis obtruncatione martyrium compleverunt. Crediderunt, etc., Joannis, Adventi, Saturnini, Castulæ.» Ex Hieronym. non satis recte conjunctisunt; vide Prætermissos. « In monasterio Meyselt, etc., qui supra etiam ponitur Kalendis Februarii. » Hic Severos confundit. Sequitur trans-Severi Ravennatis, et Antonii Patavini. latio «Ebbonis Travanensis episcopi et confessoris [forte vult dicere Teroanensis ; sed ne sic cognitus est]. Silvii episcopi et confessoris [an non Silvini ?], Marcelli episcopi. In Hibernia, Beracii episcopi et confessoris. Fausti monachi et confessoris, discipuli beati Benedicti, qui Vitam ipsius scripsit. »

Vide Castellanum pag. 652, circa medium. Molan. litteris Italicis textui inserit, quæ ex Belino, de Faustino et Jovita retulimus. Item de Quinidio, « cujus gesta habentur. » Deinde subjungit : « Eodem die apud Padum, etc. Ipso die, beati A tur : « Vexione in Dacia, sancti Sigifridi episcopi, Severi, etc. » Denique minutiori charactere : « Hu-præclaræ sanctitatis viri. qui Sueciam ad Dominum jus [Severi] corpus attulit ex Italia Ropertus episcopus Treverensis. » Vide Acta et Castellanum. In aliis editionibus mutilus est Usuarditextus. Omittitur etiam translatio S. Antonii Patavini. Sed addi-

XIV Kal.

Natalis beati Honesimi, de quo sanctus Paulus scribit Philemoni : quem idem apostoius episcopum ordinans, prædicationisque verbum ei committens, apud Ephesiorum civitatem reliquit. Hic Romam perductus, atque ibi pro fide Christi lapidatus, inde ad loca, ubi fuerat ordinatus, corpus ejus delatum est. Civitate Cumis, sanctæ Julianæ virginis, quæ post varia tormenta, et carceris custodiam, palam cum diabolo conflixit. Dein flammas ignium et ollam superans ferventem, capitis decollatione martyrium consummavit. Apud Ægyptum, sancti Juliani martyris cum aliis numero quinque millibus.

NOTÆ.

Ita Praten., Herinien., Marchianen., Antuerp.-Maj., Belin., Pulsanen,, Greven. et Molan. VARIANTES LECTIONES.

Honesimi legunt vetustiores codices, quorum B Ticitii, nescio. Julianes pro Juliane apud eumproinde scribendi rationem, licet non rectam, servandam censuimus. Pulsan. posuit sancti probeuti Antuerp. Max. inter alios nævos Phylomeni pro Phi-lemoni ; Belin., ordinavit, pro ordinans. In Heriniensi redundat particula eum ante reliquit. Pejus ha-bet Pulsan. requievit, pro reliquit. Herenien. et Belin. In civitate Cumis. Quid Pulsan.velit per

dem, peregrinum est. Deinde apud Greven. et Molan. pro Dein observatu dignum non est, ut apud plures Bgyptum. Greven. post Juliani omitik martyris. Unicus inter omnes codex Pulsan. substituit, cum allis quinque militibus in locum asserti communissimi, cum aliis numero quinque millibus.

præclaræ sanctitatis viri. qui Sueciam ad Dominum

convertit.» Rursus minoribus litteris. « Constantinopali, dedicatio ecclesiæ sanctæ Sophiæ.» De

hac nihil alibi reperio. Vide ejus templi encænia apud Cangium CPolis Christianæ lib. m.

OBSERVATIONES.

Onesimus Hieronymianis ignotus, signatur a Beda: ex hoc a Rabano, et cadem plane formula a Ro-mano parvo, S. Onesimi apostoli; ut ferme apostoli appellatio, tum a Græcis, tum etiam a Latinis tribuì solet, non solis duodecim, sed et aliis discipulis eorumque cooperatoribus. Ado in ipso Martyrologii sui textu solum præfixit, *natale*. Mosander, illius verba confundens, ea huc transtulit, quæ dicta erant inter festivates apostolorum. Ibi vero insigni elogio C ornatur ex epistola Pauli ad Philemonem, et ex altera Ignatii ad Ephesios. Cum autem ex postrema constet Onesimum fuisse Ephesinum episcopum, eum titulum ipsi omnino tribuendum putavit Ado, cæteraque ad ejus martyrium prosecutus est, quæ-Notkerus describit, noster paucioribus complectitur. Hæc omnia egregio commentario illustravit Henschenius, nibil dubitans guin idem Onesimus Philemonis servus, Apostoli discipulus, et deinde. post Timotheum, Ephesiorum episcopus fuerit. Contra sentiunt recentiores aliqui, quos inter Tillemontius in Vita S. Pauli tomo I, a pag 289, et in notis pag. 576, id maxime urget, non videri eumdem, qui a Paulo circa annum Lxi baptizatus sit, supervixissead annum cvii, quo Ignatii epistola scripta supponitur. Ego in hac re, aut in aliis a Tillemontio adductis, nihil hactenus video, quod me ab Henschenii sententia recedere cogat. Ut verbo dicam; admitte tantisper Onesimum epis- D copum prius apostolicum, seu incerti loci fuisse, quod et in apostolis et in aliis discipulis passim conceditur. Fac deinde Timotheo successisse anno xcvn, statue a Paulo baptizatum anno ætatis xx vel, si ita vis, xxx, quid, quæso, implicantiæ, si septuagenario major anno cvn superstes, Ignatium Ephesi exceperit? Minus terrent, quæ Castellanus aftert pag. 666 ex Rabaniet Wandalberti silentio; nam ea ultro concidunt, si Ignatii epistola de Onesimo nostro intelligi possit. Hinc lectorem monitum velim, clausulam Papebrochii in Ephemeridibus Græco-moschis pag. xvn perperam a nonnullis accipi, ac si ipse ibi rectractaret, quæ ab Henschenio recte stabilita sunt; quod per me, vivus adhuc ipse dum hæc scribo et vegetus, hic indicari omnino voluit. De cætero, si quæ impo-sterum urgentiora argumenta contra Henscheni sententia proferantur, ea in Supplemento diligenter examinabimns.

Julianæ Nicomediensis Acta pridem improba-verat Hesselius apud Molanum, aliquot rationum-momentis, ad quæ Bollandus facile respondit in hodierno commentario, omnimodam tamen præfatorum Actorum sinceritatem haudquaquam astruens, licet in iis admittendis paulo indulgentiorem fatcamur, ut ostendit Papebrochius in Responsionibus ad art. 11. num. 111, et alibi. Nostrum erit suo tempore quærere et expendere, quod ibi promissum est. Jam ad illustris sanctæ memoriam quod attinet, ea in antiquissimis Fastis sacris signatur, quidquid forte amanuensium licentia, irrepsisse censeat Florentinius in Corbeiensi apographo titu-lum martyris, dum sic annuntiatur, Nicomedia, naminatori pres, dum sie anduttatit, viconadas, passio sanctæ Julianæ virginis et martyris, quæ insolita in his codicibus videtur formula: atque item dum in Epternacensi legitur : In Campania Cumbas, [pro Cumas] natalis Julianæ; ad quæ videnda landati editoris notatio. Nobis sufficiant matumologi poetri Boda Pabeaue Boneauen Pietra martyrologi nostri Beda, Rabanus, Romanum parvum, Ado, Usuardus, Notkerus, et ipse Wandalbertus, ipsam cum Onesimo ita canens :

Quartus cum decimo Julianæ martyre lucet, Onesimumque colit Paulo doctore beatum.

In Romano parvo simpliciter signatur : Bt 🗰 Cumii, sanctæ Julianæ virginis. Elogium ex Actis a Beda compositum est, a Rabano, et Adone inde acceptum, ex hoc a Notkero; sed a Nostro valde contractum. Hæc pro cultus vetustate apud Latinos satis dicta sint, quibus adde Thomasii Sacramenta-rium. Plura apud Græcos diversis diebus invenies. Sitne hic vere martyrii an translationis celebrilas, in medio relinquo. Vide Castellanum citata pag. 666,

et Tillemontium tomo V, pag. 155. Juliani cum Egyptis numero v mil vel v milia, vel v millium diserte legitur in Hieronymianis. Secutus est Ado, qui de suo positionem addidit, apud Egyptum. Hinc Usuardus et Notkerus; apud quos characteres nullos reperire est, quorum subsidio ex dubiorum Julianorum numero ex dubiorum Julianorum numero eximatur. Mag setiam re confundit abjectus ab aliis Joannes diaconus Ne longior sim, omnihus rite perpensis, is mihi Julianus hie noster probalissime dicendus videlur, qui in Actis cum Theodulo ponitur die sequenti, quique in manipulo Eusebiano cum inclyto illo

Die 16.

767

tur, postremus ipse martyrio coronatus : ex quorum etiam numero suere Ægypti quinque hic ano-nymi, qui sibi prophetarum Bliæ, Jeremiæ, Isaiæ, Samuelis et Danielis nomina imposuerant, ut colligitur ex Eusebio editionis Valesianæ, de Mart. Palæstinæ cap. 11, cajus verba hoc die in Actis, ubi de Blia, etc., et xv11 Februarii, ubi de Juliano et Theodulo. et i Junii referantur, ubi de Pamphilo seorsim ex Martyrologiis nostris agitur, ut ibi dicemus, ad quem diem videsis Papebrochii commentarium, ex quo ea sumpsit Castellanus, quæ habet

Rosweyd. puris annumerari potuit, cum in co solum deficiat, quod de Juliana, post *fercentem*, cum aliis non scribat, « capitis decollatione martyrium consummavit, sed sponso sud Evilasio caput ejus auserente, martyrium. » etc.

elogii sancti Oncsimi, quæ martyrium complectitur, et totum Julianæ elogium omisit : forte quod utrumque, non immerito suspectum habuerit.

ANTUERP. et MAX.-LUBEC. Julianæ elogium etiam rescindunt.

ULTRAJECT. De Juliana, tria verba textui inseruit, tempore Maximiani imperatoris; cætera satis purus.

ANTUERP.-MAX., LEYDEN., LOVAN., ALBERG., DANIC. et editio ULTRAJ. BELG., præter tria illa vérba, in fine subdunt: « Methis civitate, natale sancti Symeonis episcopi et confessoris. » Vide Acta.

MCNERAT. : « Ipso die, sancti Honesti martyris. » Vide Bollandi commentarium, et cum eo confer quæ habet Castellanus hoc die pag. 668.

CENTULEN : « Romæ, passio sancti Honesimi Ephesiorum episcopi, qui lapidatus est a Romanis. In Chumis, sanctæ Julianæ virginis. » In ultima satis purus est.

BRUXELLEN. primo loco : « Cumia civitate, passio sanctæ Julianæ virginis. Quæ tempore Maximiani imperatoris, nuda virgis cæsa, et capillis suspensa, et plumbo soluto a capite perfusa, et in carcere recepta, ubi palam cum diabolo conflixit. Post etiam rotarum tormenta, flammas ignium, ollam ferventem superavit, et capitis decollatione martyrium consummavit. » Onesimi elogium, non nihil auctius exhibet, quod melius infra referemus. Sequitur de Juliano ad marginem, sed eadem manu. Tum de Symeone ut supra.

HAGENOYEN., in Onesimo fere purus, de Juliana alia comminiscitur : « In civitate Cumis, passio sanctæ Julianæ virginis nobilissimæ et martyris, quæ nudata, diutissime a sponso suo flagellatur quæ ei ad matrimonium consentire noluit, nec adorare Deos voluit : per capillos sex horis suspenditur,

Pamphilo et sociis aliis, in Hieronymianis adjungi- A pag. 667 et 668. Videnda quoque pag. 673, et accurata Florentinii notatio. Ex omnibus intelliges disjunctos et in varios dies dispersos, qui duodenario numero ex Eusebio et Hieronymianis hoc ipso die colligendi crant, atque una perspicies, satis apposite, et si non ex mente Usuardi, legisse codicem Pulsanensem supra, dum pro *quinque millibus*, substituit *quinque militibus* : Ægyptis illis nempe, quorum propria nomina in Hieronymianis non exprimuntur. Legi potest Pamphili et sociorum martyrium, ex Eusebio Gallice redditum, apud Tillemontium tomo V, a pag. 418.

AUCTARIA.

plumbo bullienti perfunditur, sed virgo non læditur : ferro vincitur et incarceratur, ubi illa cum diabolo conflixit et vicit : inter gladios rotarum et in ignem projicitur, in ollam plenam plumbo adji-citur liquefacto, et ultimum capitis decollatione TORNACEN, mutilus est, nam postremam partem B martyrium cousummavit. » De Juliano ut in textu. In fine : « Civitate [non exprimitur, Metis] sancti Symeonis episcopi et confessoris. »

AMBIANEN. : « Ipso die, natalis sancti Honesti presbyteri et martyris. »

REG. SUEG., signatus num. 428 : « Ipso die, sancti Honesti martyris. »

VATICAN., num. 5949, primo loco : « Sanctarum virginum, Fuscæ et Mauræ. » Vide Acta XIII hujus.

Editio Lubeco Gol. in Onesimo, et Juliana nonnihil a superioribus variat; quod rei substantiam spectare potest, ex Molano subjiciemus. Tertio loco habet Symeonem Metensem, et ultimo Julia-

GREVEN. : « Faustiniani, Plesi, Fabiani. Sebastia-ni martyris. » Et in prima editione anni MDXV.« Sancti Honesti martyris. In Africa Pauli Ercmitæ. Metis Symeonis episcopi et confessoris. In Swecia, Sigfridi episcopi et confessoris. » De Sebastiano, Paulo et Sigfrido vide hodie Prætermissos.

MOLAN. de Onesimo, post *reliquit*, hæc ex Adone aliis litteris textui admiscuit: « De quo et beatus Ignatius, Ephesiis scribens epistolam, ita dicit : Quoniam ego suscepi multitudinem vestram in nomine Domini, in Onesimo dilecto præceptore nostro, vestro autem episcopo. Obsecro eum secundum Christum Jesum diligere vos, et vos omnes in concordia ejus in ipso esse: Benedictus enim Deus qui vohis talibus, talem episcopum donavit habere in Christo. » De Juliano autem, post consummavit, ex eodem Adone subditur : « Quæ passa est quidem in Nicomedia. sed post paucum tempus, Deo disponente, in Campaniam est translata. » In fine, de Symeone ut supra. In aliis editionibus, adhuc adjungitur : « Ipso die Ambianis, sancti Honesti martyris. »

XIII Kal.

Die 17.

i.

In Perside civitate Babilonia, natalis beati Polochronii episcopi et martyris, qui præsente Decio persecutore, os lapidibus cæsus, manibus extensis, oculos ad cælum elevans, emisit spiritum. Apud urbem Concordiam, passio sanctorum Doreti, Secundiani, Romuli cum aliis octoginta sex. In Scotia, sancti Fintani presbiteri et confessoris, magnæ virtutis viri. Ipso die, sancti Silvini Taruanensis episcopi. [Apud Bouillart. : ... magnæ virtutis viri. Ipso die, sancti Silvini Tolosanæ civitatis episcopi.]

NOTÆ

tuerp-Maj., Marchian., Pulsanen., Munerat., Gre-

Scripsit Sollerio Castellanus istud Tolosana civitatis episcopi autographo Sangermanensi adjectum fuisse, erasa illa, quæ ante fuerat, adnuntia-tione. Quæ quidem ea erat : Ipso die, S. Silvini Tarvanensis episcopi. Fateor: cum hoc legi Castellan i monitum, non potui mihi temperare quinaut illius aut Sollerii fidem in suspicionem vocarem. Nam oculis inunctis codicem inspexisse Castellanum jam plu-

Sumitur ex Praten, Herinien., Tornacen., An-D ven. et Molan. Accedere possunt codices media notæ, ut dicam in Auctariis.

> ribus exemplis noveram; sed usque adeo lippum fuisse, ut hic litturam videre sibi videretur, quis credidisset? Ita est tamen. Ego fidem do, vix ullam codicis paginam esse nitidiorem. Intacta tota est a scapelli acumine. Neque tamen diffiteor Carolini autographi (sic mihi loqui liceat brevitatis causa, ut Martyrologium Carolo regi oblatum significem) Sollerianam fuisse lectionem. Correcta ab Usuardo in

Pratensi fuit. Sed cum hæc et aliæ fortasse lituræ A episcopus nunquam fuit S. Silvinus: guandoguidem paginam obscuriorem reddidissent, avulso folio, aliud ad proximum agglutinavit; eadem scriptura, aut saltem ita obscuro discrimine, ut eamdem velint esse, quotquot eruditi rogatu nostro inspexerunt. Hoc ego tantum discriminis video, quod pro minio, quo in reliquo codice Nonæ, Idus, Kalendæ pinguntur, adhibitus hic fuerint violaceus color. Incertum unde didicerit Usuardus S. Silvinum fuisse Tolosanæ civitatis episcopum. Acta illius præsulis a Guilielmo Catello, Bollando et Mabilione edita eum in episcopatus honore sublimatum testificantur quiidem, sod sedem non indicant. Fortasse visa sunt Usuardo acta quæjam perierunt. Utcunque est, an ille erraverit, definiri nequit. Lectionem igitur autogra-phi Pratensisa vero alienamesse nimis audaeter pronuntiavit Sollerius. Cum contra certum sit falsam esse, quamex Carolino autographo duxit. Tarvennæ

Legendum esset Polychronii, ut habent auctor B vatis; Munerat,, ad cælum erigens. Sic Marchian. omani parvi, et Ado, ab editore ni fallor correcti. ex Concordiam, facit Cordubam; ex octoginta sex, Romani parvi, et Ado, ab editore ni fallor correcti. Ego, forte nimis scrupulose, codices Usuardinos sequor, Praten., Tornacen., Antuerp.-Maj., Marchian., Munerat. et alios, licet Herinien. et Greven. ha-beant *Polichronii*; Pulsanen., *Polychronii*; Molan., Polycronii. Elige lectionem, quæ magis placuerit. In Pulsanen. est Babiloniæ pro Babilonia. In Gre-veno et Molano, præsidente pro præsente. Pejus in Pulsanen. Diocletiano, loco Decio; forte melius omitteretur utriusque præsentia. Pulsanen. oculos ad cælum elevans mutat in oculisque ad cælum ele-

Polychronii nomen in solo apographo Hieronymiano Epternacensi legitur, hoc modo: In Babilonia, Policroni, et rursus in eodem solo codice xxx. Aprilis in fine : *Depositio Policroni episcopi*, an ejus-dem, an alterius, quis edisseret? Cæterum Beda de hodierno addit, ejusdem loci episcopi, sed non magis C recte scribit Polocronii, uti et ejus transumptor Rabanus, quam inflexionem, aut ei proximam, in codi-cibus Usuardinis communem diximus Romanum parvum episcopatus locum non designat, sic legens: Iu Perside, beati Polychronii episcopi et martyris. Ado binas sedes conjungit Babylonem et Ctesiphontem, simul adducens Bedæ elogium, quod lotum Rabanus et Notkerus adoptarunt, Noster modicissime imminuit, sed iis servatis, quæ correctione indigent, ut in Actis, et apud Castellanum, pag. 676, et apud Tillemontium tomo V, pag. 361, invenies. Hæc summa difficultatis; quod, ut Beda et alii ex ipso testautur, elogium desumptum sit ex Actis sancti Laurentii, qnæ Baronio et Henschenio, ut minimum valde suspecta, hodie aberuditis omnibus talia censentur, ut nec propugnari omnino, nec expurgari facile possint. Ex eodem fonte manant Olympias et Maximus, xv Aprilis; Parmenius et alii, xx11 ejusdem mensis; alii diebus aliis; quorum D memoria, ut in Fastis nostris certissima est, vitæ tamen aut martyrii series ex iis Actis accepta, repudiatur ut dicetur x Augusti. Non satis clari sunt Wandalberti versiculi, dum Donatus ex sequenti turma, Polychronio ita conjungitur

> Tertius ac decimus Polycroni festa revolvit, Donatique : fides, sanguis quos jungit et ara.

De martyribus Concordiensibus ab Nostro confusis, experturbatis apographorum Hieronymianorum classibus, non est quod multis hic disputem; textum

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., LOVANIEN., ALBERGEN., DANIC., et editio ULTRAJ.-BELG. vix a puritate deficinut. Omittuntur nomen Romuli in classe martyrum Concordiensium, et Fintanus Silvino post-

noti sunt episcopi, qui illius Ecclesiæ sedem tenuerunt toto illo tempore, quo sanctus ille apud Morinos demoratus est. Illi sunt, Mabilione teste, Drausio, Bainus, Ravengarius et Erkembodo, ad annum 737 superstes. Favet quidem Sollerianæ lectioni mss. Adonis codex vetustus sane et eleganter scriptus, quem'ob oculos habeo. Is enim sic habet xv Kal. Mart. : Ipso die natalis S. Silvini Terranensis episcopi et confessoris, cujus gesta habentur. Sed sincerum illum codicem præstare nolim : post decimum sæculum scriptum fuisse indicio est S. Majoli abhatis commemoratio prima manu s gnata v. Idus Mart; qui tamen Maiolus obiit anno 994. Unde Theodericus Ruinartius noster, qui in prima Actorum editione, pag. 203, sincerum vocaverat illum codicem, mutavit sententiam in secunda, ubi, dimisso codice, vulgatum Adonem laudavit pag. 205. Borillart.

VARIANTES LECTIONES.

octingentis sex; ut Pulsanen., Formuli, ex Romuli. Scothia ponunt aliqui, melius in textu. Marchian. legit Finani; Pulsanen., Funtanii ; Munerat., Funtani verum nomen expressimus. Silvini scribunt omnes, nescio cur recentiores Sylvini malint. Pratensis noster posuit Tarvenensi ; Ilerinien., Tarvanensis; omnium pessime Greven., Targuanensis: cæteri Taruanensis, quam vocem omisit Pulsanensis. Vide infra in fine Observationum.

OBSERVATIONES.

Usuardi genuinum referri certum est. Notkerus alias classes posuit, de quibus aut ordinandis aut restituendis, agetur proprio loco. Vide interim Ac-ta, Florentinium, et Cas ellanum hic. *Fintanus* so-lius Usuardi est; *Scotia* autem ex ejus temporis more pro Hibernia accipitur. Silvini obitus ad xv Februarii pertinere videtur, ut vult Castellanus, et Auctaria nostra aliqua eodem die: Usuardum tamen sequentur passim recentiores martyrologicum moderno Romano et Actis. Vitam præclaro commentario illustravit Bollandus, eamque reproduxit Mabilio sæc. III Benedict. parte 1, a pag. 294, ubi in observationibus præviis doctissimum virum dormitasse oportet, dum ita scripsit: Acta illa viderat Ado Viennensis episcopus, cujus in sincero Mar tyrologio hæc verba sunt xv Kal. Martii, S. Silvini Teruacensis episcopi et confessoris, cujus gesta habentur. Dormitare, inquam, nam verba illa nec in editis, nec in mss. nostris vere Adonianis Martyrologiis ullis reperire hactenus licuit. Mihi potius certum videtur totam Silvini annuntiationem plane Usuardinam esse, qui qualia Acta habuerit conjicit Castellanus a pag. 659, ubi etiam ex Bollando de episcopatu ejus disputat. Certe a vero alienum est, quod in nostro Pratensi apographo legitur Tolosanæ civitatis episcopi, idque fatetur Castellanus prætenso autographo adjectum, super annuntiatione priori, qualem exhibemus, ibi scalpello erasa. Non ausim veram dicere annuntiationem nostram, sed vere Usuardinam, in qua conveniunt codices nostri omnes, excepto Marchiauensi, qui cum præfato Pratensi legit : In pago Tarne nensi, sancti Silvini Tolosanæ civitatis episcopi, et Antuerp.-Major, qui in hoc solo discrepat, quo pro pago Taruenensi, male scribat, in pago Caritatensi.

AUCTARIA.

ponitur. Mira non est variatio in efformatione Polychronii et Teruanensis.

ANTUERP. et Max-Lubec. Fintanum prætermittunt, omittentes etiam nomen Romuli.

779

Crisantiani martyris et aliorum xc. » De quibus, in Actis. Pro Fintani, scribit Finiani. Et in fine de Silvino, cum Pratensi.

CENTULEN. Silvinum hic prætermittit, de quo egit xv, ut ibi inter Auctaria invenies. Ast ejus loco in fine addit : « Virdunis, sancti Pulchronii episcopi et confessoris.»

BRUXELLEN. de Silvino etiam egit xv : hic in cæteris purus est, nisi quod textui inferat Babyloniæ et Thesiphontis episcopi.

HAGENOVEN. penultimo loco eos sanctos interjicit, qui omnibus aliis hodie ignoti sunt. Ita habet : « Ipso die, sanctorum martyrum, Montani et Gemelli, qui, cum essent carcerati cum aliis sanctis. viderunt in visione sancta intrare juvenem in carcerem, qui ferebat duas phialas lacte plenas, de quibus dedit omnibus incarceratis bibere, et ait, adhuc tertia phiala vobis servatur, et abiit. » Fallor, si hic non agitur de martyribus, xxiv hujus inter B accessiones (suardinas referendis. De cætero ad puritatem Codicis Hagenoyensis, vix quidquam desideratur.

AQUICINCT. pro Concordiam, legit Cordulam, pro Fintani, Finani. In fine : « Claromonte, translatio Lupiani confessoris ; » de qua etiam agunt codices Burdegalensis, Cluniacensis, Altempsian., Daveronensis, Caudiacensis Prioratus, et D. Le Mare si-gnatus C, qui fuit PP. Franciscanorum, cum hac sola differentia, quod aliquid addant nomen sancti. Vide Prætermissos.

VICTORIN., in fine, loco Silvini sic habet : « Eodem die sancti Morseti. »

REC. SUEC., num. 130, ita legit : « Eodem die, sancti Moireti. » Verosimillime pro Moiseti.

VATICAN. nnm. 5949, de Fintaño et Silvino tacet, et in fine adjungit : « sancti Valentiniani. »

STROZZ. et MEDIC. : « Apud civitatem Fesulanam, in partibus Tusciæ, translatio corporum C Theodori tironis. » sanctorum Romani episcopi primi cjusdem urbis,

Roswevo. tertio loco interponit : « In Aquilegia, A Alexandri episcopi, Donati et Romani episcoporum prædictæ urbis, atque sanctorum martvrum Carissimi, Crescentii et Dulcissimi et aliorum Sanctorum et Sanctarum reliquiarum. »

Editio LUBECO-COL. Inter Fintani et Silvini ponit : « Ipso die Treveris, sancti Bonosii episcopi et confessoris. » Atque in fine : « In monte Sibergensi, translatio sancti Benigni presbyteri et martyris, quæ anno Dominicæ Incarnationis MLXXIII per sanctum Annonem Coloniensium archiepiscopum facta est. »

BELIN., in textu fere purus, in fine addit : « Claromonte, translatio sancti Lupiani confessoris. »

GREVEN. « Treveris, sancti Bonosii episcopi et confessoris. In Africa, Crisanti, Concordiæ, Justæ. » Non recta positio. « In monte Sibergensi, diœcesis Aggripinensis, translatio sancti Benigni, etc. In Scotia, Fimiani episcopi ; an non Finani Lindisfar-nensis ? «Sabini episcopi Camisinæ civitatis, de quo inter alia refert Gregorius, 3. Dialog. quod cum procurante ejus Archidiacono, qui episcopatum ambiebat, venenum sibi fuisset propinatum, spiritu prophetico hoc cognoscens, sine læsione biberit, mandans archidiacono : Ego venenum bibo, sed tu episcopus non eris. Eadem igitur hora archidiaconus defunctus est. » Ilic haud dubie est Sabinus Canusinus, de quo ix hujus.

MOLAN. de Polychronio, litteris Italicis textui addit verba Adonis : « Scriptum est in passione sancti Laurentii,» quam multi apocrypham censent. In fine post episcopi, assuit verba superius rejecta : « Tolosanæ civitatis in pago Taruanensi. cujus gesta habentur. » De Lupiano et Bonosio, quæ supra. Tum litteris minutis : « Sabini episcopi Canusinæ civitatis, de quo refert Greg. 6 Dialogorum. » Iu aliis editionibus, de Silvino apposuit : « Monasterio Sithiu : » quare non Alciaci, vulgo Auchy ? Denique in fine : « Die decima septima, sancti martyris

XII Kal.

Natalis beati Simeonis episcopi et martyris, qui propinquus Salvatoris secundum carnem extitisse dinoscitur, ac filius Cleophæ, qui fuit frater Joseph. Hic Hierosolimorum episcopus post Jacobum fratrem Domini ordinatus, persecutione Trajani multo tempore suppliciis affectus, martyrio consummatus est. Omnibus qui aderant et ipso judice mirantibus, ut centnm viginti annorum senex crucis supplicium pertulisset. Civitate Ostia, sanctorum martyrum Maximi, Claudii et uxoris ejus Prepedignæ cum duobus filiis, qui cum essent præclarissimi generis, jubente Diocletiano sunt tenti, atque in exilium deportati; deinde incendio concremati, odoriferum sacrificium martyrii Deo reddiderunt.

NOTÆ.

Ex Praten., Herinien. Tornacen., Munerat., Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

quos hic ut alibi sequimur:Praten. et Antuerp.-Maj., Simonis; Muneral. et Greven., Symeonis. Scripsi dinoscitur, ut est fere in omnibus, quidquid scrupulosior in hujusmodi minutiis dici possim. Sic non correxi Hierosolimorum, quod ita passim corrupte legitur, ut alibi diximus. Tornac. neglexit articulum hic, scripsimus Jherosolimitanorum. Muneral. pro consummatus est, ponit consummatur. In Antuerp-Maj. post mirantibus, ante cxx annorum, deest ut. Herinien., Tornacen. et Antuerp.-Maj. habent Hos-

Simeonis legunt Herinien., Tornacen. et Molan., D tia, reliqui ut in textu. Prepedigne Praten. et alii, putavi servandam diphthongun saltem ultimam. Tornacen. omisit, cum essent præclarissimi generis: Munerat., Deo. Ilic obiter advertendum codices binos passim satis genuinos, Marchianensem et Aquicinctinum ad usque xxIII hujus, per sex integros dies, valde perturbatos esse, transpositis sanctis, qui in Usurdo leguntur, additisque aliis ipsi ignotis, sic ut a non nemine studiose et pro arbitrio corrupti fuisse videantur.

OBSERVATIONES.

Stmeon vel Simon, qui de fratribus Christi Salvatoris fuisse dicitur, primum in Martyrologiis innotescit ex Romano parvo : Jerosolymis, Simeonis episcopi et martyris. His in Martyrologio editionis Rosweydi adjecit Ado : Qui traditur propinquus Sa loatoris secundum carnem fuisse, nec de præfata cognatione quidquam amplius in festivitatibus apostolorum 11 Maii, quo die ibi Simeon refertur, et unde sua omnia accepit Usuardus, præter insertam clausulam de fraternitate Joseph et Cleophe, quam a Mosandro Adoni tributam Rosweydus in ejus Martyrologio expunxit, et in appendicem reject; non recte, opinor, cum et in Notkero tota habeatur qualem lectori exhibeo : Constat tamen quia de Cleo-

Die 18.

pha, cujus filius fuit, frater erat Joseph Vulgo notum A accepta sunt, in quibus Castellanus hallucinatus est, quot concertationibus et dissertationibus obnoxia sint ea, quæ Christi Domini carnalem propinquitatem spectant cum quatuor illis fratribus Jacobo et Joseph et Simeone et Juda, Matth.xm, et Marc. vitam clare expressis. Utrum videlicet Josephi ex alio ma-trimonio filii, ut tradit Nicephorus Callistus ex divino Hippolyto apud Schelstratium tomo I Antiquitatis illustratæ pag. 507, an consobrini ex Maria Cleophæ, quam multi sororem statuunt B. V. Mariæ : an patrueles ex patre Cleopha Josephi fratre, ut in textu nostro dicitur; an vero aliter eadem cognatio explicanda sit, de quibus judicium ferre nec hujus loci nec temporis est. Poterunt ea secundis curis examinari in Supplemento Februarii, vel forte alibi, dum in Actis occasio dabitur. Qui moram non patitur commentarium, videat Florentinii Exercitationem IV, pag. 161, dissertationem Henschenii de Jacobis 1 Maii, item Chronologiame piscoporum Hierosolymitanorum ante tomum III Maii et alibi; tum Tille- B ratio autem Adonis ex Actis sanctæ Suasannæ, de montium de hoc Simeone tomo II, a pag. 186, de qua ad xi Augusti. Quam fidem ca Acta mercantur, Jacobo minore tomo l, a pag. 365, etc. Denique Castellani notam pag. 682 et 683. Quæ ad Simeonis martyrium attinent, ex Rufini Eusebio lib. 111, c. 31,

MARCHIANEN. hodiernum textum cum sequenti commiscet : certe Gabini annuntiationem integram habet. Tum : « In Africa, sanctorum Pulii [Publii] et Juliani. » Vide indiceín Prætermissorum.

Roswevo., in prima purus, alteram jungit diei sequenti : hic vero solum addit in fine : « Pimenii martyris. » Vide Acta.

PULSAN. In Simcone mutilus, in aliis tantillum interpolatus est

ANTUERP. et MAX-LUBEC. in Simeone puri sunt; inter Osticnses omittunt Maximum ; et in fine adjungunt : « In Africa, Rutuli, Silvani et Maximi. » Vide socios alios in Áctis.

ANTUERP.-MAX., LEVDEN., ALBERG., DANIC. et edi-tio ULTRAJ.-BELG. ferme conveniunt in modica textus interpolatione ; addunt nempe post Joseph, utrifii Salardinia colossantina, quam eamdem crede-rem cum Constantina codicis Altempsiani, nisi illic adderetur titulus martyris. Vide Acta. Editio LUBECO-COL. incipit : « Colonia Agrippina, nutritii Salvatoris, et Maximum vocant fratrem Claudii. In fine concorditer adjiciunt : « Eodem die in Africa, sanctorum Rutuli, » etc. Eodem die in Africa, sanctorum Rutuli, » etc. Eamdem accessionem habet Lovanien. Sed de martyribus Ostiensibus omnia omittit post cum duobus filiis.

CENTULEN., in Simeone abbreviator, de aliis ex Adone subjúngit : « Romæ, sanctorum martyrum Claudii et uxoris ejus Prædignæ, et filiorum, Alexandri et Cutiæ, et fratris Claudii, nomine Maximi, qui cum essent præclarissimi generis, agente fratre eorum Gabino presbytero, baptizati sunt a Gaio papa, et postmodum a Diocletiano diversis mortibus perempti sunt. Alexandriæ, beati Dionysii episcopi et martyris. Cœnobio Centula, depositio sancti Angilberti abbatis, qui septimus post beatum Ri-Angiherti abbatis, dui septimus post beatum Ri-charium, Centulense monasterium feliciter rexit, cuius corpus cum viginti octo annis esset senul-cuius corpus cum viginti octo annis esset senulcujus corpus cum viginti octo annis esset sepultum, incorruptum inventum est. »

BRUXELLEN. textui non parum interpolato, subdit : « In Africa, sanctorum Rutuli, Silvani et Maximi. Apud Alexandriam, beati Dionýsii episcopi, qui multis confessionibus clarus effectus est. Metis, sancti Legontii, ejusdem urbis episcopi et confessoris. » Colitur Dionysius xvii Novembris ; an martyris titulo decorandus, alibi dicetur

HAGENOVEN. tantum non purus, adjungit : « In Africa sanctorum martyrum Rutili, » etc.

AQUICINCT. conjungit textum hujús et sequentis diei, superaddens : « Item SS. Rutuli, » etc. De codicis illius confusione, supra dictum est.

VICTORIN. et REC. SUEC. signatus num. 130, in fine : » Apud Alexandriam, beati Donysii episcopi. In Africa, sanctorum Rutuli, Silvani, et Maximi martyrum. »

vi detur, dum putavit Usuardum aliquid Adoni ex Rufino superaddidisse ; num is revera sua omnia ex Adone ipso desumpsit, nt facile vir eruditissimus invenire poterat, si præfatum Martyrologium in festivitatibus apostolorum 11 Maii consuluisset,

Maximus, Claudius, Præpedigna, cum filiis Alexandro et Cutia a Romano parvo, non ad ostia Ty berina, sed Romæ annuntiantur, hoc ordine : Bt Romæ, martyrum Claudii, Præpedign P, Alexandri et Cutiæ et Maximi. Ado eumdem servat ordinem, sed de loco forte subdubitans, positionem non expressit. Noster Maximum præposuit, omissis filio-rum nominibus : sed quid ei ansam dederit Ostiam nominandi, non video, nisi quod Claudii, uxoriset filiorum concremata corpora ibi in Rheuma (aquam præterfluentem) projecta dicantur, et a Christianis juxta eamdem civitatem sepulta. De cætero elogium totum ex Adonis narratione co tractum est; narhic non determino; sunt qui omnino rejicienda existiment. Cæterum I suardini textus nostri originem et sinceritatem ostendimus.

AUCTARIA

CODEX D. DU CHEVAL, signatus B : « In Africa Rutuli, Silvani et Maximi.

UGHELLIAN et CAUDIACENSIS : « In Africa Rutuli, » etc. Jam satis sæpe repetita nomina.

ALTEMPSIAN. : « Eodem die, sanctæ Constantinæ virginis et martyris. Apud Alexandriam, beati Dionysii episcopi, qui in multis sæpe confessionibus satis clarus, præ passionum tormentorumque diversitate, magnificus effectus est, quievit autemin pace tempore Galieni imperatoris.

STROZZ. et MEDIC. : « Ipso die, sanctæ Constantinæ virginis, filiæ Constantini, quam eamdem crede-

commemoratio ossium sancti Panthaleonis medici et martyris. Quando caput ejusdem sanctissimi martyris per Henricum militem, dominum de Ul-mene, de Constantinopoli ad civitatem Coloniensem est translatum, anno incarnationis Dominica MCCVIII. » Mirum est Rabanum hoc die cum longo elogio natalem sancti Pantaleonis referre. In reliquis editio illa fere similis codicibus supra citatis mediæ notæ.

BELIN. textum purum habet in secunda editione, in prima pro centum viginti, scripsit, centum el novem. In utraque est additamentum : « In Africa, Lucii, Silvani et Maximi. »

GREVEN. : « Romæ, Pimenii presbyteri et Fausti martyrum. Item Rutuli, Classici, Damasi, Tulli, Hieronym. accepti sunt. « In Hibernia, Culani episcopi et coufessoris. Item Berethoi, Marcelli. Poterant hi superioribus annumerari, et ad sequentem diem referri. « Item Colomanni episcopi et confessoris. Apud Coloniam Aggripinam, commemoratio ossium, » etc., ut supra.

MOLAN. textui subnectit : « Ac sic postmodum apud Hostiam, in rheuma jactati : quorum reliquias Christiani perquisitas, juxta civitatem sepelierunt. Quæ Adonis verba sunt. . In Africa, Lucii, Silviani et Maximi. Coloniæ, commemoratio ossium sanctissimi Pantaleonis martyris, quando caput, • etc. In aliis editionibus additur, minoribus litteris : . Pataris, sanctorum martyrum Leonis et Paregorii. De quibus Acta, quæ inter Sincera et Sclecta edidit Ruinartius, a pag. 610.

775

777 XI Kal.

Die 19. Romæ, natalis sancti Gabinii presbyteri et martyris, qui a Diocletiano diu in custodia vinculis affictus, pretiosa morte cœli gaudia comparavit. In Africa, sanctorum Publii et Juliani.

Ex Pratensi, Heriniensi, Tornacensi et Antuerp.-Majore.

VARIANTES LECTIONES.

bini; non recte cum Usuardus verosimillime Adonem secutus sit, hic Romanum parvum; in utro-que autem habetur *Gabinii*, uti etiam in Notkero. Ex codicibus cam lectionem servant Herinien., Antuerp.-Maj. et alii. Ejusdem nominis transfor-mationes exstant apud Bollandum. De presbyteri, Diocletiano, Africa, et hujusmodi minutiis, dic-tum est plus satis. Pretiosi morte, pro preliosa

Plures codices, tum mss. tum excusi legunt Ga- A morte in Antuerp.-maj. scribæ oscitantiæ tribuendum est, uti et nonnulli alii nævi in uno alterove folio detrito, aut avulso et subinde decsripto. Sic ibi ctiam legitur *Plubii*, pro *Publii*. Paucitatem purorum codicu.n facit apposito in fine tertii nominis, nempe Marcelli, qui in codicibus optimæ notæ Munerat., Belin., Greven. et Molan. adjicitur; sed nos aliorum lectionem præferendam censuimus.

OBSERVATIONES.

Ex citatis die præcedenti sanctæ Susannæ Actis extractus quoque est hodiernus Gabinius, sic rursus a Romano parvo primum signatus: Romæ, Gabinii presbyteri et martyris. Breve elogium texuit Ado, in quo, præter ea, quæ a Nostro ad verbum descripta sunt, hoc solum inseritur, patris beatissimæ Susannæ, addere poterat, quod in multis apographis Usuardinis subinde adjunctum, fratrem fuisse Cali pape: cujus historiam Gallice B prosequens Tillemontius tomo IV ibi pag. 572 de Susanna, Claudio, Præpedigna et aliis diei præcedentis, atque de hoc nostro Gabinio, more suo satis modeste, sed non satis in Actorum favorem decernit. Bollandus brevi commentario Gabiniana complectitur, ad sæpe citata Susannæ Acta lectoremremittens.

Henschenius de Publio, Juliano, et sociis Africanis martyribus hoc die pluribus agens, illustris est, inquit, corona duodecim pugilum Christi qui

Rosweyd. Diximus die præcedenti, ab ipso huc referri annuntiationem : « In civitate Ostia, sanctorum martyrum Maximi Claudii, » etc. In Gabinio purus est. Tum adjicit : « In Africa sanctorum Publii et Juliani martyrum et aliorum x, » de quo numero ex hoc ipso Rosweydino codice, ab Hen-11 schenio accepto, diximus in Observationibus.

MUNERAT. : In Africa, sanctorum martyrum Pu-blii et Juliani et Marcelli. Treveris, sancti Leguntii episcopi et confessoris.

MARCHIAN. hoc die posuit quæ nos cum Usuardo referemus xx : « Apud Tyrum, » etc.

PULSAN. textui puro post Gabinium interjicit : « Eodem die apud Beneventum civitatem, natalis

beati Barbati episcopi et confessoris. » ANTUERP. et MAX LUBEC, : « In Africa sanctorum Publii, Juliani et Marcelli.

ANTUERP.-MAX ULTRAJECT., LEYDEN., LOVANIEN,, ALBERGEN., DANIC. et edit, ULTRAJ.-BELG post mar-tyris, inserunt : « Patris beatæ Susannæ, et fratris beati Gaii papæ, » etc. « In Africa, sanctorum Publii, Juliani et Marcelli Treveris, sancti Leguntii episcopi et confessoris. »

CENTULEN. inserit, « patris beatissimæ Susannæ, » ut plures alii ex Adone.

BRUXELLEN. omnia habet, quæ codices mediæ D notæ, et præterea in fine subjicit : « Alibi sancti Pantaleonis martyris. » Vide Prætermissos. De eo agetur xxvii Julii.

HAGENOYEN. cæteris amplior, post Caii papæ, adjungit : « atque consanguinei Diocletiani imperatoris. Hic quia filiam ejus [suam] Susannam noluit dare in conjugem homini pagano, filio Diocletiani, Maximio a Diocletiano diu in vinculis, » etc. « In Africa, sanctorum Publii, » etc., ut supra. « In civitate Treveri, sancti Leguntii episcopi et confesso-

PATROL. CXXIII.

palmam martyrii in Africa promeriti sunt; quo adducit Martyrologium ins. ecclesiæ B. Mariæ Ultrajecti, quod a nobis Usuardinum Rosweydi vocatur, cujus verba in Auctariis primo loco dabimus. Repetenda sunt omnium nomina ex Hieronymianis valde dissimilibus, tum in martyrum numero, tum in eorum nomenclatura, ut ostendit Florentinius hic, atque ex Rabano et Notkero eorum descriptoribus aperte constat. Castellanius in his disquirendis et disponendis apprime diligens, duodenarium numerum non complet. At quidquid de aliis decem sociis statuatur, certe codices nostri puriores, solos illos duos Publium, et Julianum commemorant, quibus auctiores aliqui Marcellum, alii alium vel alios pro arbitrio adjiciunt, ut in Variantibus diximus et in-fra magis patebit. Annuntiatio nostra pure Usuardina est, cui accinit Wandalbertus hoc versiculo :

Publius undecimum simul et Julianus adornant.

AUCTARIA.

ris. Hic translatus est in Scasusan. » Quem locum hic indigitet nescio, nisi forte ex affinitate nominis, conjiciatur Scaphusia Helvetiorum. Sed de hac translatione nihil apud alios invenio. De duobus an uno solum Leguntio aliisque huc spectantibus. videantur Acta, hoc et priori die.

Acuicincr. etiam habet hac die, ut Marchianen-

sis, quæ ponenda sunt die sequenti. VATICAN., quod olim fuit Beneventanum num. 5949, primo loco: « Beneventi, sancti Barbati episconi et confessoris. » Ita Italici codices.

STROZZ et MEDIC. : « Item sanctæ Susannæ virginis. Item sancti Barbati archiepiscopi et confessoris. Eodem die, sancti Eustachii patriarchæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ. »

Codex Abdinghoffensis : « Treveris, sancti Licontii episcopi et confessoris. » Idem est qui Leguntius supra. Mancum est codicis istius fragmentum

Editio LUBECO-COL. convenit cum codicibus mediæ notæ.

BELIN., in Cabinio purus, subdit cum plerisque : In Africa, Publii, Juliani et Marcelli. Eodem die, sancti Eustachii patriarchæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ. » Vide Prætermissos.

GREVEN. etiam addit Marcellum cum Molano, ut supra dixi Auctarium vero ita incipit : « Præfatus Gabinus fuit pater sanctæ Susannæ viginis et martyris, de qua infra 111 Idus Augusti. Frater vero sancti Gaii papæ. » Vide Observationes. « Eodem die Treveris, sancti Leguncii episcopi et confessoris. Item Juliani martyris. Item Marubii. Decentii confessoris. » De hoc vide Prætermissos, duo alii ex Hieronymian. sumpti videntur; hic et alibi passim incuriose congesti.

MOLAN. Diximus supra de Marcello textui super-

USUARDI MONACHI

addito. « Eodem die, sancti Eustachii, » etc., ut A guntio superaddit : « Civitate Benevento, sancti Belinus. « Treveris, sancti Leguntii, » etc. Tum minori charactere : « Obiit Bonifacius Lausanensis minutioribus : « Item sancti gloriosi admirabilium episcopus in Burgundia. Hic Bruxella natus, et in Camera monasterio Cisterciensis ordinis, juxta idem oppidum, quievit anno MCCLX in vita et post mortem miraculis clarus. » In posterioribus editionibus pro Bustachii, scribit Bustathii, eique et Le-

operum effectoris, patris Auxibii, archiepiscopi Soliensis, qui fuit discipulus sancti benedictique apos-toli et evangelistæ Marci. Eodem die obiit Bonifacius, » etc., ut supra, præter ultima verba, « anno NCCLX in vita et post mortem miraculis clarus. .

X Kal.

Apud Tyrum civitatem, beatorum martyrum, quorum numerum solius Dei scientia colligit. Qui jubente Diocletiano, multis tormentorum suppliciis sibi invicem succedentibus occisi sunt. Primo quidem flagris per omne corpus dilaniati, dehinc divers's bestiarum generibus traditi, sed ab his divina virtute custoditi, post addita feritate ignis et ferri, martyrium consummarunt. Horum gloriosam multitudinem incitabant ad victoriam Tyrannio et Silvanus, sed et Peleus atque Linus episcopi, Zenobius quoque presbiter, qui felici agone una cum eis martyrii palmam adeptus est. In Cypro insula, sanctorum Potamii, et Nemesii. Alemannia, sancti Galli presbiteri et confessoris.

NOTÆ.

Sic pure habent Praten., Herinien., Antuerp.-Maj., Belini editio altera, Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

unus hujusmodi error in Belino; nempe Tyrannius, pro Tyrannio; Pelagius, pro Peleus; episcopus, pro **episcopi**. Legendum essel *Nilus*, ut habelur in Adone atque in Eusebio, imo et in ipso Usuardo xix Septembris, sed hic errantes codices sequi cogimur. *Cipro* habent Praten. et Greven. : melius alii, ut in textu. Rursus Greven. et Molan. Pothamii; præfero cæteros. Belin. omisit in fine titulum presbyteri. Turpioribus sphalmatis fædatur codex Antuerp.-maj. in quo desunt verba, quorum

Incitadat pro indicadant male scribit Molan. Non B numerum : male legitur, tormentis tormentorum nus hujusmodi error in Belino; nempe Tyrannius, supplicits; item, post additi feritatem ignis ferro. Post Alemannia, habetur, Secundi sancti Calli, forte quod paginas vacuas supplentis imperitia Secundinum diei sequentis hunc intruserit. Pratensem codicem hic inter puros connumero, quod in nostro apographo textus integer, et ipsa etiam annuntiatio sancti Galli aperte exprimatur, quidquid mihi significarit Castellanus, eam nec xx Februarii, nec xvi Octobris, in ipso prætenso autographo reperiri.

OBSERVATIONES.

De prima martyrum turma, vel manipulo, ex sæpe citato et solito suo auctore Rufini Eusebio, ita inter martyrologos primus scripsit Romani parvi compilator: Apud Tyrum, martyrum, quorum numerum Dei scientia sola colligit, quos Viturius magister mili-tiæ, jubente Diocletiano, diversis tormentis occidit. Veturius ille, aut ex Eusebii Chronico, autex nescio quibus Actis, quæ intercidisse opinatur Bollandus, hic adjectus est. Breviorem periodum multis ampliavit Ado, ex laudati Scriptoris lib. vm, cap 7, magnam elogii sui partem describens, veram quidem et sinceram quousque Rufinum hic sequitur, sed in aliis cum ejusdem cap. 14 confusam, cum adduntur incitatores episcopi, quorum plerosque constat ad alia ferme loca, certe ad alia tempora pertinere, quin et alio mortis genere agonem complevisse, ut patebit et xix Septembris et xxix Octobris, ubi de aliquibus seorsim agemus. Interim ex Adone derivata sunt, quæ Usuardus et Notkerus, atque ex his recentiores martyrologi acceperunt, servata confusione, quam in Actis antiquitus inter-polatis repertam Bollandus existimat. Præterea martyrium Tyriorum numerum ignoravit Ado, ut pote quem nec Rufinus ipse expressit, in Eusebio Valesii parenthesi inclusum, et ad solos quinque D contractum qui ex phrasi Romani parvi ad pluri-mos, quos nempe sola Dei scientia colligit, extendi videtur. Vide Bollandi commentarium historicum, in quo episcopis illis et aliis proprii dics assignantur, ut supra indicare cœpimus. Bollandum secuti sunt Tillemontius tomo V, pag. 440, et Castellanus. pag. 696 et 697. De Tyriis hisce martyribus, in Hieronymianis apographis. Beda, Floro, Rabano, et Wandalberto nihil legitur. Scio, Molanum metrico isti martyrologo hæc ascribere voluisse :

Mox decimus laudem recolit fam amque coronat, Multorum Tyri fuso qui sanguine ciarent.

At hujus supplementum merito respuendum censuit Bollandus, unicum Wandalberti versicu lum sic terminans :

Mox decimus laudem recolit famamque Coronse.

De qua martyre cum *Victore* conjuncta, vide hoc die Hieronymiana, Rabanum, Notkerum et Henschenium in commentario plura dubia explicantem.

Potamius et Nimesius ex puriori aliquo Hieronymiano apographo accepti sunt, sed sejuncti a Dy dimo, quem Rabanus et Notkerus allis recte sociaverunt. Potamiæ, Potaminæ, Misis, Nemesis el Nemersi et similia, scribarum oscitantiæ tribuenda videntur. Certe Potamiam vel Pantamiam inde effictam putamus, quæin Auctariis sæpius rocurret, Caio et Victori perperam subjuncta. Sintne porro alii Potamii et Nemesii socii, ut ex Corbeinsi codice erui videtur incertum est. Sanctum Gallum abbatem nominavit Ado, miræ sanctitatis virum, discipulum sancti Columbani abbatis; Noster presbyterum et confessorem: uterque hoc ipso die; lametsi natalem ejus referat Notkerus xvi Octobris, quo eum Bollandus remisit; die vero sequenti ejusdem translationem. Cur hac die ab Adone celebretur, non equidem perspicio, nisi forte de alia translatione aut elevatione agatur. Minus etiam video, qua ratione Baronius præfatos martyrologos citare potuerit pro xvi Octobris, ubi Gallus a Mosandroasterisco notatur, a Rosweydo in appendicem rejicitur. Forte a ms. aliquo Adone deceptus fuerit; Certe Usuardus, saltem purus, eo die-de nullo sancto Gallo meminit, nisi hic Belini textum Baronius pro Usuardino acceperit.

AUCTARIA.

MALCHIAN. hodie ponit, quæ ad diem seguentem pertinent, omisso solum nomine Servuli.

TORNACEN. incipit a proprio loci : « In Tornace civitate, restitutio sancti Eleutherii episcopi et con-

780

Die 20.

fessoris. » Vide Acta. Dehinc laterculum exhibet A Item sancti Eucherii Aurelianensis episcopi et conincompletum, integro folio ex codice avulso, sic ut tantum integer sit vi Kal. Martii seu xxvi hujus. De majori lacuna agemus 1x Augusti.

Roswevo. prima annuntiatio est : « Romæ, depositio Gai episcopi » Sumitur ex Hieronymianis; a Nostro ponitur xxII Aprilis. Sequitur : « In Cipro insula, » etc. Deinde de Tyriis, satis pure. de Gallo, nihil.

PULSAN. ferme purus esset, nisi deficeret in ultima annuntiatione de S. Gallo.

Aquicinci, turbato ordine, hic habet quæ ad sequentem diem referenda sunt : et post *viginti*, in fine addit : « In Hasbania apud S. Trudonem, depositio sancti Eucherii confessoris, Aurelianensis episcopi, qui a Carolo Martello in exilium missus, ibidem in Christo quievit. »

VICTORIN. ultimam sic format : « In Alemannia, sancti Galli episcopi et confessoris. »

ANTUERP.-MAX.-LUBEC. et UGHELLIAN. omittunt B S. Galli memoriam, ejus loco substituentes : « Ro-mæ sanctorum Gail, Victoris et Pantamiæ. » Secundus codex scribit, Pantania : at quomodocunque inflectatur, non alia statui potest a sancto Potamio, ut supra diximus. Cum citatis codicibus conveniunt BIGOTIAN., signatus P. 5, et D. DU CHEVAL, signatus B. Nusquam recta illorum trium connexio. Jam diximus primum spectare ad xxII Aprilis : ultimum nomen probabilissime fictitium est : ex apographis Hieronymianis Victor cum Corona co-

pulandus est, qui hoc die in Actis referuntur. Antuerp.-Max., Ultraj., Leyden., Lovanien., Al-Bergen., Danic. et editio Ultraj.-Belg. secundo loco ponunt : « Romæ, sanctorum Gaii, Victoris et Pantamiæ. » Tum de Potamio et Nemesio, pure. Denigue : « Eodem die, sancti Eucherii Aurelianensis episcopi et confessoris, qui pro fide Christi exilio relegatus, cum sancto Trudone honorifice quievit. » Deest in omnibus ultima annuntiatio.

CENTULEN. diversum habet a reliquis exordium : « Alexandriæ, sanctorum, martyrum, Juliani, Euni, Macharii, Epimachi, Alexandri, Metrani, Apolloniæ, Ammonariæ, Chorintæ, et cum aliis decem. » Ita fere etiameditio Lubeco-Col. infra. Cæterum proprii horum martyrum natales dies videndi catalogo Prætermissorum hac die. Tyriorum elogium mutilat, Potamium et Nemesium omittens. « In Alemannia, sancti Galli abbatis. »

BRUXELLEN. in martyribus Tyriis nonnihil luxuriat, sed quæ textum excedunt, describi non merentur. Secundo loco ita habet : Romæ, natale sancti Eleutherii papæ et martyris, a quo Lucius rex Britanniæ per epistolam se fieri Christianum postulavit. Et misit papa duos viros religiosos, qui regem cum populo baptizarunt. Et tandem ipse papa martyrio coronatur. » In Prætermissis remittitur ad xxvi Maii. « Eodem die Romæ, sanctorum Gaii, Victoris et Panthamiæ. In Cypro insula, etc.

fessoris : qui pro fide Christi exilio relegatus, in Hasbania, cum sancto Trudone honorifice quiescit.»

HAGENOVEN., in martyribus Tyriis fere purus, secundo loco habet : « Eodem die, Eucherii, Aurelianensis, » etc., ut codices mediæ notæ, supra. Sequitur de Potamio, etc. Deinde de Caio, etc. In fine : « Apud Tornatum, beati Eleutherii episcopi et confessoris. »

MUNERAT. textui puro subnectit sequentia : « Aurelianis, sancti Eleutherii [vult dicere Eucherii] episcopi et confessoris, qui pro fide Christi exilio re-legatus, cum sancto Trudone honorifice quiescit. »

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. : « Apud Tyrum plurimorum martyrum, qui ad exhortationem Silvani cum suis passi sunt. Eleuterii episcopi et martyris. Eucherii episcopi Aurelianensis.

BELIN. in prima sua editione omisit annuntiationem sancti Galli.

Editio Lubeco-Col., in martyribus Tyriis nonnihil interpolata, secundo loco habet : « Romæ, sanctorum Gaii, Victoris et Pantamiæ martyrum.'» Sequitur de Potamio et Nemesio. « Eodem die, sancti Eucherii Aurelianensis episcopi, etc. Alexandriæ, passio sanctorum martyrum Juliani, Eunii, Macharii et Epimachi, Alexandri et Metranii, Apolloniæ et Ammonariæ, ac Corinthæ cum aliis decem, sub Decio imperatore. » De his superius egimus ex Centulensi.

GREVEN. : « Romæ, Gaii, Victoris et Pantamiæ martyrum. Aurelianis, sancti Eleutherii [lege Eucherii] episcopi et confessoris, qui pro fide Christi exilio relegatus, cum sancto Trudone honorifice quiescit. Juliani et Euni, ministri sui, martyrum, quos Ado et Usuardus III Kal. Martii ponunt Coronæ martyris et aliorum. » Ista Victori et sociis xx in Actis jungitur, melius quam Victor Gaio et Pantamiæ. « Eustochii virginis. Humbergæ comitissæ. » Vide prætermissos. Didimi martyris Potamio et Nemesio conjungendi.

MOLAN. de Gallo subdit ; quæ superius ex Adone notavimus : « abbatis, miræ sanctitatis viri discipuli sancti Columbani abbatis. In Sarchinio, monasterio sancti Trudonis, depositio beati Eucherii, qui Aurelianensium episcopus, a Carolo exilio est relegatus: quod tamen eum pro justitia fuisse perpessum crebramiracula, quæ per ejus sacra merita, divina fieri concedit clementia, sunt indicio. » In aliis editionibus omittitur Gallus. Auctarium incipit : « Tornaco civitate, depositio sancti Elcutherii, episcopi et confessoris ecclesiæ ejusdem. In Sarchinio, etc. Die vigesima, sancti patris Leonis episcopi Catanes in Sicilia. » Subditur charactere minori : « Apud Persidem, Sancti Sadoth episcopi, et centum viginti octo, qui cum eo subiere martyrium, in secundo anno persecutionis Saporis. » Egregii hujus antistitis, et sociorum Acta, et gravia et sincera sunt; a Ruinartio ex opere nostro reproducta a pag. 642.

Die 21.

IX Kal.

Apud Siciliam, sanctorum martyrum septuaginta novem, qui sub Diocletiano per diversa tormenta confessionis suæ coronam a Christo sibi paratam percipere meruerunt. In Africa civitate Adrumeto, sanctorum Veroli, Secundini, Servuli et aliorum viginti. [Bouillart., ad oram pagina : Apud monasterium S. Germani, consecratio altaris in honore beatorum martyrum Johannis et Pauli et S. Blasii necnon sanctorum confessorum Benedicti, Lupi et Ezidii. Item consecratio altaris in honore SS. Innocentum et SS. virg. Columbæ, Margaritæ, Catherinæ.]

NOTÆ.

Sumitur ex Praten., Herinien., Antuerp.-Maj., D Belin., Greven. et Molan. Adde Antuerp.-Max., Lovan., Leyden.-Belg. et edit. Ultraject.-Belg. Pulsanen., Antuerp., et Max.-Lubec., Munerat.,

VARIANTES LECTIONES.

Lovanien. in eo a cæteris differt, quod legat per diversa tormentorum genera: Sic Belin. pro confessionis suæ coronam, posuit, in confessione sua coronam. A Christo sibi præparatam scribunt

Max. et Lovanien. : textus Adoni conformis est. Antuerp. Maj. et paratam et præparatam omisit. Belin. in prima editione legit Secundi pro Secundini, sed hoc in altera correctum est. Neroli

En denuo coronam anonymorum martyrum de qua silent Hieronymiana apographa, Beda et reliqui martyrologi, die præcedenti citati; eam vero memorant martyrologi illi, qui in serie nostra sunt, præeunte Romano parvo his verbis : In Sicilia martyrum LXXIX, sub Diocletiano diversis tormentis passorum. Proximus huic Ado idem dicit non nihil paraphrastice, eo nimirum modo, qui ex ipso acceptus, in textu nostro exprimitur. Eumdem descripsit Notkerus. Quod in editione Canisii pro septuaginta novem, legatur septuaginta quatur, inde factum arbitror, quod librarius litteras numerales non recte distinxerit, facili mutatione B LXXIV pro LXXIX. Habes hic ipsissimum fontem, ex quo hausere cæteri martyrologi magno numero ab Henschenio et operose enumerati; non ita Galesinius et Ferrarius, qui plusculum genio indulsisse videntur. hic dum *Cæsar-augustæ* eos martyres tribuit, ille dum crucis supplicium passos, gratis commemorat. Ne pluribus morer, probabilius est Syracusis ascribendos : de certamine autem frustra alibi plus quæsiveris q am quod a Romano parvo expressum est. Nec recte a Galesinio citatur Wandalbertus, apud quem nullum eorum invenies, qui in hodierno textu celebrantur.

Circa Adrumetinos, tria expendit laudatus Henschenius in Sylloge historica: Quæ scilicet fuerit

AUCTARIA.

In PRATENSI nostro ad marginem legitur : « Apud monasterium sancti Germani, consecratio altaris in honore beatorum martyrum Joannis et Pauli, et _C sancti Blasii, necnon sanctorum confessorum Benedicti, Lupi et Egidii. Item, consecratio altaris in honore sanctorum Innocentium et sanctarum virgi-

num Columbæ, Margaritæ, Catharinæ. » MARCHIAN. hæret adhuc in perturbatione, hic ponens, quæ Usuardus habet xxm pauculis etiam mutatis, quæ ibi restituentur.

ULTRAJ., LEYDEN., ALBERGEN. et DANIC. textui puro superaddunt : « Methis civitate, natale sancti Felicis episcopi et confessoris, qui, sedit annos quadraginta duos et menses sex. »

Rosweyd., in textu satis purus, post, viginti, de suo adjicit : « Qui jubente Diocletiano per di-versa tormenta occisi sunt. »

CENTULEN. Pro septuaginta novem, scribit septuaginta octo.

BRUXELLEN. textum fere purum refert ; addit autem : « Mettis, sancti Felicis episcopi et confessoris, qui sedit, etc. » Tum : Apud Laudenen, Bra-D bantiæ civitatem grandem, depositio Pippini ducis, patris sanctarum Begghæ et Gertrudis. Qui Major regiæ domus et regni gubernator existens, præstabat tam in bellis fortitudine, quam justitia in pace. Erat enim erga regem fidei servantissimus, et erga populum tenacissimus æquitatis, et in disceptanda utrorumque causa, firmissimo animi judicio persistens. Nec munera populi ad subvertendum jus regium, nec gratiam regis, ad obruendam populi justitiam attendebat. Hic apud Nivellam

cum filia sua Gertrude quiescit. » HAGENOYEN. secundo loco interjicit : « Denallis [vox mutila est, vult dicere in Grandivalle] sancti Germani abbatis et martyris. Romæ, Syrici papæ. In Africa, civitate Adrumeto, sanctorum martyrum Ferreoli, Secundiæ, Servuli et sociorum suorum viginti. In Quidelenburg, territorio Hilverstadensis diœcesis, sanctæ Coronæ inter arbores scissæ. Ipso die in civitate Metis, depositio sancti Felicis episcopi

Herinien., Pulsanen., Munerat., Belin., Antuerp.- A in Max.-Lubec. ex iis erroibus est quibus ea editio passim redundat : sic in Antuerp-Maj. Vetou. Certe Veroli scribunt codices nostri omnes, non Veruli, ut recentiores cum hodierno Romanó.

OBSERVATIONES.

constituta hisce athletis palæstra victoriæ? Quot ii fuerint quæque eorum nomina? Quo potissimum forverint tempore, seu quanam persecutione casi? Atque hæc etiam ex Martyrologiis plurimis solita diligentia cruderare conatur. Rem ad principia revocare necesse est, recurrendo ad Hieronymiana, ex quibus tota illa cohors, pro majori parte ano-nyma desumpta primum fuit, tum a Rabano, tuma Nostro, tum a Notkero, a singulis diversimode, unde et in recentioribus orta varietas. Ut de solo Usuardo agamus, recte ex Hieronymianis Adrumeti collocantur : in numero et nominibus, nec præfata apographa. nec Rabanus et Notkerus inter se, nec cum Nostro conveniunt. Putat Castellanus, numerum satis exacte ab Usuardo ex primis fontibus determinatum; mihi non lubet quidquam superaddere Henschenii et Florentinii notationibus. De persecutionis aut cædis tempore, nihil ab antiquioribus traditum. Suspicor, Galesinium Martyrologii Romani reformatores induxisse, ad designandam persecutionem Wandalicam, contra codicum Usuardinorum et ipsius Belini silentium, Quodnam vetus ms. in notis appellet Baronius, nescio : si S. Cyriani Martyrologium indigitet, virum eminentissimum memoria lapsum, fateri oportet. Quæ Petrus in Catalogo refert. lib. 11 sub finem num. 75, ex Usuardo accepta videntur.

et confessoris, qui feliciter ibi sedit annis xun et mensibus vi regens populum sibi commissum verbo, et exemplo. » Syricius et Corona hac die ne inter Prætermissos quidem in Actis memorantur.

ACQUICINCT. convenit cum Marchianensi in transpositione dierum.

Victorin. legit Secundiani pro Secundini,

MAIRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. habet in fine, Bertulphi confessoris. De eo in Actis v hujus.

ALTEMPS. : « In pago Meldicensi, sanctæ Dercangotae, vel Descangotæ virginis. » Ea Bollando ignota fuit. An et quæ fuerit in Supplemento examinabi-tur, nisi forte eadem sit, quæ xx11 Februarii in Actis vocatur Barcongota.

STROZZ et MEDIC. : « Apud civitatem Ravenna, sancti Maximiani archiepiscopi et confessoris. » Differtur in Actis ad diem sequentem.

Editio LUBECO-COL. per omnia similis est codicibus mediæ notæ.

GREVEN. : « Hilarii papæ et martyris. » Non fuit Hilarius papa, martyr, nec ad hunc diem, sed ad x Septembris' spectat. « Item Syrici, Sáturnini, Fortunati, Jocundi episcopi, Victorini, Petri. » Sunt hi omnes ex numero martyrum Adrumetinorum, si duos postremos excipias. Ubi autem invenerit Grevenus, Jocundum fuisse episcopum, nescio. « Melis, sancti Felicis episcopi et confessoris, qui sedit annis quadraginta duobus et mensibus sex. Bertulphi confessoris. Serenæ martyris. Eleutheril episcopi. Romæ, Symmachi papæ et confessoris. De quatuor ultimis, vide indicem Prætermissorim.

MOLAN. : « Methis civitate, etc. Et depositio Elentherii episcopi. » Tum litteris minutioribus: « Tornacensis, in cathedrali ecclesia quiescentis. In Galliis, Vitalinæ virginis sanctissimæ. » Deinde : Liber anniversariorum apud Canonicas Nivellæ : Vigiliæ dis-persæ sancti Pipini. » Quid sint *Figiliæ disperse*, neque in hac neque in aliis editionibus explicatum invenio. Porro in his præterea additur : » Die vigesima prima, sancti patris Timothei, qui fuit in Symbolis. Mediolani, festum sancti Ambrosii, pro vic-

dum hoc die pag. 259.

toria, ipso invocato, adepta ad Parabiagum, anno A Pipini, cujus corpus Nivellæ quiescit in tumba por-Domini millesimo trecentesimo trigesimo octavo. » tatili, et circumfertur in Litaniis. sicut et Iduber-Vide de hoc qualicumque festo, inter Prætermissos. Sequitur denuo minori charactere : « Eodem die, obitus sancti Pipini, et Vigiliæ dispersæ sancti

VIII Kal.

Apud Antiochiam, Cathedræ [Bouillart., Cathedra] sancti Petri. Eodem die, beati Papiæ Hieropolitanæ civitatis episcopi, qui Joannis apostoli auditor, Polycarpi autem condiscipulus et sodalis fuit. Item, sancti Aristionis, qui fuit unus de septuaginta duobus Christi discipulis. Alexandriæ, sancti Abilii episcopi, qui post beatum Marcum secundus episcopus, tredecim annos sacerdotium virtute conspicuus ministravit, [Apud Bouillart., ad oram pagine : Eodem die consecratio altaris in honore beatorum martyrum Eustachii sociorumque ejus et sancti confessoris Christi Medardi.]

NOTÆ.

Ex Praten., Herinien., Ant.-Maj., Rosweyd., Pulsan., Ant. Maw.-Lubec., Belin., Greven et Molan.

VARIANTES LECTIONES

Pulsanen. et Belinus scribunt, Petri apostoli : B est. Pulsanen. qui Petro apostoli titulum adjecerat, textus ex Beda, Rom. parvo et Adone purus est. Non solus Belinus, scd codices omnes scribunt beati Papiæ, ut proinde mirer, id in Belino scrupuli Castellanum observasse pag 709, in fine. Recte hic etiam legitur, Hierapolitanæ; inale Herinien., Jerapolinæ; Pulsanen., Antuerp., Max.-Lubec., Greven. et Ros-weyd., Jerapolitanæ; Belin., Hierapolitanæ; An-tuerp.-Maj., Terapolinæ. Hic idem codex pro con-dicipulus, scripsit discipulus: Rosweyd. pro sodalis fuit, repetit auditor fuit. Praten. et plerique alii codices babont Dolizeri da guo alias setis dicum codices habent Policarpi, de quo alias satis dictum

Joanni subtraxit, et post Polycarpi omisit autem. Sic Belin. in altera editione, pro auditor, scripsit adju-tor, Rosweyd. pro LXXII, habet LXX. Rursus Belin. in prima editione posuit Abiti, pejus Pulsan. Bab-bilii. Rosweyd. pro x111, legit x11. Annos, vel an-nis perinde est. Molan. in prima editione omisit sacerdotium, restituit in posterioribus. Antuerp. Max.-Lubec. et Belin. pro virtute conspicuus, legunt vita conspicuus: Pulsanen. autem vocem interserit. sic habens ; *fdeliter amministravit*. In Rosweyd. deest virtute.

OBSERVATIONES.

Vetustissimum Kalendarium, quod ab editore pas-sim Bucherianum vocamus, ita hoc die enuntiat : Natale Petri de Cathedra; quod est celebritas, festivitas, seu solemnitas cathedræ, ut explicat Floren- D iri existimo. Cæterum Ado Papiam, sancti Joannis tinius hic, et pluribus Castellanus ubi de voce Natalis ad vi Januarii pag. 100. Consonat Gregorii Sacramentarium simpliciter legens : Cathedra sancti Petri. Hactenus indefinite, ut utrum de Antiochena cathedra, an de Romana sermo sit, discernere omnino non liceat, quemadmodum dicere cœpimus xviii Januarii, et satis apposite ex Menardo et Pamelio opinatur Joannes Fronto ad Kalendarium pag. 28. Vide Menardum ipsum in notis ad Sacramentarium Gregorii pag. 46 et 47, Aliter loquuntur Hieronymiana apographa, inter quæ Epternacense brevissime : Cathedra Petri in Antiochia; Lucense Natalis sancti Petri apostoli Calhedræ, quam resedit apud Antiochiam; paulo aliter Corbeiense : Na-talis Cathedræ sancti Petri, apostoli qua sedit apud Antiochiam; vulgatum ab Acherio simplicius Calhedra sancti Petri qua, etc. Omnia certo eo conspirant, ut diversum hoc festum a Romana cathedra statuant. In eam sententiam cunt sequentes mar-D tyrologi omnes Romanum parvum, Beda, Rabanus Ado, Usuardus, Notkerus, quorum eadem verba sunt, quæ in textu nostro recitantur, nam Rabani et Notkeri brevissima additamenta, nihil prorsus de totius rei integritate imminuunt. Cætera, quæ pluribus dissertationibus pridem obnoxia diximus, inquirat curiosus lector in hodierno Bollandi commentario et in Florentinii notatione, ubi Belethi verba de festo B. Petri Epularum a Bollando relata, aliaque eo spectantia accuratius expenduntur. Plura discussa sunt xxix Junii comment. præv., \$ 5, a pag. 407, et inter Analecta, \$ 12 et 13, a pag. 456, quibus junge Castellani notam a pag. 706. Laudatis martyrographis plane concinit vincta numeris Wandalberti expositio :

Octavoque Petri Cathedra et doctrina coruscat,

Urbis læta Antiochi quo primum præsule vernat.

Papæ nomenin nullis Martyrologiis Viennensi

gæ, et nutricis sanctæ Gertrudis. » Vide Bollan-

786

Die 22.

antiquioribus consignatum est; sed ab eo positum propter affinitatem cum nomine papæ, ut non satis apte conjectat Castellanus, vix cuiquam probatum. apostoli auditorem disertissime appellat, atque ex eo ferme verbatim Notkerus; Noster, limáta nonnihil Adoniana phrasi, singularem præterea cum Polycarponecessitudinem commemoravit, Scrupulo laborasse videtur Baronius, dum Joannem seniorem, seu πρεσδύπερον evangelistæ substituit, ut docte ostendit Henschenius, et ex eo Castellanus a pag. 708, necnon Tillemontius tomo II, a pag. 296, apud quos et eruditos alios recentiores non multa invenies, quæ in Supplemento locum habere debeant. Primá Aristionis memoria a Romano parvo consecrata, est. non hoc die, sed xvII Octobris : Bi Aristionis qui fuit unus de LXX Christi discipulis. Hæc eadem verba ibi refert Ado forte immemor se hoc die, opinor occasione sancti Papiæ, de Aristione egisse, Ea sola inter utrumque textum disparitas est. quo hic scripserit Ado, qui fuit unus de LXXII, quam plane phrasim ex ipso servant Usuardus et Notkerus, hoc solo die sanctum celebrantes. Pauca quæ de Aristione memorari possunt, ex Eusebio aut allis brevi commentario complexus est Bollandus, nec plura reperit Tillemontius, eum cum Papia conjungens. Abilius. alias Avilius, Melius, Milius, vel Melianus Alexandrinus patriarcha, verosimilius xx Augusti vita functus est, ut in Tractatu nostro Chronologico contra Tillemontium statuimus num.71. Neque a definito ibi calculo, ex Martyrologiorum auctoritate recedendum putamns cum Abilius a Romano parvo hoc die primum in ipsa relatus sit, pro mero, ut sæpius ejus auctor solet, arbitrio. Sic legit : Alexandria, Abilii episcopi. Ordinemet tempus regiminis adjecit Ado, Usuardus huic voces duas, *virtute conspicuus*; Notkerus pure Adonianus est. In Adone ultimo loco ponitur Paschasius Viennensis admirandæ sanctitatis ; sed hic cum pluribus aliis, ipsius Adonis decessoribus, ab Usuardo prætermittitur, in nonnullis codicibus auctioribus ascriptus, ut mox videbitur.

PRATEN. adjicit hic aliquis alteram altaris consc- A tripam suam miraculis confirmando. Et hæccathedra crationem monasterii illius sancti Germani pro-priam, his verbis : «Eodem die, consecratio altaris in honore beatorum martyrum Eustachii sociorumque ejus et sancti confessoris Christi Medardi. »

MARCHIAN. fere purus est, sed excluditur, quia sequenti die adhuc exerrat.

TORNACEN. vacat, ut supra dictum est.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., LOVANIEN.. ALBERG., DANIC. et editio ULTRAJ.-BELG., post Petri apostoli, ita prosequuntur : « Quomodo ab Antiochensibus, pulso Symone Mago, qui eos seduxerat, ut sibi crederent et Petrum lapidarent, ipse Petrus susceptus est et in cathedra pontificali exaltatus.» Codices iidem omnes, excepto Alberg., ex Adone in fine subduit, «Viennæ, sancti Paschasii episco-pi, et confessoris, admirandæ sanctitatis viri. » CENTUL Apud Antiochiam, cathedra sancti

Petri apostoli, Alexandriæ, sancti Abilii episcopi, qui post beatum Marcum secundus, Alexandrinam B Firmini confessoris, germani sanctæ Ethedræ vir-Ecclesiam rexit. Apud Jerapolim, beati Papiæ epis-ginis. » De Milburga agitur xxIII Februarii. De Fircopi.discipuli Johannisevangelistæ.» Ita hoc die, sed vvii Maii eumdem Papiam repetit cum ipsissimo textus nostri hodierni elogio. Si hunc codicem vidisset Castellanus, eum, pag. 709, Adoni non opposuisset. « Ipso die, beati Aristionis, antiqui Christi discipuli. »

BRUXELL. de cathedra Petrait : « Qui post Ascensionem Christi, cathedram sacerdotalem in partibus Orientis tenuit annis quatuor, deinde venit Antiochiam, et pulso Symone Mago, cathedram pontificalem suscepit, quam ibitenuit per annos septem, Quibus expletis, Petrus, ut Symonem Magum expugnaret, petiit Romam, et ibi annis viginti quinque. mensibus septem, diebus octo, Ecclesiæ Romanæ digne præsedit; nullumque postea habuit successorem, qui tantum temporis in regimine summi apostolatus expleret. » In Aristione, Papia, et Abilio parum a puritate aberrat : dein subdit : » Viennæ C Galliæ, sancti Pacasii [Paschasii] episcopi et confessoris, viriadmirandæ sanctitatis. Et Teclæ virginis. »

HAGENOVEN. de cathedra aliter loquitur : « In qua sedit, laudabiliter regens et docens populnm, doc-

VII Kal.

Apud Syrmium, beati Sineri monachi et martyris, qui jubente Maximiano imperatore tentus, c^{um se} Christianum esse confiteretur, capite cæsus est. Item natalis sexaginta duorum, qui martyrii certamen in præfata urbe consummantes, regna mansura perceperunt. Ipso die, sancti Policarpi presbiteri et confessoris, qui cum beato Sebastiano plurimos ad Christi fidem convertit, atque ad martyrii gloriam exhortando perduxit.

NOTÆ.

Sumitur ex Praten., Herinien., Rosweyd., Pulsanen., Antuerp., Max.-Lubec., Munerat., Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

Sirmium in Firmum transformant Antuerp. et D prima editione, ponunt septuaginta duorum ast hic Max. Lubec., Munerat., in Smyrnam, ut male scripsit Notkerus alios in errorem inducens : nos Syr. mium reliquimus, quod ita codices passim scribant Rosweyd, male Sirnium, Variant iidem in Sineri nomine, pro quo Antuerp. Sireneri; Max.-Lubec., Siveri; Munerat., Sineti enuntiant; Rosweyd., Sereni; Greven, et Molan, ex Adone, Syreni. De eo plura in Observationibus. Duum pro Duorum scribit solum apographum nostrum Pratense, alii codices omnes, ut in textu ; addit Pulsanen. militum, sed et in co singularis est. Antuerp. Max.-Lubec. in

in posterioribus Usuardi puritatem restituit. De Policarpi presbiteri et hujusmodi aliis medii ævi orthographicis erroribus, satis alibi dictum est. Consumentes pro consummantes in Max.-Lubec. : mensura pro mansura in Munerato, sphalmata sunt vix notatu digna. Male in Pulsanen. legitur beato Stephanopro beato Sebastiano ; palmam, pro gloriam ; exor-tando, pro exhortando. Greven. in editione anni MDXXI videtur Vigiliam beati Matthiæ textui adnectere, verum cum in priori id plane distinxerit, cum inter puros codices numerandum censui.

parvo scribitur Apud Sirmium Sineri monachi

quam orthographiam cum alia Sineni præferunt

Acta. Hieronymianum Lucense die præcedenti (quo verosimilius, ex ultima Actorum a Ruinartio pag.

OBSERVATIONES.

Sinorum legimus cum probatissimis codicibus Usuardinis, quidquid sit de varia apud alios hujus nominis enuntiatione, de qua Bollandus hoc die et Castellanus pridie pluribus disputant. In Romano Die 23.

dæ sanctitatis viri. » Aguncinct. et hicconvenit cum Marchianensi.

CODEX D. DU CHEVAL., signatus C. qui fuit PP. Franciscanorum, in fine habet : « Natale sanctæ Tecle virginis.» De hac vide indicem Prætermissorum; atque in fonte Rabanum et Notkerum.

ALTEMPS. : » Eodem die, natale sanctæ Teclæ virginis. Item Wenloe monasterio, beatissimæ Mild-burgæ virginis. Apud sanctum Edmundum, beati mino alia opus est disquisitione.

STROZZ. Ct MECIC. : « Item Romæ, sanctæ Romanæ virginis. » Vide Acta die sequenti, ubi de Romana Tudertina.

MUNERAT, textui puro subnectit: «Viennæ, sancti Pascasii episcopi et confessoris, admiran dæ sanctitatis viri. »

Editio LUBECO-COL. de cathedra eadem habel, quæ codices mediæ notæ supra, in fine solum adjiciens: « In qua septem annos explevit. » In fine etiam : « Viennæ, sancti Paschasii, » etc.

GREVEN. : « In Africa, Victorini, Palatini, Donati, Fortunæ et aliorum xxix, » Sumpti sunt ex aliquo apographo Hieronym. « Romæ, Sirici papæ et martyris. « Vide in Prætermissis. » Dionysiæ virginiset martyris. « Vide Prætermissos. » Viennæ Paschasii episcopi, etc. Teclæ, alias Tedæ virginis. » Vide supra.

MOLAN. de Paschasio ut supra. « Translatio corporis sancti Guduvali archiepiscopi. » Expressius in editionibus aliis : « Gandavi, translatio corporis saneti Gudwali archiepiscopi. Annua translationis istius memoria agitur 111 Dec. : natalis est vi Junii.

primo sibi in Ecclesia Antiochena erecta est, guando filium Theophili principis civitatis illius per qua-

tuordecim annos defunctum, a mortuis suscitavit.

In qua sede sanctus Petrus sedit septem annis, In Papia et Aristione fere purus est. « Alexandria,

sancti Abalii episcopi, qui post beatum Marcum secundus erat episcopus, tredecim annos. Secundus

erat sacerdos, omni virtute conspicuus. Viennæ, sancti Paschasii episcopi et confessoris, admiran-

788

Syrmium, natalis S. Sereni et aliorum LXII Sociorum numerum minuit Epternacense, legens, et aliorum xvi : auget Corbeiense utrumque. et aliorum LXXII. Forte melius juxta ac simplicius, sed absque positione, scripsi Gellonense Seneri, subjungens, et alibi LXI. Certe in utrusque Actis veris et sinceris,a Bollando primum, deinde inter selecta vulgatis, nulla prorsus sociorum fit mentio. Hæc in Hieronymianis viii Kal. seu xxii, hoc die vero : In Pannonis vel Sirmi, primo loco in Florentinianis ponitur, Seneroti, vel Senerotis, qui tribus aliis apud Rabanum. Notkerum et Bollandum expressis. conjunctus est, solus in Gellonensi nominatus Senerotis; quo demum reducenda videtur longa illa apud Castellanum pag. 710 vocabulorum, pene dixeram confusionem, farrago. Neque enim assequor quo fun-damento V. C. varios sanctos in unum conflet, præsertim Senerum vel Serenum et Senerotum apud eodem loco passos fateamur, at sane eodem tempore martyrium subiisse nequaquam constat. Nec magis comperi in quibus apographis Hieronymianis ipsum illum Senerum Castellanus alio habitu indutum invenerit xx1 Februarii, sic ut tribus consequenter diebus unus et idem martyr recurrat. At quidquid de Hieronymianorum inflexionibus dici possit, certum est Adonem scripsisse Syreni, Notkerum Synerii, alios aliter, qui ex varia nomen-clatione sanctos multiplicarunt, ut apud laudatos scriptores et Florentinium videre est. Sola nobis hic disceptatio de Usuardi lectione, quam ex me-lioris notæ codd. mss. definivimus. Cum quo scribendi modo majorem cognationem habeat analogia gallica Serneu, Cerneux, Cerneuf, viderint illi qui etymologias scrutantur. Porro sancti elogium ex

846 editorum clausula, passus est) unde exprimit: A Actis desumpsit Ado, ex Adone descripsit Notkerus, Noster nitidius contraxit qui et in Sezaginta duobus, itidem Sirmii, ut hic dicitur, passis atque ex eodem Romani parvi fonte acceptis, phrasim paulo cultiorem et elegantiorem reddidit. Romanum parvum, ut a Rosweydo editum est, pro Sexaginta duorum, legit xLII, opinor, errore librarii, quem Ado correxerit, Recentiores martyrologi cum Romano hodierno, scribunt LXXII, quod ex Hieronymianorum differentia, vel ex Nótkero primitus ortum existimo, atque ex codicibus Usuardinis, in eo non satis purís, transumptum. Quam male martyrologi aliqui Itali sanctum Sinerum Firmum in Picenum transferant, quam inepte Hispani in Bæticam, Sexti Firmum, docet Bollandus in commentario Acta non semel laudata, Gallice reddidit Til-

lemontius tomo V, a pag. 254. Tertia Romani parvi annuntiatio est : Roma. Polycarpi presbyteri. Hunc Ado recte credidit S. Seba-Hieronymiana et in Actis recte discretos, quos licet B stiani socium ; idem credidere majores nostri, atque ut talem in Acta retulerunt, cum sylloge historica ex illustrissimi martyris vita concinnata. Usuardus ad verbum descripsit, quæ in Adone repererat, nec nisi vocem unicam omisit Notkerus. Apographa Hieronymiana alium hic Polycarpum notant, nempe celeberrimum illum Smyrnensium episcopum, de quo jam supra ad xix et xxvi Januarii non obiter locuti fuimus. Hic vero recurrit citata Florentinii Exercitatio vi, qua verum martyrii diem cum xxiii Februarii, ex Græcorum calculo, coalescere contendit. Castellanus, pag. 724, nimis decisive hæc om-nia erroris arguit. Wandalbertus cum nostris sentit, de hodierno Polycarpo hos pangens versiculos.

Septimus eximic Polycarpi splendet honore; Presbyter ore, fide, Christi qui jussa secutus, Martyrio turbam potuit servare fidelem.

AUCTARIA.

ANTUERP.-MAJ. Anglicanæ olim Ecelesiæ alicujus C bente Maximiano tentus, et Christianum se esse confuisse, prodit sæpissime, ut in præfatione ostendimus, hic textui puro adjungit : «In Britannia, beatæ Milburgæ virginis, cujus [quæ] virtutibus et miraculis claruit. » Vide Acta.

CENTULEN. : « Apud Sirmum, sancti Sireni monachi, qui sub Maximiano capite cæsus est. Et aliorum sexaginta duorum, qui ibidem passi sunt. » Adonis verba sunt. Tum : » Romæ, sancti Policarpi presbyteri et confessoris, qui adjutor et cooperator flo-ruit, » Addi, ni fallor, deberet, sancti Sebastiani. At hic Polycarpus in codem codice rursus sequenti die ponitur, studio, an scriptoris incuria, quis divinabit?

MARCHIAN., ex dierum transpositione hodie vacuus, supplementum accersivit ex aliquo Hieronym. apographo, in multis corrupto; operæ pretium est totum ejus laterculum exhibere. En ejus verba : «Natale sanctorum martyrum Inpannonii, Serenoti, Altemps. fere omnia repræsentat quæ in Marchia-Antigoni, Rutuli, Libii, Rogatiani. » Vide Acta. «In D nensi et Aquicinctino haberi-diximus, truncatis Asia, Policarpi episcopi cum aliis duodecim martyribus. Smyrnæ, natalis sanctorum Herotes, Carpori, Geronti. In Africa, Chrisogoni, Zenonis, Minandri, Cariniani, Arioa, Hippoliti, Diodori, Me-nelanti, Athoræ, Petri, Lambesis, Lucianæ, Felicis, et aliorum triginta sex. In Asia, Lasconi, Synorii, Heruti, Zenonis, Menalippi, Sinestis, Syricis cum sociis eorum. »

ANTUERP.-MAX., LEYDEN., LOVANIEN., ALBERG., DA-NIC. et EDITIO ULTRAJ.-BELG. incipiunt : « Vigilia sancti Mathiæ apostoli. » Pro LXII scribunt LXXII : de cætero puri sunt.

BRUXELLEN. ea ferme ex Adone inserit, quæ Usuardus prætermiserat. Ita habet : « Apud Smyrnam, sancti Syveri monachi. Qui tempore Maximiani imperatoris, cum unius ex domesticis cjus uxorem, hora incongruæ, in horto, quem ipse sibi excolebat, deambulantem, acrius increpando repulisset, jufessus capite cæsus est. Item apud Smyrnam, natale

sanctorum LXII, » etc. Reliqua pura sunt. HAGENOYEN. : « Vigilia sancti Mathiæ apostoli. Apud Smyrnam, beati Syrenei, » etc., textu non ni-hil interpolato. In fine : « Item Wildeburgis virgin is in Anglia. » Lege Milburgis.

AQUICINCT., Marchianensi similis inperturbatione, etiam ex Hieronym. suppletus est, sed paulo accuratius. Scribit enim : « Natalis sanctorum martyrum, in Pannoniis, Seneroti, » etc. Omittit : In Asia Po-licarpi, » etc. Post *Geronti*, interserit : « Nativitas sancti Joannis evangelistæ. » In numero reliquorum martyrum conveniunt, licet diversimode nomina efferant. Additur in fine, recentiore manu: . Item Vigilia beati Mathiæ apostoli. »

VATICAN., signatus num. 8949 : » Smyrnæ, natale sancii Herotis. » Vide MARCHIAN.

ALTEMPS. fere omnia repræsentat quæ in Marchiaetiam et luxatis nominibus ex aliquo apographo Hieronymiano.

Editio LUBECO.-COL. incipit : « Vigilia sancti Mathiæ apostoli. » De Sinero eadem habet, quæ in Bruxellen. ex Adone restituta diximus. Pro LXII, ponit etiam LXXII. Tum: « Treveris, inventio sancti Celsi episcopi. » Sequitur de Polycarpo. Denique: » Eodem die, sanctæ Milburgæ virginis. »

BELIN. prima edtiio Polycarpum facit episcopum et confessorem. Utraque habet LXXII, et in fine :

« Eodem die, vigilia beati Mathiæ apostoli. » GREVEN.: «Nativitatissancti Joannisevangelistæ.» De ea agitur xxvII Decembris. « In Asia, Polycarpi, Herotis, Felicis et aliorum duodecim. Item Serenoti, Antigoni, Rotuli, Labi. » De his supra dictum est abunde. « In Hungaria, passio vel [secundum alios translatio] sancti Gerardi episcopi Morisenensis et martyris. Qui Venetus natione, et sancti Marci canonicus, desiderio perfectionis, habitu religionis A suscepto, vitam eremiticam duxit. Postea, agente sancto Stephano Hungarorum rege, episcopus factus tandem ab infidelibus captus et cum aliis pluribus occisus est. » Vide indicen prætermissorum. « Milburgis virginis,filiæ regis Merciorum. Treveris, inventio sancti Celsi episcopi et confessoris. In Hibernia, Tymini episcopi et confessoris. » Sitne bic Tianus vel Tiamanus, de quo inter Prætermis-sos, nescio. « Item sancti Serrei abbatis, de quo in Vitis Patrum legitur, quod divino muncre ad summam puritatem mentis et corporis pervenerit. » Est etiam inter Prætermissos.

MOLAN. alio charactere verba Adonis de Sinero textui snterposuit. In fine ; « Eodem die, inventio sancti Celsi confessoris Christi. Eodem die, Vigilia beati Mathiæ apostoli. » Et deinde minori charactere : « Quæ plerisque locis jejunii observatione celebratur. Milburgis virginis, filiæ regis Mer-cioruun. cujus Vitam Atto cardinalis scripsit. • In aliis editionibus melius dicitur « Celsi episcopi. » Et in fine : « In territorio Arvernensi, sancti Syrenei martyris egregii. » Idem ipse est qui in textu Sinerus dicitur, ab Arvernis cultus ob reliquias illue ex Oriente, vel ex Pannonia, translatas. Plura vide apud Bollandum et Castellanum.

Die 94.

VI Kal.

Natalis beati Matthiæ apostoli, qui post ascensionem Domini ab apostolis sorte electus, apud Judæan Christi Evangelium, prædicavit. Item, inventio capitis Præcursoris Domini, tempore Martiani principis, quando idem Præcursor duobus monachis, primum, ubi idem ejus caput celatum jaceret, revelavit. In Cæsarea Cappadociæ, sancti Sergii martyris, cujus gesta præclarissima habentur.

NOTÆ.

Puri sunt Praten., Heriniem., Antuerp.-Maj., Marckian., Pulsanen Munerat., Greven et Molan.

Matthiæ promiscue scribitur, nobis hic præplacet martyrologorum lectio. In Heriniensi supra lineam ascriptas invenio voculas : inter sorte et electus, ponitur est, et post electus particula et Martiani passim legitur, si præferas Marciani cum Antuerp.-

Non usque ado certum est, ut quidem vul Castellanus pag. 732, Matthiam Apostolum ab Hieronymianis recoli xxi Maii; nam licet ibi codex Lucensis sub finem legat : Bt alibi natalis sancti Matthiæ apostoli, apographa alia, ut vetustissimum Epternacense et utrumque Corbeiense, imo et Gellonense, siquidem Hieronymianis accenseri possit, ibidem clare exprimunt S. Matthæi. Nihilominus Mathiam eo die suscipit Florentinius pag. 543, putatque recentioris instituti esse, quod in utroque Corbeiensi, ejus festivitas hoc xxiv Feb.consignetur. Ego hic tam recentis instituti festum non video, quod nimirum in Sacramentario Gregoriano a Menardo edito, hodie celebratur sub hoc titulo : Natalis sancti Malthiæ apostoli. Nec tam recentia sunt-Corbeiensia, in quibus ipsissima illa verba (excepto sancti) primo loco reponuntur. His adde Mrtyrologia alia ab Henschenio citata, uti et nostra quæ solito ordine perlustrabimus. Beda imprimis, sic habet hoc die: Inventio capitis Joannis præcursoris. Tum; Et natale sancti Matthiæ apostoli. Romanum parvum primo loco simpliciter : Sancti Matthiæ apostoli. A do in Martyrologio: Natalis sancti Mathiæ apostoli, quæ inter festivitates apostolorum expli- 1) catiora sunt, unde accepit Usuardus, omnia, quæ in textu adjecta conspiciuntur. Mirum est Rabanum a Beda deflexisse. Notkerum ab Adone, dum ambo ita scribunt : In Palæstina, nativitas sancti Matthiæ apostoli. qui de septuaginta, discipulis, pro Juda traditore in apostolatum electus in Judæa Bvangelium prædicavit. Fateor equidem in verbis potius quam in re discrimen esse, quale et in Floro invenies; nusquam vero aut tempus, aut locum, aut genus martyrii designatum. Cæterum, quæ Matthiægesta, cultum, corporis vel aliquarum partium translationes, miracula attinent, copiose illustravit Henschenius; cui compendia placent, legal is quæ habet Tillemontius tomo I a pag. 406, ct una notas quæ eo reducuntur.

De Inventione capitis Præcursoris jam ex Beda diximus. De Hieronymianis erit alibi disserendi locus. Eamdem et eodem modo refert "omanum

VARIANTES LECTIONES. Panca observatu digna occurunt. Mathiæ et B Maj. per me licet. Praten. et Muneratus scribmi quando isdem, nimia, opinor cacophoniæ evitanda religione, Capud in Pulsanem. pro capud, librarii sphalma est : *Uapadocie* pro *Uappadocie*, alibi sæpe recurrit. In Antuerp.-Maj. omissum est sub-

Belinus in eo solum discrepans, quod Sergium pra posuerit inventioni capitis Præcursoris.

OBSERVATIONES.

tantivum gesta.

parvum, ex quo Ado : ex hoc Noster sed omisso ubique proprio nomine, per appellativum satus distincto. In textu nostro innuitur cam fuisse inventionem primam, utiet in Romano hodierno asseri-C tur, ex sola, opinor, Usuardi auctoritate, qui vi primam Adoni superaddidit. Verum nihil ad hunc locum ca disquisitio, de qua consule sancti Pro-dromi Acta, ad xxvi Junii a Papebrochio egregie illustrata, ubi varias venerandi capitis inventiones fuse prosequitur toto cap. 3, de quibus brevius Tillemontius tomo I, a pag. 103, ct in notis a pag. 494. Porro quæ de hac nostra inventione sub Martiano principe facta, ab Adone Hieronimiana citante, pluribus deducta sunt, et a Notkero multum amplificata, Nostermore suo summatim delibavit, sed cum intrusione particulæ, quam supra notavimus. Wandalbertus utramque etiam festivitatem conjunxit :

Sextus apostolica radiat virtute Mathie, Occultumque dia caput, hoc Baptista retexit.

Sergius martyr Cæsariensis Cappadociæ, idem verosimillime est, qui cum Herulo et Lucio hoc die memoratur in apographis Hieronymianis, unde eos Notkerus eduxit. Ado illa non videtur consuluisse secutus Romanum parvum, ubi Sergina solus ponitur: Apud Cæsarem Cappadociæ, Sergii martyris. Noster sua omnia ex Adone desumpsit servatis etiam verbis ultimis, cujus gesta praclarissima habentur. Utinam ea, si unquam exstiterint, alicunde eruantur ! nam quæ in Collectione, nostra ex Tamayo Salazar producta sunt, ea ut minimum novo et accurato examine prorsus indigentquod loco et tempore, favente Deo, dabimus. Molanus in prima sua Usuardi editione Gregorium Taronensem citav ral ; sed in posterioribus subdu-bitare videtur an sanctus ille, cum libro de gloris martyrum, cap. 97, alicujus sancti Sergii miracula enumerat, de hoc nostro Sergio non meminerit; at ante ejus tempora vix cuiquam dubium fuit, quin ibi Gregorius de Sergio Bacchi socio loguo retur, de quo Usuardus, et alii ad vn Octobris. Vide Henschenii commentarium, num, 7, ubi etiam 08tendit laudatum Gregorium Turonensem lib. vu A lare, quam illum, qui, etiam Baronio teste, colitur Hist. Franc., cap. 31, non alium Sergium appel- citato die vii Octobris.

AUCTARIA.

Rosweyd. sic annuntiationem primam efformat : • In Judæa, Mathiæ apostoli, qui unus ex Lxx11 in loco Judæ, post ascensionem Domini [ab] apostoli sorte electus, subrogatus est. » Cætera purus.

ANTUERP.-MAX.-LUBEC et UGHELLAN. nihil habent de inventione capitis Præcursoris; et cum his convenit codex Alberg., atque in omnimode etiam conveniret DANIC. nisi in fine adjiceret : « Treveris, saucti Modesti episcopi et confessoris.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJ.-BELG. primæ annuntiationi inserunt hæc verba : « Atque in locum proditoris Judæ subrogatus. » In aliis puri, subdunt in fine augmentum: • Treveris, » etc. quod etiam in aliis codicibus infra non semel recurrit.

CENTULEN. : « Natale sancti Mathiæ apostoli. Ipso B die inventio capitis Præcursoris Domini, tempore Martiani principis. » Deest annuntiatio tertia, cui substituitur repetitio Polycarpi, de qua heri diximus : « Romæ, sancti Polycarpi presbiteri et confessoris, de quo in gestis beati Sebastiani legitur. »

BRUXELLEN. sic habet : « Natale sancti Mathiæ apostoli, qui post ascensionem Domini ab apostolis forte electus, atque in loco Judæ proditoris subrogatus, apud Judæam Christi Evangelium prædicavit. Cujus beati apostoli corpus, per Helenam reginam, a Judæa Romam translatum, sanctus Sylvester papa cum pluribus allis reliquiis per beatum Agritium episcopum, Treveris, ut fertur, transmisit. Eodem die, inventio capitis beati Joannis Baptistæ, præcursoris Domini, qui imminente festivitate Paschali, ut in Evangelio, patet, fuit decol-latus: quique tempore Martiani imperatoris, duobus monachis caput suum, ubi celatum jaceret, GREVEN. idem ferme Matthiæ elogium habet, quod revelavit. Quod et illi perquirentes, hac die inve- C ex editione LUBECO-COL. retulimus. Tum : « Romæ, nire meruerunt. » De Sergio satis bene. Tum: • Treveris, sancti Modesti episcopi et confessoris, qui post Miletum, cum multo fructu ibi Dei Ecclesiam rexit. »

HAGENOYEN, multa alia de Matthia comminiscitur, quæ licet nec satis clara, nec satis probata agnoscam, libet tamen hic etiam adducere, ut pateat quam varia et sæpe satis absona ab imperitis hominibus in libros etiam ecclesiasticos, crescente sensim nimia libertate, intrusa sint. Sic habet codex noster; Natale beati Mathiæ apostoli, qui statim post ascensionem Domini, loco Judæ traditoris, ab apostolis sorte institutus est apostolus. Qui prius erat Demicius (aliter legere non possum) septuaginta duorum discipulorum Christi unus. Ilic articulum Symbolo apostolico adjecit, et ludzam, ut in ea prædicaret, in sortem accepit : sed Judæis traditus lapidandus sub Nerone Cæsarc, et Aniano minore sacerdote Judæorum, agente illo vices præfecturæ. Qui ${\rm D}$ postea more Romano, securibus quasi bovem fecit percuti : et tunc Mathias apostolus, manus et oculos in cœlum tendens, emisit spiritum. » In secunda annuntiatione, de inventione capitis Præcursoris, satis purus est. Tum : « In Cæsarea Cappadociæ beati Sergii martyris, cujus gesta præclara leguntur fuisse. » Demum in fine adjicit : « Treveris, depositio sancti Modesti episcopi et confessoris.

REGINÆ SUEC., signatus num. 428 : « Parisius

civitate v fere milliari ab urbe, dedicatio ecclesiæ

BB. martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii. VATICAN., num. 5949 : « Romæ, natal s sanctæ Primitivæ. » Vide Acta, in guibus melius vocatur Primitivus, ex codicibus Hieronymianis cum socio aliquo Paulo, in portu Romano, conjunctus.

STROZZ et MEDIC. : « Sancti Matthiæ cujus corpus de Nicæa [Judæa] Romam, et postea Treveris est translatum; tamen caput éjus ostenditur a ca-nonicis ecclesiæ sanctæ Mariæ Majoris almæ Urbis, cum reverentia maxima. Inventio capitis præcursoris Domini.... quod modo Romæ requiescit in ecclesia sancti Silvestri, et ibi cum maxima devotione omnibus Christi fidelibus ostenditur. » Vide xxiv Junii in Actis.

Editio LUBECO-COL.: « Natale beati Matthiæ apostoli. Qui post ascensionem Domini ab apostolis sorte electus, atque in loco Judæ proditoris subrogatus, apud Judæam Christi Evangelium prædicavit. Qui prius unus de septuaginta duobus discipulis Christi fu't. Primo a Judæis capitur, et, velut blasphemus. lapidibus obruitur. Post hoc quasi bos securi percutitur, et capite truncatur. Tali marty-rio, prius oculos in cœlum figens, emisit spiritum. Quein venerabilis Ilelena Augusta Treveris indigena, post multos annos de Judæa ad urbem Romanam transvexit, et in ecclesia sanctæ Mariæ Rotundæ honorifice recondidit. Et nunc Treveris per translationem quiescit. » Sequitur inventio capitis, etc. Tum : « Treveris in ecclesia sancti Eucharii, depositio sancti Modesti, ejusdem loci episcopi et confessoris. » De Sergio recte. In fine : « Ipso die, beati Meforii confessoris. Item sancti Athelberti regis. •

sanctorum martyrum Primitivi et Pauli, Rutuli, Serapionis, Herodii, Lucii. Item Lucii et Flaviani. Montani et Gemelli martyrum.» Confusa hæc in Actis paulo distinctiora invenies. De Modesto, ut supra. « Athelberti regis Canciæ, seu Angliæ. Qui ad prædicationem beati Augustini, quem sanctus papa Gregorius miserat, conversus, fidei ampliandæ et ecclesiis exstruendis studiosum cooperatorem se exhibens, plenus operibus bonis quievit in pace. Ipso die, beati Meforii confessoris, Olympiadis sanctæ matronæ. Item Hiscæ et hinnæ, sanctarum. » Vide Prætermissos.

Molan. : « Treberis, beati Modesti episcopi. » Dein minoribus typis : « Ethelberti regis... scrip-tum est a Beda lib. 1 et n Historiæ gentis suæ. Rothomagi, pa sio sancti Prætextati episcopi ejusdem civitatis, de quo Gregorius Turon. in Chronico, lib. v, cap. 18; lib. vii, cap. 16, et lib. viii, cap. 31. » In editionibus aliis. « Treveris, beati... In Anglia, Ethelberti regis Cantiorum, etc. Rursus minutiori charactere : « Eodem die annotatur vita et martyrium sancti Montani et sociorum ejus Lucii, Juliani, Victorici, Flaviani et cæterorum, scriptum eleganti stylo, partim ab ipsis martyribus, partim ab corum familiari, qui præsens aderat. » Vide Ac-ta sane egregia, et notæ optimæ, ab Henschenio illustrata, et denuo recensita a Ruinartio a pag. 232.

Apud Ægyptum, natalis sanctorum Victorini, Victoris, Nicofori, Claudiani, Dioscori, Serapionis et Papiæ sub Numeriano imperatore : quorum primus, secundus et tertius pro confessione deitatis constanter exquisita suppliciorum genera tolerantes, reliqui quatuor Claudianus et Dioscorus flammis incensi, Serapionis et Papias gladio cæsi sunt. Omnes itaque celebre martyrium dedicaverunt.

V Kal

Die 25.

Ex Praten., Herinien., Antuerp.-Maj., Pulsanen., Antuerp. et Max.-Lubec., Munorat., Belin., Greven., et Molan. Adde Albergensem.

VARIANTES LECTIONES.

codicibus. Bgyptum et Bgiptum pro temporum ratione sæpe scribi notius est guam ut hic iterum notari mereatur. Nicophori scribunt Parvum Rom. et Ado Rosweydi, non Niceptori, ut recentiores. So-lus Molanus primos secutus est. Optimæ notæ codices textum firmant. Exerrant Pulsanen. et Munerat., ille Nicyfori hic Nichofori scribentes. An-tuerp.-Maj. pejus legit, Nicofri, scriptorio, sphal-mate, qualia etiam sunt Diascori et Serapionis. Errat item Pulsan. legendo Claudii pro Claudiani, in quo turpius cespitat Molani editor, qui primo

OBSERVATIONES.

Sola classis *Egyptiorum* martyrum hodie apud Usuardum recurrit, accepta ab Adone, contracto ejus elogio. Hic, ut solet, Romanum parvum secutus est, ubi septem illi hoc die distinctissime exprimuntur: Apud Egyptum, Victorini Victoris, Nicophori Claudiani, Dioscori, Serapionis, et Papiæ. Ilorum pars maxima apographis Hieronymianis pridie no-В ta est, sub hac enumeratione : In Egypto, passio sanctrum Victorini, Victoris, Nevictæ [Nivittæ, Nivititæ, Ninentiæ [Nicofori, Serapionis, Dioscori. Repetuntur septem, vel iidem vel synonymi, xxvm Februarii, sed pluribus aliis immisti, sine ulla loci designatione, quorum seriem sic pos-sis instruere: Serapionis, Claudiani, Victorini, Victoris, Nicopori, Diudori, Papiæ, qui, ut iterum dicam, si iidem ipsi sint, superius septenarium constituent. Conscripta fuisse olim, inquit Henschenius, horum martyrum Acta ex elogiis eorum, quæ in variis Marlyrologiis iisque perantiquis reperiuntur, videmur posse colligere. At quæ bic multa appellat Martyrologia, ad unum Adonis, mea quidem sententia, reducenda sunt. Viderit ipse Acta aliqua, ex quibus id potissimum eruit, quod tormentorum ab iis martyribus passorum diversa genera explicat, quæque Noster compendiosius re- C tulit. Itaque variæ illæ Martyrologiorum aliorum annuntiationes in Actisa laudato Henschenio deductæ, nihil magnopere ad rem nostram faciunt. Id autem observatu dignum, quod in Adone, tum Mosandri, tum Rosweydi nominetur, imperator Numerianus, agente Sabino duce, ubi procul dubio melius omissum fuisset Numeriani nomen, forte ab interpolatore aliquo insertum Actis, non ipsi Adoni, cum Notkerus eumdem ejustextum integrum describat. Exstat vero apud nosecgraphum Adonianum reginæ Sueciæ, quod olim videtur fuisse abbatiæ Fuldensis, in quo correctius solum legitur: Sub Sabino duce, quem scimus Christianos in Ægypto crudeliter dive-xasse, non sub Numeriano, qui ils infensus fuisse nusquam traditur, sed sub Decio, ut fusius enarrat Dionysius patriarcha, in sua adversus Germanum episto-

Rosweyd, in prima purus, hæc adjungit: • In D riam martyrii adepti sunt. » Vide Acta a Bollando Baunaria, sanctæ Walburgæ virginis. In Africa, Donati et Justi martyrum et aliorum XXI. » Ex Ilieronymianis accepti sunt, vide in Actis eorum socios.

LOVANIEN. textui, etiam puro, subnectit : « In Fenice [Phœnice] sanctorum Ananiæ presbyteri et Petri carcerarii ejus. »

A NTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., DANIC. et editio ULTRAJECT.-BELG. idem habent initium, et sic deinde proseguuntur : « Quorum primus sub præside Maximiano flagris cæcus, sale acetoque vulnera aspersus, ot cilicio asperrimo confricatus, deinde cum Petro præfato, cjus constantia converso, post varias pœnas, simul in succensam fornacem missus, cum aliisseptem militibus in mare præcipitati, glo-

Lego *Egyptum*, ut legi debet cum melioribus A loco ponens *Claudiani*, postea eumdem in *Clau*-odicibus. *Egyptum* et *Egiptum* pro temporum ra-*dium*, transformat. Est etiam sphalma typographi in Munerato, ubi pro constanter, male legitur constanti. Phrasim mutavit Pulsan. dum pro suppliciorum genera, vertit tormentorum supplicia. Sic Marchian. pro reliqui quatuor, substituit, reliqui, nimirum. Prima autem Belini editio, pro reliqui, male reliquæ. Pulsan. habet injecti, loco incensi. Alberg., Ant. et Max.-Lubec. legunt continue, gla-dio cæsi, omnes celebre.... Muneral., omnesque, pro omnes itaque.

la, ab Eusebio relata libro vi, cap. 40. Usuardus autem cum ca ex Adone seligeret, quæ in rem suam facere poterant, id de martyrii tempore selegit potissimum, quod securius omisisset, ex-puncto nimirum Sabino duce, ut ex laterculo nostro manifestum est.

De martyrii loco minus quidquam compertum est. nisi id a Græcis, qui diebus aliis eos martyres recolunt, mutare velimus, ut fecisse videtur Joannes Cabilunensis episcopus, si ipsius est Topographia sanctorum Christi martyrum, a Maurolyco vulgata et recognita, qui verbo *Diopolis*, septenos hoscenos-tros, ibi sub Numeriano collocat. Dum hanc quæstionem more suo diligenter et docte expendit Henschenius, nescio quo casu, a vero Topographiæ sanctorum auctoris prænomine aberrans, eam tribuit Petro Cabilunensi. Errorem solerter advertit clar. Castellanus in notis suis pag. 763, typographi oscitantiam benigne interpretatus : recte quidem, et pro suo in opus nostrum studio; verum dum ipse Henschenius corrigit, in alium errorem perquam similem, sive suum, sive typographicum labitur. Quid virum fefellerit facile intelligo, nempe rem totam non ultra examinans. Maurolycum secutus, Primi appellationem substituit, indefessam alias diligentiam suam hic desiderari passus, qui catalogum episcoporum Cabillonensium non consuluerit, in quo Primus nulus, sed pro anno, quo laudata Topographia a Maurolycoscriptatraditur, Joannes Germain, ejus nomi-nis apud alios x apud Sammarthanos x1 reperitur, vir doctissimus et scriptis aliis notus ; cujus prænominis apposita forte initialis littera J. Maurolyco ansam dederit Primum efformandi, ut ante me ex Raynaudo observavit Papebrochius, tomo V Junii, pag. 491, num 27. Videsis apud laudatos Sammarthanosan Topographia Maurolyci accipi nondebeat pro Mappa mundi spirituali, cum libro super ea el# cubrato, quæ ibi inter alia Joannis Cabilunensis opera recensetur, quamque Raynaudus, tomo XI pag-287, vocat Mappam sacram. Ad nostra regredimur.

AUCTARIA

illustrata.

Centulen. caret toto textu, sed legit : « In Africa, natale sanctorum Donati, Justi, Ingeniæ et aliorum quinquaginta. Item, natale sanctæ Aldetrudis virginis. »

BRUXELLEN. totum fere Adonis contextum, tametsi non omnino purum, sic exhibet : « Apud Egiptum, natale sanctorum septem fratrum Victorini, Victoris, Nycaforii, Claudiani, Dyoscori Serapionis, et Papiæ, sub Numeriano imperatore, agente Sabino duce. Quorum primus in pilam ex robore cavam et undique circumforatam missus, ac per singula foramina diutissime transpunctus est ; et cum nimius sanguis efflueret, eductus de pila, capite cæsus est. Secundus, manibus et pedibus amputatis, in eamdem

sime gladio cæsus est. Tertius, cum ultro in pilam fuisset ingressus, indignatus judex jussit eum inde produci, et super craticulam, prunis substratis, aliquantisper assari et inverti ; cumque in confessione persisteret, sublatus inde, minutatim gladio concisus spiritum reddidit. Reliqui quatuor Claudianus, et Dyoscorus flammis incensi, Serapion et Papias gladio perempti; omnes celebre martyrium consummaverunt. » De Anania et Petro eadem habet quæ codd. mediæ notæ. In fine autem subjicit : « Ilem Aldetrudis virginis, filiæ sancti Bovonis. » Vult di-cere Vincentii comitis. Vide Acta nostra, ubi ab Henschenio nonnullæ difficultates explanantur circa tempus vitæ Aldetrudis, circa diem obitus, et alia catenus non satis perspecta.

HAGENOYEN. alium textum composuit : « Apud Egyptum, natale sanctorum martyrum Victorini et Victoris, Nycopori, Dioscori, Claudiani, Serapionis et Papiæ, sub Numeriano imperatore Romano. Quo- B lius est eam hoe die obiisse, ut in Actis videre est. rum primus et secundus et tertius, pro confessione Deitatis, constanter exquisita suppliciorum genera tollerantes, reliqui vero flammis sunt incensi, ultimi duo gladio sunt cæsi. Omnes itaque sollempne martyrium dedicaverunt. » Sequitur Ananiæ annuntiatio, in qua sic positionem seu locum martyrii ex-primit : « In Veneti, sanctorum martyrum Ananiæ presbyteri, et ej s carcerarii Pctri. Quorum primus, » etc., ut codices mediæ notæ supra. In fine : Walpurgæ virginis. »

AQUICINCT. : « Inventio capitis sancti Pauli anostoli. »

CODEX. D. DU CHEVAL, signatus B : « In Phue-

IV Kal.

In civitate Pergen Pamphiliæ, natalis beati Nestoris episcopi, qui persocutione Decii, cum die noctuque orationi insisteret, postulans ut grex Christi custodiretur, comprehensus, nomen Domini mira libertate, et alacritate confessus, equuleo crudelussime tortus est. Exin crucis suspendio victor migravit. Apud Alexandriam, sancti Alexandri episcopi gloriosi senis. Hic post beatum Petrum, Arrium presbyterum suum hæretica impietate depravatum, et divina veritate convictum, de ecclesia ejecit, ac postea inter

trecentos decem et octo Patres, et eumdem in Nicæno concilio damnavit.

NOTÆ.

Ex Praten., Herinien., Tornacen., Ant.-Maj. Marchian., Pulsan., Munerat., Greven. et Molan. VARIANTES LECTIONES.

rat. Lego Pamphilia cum codicibus prope omnibus, licet ultro fatear meliorem esse Molani lectionem, Pamphylia. Textus recte habet orationi insisteret, discrepat solus Pulsanen. qui scribit, incumberet. Sic Molanus contra omnes posuit mirábili pro mira libertate. Eculeo habent aliqui; secutus sum modum scribendi communiorem et accuratiorem. Pro Exin, in Greven. et Molan., legitur *exinde* : nec a vero

OBSERVATIONES.

Diximus alibi, inter varias de Romani parvi auctore opiniones, unam esse multorum animis insitam, quasi hie ex Hieronymiano breviculum suum compilasset. Ego vero ex perpetua collatione, in qua tandiu versatus sum, censeo oppositum longe D esse verosimilius; et, ut non diffiteor, cosdem quandoque sanctos in cumdem diem utrobique concurrere, persuasissimum tamen habeo auctorem illum raro ex Hieronymianis apographis quidquam accepisse. Ut ad textum hodiernum accedam, certe dum sic annuntiat : Apud Pergen Pamphiliæ, beati Nestoris episcopi, alium plane ducem habuisse oportet.Hoc ut perspicias, en Hieronymianum hujus dici laterculum : Natalis sanctorum Alexandri, Nestoris, Theonis, Bpion, et aliorum plurium. Quænam hic, obsecro, convenientia? At sumere potuit ex die præcedenti: neque hoc opinor ; verba conferamus.

pilam missus, prioris tormenta sustinuit, et novis- A nice, sanctorum Ananiæ presbyteri et Petri carcerarii ejus. »

> ALTEMPSIAN. : « Romæ, inventio capitis sancti Pauli. »

> STROZZ. et MEDIC. : « Item, sanctorum martyrum Justi et Herenæi et sancti Victoris episcopi et martyris. »

> Editio LUBECO-COL. textui, fere puro, solum superaddit : « In pago Trecassino, beati Victoris confessoris. » Spectat ad diem sequentem.

> GREVEN. : « In Africa, Donati, Justi martyrum et aliorum unius et quinquaginti. Item Herenei, Pysionis, Nestoris, Castæ. » Sumpti sunt de more ex aliquo apographo Ilieronym. « Ananiæ martyris. Romæ, Aglaes martyris. » Vide indicem Prætermissorum. • In pago Trecassino, beati Victoris confessoris. Aldetrudis virginis, filiæ sancti Bavonis [lege Vincentii comitis], » qui et ipse sanctus colitur xxiv Julii Translatio sanctæ Walburgæ virginis. » Probabi-

> MOLAN. : «Item sanctæ Aldetrudis. » virginis filiæ sanctæ Waldetrudis. » Dein minori typo : « Eodem dic, sancti patris nostri Tarasii archiepiscopi Constantinopolitani. » Editiones aliæ auctarium ponunt hoc modo : « Item sanctæ Aldetrudis virginis, filiæ sanctæ Waldetrudis, quæ Malbodio manasterio se-cunda præfuit. In Sicilia, sancti Gerlandi ex Burgundia, episcopi Agrigentini, tempore Rogerii comitis. Die vigesima quinta, sancti patris Tarasii archiepiscopi Constantinopolitani. » Vide insignem de eo Henschenii commentarium, et Vitam a Gentiano llerveto e Græco Latine redditam, egregie illustratam.

> > Die 26.

Pergem pro Pergen scribunt Pulsancn. et Mune- C sensu omnino aberrare videntur Pulsanen. et Munerat. dum ponnunt et in. Scriptor codicis Antuerp .-Maj. posuit ex tamen quod prorsus nihil significat. Marchian. post Alexandri, omittit titulum episcopi. Arrium scribunt passim; male Antuerp.-Maj., Arritum. In Nicano variant. Damnarit ævi sui orthographiam redolet. Greven. in fine : damnavit eumdem : Molan., eumdem damnavit, utrobique recta constructio.

Lucenso sic ibi habet: Pamflia, natalis sanctorum

Nestoris, et Casta. Corbeiensia : In Pamphilia, natalis sanctorum Nestoris et Castæ, Claudiani. De-

mum Epternacen. : Pampiliæ, natalis sancti Nesto-

ris. Nusquam determinatus locus, nec appositus titulus; ubique ferme additi socii, quos a Nestore nostro removere nemo non cogitur. An hæc satis conve-

niant, ut primus ex posterioribus hausisse dicatur,

fallor si quis harum rerum peritus ex stimet. Credi-

derim ego Nestorem Magydenum ex Actis auctori

Romani parvi innotuisse, in quibus cum diem satis de-

terminatum non reperiret, hunc pro suo arbitrio, ut nonnunquam solet, præ cæteris elegerit. Ex simi-libus Actis egregium elogium concinnavit Ado, a

Notkero descriptum, a Nostro solitæ brevitati ele-ganter aptatum. Vide Acta ipsa, quæ Baronio et

Henschenio probata, dubiis tamen multis obnoxia

798

censet Tillemontius tomo III, a pag. 351. Quis No- A Tractatu chronologico de patriarchis Alexandrinis stor a Wandalberto celebrctur, patet ex ejus versiculo :

Nestore quartus ovat, socio pariterque Theone.

Quod de Nestore sentimus, idem et potiori jure militat in Alexandro patriarcha Alexandrino, eum scilicet nequaquam indigitari in ea multorum martyrum classe, quæ hoc die in Hieronymianis, et quidem absque positione seu loci designatione refertur. Undecunque vero cum desumpserit (ego ex Rufino acceptum non dubito) quacunque ratione ductus, xxvi Februarii ipsum affixerit auctor Romani parvi; certum est, ita in eo, hoc die legi, Alexandriæ, Alexandri gloriosi senis episcopi; certum est Adonem ex laudati Rufini Eusebio elogium Alexandro construxisse, quod ab Usuardo et Notkero fere ad litteram descriptum, in cætera deinde Martyrologia dimanavit. Martyrologii illius auctoritatem eludere conantur eruditi aliqui recentiores, ut B nimis consensus sanctorum cultui consecraverat. Alexandri obitum ex xxvi Febr. ad xvii Aprilis transferant, contra quam mihi visum fuerit in

Roswerd. textum purum refert. sed ei in fine adnectit : Portunati episcopi. Alii codices socios adjungunt, in quorum numero non conveniunt ; tu vide Henschenium et Florentinium, qui classes illas satis accurate dispescunt.

ANTUERP. MAX.-LUBEC., UGHELLIAN., BELIN., AN-IERP.-MAX.. VATICAN., NUM 5949, ULTRAJ.-LEY-TUERP.-MAX., VATICAN., NUM 5949, ULTRAJ.-LEY-DEN., LOVANIEN., DANIC. et editio ULTRAJ.-BELG., omnes etiam in textu satis puri, sic in fine habent : « Item Fortunati, Felicis, cum aliis viginti et septem. »

ALBERGEN., nescio unde ab solitis sociis recedat, hæc de Nestore ex Adoue textui admiscens : « Ille lætus psallebat dicens : Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. Præses vero stupens super tanta tolerantia, volens eum blan- C septem, martyrum. Arvenis, beati Agricolæ epidis verbis a fide revocare, dixit ei : Vis esse nobiscum, aut cum Christo tuo? Cui sanctus Nestor cum magno gaudio respondit : Cum Christo meo cram, sum, et ero. Exinde crucis, » etc.

CENTULEN., puto scriptoris oscilantia, confusas esse binas annuntiationes hoc modo: « In civitate Pergen, Pamphiliæ, sancti Fortunati episcopi et martyris, et aliorum triginta duorum. » Vide Acta.

BRUXELLEN., textum fero purum, præter morem servat, in fine adjungens : « Item Felicis martyris cum sociis viginti septem. »

HAGENOVEN. textum etiam refert tantum non purum. In auctario convenit cum superioribus. « Item Fortunati, et Felicis cum aliis viginti septem martyribus. »

AQUICINCT., pro Nestoris, legit Nestorii, subditque in fine cum aliis : « item Fortunati, Felicis, cum aliis viginti septem. »

130, in fine habent : « Nivernis, sancti Agricoli episcopi et confessoris. » Alii vocant Agricolam, ut vide in Actis.

STROZZ. et MEDIC. primo loco ponunt sanctum indigenam : « Apud civitatem Florentiam in partibus

III Kal.

a num. 193. Ibi dicta non repeto, solum observari velim ruere conjecturas omnes, quas multis agglomerat et mire contorquet eruditissimus Montfauconus, in prævio suo ad Vitam S. Athanasii monito, pag. 46, dum Romani parvi auctorem, textus Hieronymianos male interpunxisse et turbasse contendit, ut Alexandrum Alexandrinum hoc die collocaret, et. si superis placet, etiam martyrem faceret, ut die sequenti clarius refellam. Melius et brevius viro Cl. consilium suggeram; dicat rotunde, Romani parvi auctorem sanctos nonnunquam, pro suo fere arbitrio, certis diebus illigasse, de quorum vero obitus die indubitatam notitiam non habuerit : quod verum esse, ultro fatebimur ; sed an hic obtineat, nec ipsi, nec mihi exploratum est. Porro inter recentiores illos adversarios Castellanum quoque annumero, nimia libertate uti solitum, in mutandis diebus, quos a tot sæculis martyrologorum nostrorum una-Reliqua non moror, dum textus nostri origo et ge nuina simplicitas abunde demonstrata est.

AUCTARIA.

Tusciæ, natale sancti Andreæ episcopi et confessoris ejusdem urbis, successoris sancti Zenobii gloriosi episcopi et confessoris, magnificæ sanctitatis, vitæ laudabilis et clarissimi viri, cujus corpus re-quiescit in ecclesia cathedr.ili prædictæ urbis, juxta altare prædicti sancti Zenobii. »

Editio Lubeco.-Col., de Nestore etiam aliqua ex Adone interserit, post custodiretur, his verbis « Comprehensus a quodam Hyrenercho [Irenarcho] principe curiæ civitatis, oblatus est præsidi Pollioni, a quo, dum confiteretur nomen Domini miri libertate et alacritate, multis tormentorum generibus affectus, et equuleo crudelissime tortus est. Exinde, » etc. Sequitur d. Alexandro. Tum : « Item sanctorum Fortunati et Felicis cum aliis viginti et scopi et confessoris. In territorio Archiacensi, sancti Victoris confessoris. »

GREVEN. : « Item sanctorum martyrum Theonis, Epion, Justi, Donativi, Ampliati, Ingenii. Item Fortunati episcopi, Felicis et aliorum viginti septem martyrum. » De Agricola et Victore eadem habet, quæ editio LUBECO.-COL : « In Hibernia, Oghani episcopi. » Est inter Prætermissos. « Item sancte memoriæ Jacelini, prioris majoris Cartusiæ pos Brunonem decimi, viri magnæ sanctitatis et meriti. Nic defunctum quemdam monachum Cartusiæ, ut a miraculorum ostensione cessaret, præcepto obedientiæ compescuit. » Notatur solum inter Prætermissos hoc die et præcedenti.

Molan, in prima editione : « Item Fortunati, et Felicis cum aliis xxvii. In territorio Archiacensi, sancti Victoris confessoris. » Accedit in posterioribus : « Die vigesima sexta, sancti patris Porphy-VICTORIN et Codex Rec. Sceclæ, signatus num. D rii, archicpiscopi Gazæ. » Vide insignem ejus Vitam, a Marcho discipulo descriptam, a Gentiano Herveto Latine redditam, et in Actis nostris ab Henschenio illustratam. Mirum est Martyrologos nostros de tanto viro non meminisse.

Die 🛛 .

Alexandriæ, passio sancti Juliani martyris. Is cum ita podagra constrictus esset, ut neque incedere, neque stare posset, una cum Euno ministro suo, in sella judici offertur; qui camelis impositi jubentur per totam circumduci urbem, et flagris hinc inde inspectante populo laniari, usquequo finem ipsis verberibus sortirentur. In Hispaniis civitate Hispali, natalis sancti Leandri episcopi et confessoris, cujus prædicatione et industria, tota Gothorum gens per Recharedum regem ab Ariana impietate conversa est. Lugduni, sancti Baldomeris viri Dei, cujus sepulcrum crebris miraculis illustratur.

NOTÆ.

Sic habent Praton., Horinion., Marchian., Pulsan., Munoral., Belin., Grevon. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

rectam syntaxim requiritur. In Pulsanensi pro posset, male legitur potuisset et in Munerato pro Buno. habetur Uno uti et in Marchianem. Bellinus ponit Bnuo. Hic rursus pro inspectantelegit spectante cui accinit Munerat., qui pro Hispali scribit Hispalis. Hispaniis véro et Hyspali, quæ apud aliquos inveniuntur. sæculi vitio tribuenda sunt. Recharendum habet prima Belini editio, altera cum omnibus codicibus Recharedum quorum auctoritate ducti

Juliani et Buni sacra commemoratio debetur auctori Rom. parvi, qui sanctos illos non aliunde, quam ex Eusebio Rufini accepit, sunt que de eorum numero quorum certamina prædicavit Dionysius Alexandrinus, in sæpe laudata ad Fabium Antiochenum epistola, apud Eusebium libro vi cap. 41, ex quo alii omnes. Sic habet prædictum Martyrologium : Alexandriæ Juliani martyris et Euni qui cum ipso sene in B conversa est. Qui etiam fratrem ejus Erminigildum confessione perduravit. Ubi advertes proprium Eu- B regem, vivente adhuc patre hæretico, ab eadem ni nomen Cronion esse præter missum. Ado ex Eusebii verbis elogium adornavit, quod Noster brevius exhibet. Satis mira est Montfauconi animadversio in monito ad Vitam Athanasii, de quo pridie etiam meminimus. Illicenim auctorem Rom. parvi arguit perturbationiset confusionis, quasi qui diversa in unum conflaverit, et ita quidem, ut per hæc verba : Qui cum ipso sene in confessione perduravit, indicet Bunum cum Alexandro patriarcha subiisse martyriumutpote cum Alexander, ut vidimus die præcedentigloriosus senex dicatur. Sed hæc et reliqua quæ ibi Montfauconus adducit, quam levi conjecturæ innitantur, ex sola illius Martyrologii, Adonis et Notkeri, lectione ad oculum commonstratur. Poteraautem oculos ipse suos convincere, si velobiter Eusebium inspexisset loco citato, cujus verba hic referam : « Quorum Julianus, vir podagate doloribus constrictus, qui nec stare poteratnec incedere; una cum diobus aliis, qui ipsum portabant addustus est. C Horum alter statim negavit; alter, nomine Cronion qui Eunus cognominabatur, nec non et senex ipse Julianus, cum Chistum confessi essent, » etc. Habet hic Montfauconus senem cum quo Eunus in confessione perduravil; habet non quo Romanum parvum sed se perturbationis accuset quod nempe duorum dierum diverssissimos textus in unum confuderit.

TORNACEN. textui puro et simplici superadit : • Eodem die sanctæ Honorinæ virginus, et martyris» **Ex translatione maxime innotuisse videtur; ut docet** Henschenium in Actis.

ANTUERP.-MAJ. hic mutilus est; sic habet : In Hispania civitate Hispali, natale sancti Leandri, epis-copi ad quem beatus Grsgorius libros Moralium scribit. Item eodem die in Alexandria, natale sancti Juliani martyris,

Roswevo. in prima purus, alteras duas in diem sequentem rejicit, hic vero iis substituit : « Item in Africa Dionis, martyris et aliorum. xxIII. » Voluit dicere Dionysii. Alii numerant xxiv. socios anonymos.

ANTUERP. MAX LUBEC, in fine adjiciunt. : » Eodem die, Alexandri Abundantii et Fortunionis.

ANTUEPP.-MAX., ULTRAJEC., LEYDEN., LOVANIEN., Alberg.,Danic., Hagenoven. et Editio Ultraj.-Belg. in prima et ultima satis puri in secunda de sancto Leandro post confessoris interserunt : • Ad quem beatus Gregorius libros Moralium scripsit. « In fine habent ut supra et ut plures codices inferius : « Eodem die, Alexandri, Abundantii et Fortunionis. » Ex Hieronymianis a classe Thessalonicensium martyrum avulsi sunt : vide reliquos socios in Actis recte ordinatos, ubi quid in Romano hodierno erratum sit facile deprehendes.

CENTULEN. ex toto textu Usuardino nec verbum

Munerat post, Iscum omittit ita quæ particula ad A ita in textu reliquimus. Munerat, tria hæc verba por Recharedum regem omisit. Scripsi Arriana, ut pridie factum est. Marchianem. Pulsanen, prima Belini editio et Greven legunt. Baldomeri, recte opinor, quamvis aliorum codicum torrenti cesserim qui cum Adone et Notkero constanter scribunt Baldomeris vel Baldemeris. Molan tem in editione altera ponit Baldomeri, corrigitque etiam quod male in prima legerat ipsius verberibus pro ipsis :

OBSERVATIONES.

De Leandro celebri illo Hispalensi episcopo nulli martyrologi Adone antiquiores meminere. Eum ipse primo loco annuntiat, his verbis : « Apud Hispaniam civitate Hispali, sancti Leandri episcopi et confessoris : ad quem beatus Gregorius libros Moralium scribit : cujus prædicatione et industria tota Gothorum gens, per Reccaredum regem, ab Ariana impietate regem, vivente adhuc patre hæretico, ab eadem Ariana hæresi ad catholicam fidem correxit, atque usque ad gloriosam martyrii passionem suis exhortationibus perduxit. « Hæc omnia Notkerus, primo etiam loco descripsit; Usuardus, mutato ordine, sensum Adonis secutus est. Rejicitur in Actis ad xm Martii propter rationes ibi assignatas, quarum præcipua, quod per totam fere Hispaniam non alio quam'eo die colatur. Putat Castellanus martyrologos non sæculi ansamcepisse, Leandrum Hispalensem hoc die memorandi, quod in apographis Hieronym, inter Smyrnenses martyres Leander aliquis commemoretur. Non assentior; id enim in Adone iisque qui ipsum secuti sunt, hactenus exemplo caret, saltem quod a me observari potuerit. Hunc de Leandro versiculum nobis reliquit Martyrologus metricus.

Tertius Hesperise Leandro antistite floret.

Baldomerus etiam ab Adone primum in Fastos relatus est cujus verba Usuardus ac Notkerus descri pserunt. Nomen gallicum Calmiervel Geaumier perrectam analogiam, difficulter a primitivo descendit. Pauca quæ de eo Chiffletius eruit, vide in Actis ab Henschenio illustratis. De textu nostro dubii nibil superest.

UCTARIA.

D

exhibet, hoc solum ex Hieronymianis referens : « In Affrica sancti Dyonisii et aliorum xxiv martyrum. » Jam dixi, non unam esse eorum codicum lectionem cum aliqui solum numerent comites xx:11.

BBUXELLEN. incipit a Leandro : « Apud Hispaniam civitatem Hispalim ... » ut codices mædiæ notæ. Sequitur de Juliano et Euno. Tum : « Eodem die Álexandriæ Abundantii et Formionis. » Melius ha-

bent codices supra. « Apud Lugdunum, sancti Bal-duneti... » Denique : « Item Fortunati martyris. » Aquicincr., in fine : « Item Alexandriæ, Abundan-

tii et Fortunionis. » Errorem jam novimus. « Et sanctæ Honorinæ virginis. »

VICTORIN., ET REG SUEC., signatus num. 30, et UGHELLAN : « Item S Alexandri, Abundantii, Fortunionis. » Est augment un quod sæpe recurrit

MARTRIC., CARTHUS ULTRAJ. post textum plane mu-tilum addit : « Inventio sancti Joannis Baptistæ; » ast in margine : « forte Joannis filii Eutropii.»Imo

verosimiliter neutrius. Vide prætermissos. BIGOTIAN. Codex signatus P. 5, qui fuit PP. Cælestinorum : « Item Alexandri, Habundantii, et Fortunionis. »

REG. SUEC. signatus 428 : « Ipso die sanctæ Honorinæ virginis et martyrįs.

Codex D. DU CHEVAL. signatus B : « Eodem die Alexandri Abundantii et Fortunionis. »

VATICAN. num. 5949. : « Alexandri Abundantii et A rum brachia expiravit. Item bəati Joannisabbatisin Fortunionis et aliorum xxiv. »

STROZZ et MEDIC. : « Item S Januarii. » An ex sociis SS. Alexandri, Abundantii, etc. ?

Editio LUBECO-COL. post Leandrum hæc apponit : « Vocatio ad apostolatum sanctorum Petriel Andreæ apostolorum. » Sequitur de Baldomero. Dein : « Eodem die, sanctorum Alexandri Abundantii et Fortunionis martyrum. Ipso die beatæ Onosimæ virginis. » Lege Onesimæ, de qua hodie in Actis.

GREVEN. : « Thessalonicæ, Alexandri, Abundantii, Antrogoni, et Fortunionis martyrum. In Africa Diunisii, Taciani, Dionis martyrum aliorumque xxxIII. » Ita jam passim Grevenum accessiones suas ex apographis Hieronym, inchoare advertimus. «Onesimæ virginis. Item Macharii. Castro Conflando, Honorinæ virginis. Item beati Joannis Monachi, filii Eutropii magistri militum urbis Romæ. Qui cum in omni sanctitate annis septem in monasterio stetisset, Romam rediit; in domo parentum incognitus permansit B sorum remittuntur ad 1x Octobris. et in extremo vitæ parentibus se revelans, inter eo-

Scithi, qui rogatus a fratribus, ut verbum aliquod salutare eis relingueret respondit : ex quo factus sum monachus, nunquam propriam feci voluntatem nec aliquid docui quod non prius ipse fecissem, Item alterius Joannis in eremo superioris Thebaidis vitam, oribus, et abstinentia præclari. Joannis etiam alterius, qui in deserto Sutriæ tanta consolationis gratia refulsit, ut quantacumque mæstitia quispremeretur, paucis sermonibus ejus lætitia et alacritate repleretur, » De his tribus synonymis aliis, vide indicem Prætermissorum.

MOLAN. : « Eodem die beatæ Honorinæ virginiset martyris. » Ita in prima editione. Aliæ sic habent : «Eodem die in Nortmannia, beatæ Honorinæ virginis et martyris. Die vigesima septima sancti patris Procopii Decapolitæ, confessoris. » Demum minori charactere: « Item apud Metaphrastem, sanctorum Andronici et Athanasiæ. » In syllabo Prætermis-

Pridie Kal.

Nullæ hic variantes.

In territorio Lugdunensi locis Jurensibus, depositio beati Romani abbatis, qui primus illic vitam béremiticam duxit, et multis virtutibus ac miraculis clarus, plurimorum postea pater extitit monachorum. Eodem die, sanctorum Macharii et Rufini.

NOTÆ.

Sumiturtextus ex Praten., Herinien, Tornacen Marchian et Pulsanen. Concordat. Munerat, sed translationem adjicit S. Augustini. Grevenus contra et Molanus in ultima annuntiatione Macarii et Rufini

VARIANTES LECTIONES.

Quidquid de Romano abbate Jurensi in hodierno nostro textu ponitur, ex Viennensi sumpsit Usuardus, et totidem verbis Notkerus (silentibus de eo C sancto antiquis reliquis Martyrologiis) rescissa utrobique ultima Adonis periodo hac : Venerabile ejus corpns situm est in finibus Vesontionum ; quam in nonnullis codicibus auctioribus restitutam infra exhibebimus. Quæ vero hic paucis Adomemorat fuse et diligenter eruderavit Henschenius, qui ejusdem Romani Vitam a coævo scriptam a Petro Francisco Chiffletio erutam, non minori studio illustravit. Sintne vero in prælata Vita interpolationes, quos recentior criticus se de-prehendisse autumat in Supplemento examinabitur: Jam dixi abesse hoc die ab antiquis reliquis martyrologis Romani nomen; addo hic vacare penitus Romanum parvum, ut nonnunquam in memoriam revocem, quam parum verosimiliter opinentur aliqui, brevioris hujus Martyrologii auctorem, Adonis contractorem esse, ut pote qui hic vel unicum sanctum notare neglexerit, quem in Adone exstitisse manifestissimum est.

De Macario et Rufno, item Justo et Theophilo D agit hoc die laudatus Henschenius, eosque pruden. ter duas numerosiores Hieronymianorum turmas ad quarum alterutramreferendi videntur; ultimi fortasse ad priorem Alexandrinorum, primi ad alteram. Obscuros esse Hicronymianos textus, legenti palam est, nec habuit Florentinius quo classes accuratius distingueret, aut ad proprias positiones reducerct. Nobis de sola Usuardi lectione, seu de so-

ANTUERP.-MAJ. Adonis clausulam restituit, sic annuntiationem formans: « In territorio Lugdunensi locis Jurensibns, beati Romani abbatis, qui primus illic heremiticam vitam ducens, et multis virtutibus ac miraculis clarus, plurimorum postea pater extitit monachorum, Venerabile corpus ejus situm est in finibus Vesontionum. » Soli duo codices mss. deficiunt. Ant.-Max., Lubec et passim codices reli-qui redundant in Justo et Thcophilo. Plura vide in Observationibus, cætera in Auctariis.

OBSERVATIONES.

lis Macario et Rufino quæstio est. Mirari autem subit Castellanum, pag. 803, tam rotunde asserere apud Usuardum æque ac Adonem non alium sanctum hoc die signatum reperiri præter solum *Romanum*, quod nisi vehementer fallor, ex Molani editione supponere debuit; certe percharum sibi codicem Pratensem tunc non inspexerat, nec codicum aliorum mss. ab Henschenio citatorum rationem habere voluit ; de rei veritate non dubitaturus, si longam hic talium seriem consulere potuisset. Variant Hieronymiana in martyrum nostrorum sexu, iisque pressius insistendo, viderentur hi ambo Macarius et Rufinus in feminas transformandi. Atcum etiam Wandalbertus tam clare enuntiet :

Machario pridie Rufinus jungitur almus;

ita ab illis alicubi inventum fateri necesse est, neque nobis ob auctoris nostri sententia deflectere licet. Qua porro de causa ab his martyrologis hi duo præcipue ex tot aliis selecti sint, quis divinel ? Credo ego id arbitrarium fuisse, quemadmodum apud Rabanum et Notkerum. quatuor aliorum factus est delectus : In Alevanrdia : sanctorum Celeris Pupilli, Legici [Notkerus Gaii] Serapionis, nullasociorum servata memoria; ut innumeris locis apud duos illos martyrologos usuvenit, et in nostro etiam sæpius recurrit. Quam recte martyres illos diges serit Galesinius. et ex eo alii, vide in Actis. pag. 723 De textus nostri germanitaté ambigi nequit, guidquid Grevenus et Molanus a cæterorum codicum consensu deflectant.

AUCTARIA.

Usuardini reperiuntur, hic nempe et Centulensis, qni careant Macario et Rufino.

Rosweyd-primo ct secundo loco refert annuntiationes duas de Leandro et Baldomero quas in eo codice huc male translatas, die præcedenti notavimus. Sequitur textus hodiernus plenus et purus. ANTUERP et MAX.-LUBEC secundam annuntiatio-

Die 28.

nem referunt sicuti eam Henschenius in Actis posuit : A Dionysii, Claudiani et Theophili. » Unde hic Diony-Eodem die, sanctorum Macharii, Rufini, Justi et sius acceptus sit, non facile dixeris. Theophili. » Atque hi in pluribus codicibus sic conjuncti inveniuntur, procul dubio ex Hieronymianis apographis primum accepti, quamvis tres primi, aut saltem his synonymi, inter Auctaria compareant. XII Februarii. Vide indicem Prætermissorum hoc die.

Alberg. et Danic., cum codicibus ejusdem notæ mox citandis, textuí modicissime mutato nonnulla de Romano interserunt, quæ ex sola nominis cum altero Romano cognatione perperam commista sunt, ut invenies in nostro Prætermissorum indice ad nomen S. Romani abbatis de Fontisrogo, et clarius ad xxII Maii. Verba illorum omnium codicum sunt : «Hic beato Benecdicto creditur habitum monachicum tradidisse, eique ad sonum tintinnabuli victus necessaria ministrasse. »Tum in fine annuntiationem subdunt, de qua supra : « Eodem die sanctorum Macharii, Rufini, Justi et Theophili. »

ANTUERP.- MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., LOVANIEN. et editio ULTRAJ.-BELG. addunt præterea : « Item, translatio sancti Augustini episcopi et confessoris, ab Yppone ad Sardiniam. » Ubi notabis Leydensem útrumque codicem et Lovaniensem has voces interjicere, Patris nostri; ut inde facile colligas, codices illos ad usum cœnobiorum, vel parthenonum ordinis sancti Augustini fuisse scriptos.

CENTULEN., incipit : « Natale sanctorum Publii [an non Pupilli ?], Justi, Theophili et Felicis mar-tyrum. » En delectum alterum ex Hieronym. plane pro arbitrio factum. De Romano hæc duntaxat : « In territorio Lugdunensi, sancti Romani abbatis. »

BRUXELLEN., de Romano addit, quod habent alii supra, adjicitque ex Adone : « Cujus corpus venerabile situm est in finibus Vesontionum. Eodem die, sanctorum Macharii, Ruphini, Justi, et Theophili. Et Papiæ, reconditio corporis beati Augustini eccle- C size Yponensis episcopi. »

HAGENOVEN. adhuc aliquid superaddit iis quæ de Romano superius dicta sunt. Videlicet : « Hic beato Benedicto patri nigrorum monachorum et gryseorum creditur, etc. » Tum, post ministrasse: «Eodem die, Julii et Juliani confessorum : » Qui, quales, aut unde accepti sint, non invenio. Utrum populares Alsatici, postea inquiretur. « Item eodem die, sanctorum martyrum Macharii, Ruphini, Justi et Theophili. Eodem die, sancti Donati martyris, qui sub duce Ursacio, et Marcellino tribuno, Carthagine passus est. » Donati festum prævenitur, vide die sequenti.

Aquicingt. post monachorum, subdit : « Hic etiam beato Benedicto in initio conversionis suæ adjutor et cooperator exstitit : Eodem die, sanctorum Macarii, Rufini, Justi et Theophili. In Alexandria, sanctorum

VICTORIN., in fine : « Apud Papiam civitatem, reconditio sancti Patris nostri Augustini episcopi. Eodem die, sanctorum Macarii et Rufini, Justi, et Tneophili martyrum. »

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. : « Romani abbatis. Macarii et Rufini martyrum. Oswaldi archiepiscopi Eboracensis [*in margine*, *alias*, Wigorniensis] magnæ sanctitatis viri. »

VATIC. signatus num. 5949, et Ughellian. :

« Sanctorum Macharii, Rufini, Justi et Theophili.» MUNERAT. : « Ipso die, translatio beati Augustini episcopi et confessoris. »

BELIN., sic orditur : « Papiæ : translatio sancti patris Augustini episcopi et confessoris. » In fine autem : « Eodem die sanctorum Macharii et Rufini, Justi et Theophili. »

Editio LUBECO-COL. : Romanum etiam confundit B cum sancti Benedicti ministro, addeus cum Bruxel-lensi ex Adone : « Venerabile corpus ejus situm esse in finibus Vesontionum. » Sequitur : « Vocatio sancti Philippi ad apostolatum. Eodem die; Macarii etc. Ipso die, sanctæ Rufinæ virginis. » Addere potuisset Macaria. Vide supra in Observationibus, et in Actis pag. 748. « Translatio beati Augustini episcopi de Ipona in Sardiniam ; facta anno Domini quadringentesimo nonagesimo octavo, temporibus Symmachi papæ et Anastasii imperatoris, ab obitu eiusdem sancti viri anno sexagesimo secundo. Et hæc ipsius translatio dicitur (prima). » Spectat ad xxviii Augusti.

GREVEN. : « Macharii, Rufini, Justi, Theophili martyrum. Item sanctorum Celeris, Pupilli, Clau-dionis, Macharii, Gaii, Serapionis. In Britannia, sancti Oswaldi episcopi Wigornicnsis et confessoris Symphroniæ matronæ et martyris. » Vide Prætermissos. « Pynnosæ virginis et martyris. » Rufinæ virginis. Translatio prima sancti Augustini episcopi de Ipone Sardiniam, facta anno Domini ccccxcviii, ab obitu cjus sexaĝesimo secundo. Luitbergæ in-clusæ, beatæ memoriæ. Vocatio sancti Philippi apostoli anno xxx, feria quinta, de qua Joannis I. »

MOLAN. : « Papiæ, translatio S. Patris Augustini episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Macharii et Rufini, Justi et Theophili. » In editionibus aliis solum adjungitur : « Die vigesima octava, sancti patris el confessoris Basilii, synascetæ sancti Proco-pii. » nempe *Decapolitæ*, de utroque in Actis xxvII Februarii. Sequitur hic Molanus Græcorum Horologium, de quo superius locuti sumus. Fasti Græci non omnimode conveniunt. Maluit Henschenius utrumque, die præcedenti conjungere ex Menologiis, tum illo, quod a Canisio ex Sirleti versione editum est, tum altero, quod Basilii imperatoris appellatur. Plura vide in laudati Henschenii Commentario.

MENSIS MARTIUS

HABET DIES XXXI.

Kalendis.

Die 1.

.

Romæ, sanctorum martyrum ducentorum sexaginta, quos jussit primo Claudius pro Christi nomine damnatos arenam fodere. Deinde præcepit, ut foras muros portæ Salariæ mitterentur, et in amphitheatro ejusdem civitatis militum sagittis interficerentur. Eodem die, sancti Donati martyris, qui sub duce Ursacio et Marcellino tribuno Carthagini passus est. Andegavis, sancti Albani [Bouillart., Albini] episcopi et confessoris, viri præclarissimæ virtutis et sanctitatis. Civitate Massilia sanctorum Hermetis et Adriani.

NOTÆ.

Bo Praten., Tornacen., Pulsanen., Munerat., Greven et Molan.

VARIANTES LECTIONES

natos, harenam et id genus alia, vix notari merentur, Amphiteatro scribunt fere omnes, exceptis Greveno et Molano; nos postremos secuti sumus, ut antea factum est. Nescio cur Grevenus pro Donati legat Clonæ, Fragmentum Marchianensis pro mense Martio, habet Dona, sed a citandis fragmentis in ordine

Clodius pro Claudius est error Munerati. Damp- A ad textum, abstineo. Ursacio vel Ursatio habent codices promiscue prætuli quod in laterculo est. Cartagini legunt Praten., Tornacen., Pulsanen. et Munerat. : servanda fuit ea scribendi ratio. Religi sunt errores duo codicis Pulsanen., scilicet Marsilia pro Massilia, Abiani pro Adriani.

OBSERVATIONES.

De prima textus nostri anonyma cohorte, ita hoc die in Actis pronuntiavit llenschenius Illustris horum sanctorum martyrum memoria est conservata in variis et perantiquis Martyrologiis, ac potissi-mum in Aclis SS. Marii et Marthæ conjugum, etc. Ex his nimirum primus ipsos in sacros Fastos retulit auctor Romani parvi, ita legens : Sanctorum martyrum cclx, temporibus Claudii, qui via Salaria arenam fodientes, damnati fuerunt. Auctiorem paulo et clariorem textum ex iisdem Actis reddidit Ado, a Notkero descriptum, a Nostro expolitum, B nec plura de ils martyribus commemorari posse. ex præfato Henschenio ostenditur. Una porro et sola est Romani parvi et Adonis annuntiatio, cæteræ ab Usuardo primum positæ sunt, ex aliquo codice Hieronymiano verosimillime acceptæ.

De Donato aliquo certum est, hoc die meminisse apographa Hieronymiana, quorum hoc principium : Natalis sanctorum Leonis, Donati, etc. In vetustissimo Epternacensi, palæstra præfigitur: In Africa. Quærilur an *Donatus* hic noster, quem *Carthagine* passum ait Usuardus; quæritur, inquam, an is ipse sit, qui apud Hieronymiana aliis immistus est. *Post* longam discussionem, inquit Henschenius, arbitramur secernendum : opinor, quia diversis notis distinguitur. Lubens cedo majorum auctoritati; quamvis ex longa jam et studiosa Martyrologiorum inter se collatione, existimem Usuardum non alium fontem præter Hieronymiani habuisse, unde Donatum educeret, ex quibus et Wandalbertum hausisse suade- C tur, dum sequentem proxime Albinum sic cum eo conjunxit : Mortis Donatus lenet Albinusque Kalendas. Unde porro agonis locum determinaverit, unde

HERINIEN. hic e purorum codicum numero excluditur, quia post mitterentur, omisit hæc verba : « Et in amphitheatro ejusdem civitatis, militum sagittis interficerentur.

ANTUERP.-MAJ. in prima annuntiatione Adonem potius quam Usuardum sequitur. Deinde de Albino, tum de Donato, satis pure. Desunt martyres Massilienses, adjicitur autem : « Apud urbem Antinoum, passio beati Leonidis, qui ab eodem judice quo sanctus Asclas, variis suppliciis interemptus est. » An hic Leonides, de quo in Actis xxviii Januarii? Vide Prætermissos.

Rosweyd. in prima satis purus; in secunda, post passus est, adjicit : Bt aliorum xiv; unde patet Donatum nostrum pro Hieronymiano olim acceptum. In tertia et quarta purus est; in fine autem subdit : D «Eodem die, sancti Suitberti episcopi et confessoris.»

ANTUERP. et MAX.-LUBEC., in fine post textum purum : « Passio sancti Leonis martyris. » De hoc agunt codices plures infra citandi. Non video alium esse posse, quam qui in prima classe Hieronym. primo loco ponitur : si enim de Leone Rothoma-

gensi ageretur, addendus erat *episcopi* titulus. MARCHIAN., pro Donato, legit *Donæ*, ut supra diximus.

ANIUERP.-MAX., ULTRAJ., LEYDEN., ALBERGEN., DA-NIC. et EDITIO ULTRAJ.-BELG., post textum purum, subnectunt : « Apud oppidum imperiale quod Werda dicitur, natale sancti Switberti Verdensis episcopi et confessoris, qui temporibus Pipini, una cum sancto Willebrordo verbum salutis gentibus prædi-

ducis et tribuni nomina Usuardus accersiverit, quis conjiciat ? Fateamur notitiam aliunde habuisse, quæ ad nostra tempora non pervenerit.

Albinus distinctissimis characteristicis in Hieronymianis dignoscitur. Adjectitium censuit Acherius, quales si solam ætatem spectes, plurimi in iis codicibus passim occurrunt, qui nempe Eusebio et llieronymo longe posteriores sunt. Ipse scribendimodus in utraque Corbeiensis codicis editione, novitatem sapit : Andegavis civitate, depositio sancti Albini episcopi et confessoris Propius ad veterem stylum accedit Epternacense : Andicavis, depositio Albini episcopi absque titulo confessoris qui per depositionem in iis codicibus satis indicatur, nec in Lucensi positus est. Et sic ferme habent Rabanus et Notkerus. Usuardi exornatiuncula, si trito sermone uli licet, nihil memorat præter Commune sanctorum. Plura et operose exquisita dabit Henschenii Com mentarius

Circa Hermetem et Adrianum major difficultas; unde seilieet et qua ratione hi duo ab Usuardo Massiliæ componantur, qui apud Hieronymiani magni terrarum spatiis divisi sunt ; Massiliensis alter, alter Africanus; sic enim uno ore codices illi; In Africa Adriani, Victuri, etc. In Massilia, Hermetis, Githei, etc. Hæc pridem ab Henschenio expensa sun, qui gravibus de causis Adrianos distinguendos animadvertens, suum Africæ, Romæ suum, suum item Massiliæ vindicavit. Ego hic nihil magnopere invenio, quod me a solerti magistri discretione revocet, eamque adeo amplector libentius, quod tutandæsalvandæque Usuardi auctoritati magisconducat.

AUCTARIA.

cavit. Hic intercetera infirmitatum genera morbum quem physici squinanciam nominant solitus est curare. » Convenit LOVANIEN., sed prædicationis tempus et socium intermisit.

CENTULEN. rursum ab Usuardo recedit : « Romæ, sanctorum martyrum xL qui ad harenam fodiendam damnati fuerant pro Christi nomine. Andegavis, depositio sancti Albini episcopi et confessoris.

BRUXELLEN. In martyribus cclx, et Donato fere purus, tertio loco sic habet : « Apud urbem Anthinoum, passio Leonidis martyris, patris Origenis; qui capite pro Christo plexus est. Cum quo el filius Origenes etiam occubuisset, si non vestibus spoliatus, maternis artibus fuisset præventus. » De Leonidum confusione, vide indicem Prætermissorum. Sequitur de Hermete et Adriano. Deinde ; • Andegavis, sancti Albini episcopi et confessoris, cujus vita virtutibus et miraculis plena refulsit. Apud Castrum imperiale quod Werda ... » ut supra in codd. mediæ notæ. « Ipso die sancti Sintherii episcopi et confessoris. » Sive Sinthecius sive Suithecius scribas, ut ignotus in Actis prætermi-ttitur. « Et sancti Senardi abbatis. » Vult dicere *Siviardi* Anisolensis, de quo hodie in Actis.

HAGENOVEN. In prima annuntiatione satis purus, secundo loco ponit : « In urbe Tuan, in Anglia, sancti David ejusdem civitatis episcopi, admirandæ sanctitatis viri. » Agit, ni fallor, de Davide Menevensi, qui etiam infra memoratur. Sequitur de Albino, pure. Tum : « Passio sancti Leonis martyris. Civitate Marsilia, sanctorum Hermetis et Juliani. A chiepiscopiet confessoris. Hunc nasciturum sanctus Apud oppidum imperiale » ut supra.

Aquicinct. penultimo loco interjicit : « Turonis. sancti Simplicii confessoris. » Quæ eadem habet codex Daveronensis. Addere uterque poterat « episcopi, » agitur enim de archiepiscopo Bituricensi.

VICTORIN. et REG. SUEC. 130 : « Apud urbem Antinoum, passio beati Leonidis. »

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. incipit : « David episcopi et confessoris, cujus miri actus describuntur, ac discipulorum. » Cætera ex textu, sed mutila omnia.

Codex BIGOTIAN., signatus P. 5, CLUNIACENSIS item et UGHELLIAN. : « Passio sancti Leonis martyris. »

ALTEMPSIAN., post Adriani, adjicit : « Juliani. » Dein : « Passio sancti Leonis, »

STROZZ. et MEDIC. : « Item passio sancti Leonis maryris. In civitate Perusii, translatio corporis sancti Herculani, ejusdem civitatis episcopi et martyris. »

metis et Adriani, et passio Leonis martyris.

Editio LUBECO-COL., primo loco : « In territorio Montensi, oppido imperiali.... » ut supra. Sequitur textus purus; in fine : « Apud urbem Antinoum, beati Leonidis martyris. Ipso die, sanctorum Simplicii et Senardi confessorum. Eodem die, sancti Clonæ martyris. » Jam diximus Donatum esse. « Item sancti David episcopi et confessoris. Ipso die, sancti Monani confessoris. »

BELIN. : « Eodem die apud Perusiam, sancti Herculani episcopi et confessoris. > Secunda ejus editio male legit « Herculiani. »

GREVEN. : « In Africa, Donati et aliorum xiv martyrum. Apud urbem Antinoum, sancti Leonidis martyris. Item sanctorum Abundii, Leonis, Arcasti, Polocronii. Eodem die, beati David Menevensis ar-

Patricius Hiberniæ patronus, per triginta annos, Domino revelante, prævidit. Natus vero cum baptizari deberet, fons aquæ subito erupit. Cum aliquando Evangelium sancti Joannis scriberet, et pulsata campana, ad opus Dei, opere suo incompleto, festinus exisset, regressus, invenit aureis litteris, angelico ministerio consummatum. Obiit tandem plenus dierum anno vitæ suæ cxLv1. » Vide hæc in Actis accuratius discussa. « In territorio Montensi, oppido imperiali quod Werda dicitur, natale sancti Svicberti, episcopi Verdensis et confessoris. Qui, ut Beda in gestis Anglorum refert, tempore sancti Willebrordi episcopus ordinatus, verbum salutis gentibus prædicavit, et a Pipino rege obtinuit locum mansionis in insula Rheni. Ubi mouasterio constructo, quod hactenus ejus heredes possident, aliquandiu continentissimam vitam duxit, et quievit in pace. Hic inter cetera ... Ipso die, Senardii, abba-BRUXELLEN. : « Civitate Massilia, sanctorum IIcr- B tis. Simplicii confessoris. In Scotia, Monani Levitæ et confessoris. Item apud Perusiam, secundum aliquos, passio sancti Herculani episcopi et martyris, qui in vii Idus Novembris ponitur. Molan. de Albino litteris Italicis interserit : « Cu-

jus vitam Fortunatus presbyter conscripsit. » Tum in fine : « Festivitas sanctorum Angelorum custodum singulorum hominum. Eodem die apud Perusiam... Apud urbem Antinoum... Apud oppidum imperiale...» Et charactere minori : «Eodem die, beati David...» usque ad « prævidit. » In editionibus aliis adhuc additur : « Eodem die Massiliæ, sancti Adalongi episcopi. » In Actis prætermittitur. « Die prima sacrosanctæ martyris Eudociæ. In territorio Cenomanensi, natale sancti Siviardi abbatis. In Britannia, beati David Menevensis archiepiscopi et confessoris. Apud Antinoum urbem, passio beati Leonidis. »

Die 2.

VI Non.

Romæ via Latina, sanctorum martyrum Jovini et Basilei, qui passi sunt sub Galieno et Valeriano imperatoribus. Item Romæ plurimorum martyrum, quos diu cruciatos, imperator Alexander capitali sententia in extremo damnavit.

NOTÆ.

Ita Praten., Herinien., Tornacen., Pulsanen., Munerat., Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

Totæ sumuntur ex Pulsanen, qui pro Jovini scribit Joniani, et pro in extremo, posuit in exilio.

OBSERVATIONES.

Quod jam non semel notavimus, et sæpius notan- C dum recurret, id in memoriam identidem revocamus; nimirum auctorem Martyrologii, quod semper Romanum parvum indigitamus, sanctos suosex Hieronymianis nequaquam mutuare solitum : Adonem porro ejus vestigia passim premere, Nostrum et Notkerum utriusque, sic tamen ut alios sæpissime aliunde accersant. Prædictam Adonis, Usuardi, et Notkeri ex altero sequelam, manifestissime probat hodiernus textus, qui a Romano parvo ita primum signatus est : Romæ, Jovini et Basilei. Bt plurimo-rum martyrum sub Alexandro capitali sententia damnatorum. Primam annuntiationem sic ampliavit Ado, quemadmodum a Nostro et Notkero ad verbum descripta est. Utriusque sancti notitiam, ex Actis sancti Stephani papæ extractam, ostendit

Henschenius'cætera explanans, quæ de ipsis memoriæ prodita sunt. De martyribus sub Alexandro passis, vix quidquam reperias, præter ea, quæ ex laudato Romano parvo recitavimus, ab Adone duriori phrasi expressa, a quo textum suum nonnihil lævigatum Noster desumpsit, Notkerus ex illo totum descripsit, Satis nota est imperatoris Alexandri, quanquam ab Adone *impius* appelletur, in Christum et Christianos propensio, quæ nihilominus prohi-bere non potuit, quominus famosi i lpiani, aliorumque ejus ministrorum rabies, vel ipso invito, in nostros debaccharetur, ut docent Acta nostra hic et 1 Januarii, ubi de sancta Martina. Hæc pro textu satis dicta sint; alia plane canit Wandalbertus, quæque ad eum nullo modo pertinent.

AUCTARIA.

ANTUERP.-MAJ. hic rursus patriam suam indicat, D proxime sequentibus. « In Gandavo, Winuvaloci dum textui Usuardino sanctum Anglicanum superaddit : « Ipso die, sancti Ceddæ episcopi. » Alii scribunt « Ceaddæ, » sed hic forte pronuntiationem Anglicam secutús est.

Roswerd. et hic textum purum habet, sed alia adjicit : « Eodem die, Simplicii papæ. In Cæsarea Cappadociæ. Lucii episcopi. » Vide in codicibus

PATROL. CXXIII.

confessoris. » Vide ejus Vitam in Actis die sequenti.

ANTUERP. et MAX.-LUBEC. textui puro in fine superaddunt : « Item Lucii episcopi, Absalonii, [Max.-LUBEC., Absolini] et Lorgii. Hi passim in codicibus sub diversa inflexione recurrunt, nescio an satis recte inter se conjuncti et ab aliis avulsi. Certe inter Hieronym. apographa, unde certo accepti sunt,

26

Absolonius et Lorgius, seu Georgius cum socio He- A rolio, in vetustissimo Epternacensi carent positione. Lucius diserte Cæsareæ Cappadociæ tribuitur cum « Primitivo : Secundola et Januaria » portui Romano. Sed hæc alterius loci sunt, ubi Florentinii animadversa cum Actis nostris conferri poterunt.

ANT.-MAX., LOV., LEVD.-BELG. et edit. ULTR.-BELG., in fine : « Apud Werdam, natale sancti Willeici confessoris presbiteri sancti Switherti episcopi. »

ULTRAJEGT., LEYDEN., ALBERGEN. et DANIC. primo loco: « Romæ, sancti Simplicii papæ. Hic post beatum Petrum quadragesimus nonus, Acacium Constantinopolitanum et Petrum Alexandrinum episcopos, ob Eutychianam hæresim damnavit. Qui etiam statuit, ut nullus pontifex successorem sibi constituat. » Sequitur textus; in fine autem eadem habent quæ Lovaniensis de « Willeico. »

CENTULEN. nihil iterum habet ex Usuardo, sed Hieronymi sensum melius videtur assecutus, non tamem plene. Ita habet : « Cæsarea Cappadociæ, B sanctorum Lucii episcopi, Primitivi et Secundolæ martyrum. » Præterea est « Januaria, » cur non et « Secundola? »

BRUXELLEN. textum purum refert, sed præpostero ordine. Addit vero in fine : « Adhuć Romæ, Simplicii papæ, qui sedit annos quindecim. Item Seddæ episcopi. Et Lucii episcopi, Absolonii et Largii. Item translatio Benedictæ et Felicitatis, sanctarum martyrum. » An e Sodalitio sanctæ Ursulæ quarum corpora in abbatiis Viconiensi, et Marchianensi quiescunt? Vide Prætermissos. Agetur ex professo xxI Octobris.

HAGENOVEN., post textum satis purum, de Simplicio habet fere ut codd. mediæ notæ supra. Tum : In Anglia, Ceddæ episcopi et confessoris. Item, Lucii cpiscopi, Absolonii et Lorgii. Apud Werdam oppidum, sancti Willeyrici presbyteri. et confessoris, capellani sancti Swicberti. »

AQUINCINET : « Item sanctorum Lucii episcopi, C Absolonii, Georgii. In Britannia, depositio sancti Ceaddæ episcopi. Romæ, Simplicii papæ. Hic Acacium Constantinopolitanum episcopum, et Petrum Alexandrinum episcopum Eutychianos damnavit. »

MARCHIANEN. fragmentum : « In Britannia, depositio sancti Ceaddæ episcopi. »

MATRICULI-CARTHUS.-ULTRAJ. : « Simplicii papæ. Tartrani vel Taurani martyris, et plurimorum. » Si « Ceraunum » martyrem Carnotensem indicare voluit, col tur is xxvm Maii, ut in Actis videre est : « Karoli comitis Flandriæ et martyris, qui Brugis requiescit. »

CLUNIACEN. : « Lucii episcopi, Absolonii et Geor-gii. » At in Kalendario ejusdem monasterii sic legi-tur : « Lucii episcopi, Januarii, Primitivi. »

Codex D. DU CHEVAL, signatus C. : « Lncii episcopi, Absolonii et Georgii. »

VATICAN., signatus num. 3949, primo loco legit : « Simplicii papæ, qui sedit in episcopatu annis D quindecim. »

UCHELLIAN. : « Item, Lucii episcopi, Absalonii, et Lorgii. »

V Non.

STROZZ. et MEDIC. : « Florentiæ, translatio brachij sancti Philippi apostoli in basilica sancti Joannis Baptistæ anno Mcciv, pontifice Innocentio III. » Vide historiam hujus translationis in Actis 1 Maii pag. 15.

Codex. REMEN. ecclesiæ sanctorum Timothei et Apollinaris : « In pago Remensi, passio sanctæ Macræ virginis. » De ca egimus cum Usuardo vi Japuarii.

Editio LUBECO-COL. de Simplicio fere ut supra. In fine : « Eodem die, sancti Ceddæ episcopi, et confessoris. Apud Werdam, natale sancti Willerici confessoris, presbyteri sancti Svicberti. » BELIN. : « Item Lucii episcopi, Absolonii [altera

cditio, Absoloni] et Lorgii. »

GREVEN. : « Romæ, sanctorum Georgii, Eracli, Absolonii, Pauli, Januarii, Primitivi, Secundola.» Patet confusio. « Karoli comitis Flandriæ martyris. Tauranni martyris. » De quo supra. Item, martyrum plurimorum numero quadringen orum captivorum, de quibus refert Gregorius 3 Dial., cap. 28. quod cum a Longobardis urgerentur adorare caput capræ, diabolo consecratum, maxima eorum multitudo renuens, interfecta est ab ipsis. » De cultu mihi hactenus non constat. « Romæ Simplicii papæ et confessoris, qui post beatum Petrum quadragesimus nonus, sedit annis xv. Hic Agatium [Acacium], etc, In Anglia, beati Ceaddæ cpiscopi gentis Merciorum, et Liudisfarnorum, cnjus virtutes Beda, libm et IV. Historiæ ecclesiasticæ, gentis Anglorum commemorans, inter alia virtutum merita, timoris Domini plenum et novissimorum suorum assidue memorem prædicat. Lucii episcopi Cæsareensis et confessoris. » Quidni « et martyris? Leporii episcopi et confessoris. » Forte « Horolius » est, Lucii socius. «Item Cæsarea Cappadociæ, natalis sancti Lucæ episcopi. » Nomina perperam multiplicata. « Apud Werdam Willerici presbyteri et confessoris, discipuli beati Svicberti episcopi. In Hibernia, Tidgnæ et Monendabbis abbatum, » Hibernisipsis ignotorum, «In Gandavo, Winnualoci presbyteri, discipuli beati Samsonis Dolensis archiepiscopi, de quo vide in xiv Kalend, Novembris. » Vide Acta III Martii. « Apud Perusiam, sanctæ memoriæ Ægidii discipuli sancti Francisci. Item Guillelmi presbyteri et confessoris. De utroque consule indicem Prætermissorum.

MOLAN. : « Item Lucii episcopi, Absoloni et Lorgii. Et simplicii papæ, qui sedit annos xv. Hic Acacium.. In portu Romano, Secundolæ, Januariæ, et sanctorum Pauli et Heracli. Apud Vuerdam, natale sancti Willeici.... » Post minori charactere : « Item marlyrum plurimorum e numero cccc... » ut Greven. «In Anglía, beati Ceddæ.... Caroli comitis Flandriæ, martyris beatæ memoriæ, Brugis in Cathedrali ecclesia ad sanctum Donatianum quiescentis. . In editionibus aliis ita variat : « Item, Lucii episcopi in Cæsarea Cappadociæ. Et sanctorum martyrum, Absolini, et Lorgii et Heracli. Et Simplicii papæ, » ut supra. « In portu Romano, Pauli, Secundulæ, Januariæ. » Iterum minoribus typis : « Brugis, obitus Caroli martyris, comitis Flandriæ. »

Die. 5.

Apud Cæsaream Palestinæ, sanctorum martyrum Marini militis et Asterii senatoris, sub persecutione Valeriani ; quorum prior cum accusatus fuisset a comilitonibus, quod esset Christianus, et ille Christianum se esse clarissima voce testaretur, martyrii coronam capitis abscisione suscepit. Cumque sequens, capite truncatum martyris corpus subjectis humeris et substrata veste, qua induebatur, exciperet, honorem, quem martyri detulit, continuo ipse martyr accepit. Eodem die, natalis sanctorum Emotherii et Celedonii, qui primum apud Legionensem Galliciæ civitatem milites, exsurgente persecutionis procella, pro confessione nominis Christi, plurimis afflicti tormentis, Calagurrim usque perducti, atque ibi martyrio coronati sunt.

NOTÆ.

Ex Praten., Herinien., Rosweyd., Antuerp., accedunt codd. Antuerp.-Max., Ultraj., Leyd., Al-Max.-Lubec., Munerat., Belin., Greven et Molan. berg., Danic. et Bdit. Ultraj. Belg.

811

Heriniensi, Belino et Molano ex Romano parvo et Adone, Asterii, non Astirii ut passim codices alii. Munerat. post accusatus omisit fuisset. De abscisione, ut scribunt passim codices, et abcisione, dictum est alibi. Reliqui i textu subjectis humeris, ut habent probatiores codices cum Adone, quamvis cum Antuerp., Max.-Lubec. et codicibus aliis, legendum subvectum humeris. Herinien., Roweyd., Munerat. et Greven. ponunt subtracta veste, sensus aperte indicat scribendum substrata, ut est in textu. Qui martyrii, pro quem martyri, Munerati vel ejus typographi sphalma est. Rom. parvum legit Hemitherii;

OBSERVATIONES.

Martyres in textu commemoratos, ex Romano parvo in Adonem, inde in Usuardi laterculum hic etiam promanasse, indubitatum videtur. En prioris verba, secundo loco relata : Cæsareæ, Marini militis et Asterii senatoris. Nec eos moror, qui ex apographis Hieronymianis acceptos contenderent, ea ratio- B Florentinium pluribus laborare, ut Galigori none ducti, quod synonymi aliqui ibi hoc die reperiantur. Non eos moror, inquam; nam licet ibi Marinus aliquis, imo marini gemini et *Asterius* inveniantur, ii tam diversi et disjuncti sunt, ut cum Cæsariensibus, ex Rufino evidenter sumptis, nullam prorsus habeant affinitatem, ut fatetur ipse Florentinius, et Acta nostra supposuisse videntur. Itaque ex Rufini lib. vII, cap. 13 et 14, acceptos esse gloriosissimos martyres palamest; æque certum inde elogium suum sumpsisse Adonem; atqueitem ex hoc descripsisse Notkerum, contraxisse Nostrum; paria in versibus infra citandis sentit Wandalbertus; verbo, una est ex Rufino et Romano parvo martyrologorum sententia, Asterium vel Astirium, vel Astyrium, æque ac Marinum martyrii gloriam esse consecutum. Id habet Tillemontius tomo IV, a pag. 21, et Ruinar-tius Eusebium sccutus, de solo Marino meminit inter Selecta, pag. 274. Maneat tantisper sua As-C terio palma, vel sola Rufini fide ei veudicata.

Quod de Cæsariensibus martyribus principio dicebam, nempe, non ex Ilieronymianis, sed aliunde acceptos, id de Calagurritanis etiam intellexi : nam

TORNAGEN. deficit in ea parte elogii, quæ Asterium tangit, omittens hæc verba, cumque sequens, usque ad martyr accepit. An quod codicis descriptor martyrem non crediderit?

ANTUERP.-MAJ. magis mutilus est, ita legit : « Natale sanctorum martyrum Enutherii et Theledonii in Hispania, qui primum apud Legionensem Galliæ civitatem milites, exurgente procella persecutionis, pro confessione nominis Christi plurimis afflicti tormentis, Calagurrim perducti atque ibi martyrio coronati sunt, Aput Cæsaream Palestinæ, sanctorum martyrum Maurini militis et Asterii scnatoris sub persecutione Valeriani. »

PULSANEM. et LOVANIEN. de martyribus Hispanis D hæc solum ponunt : « Eodem die, sanctorum Emetherii et Celedonii, » Puri sunt in aliis.

CENTULEN. : « In Africa, sanctorum Gaioli, Feli-cis, Nicefori et Claudiani. In Britannia minori, depositio sancti Wigualoci abbatis. » Agit de Winwaloco aut Winwaloco.

BRUXELL. in Marino et Asterio tantum modice interpolatus, de Galagurritanis martyribus ea ex Adone restituit, quæ ab Usuardo præterita diximus, sic enim post coronati sunt, subjungit : « Quorum capita cum lictor incideret , miraculum populis magnum apparuit. Nam unius annulus orariumque alterius, nube susceptum et in cœlos evectum est. Viderunt hæc omnes qui aderant, et usquequo acies oculorum intendere potuit, fulgorem auri cando-

Solus Pratensis non male legit Astyrii, nos cum A Ado, Emiterii; Praten., Emitherii; Herinien., Emytherii; Munerat., Enutherii; Belin., Emitterii; Greven., *Bmicherii*; Molan., *Hiterii*, alii ali-ter. In ea codicum discrepantia, eam inflexionem secutus sum, quam majores nostri in Actis præeligendam putaverunt. Rursus Rom. parvum et Ado ponunt Cheledonii, quos solus Molanus imitatur. Cæteri codices, et quidem probatiores, legunt cum Actis Celedonii. Galliæ in Munerato, Galattæ in Rosweyd., Belin. et Molano, ex circumstantiis fa-cile corriguntu". Antuerp., Max.-Lubec. et Belin. omittunt milites. Coronati sunt martyrio in Greven. et Molan. nihil in re a textu differt.

licet Emeterii, Emeriti, Meteri, et Celedonii. Cellendonii, Cellidoni, Eceledoni apud Ilierony, miana nominentur, eos a nostris, nisi multum fallarplane diversos agnoscet, qui textus inter se con-ferre dignabitur. Fateor equidem Henschenium et men, quod in Hieronymianis ponitur, in civitatis appellationem mutent, et corrupta codicum istorum nomina cum Martyrologiorum nostrorum *Emetherio* et Celedonio concilient ; verum in ea codicum Hieronymianorum perplexitate, vix reperies, ubi tuto liceat pedem figere. Cæterum de hisce nostris ita primo loco meminit auctor Romani parvi : Sanctorum Hemitherii et Cheledonii, apud Calogurrim martyrio coronatorum. Ita etiam apud Adonem positi sunt cum longiori elogio, cujus pars prior a Nostro ad verbum descripta est præterita altera. quam in Auctariis plene invenies. Acta martyrii, inquit Henschenius ab auctoribus coæris consignata scripto fuerunt: quæ rabie ac vi tyrannorum periisse deplorat Aurelius Prudentius Clemens cujus deligentiæ debemus omnem horum martyrum notitiam .Vide ibi ejus hymnum et reliqua ad eos martyres spectantia, accurate digesta. Textum nostrum complectuntur duo postremi Wandalberti versiculi; quid prior velit non examino :

[defendit amore. Quinas Marcia (Boll. Magro : Quidni. Macra?) pio Nonas His et Emitherius, Chelidonius atque Marinus, Asteriusque micant effuso sanguine clari.

AUCTARIA. remque lintei attonito sequebantur intuitu. » Per orarium intellige sudarium. Sequitur : « In coenobio Monasteriolo, sancti Winnochi abbatis. » Idem

est qui supra Winwalocus. Denique : « Item Maurini episcopi et martyris; » alibi ignoti. HAGENOVEN. tantum non purus, duabus annuntiationibus hanc solam mediam interjicit : « Eodem

die, Kunegundis imperatricis. » VICTORIN. et REG. SUEC., signatus num. 130 :

« Item Simplicii papæ, qui sedit Romæ annos xv. Hic civitatis Constantinopolitanæ episcopum, et Petrum Alexandrinum episcopum Eutychianos damnavit. » Plura vide die præcedent i. VATICAN, num. 5949 : « Beneventi, sanctæ Ar-

thellays virginis : » Codex Pleschoniensis scribit Athelais

Editio Lubeco-Col. ita incipit : « Ordinatio pontificatus sancti Annonis, archiepiscopi Coloniensis Agrippinæ et confessoris. Apud Cæsaream Palæstinæ, sanctorum martyrum Marini militis, civis Ilierosolymorumet Astirii senatoris Romanæ urbis. Quorum... Eodem die in Hispaniis, natale sanctorum Emicherii et Celodinii martyrum... Eodem die, sanctæ Kunegundis imperatricis, quæ fuit filia Palatini comitis Rheni, et copulata sancto Henrico im-peratori, qui ambo virgines fuerunt, et virginitatem usque ad finem vitæ servaverunt, et in civitate Babemburgensi pariter sepulti requiescunt.

GREVEN. ; « Felicis et Justi, Fortunati, Floriani,

Donati, Paulæ, Gaioli, Julii, Casti, Soli, Marciæ, A italicis ex Adone subdit : « Scriptum est in Historia Hierotis, Antigoni, Januarii, Tutillæ, Gabiani, Qui-rioli. Item Winwaloci abbatis et confessoris, secun-tioli. Item Winwaloci abbatis et confessoris, secundum alios die præcedenti. Cunegundis virginis imperatricis, filiæ Palatini comitis Rheni. Hæc cum viro suo sancto Henrico, hujus nominis imperatore primo, in virginitate Christo serviens, plena operibus bonis quievit in pace. Item, Eufenissæ reginæ. » Inter Prætermissos ut ignota ponitur. « Apud Coloniam Agrippinam, ordinatio episcopatus sancti Annonis archiepiscopi et confessoris.

MOLAN., post elogium Marini et Asterii litteris

IV Non.

Romæ via Appia, natalis beati Lucii papæ et martyris, qui persecutione Valeriani et Galieni, ob fidem Christi exilio relegatus et postmodum divino nutu ad ecclesiam suam redire permissus, martyrium capitis obtruncatione complevit. Item Romæ via Appia, sanctorum martyrum nongentorum, qui sunt positi in cimiterio ad sanctam Gæciliam. Eodem die, sancti Caii palatini in mare mersi.

NOTÆ.

Ita Praten., Herinien., Tornacen., Rosweyd., Pul- B lum discrepant, quod Caio palatino adjungant socios xxvII, ut dicemus in Auctariis. san., Greven. et Molan. Codices alii quatuor Antuerp., Max.-Lubec., Munerat. et Belinus in eo so-

VARIANTES LECTIONES.

Vix quidquam præbent observatione dignum : nam cemeterio, cimilerio, cæmiterio; Ceciliam, Gaii, Gagi, Apia, vel sæculi, quod codices redo-

Textus totus, ut jacet, ex Odone sumptus est, cum hac sola differentia, quod Lucii elogium in laterculonostro, media ex parte imminutum sit. Quæ autem Usuardus prætermisit, infra in Auctariis supplebuntur, Cæterum *Lucius*, et nongenti illi Romani martyres, in Romano parvo prius positi sunt : Lucii papæ et martyris. Et martyrum pcccc, qui sunt positi in cometerio ad sanctam Cociliam. Adonis elogium ex notis pontificum Romanorum tabulis coaluit, in quo plura sunt ab eruditis non con- C vit Rabanus, dum hoc die signat *Julium episcopum*; tinuo admittenda. Controversa omnia complanare non potuit Henschenius; alia ex S. Cypriani litteris Adonem præhabuit. Et vero *Lucium* et *Julium* poninquirunt et dissolvere conantur doctissimi recentiores, iuter quos Pagius satis fuse de Lucio disserit ad, annum Christi ccl.11, a num. 14, et brevius Tiilemontius tomo IV, pag. 18. Ad textum nostrum, redimus. Caius et quidem Palatinus ex aliquo Hieronymiano apographo derivatus est, quamvis dubium relinquatur, utrum Palatinus, proprium martyris nomen d ci non debeat. Quis viginti septem alios, nonnullis codicibus Usuardinis adjecerit, nemó facile divinaverit.

Aliam rerum faciem aut potius nominum seriem exhibent Acta, ubi ex verosimiliori codicum Lucensis et Blumiani lectione, Caius ille Palatinus, sive unus sit, sive geminus, longæ martyrum cohortis antesignanus statuitur; socii autem illi xxvII, non cum illo, sed cum *Julio* episcopo, *Roto*, et aliis con-

ANTUERP. et MAX.-LUBEC., MUNERAT. et BELIN. Id solum textuipuro subnectunt, quod supra insinuavimus; nimirum : «Et aliorum viginti septem. » Habes alios similer infra.

ANTUERP.-MAJ. De Lucio, post *complexit*, cx Adone inser t : « Positus est autem via Apia ad S. Sixtum. Sedit autem in episcopatu annos tres, menses tres, dies tres. » Reliqua textus pura sunt. Sequitur : « Nichomedia, passio sancti Adriani cum aliis xxIII. Cujus corpus Romam est translatum atque sepultum vi Idus Septembris, ubi et passio notata est . » Vide eo die. Cæterum in Hieronymianis hoc etiam die ponitur.

ANTUERP.-MAX., LOVANIEN', LEYDEN., BELG. et edit. ULTRAJ.-BELG, idem in fine habent de xxvII. At prælent vel librarii vitia sunt, quorum aliqua ex codicum puriorum auctoritate et hic et alibi sequimur. Rosweyd. pro bcccc, male scripsit octoginta.

coronatorum [Ado, coronarum], In Blandinio monas-terio, Winwaloci abbatis. » Dein typis minutiori-bus : « Caluppani presbyteri et eremitæ. Item Bam-

bergæ, Cunegundis virginis imperatricis... » ut Greven. supra. In aliis editionibus, pro Aurelianus,

melius scribit Aurelius. « In Blandinio, etc., Ba-benbergæ, sanctæ Cunegundis virginis, Die tertia,

sanctorum martyrum Eutropii et comitatus ipsius,

Cleonici et Basilisci. »

OBSERVATIONES

junguntur. Alia non minor difficultas Florentinium exercet, nempe an Julius in Hieronymianis codicibus pro *Lucio* non sit positus, aut in Romano parvo et nostris *Lucius* pro *Julio*, Verum ea in Actis hodie satis quoque explanata sunt, et Julius ille episcopus a Lucio et Julio Romanis Pontificibus segregatus, servata Julio pape, non martyri sed con-Jessori, propria die xii Aprilis, ut proprio loco patebit. Sensit fortasse difficultatem, sed non recte soltifices clare olim distinxerat antiquissimum Kalendarium Bucherianum, dum illum non Iv sed III Nonas Martii, in Callisti; hunc, pridie Idus Aprilis, in via Aurelia collocaverat. Superest Wandalber tus, qui cum nostris de vero Lucii martyrio non dubitát, sed pro nongentis solum octingentos substi-tuit. Henschenius autem, tametsi variant Hieronymiana, numerandos censet nongentos et decem; non habeo ego unde quid probabilius definiam. Interim ut ut dubia sit rei veritas, de Usuardini tex-tus simplicitate abunde constat. Habe modo præfati Wandelberti metricum encomium.

Lucius hinc papa pretiosa morte quaternis, Martyrum octogintorum (Molan. in margine, Martyrio et nongen-· torum) turba optima fulget.

AUCTARIA.

terea de Lucio textui inserunt : « Qui post beatum Petrum xxIII. »

ULLTRAJ., LEYDEN., LAT., ALBERGEN. et DANIC. idem et hi habent de Lucio, et post completit, ex Adone restituunt, quæ ab Usuardo præterita superius diximus. Sie legunt : Ilic constituit, quod duo presbyteri et duo diaconi in omni loco episcopum non descrerent, propter ecclesiasticum testimo-nium. » Item, post *in mare mersi* : « Et aliorum xxvu Nicomediæ, natale sancti Adriani cum aliis viginti tribus. Cujus corpus Romæ est translatum et sepultum vi. Idus Septembris » [Albergen. male legit Decembris]

CENTULEN. Hodie solum habet : « Romæ, sanch Julii episcopi et confessoris. »

816

٠.

Die i.

BROXELLEN. tertio loco; « Apud Nicomediam, A dies in Ecclesia celebrior habetur. Treveris, sancti natale beati Adriani cum aliis xxiii, qui omnes sub Diocletiano, post multa supplicia crucifragio [vult dicere crurifragio] martyrium consummarunt. Ipso die, passio sancti Gagii Palatini, in mare mersi et aliorum xxvII. »

HAGENOVEN. inverso ferme ordine, incipit a nongentis martyribus. Secundo loco de Caio cum sociis. Tertio de Lucio, cui auctarium idem adjicit, quod supra retulimus. Tum : « Apud Nicomediam, passio sancti Adriani, martyris et militis cum aliis xxiii. Qui Adrianus a matre propria et uxore ad marty-rium instigatus est. Qui omnes post multa supplicia carceris et famis, martyrium crurifragio, sub Diocletiano Augusto consummaverunt. Decurrentibus aliquibus annis, yı Idus Septembris, corpus beati Adriani Romæ translatum est. Eadem die translatio sancti Wentzeselay ducis Boemorum, martyris. »

AQUICINCT. addit de Lucio ut supra. Quod autem scribat cum codice Victorino, tres Diaconi, vel B Diacones, pro duo, puto librarii vitio factum, uti et quod solus Aquicinctinus ponat ducentorum pro

nongentorum et Agii pro Caii. Codex D. Le Mane, signatus C, qui fuit PP. Frauciscanorum : « Item Agape virginis, Gorgonii, Firmi.» Unde hi tres hic hodie intrusi sint, nescio, patebit postea, speclare ad x Martii.

UCHELLIAN. ct ALTEMPS. Addunt ut supra de Caio, et aliorum xxvII.

Editio LUBECO-COL. de Lucio, præter jam dicta adhuc inserit, « Qui post beatum Petrum xxIII persecutione, etc. » De Caio ut jam sæpe. « Nicomediæ, natale sancti Adriani cum aliis triginta tribus. Qui omnes post multa supplicia martyrium suum con-summaverunt sub Diocletiano Augusto. Decurrentibusautem aliquot annis corpus beati Adriani Romæ est translatum et sepultum vi Idus Septembris, quæ Basini episcopi et confessoris. Apud Pragam civi-tatem Bohemiæ, translatio sancti Weuzcslai duciset martyris. Item translatio sanctorum martyrum Feliciis et Adaucti; scilicet capita eorum nunc Coloniæ habentur in ecclesia sanctorum apostolorum. »

GREVEN. : « Cum hoc Gaio ferentur passi et alii xxvn. Nicomediæ, passio, vel utaliis placet, elevatio Adriani martyris, Gregorii, Julii cum aliis xxxiii, quorum solennior celebritas habetur vi Idus Septembris, quando Romæ beatus Adrianus est scoultus Basini archiepiscopi Treverensis et confessoris. Apud Pragam... Apud Coloniam Agrippinam, translatio capitum, sanctorum Felicis et Adaucti, In Ilibernia, sancti Moggrudonis episcopi et confessoris, » hactenus ignoti. « Item sanctæ memoriæ Bosonis presbyteri et confessoris, Prioris majoris Cartusiæ, post Brunonem xvi magnæ sanctitatis viri. Qui ex casu ædificii collisum hominem et defunctum oraticne resuscitavit. Herbæ etiam, supra tumulum ejus excrescentes, multis prestiterunt et præstant, Domino glorificante sanctum suum, optatæ sanitatis medelam. » In indice Prætermissorum dicitur, nullum ei cultum, aut venerationem in ipsa Cartusia exhiberi.

Molan. : « El aliorum xxvII Nicomediæ, sancti Adriani cum aliis xx111. Cujus corpus Romæ translatum est atque sepultum vi Idus Septembris; ubi et ejus passio notata est. Treberis, sancti Basini episcopi. » In editionibus aliis, additur : « Die quarta, sancti patris Gerasini, qui fuit in Jordane. » Melius scriberet Gerasimi, qui non ad hunc, sed ad sequentem diem pertinet. In fine : « Ipso die, elevatio corporis beati Adriani martyris. » Nempe dum reliquiæ ejus dicuntur in Belgium translatæ, et novissime anno mcx ad Gerardi montem, Flandriæoppidum collocatæ, ut fusius suo loco erit examinandum.

Die 5.

Apud Antiochiam, natalis beati Focæ martyris, qui post multas, quas pro nomine Redemptoris est passus, injurias, qualiter de antiquo illo serpente triumphaverit, hodieque populis declaratur. Ipso die, passio sancti Eusebii palatini et aliorum novem martyrum.

NOTÆ.

Rara codicum prope omnium concordia: Praten., C Antuerp. — Max., Ultraject., Lovanien., Leyden., Verinien., Tornacen., Pulsan., Antuerp., Max. Alberg., Danic. et Bdit. Ultraject. Belg. Herinien., Tornacen., Pulsan., Antuerp., Max. - Lubec., Munerat., Belin., Greven. et Molan. Adde

VARIANTES LECTIONES.

Foce legunt codices omnes, et sic intactum reliqui, Passus est pro est passus, nihil in textu immutat. Hodieque populis, vera Usuardi lectio est: multi codices habent simpliciter kodie populis; Greven. et Molan., Hodie quoque. Belino phrasim variare iibuit. Prima ejus editio ponit Hodie populis concursu declaratur. Altera : Hodie populi concursu declarant. Editionem maximam Lubecanam scatere erroribus typographicis, dictum est alibi non semel; eos inter connumérandum puto, quod hodie pro Foce legat Sace. Pierumque mihi satis est hujusmodi lapsus generatim indicare.

OBSERVATIONES.

Agit hac die Usuardus fere ut præcedenti ; Phoca elogium ex Adone dimidiatum exhibet : de Eusebio, quod brevior sit sententia, suam facit, neglecta voce item, addita, passio. De utroque meminit Rom. par-vum, ex quo fonte semper haurit Viennensis martyrologus, qui Phocæ elogium ex Gregorio Turonensi decerpsit, ut in Actis manifestum est Phocas etiam aliquis et quidem Antiochenus memoratur in apo-graphis Hieronymianis, ubi et pro Virgine sumptus D ct sanctæ, Focæ et Focatis inflectitur. Inde, an aliunde acceperit auctor Rom, parvi. non ausim pro certo affirmare, quamvis in partemnegativam magis incliner, ob rationes alibi productas. Qui plura desiderat, adeat Florentinium. Non omiserim tamen, quod inter Auctaria erit repetendum, codicem ve-tustissimum Centulensem, Phocæ ascribere titulum episcopi, hoc modo: In Antiochia, natalis sancti Phocæ episcopi et martyris, sub judice Afficano

(Africano). Sed Phocam Synopensem episcopum hic cum Antiocheno hodierno confundi, verosimile est : vide hic Henschenium et quæ dicturi sumus xiv Julii. Eusebio Palatino octo duntaxat socios tribuit Rom. parvum, forte errore librarii; correctius apographum Adonem habuisse necesse est. Sunt et hodie Eusebii apud Hieronymum, sunt et Palatini, pro sanctis posici in altera classe martyrum Africanorum. Magisne Eusebio hac die, quam Caio hesterna, conveniat ea *Palatini* appellatio, aliorum estojudicium. CerteNotkerus non male sensum Rom. parvi assecutus videtur dum Palatinum ab Busebio distinguit, legitque : Busebii et Palatini et aliorum vm. Interim in Actis, Palatinus alter, Petrus, Rusticus, Herebus, Mare et alii novem anonymi, tanquam cohortis ejusdem pugiles numerantur. Plura in eam rem disquirere, aut afferre in medium supersedeo, cum ab Henschenio et Florentinio ea

III Non.

diligentia discussa sint, quæ in hujus modi obscu- A rationes morsuum venenatorum, de quibus Greg. ris et implexis nominum combinationibus adhiberi possit. Nobis sufficiat Usuardi simplicitatem exhibuisse quem ita scripsisse, ut in Adone repererat, in confesso esse existimo. Liceat hic attexere Wandalberti versus de S. Phoca, quibus alludit ad cu-

ANTUERP. - MAJ. textum in prima annuntiatione sic contrahit: « Apud Antiochiam, passio sancti Focæ martyris. Item ipso die sancti Eusebii Palatini, etc. »

Roswevo., in prima satis purus, alteram ampliavit hoc modo: « Ipso die, passio sancti Eusebii et Palatini, et aliorum xi martyrum. « Melius legeret cum Notkero : « et aliorum octo martyrum. » Suspicor litteras numerales fuisse transpositas.

CENTULEN. jam diximus ita hodie scribere : « In Antiochia, sancti Focæ episcopi et martyris, sub B judice Afficano. »

BRUXELLEN. textum interpolatum ex Adone, magis extendit : «Apud Antiochiam, passio sancti "ocæ socii beati Eusebii martyris, magnorum miraculorum factoris. Qui post multas, quas pro nomine Christi passus est, injurias, qualiter de antiquo. serpente triumphaverit, hodie declaratur populis Denique si in quempiam coluber stringens, morsum veneni diffuderit, statim qui percussus est, ut januam basilicæ Focæ martyris, credens attigerit, evacuata virtute veneni salvatur. Ipso die, sancti Eusebii palatini, et aliorum novem martyrum pro Christo decollatorum. Suessionis, sancti Drausii episcopi et confessoris. » Videri potest dissertatio gallica, inserta Ephemeridibus Trivortianis mense Junio anni moccxi, quæ ad sancti Drausii vel Draucini cultum spectat.

HAGENOVEN. novum Phocæ elogium proprio fere marte concinnavit, his verbis : « Apud Antiochiam, natale beati Focæmartyris, qui suspensus est ungu- C lisque laceratus. Post hoc in ignem est missus per tres horas, ubi Deum laudavit, et illæsus ab igne exivit. Deinde in furno calefacto per triduum est positus, ubi oransexsp ravit, et corpus ejus inustum et integrnm, et odore optimo plenum post tres dies

Turon. de gloria Martyrum, lib. 1, cap. 99, et ex eo Adonis elogium meminit :

> Ternas martyr habet meritorum nomine Phocas; Sanguine qui mortem vicit, virtute draconem.

AUCTARIA.

inventum est, Hic qualiter de hoste antiquo triumphavit, hodie populis ad laudem Dei declaratur.» De Eusebio purc.

AQUICINCT. in fine subdit : «Suessionis depositio sancti Drausii episcopi et confessoris. »

MARCHIAN. fragmentum : pro aliorum novem, legit undecim, ut supra. MATRIC. — CARTHUS. — ULTRAJ. : « Phoce marty-

ris inclyti sub Trajano. »

ALTEMPS. : « Sancti Kyriani, pro Kereni ; » vocatur in Actis Kieranus.

Editio LUBECO-COL. textui superaddit : « In Ilibernia, sancti Kerani episcopi et confessoris.»

GREVEN. : « In Africa, Adriani, Euvoli. Item Victoris Pamphili, Siri, Saturnini, Petri. » Sejuncti sunt a sociis, et ferme pro arbitrio efformati. «In Hibernia, Kerani, episcopi et confessoris. Heldæ abbatis, » potius « Hildæ abbatissæ, » quæ ad XXV Augusti remittitur. « Terentianæ ac quinque filiorum conversio. » De ea nihil alibi legitur. « Theophili episcopi Cæsarcæ, quæ priusTurris Stratonis dicebatur; qui ut sanctus Hieronymus libro de Viris illustribus testatur, sub Severo principe. sapientia. et sanctitate conspicuus emicuit. Translatio sanctæ Landradævirg nis. » Hocan alio die ea translatio acciderit dicetur ad diem vm Julii, quo Acta remittunt.

Molan. : « Ipso die, depositio sancti Drausii episcopi et confessoris. » Additur minori charactere Suessionensis. Tum : « Theophili episcopi Cæsareæ, etc.» ex Greveno. In aliis editionibus, sic le-

git : « Suessionis, sancti Drausii, episcopi et confessoris. » Rursus typis minoribus : « Cæsareæ Pa-lestinæ, sancti Adriani martyris. Qui die festo, quo natalia fortunæ Cæsareensium (sic enim putabalur) celebrari solent, leoni primum ad discerpendum projectus fuit, deinde gladio est jugulatus.»

- Pridie Non.

Nicomediæ, natalis sanctorum Victoris et Victorini, qui per triennium cum Claudino et Bassa uxore ejus, tormentis multis afflicti et retrusi in carcerem, ibidem vitæ suæ cursum impleverunt. Civitate Toleto, depositio Juliani episcopi, qui apud ejusdem loci incolas famosissimus habetur.

NOTÆ.

Consentiunt denuo Praten., Herinien., Tornacen Rosweyd., Pulsanen., Antuerpien., Max.-Luber., Munerat., Belin., Greven., Molan, et mediæ notæ

codices Antuerp.-Max., Ultraject., Leyd., Lovan, Alberg., Danic., et Edit. Ultraj.-Belg.

VARIANTES LECTIONES.

Munerati hallucinatio est, Victoris, Vitalis, Victo- D pleverunt cursum. Danic. omittit sue. Citate in Grerini. Et sic in Pulsanen, triennio pro per triennium, Claudio pro Claudia no. Balsa pro Bassa. Turpius in Danico, Claro diacono. Scribit solus Belinus uxore sua. Legunt aliqui cursum vitæ suæ, alii vitæ suæ im-

veno, error typographiest ; idem fortasse dicendum de Tolleto apud Belinum: Quidni et habebatur pro ha betur apud eumdem Grevenum, qui forte ita scriptum invenit in codice Rosweydino vel potius ei simili?

Nicomediæ Victorem et Victorinum omnia edita Martyrologia hac die tribuunt, inquit Florentinius. Poterat saltem Rabanum excipere. Adonem, ut æpe monui, passim et hic describunt Usuardus et Notkerus, sic tamen ut ei sæpe sanctos aliquos superaddant; Ado Rom. parvum presse sequitur, ubi sic reperit: Nicomediæ, Victoris et Victorini, quiin carcere cursum vitæ impleverunt; unde nihil mirum, si in his omnibus Victor et Victorinus, uti in pluribus recentioribus, inveniantur. At unde Claudianus et Bassa his adjuncti sunt? Suspicatus est Henschenius, dum Bedam genuinum tomo II Martii præfige-

OBSERVATIONES.

ret, in aliquo Bedæ, ipsius manuscripto reperiri potuisse elogium, quod in Adone legitur. Cogor dissentire, nam cum Rahanus. Bedam Giligenter expilare solitus, horum mullum hodie posuerit, consequens esse videtur, ut Adoni soli tribuencum sit quodcunque de quatuor martyribus Nicoincdiensibus in textu nostro consignatum est. Certe cos in Romano parvo non invenit, nec eos omissurus erat hujus auctor, si alterum præ oculis habuisset. Wandalbertus solos duos priores laudat, dum scribit :

> Victorinus ovat pridie Vietorque, retrusi Carcere, qui celso penetrarunt astra volatu.

Die 6.

Utrum vero nuda duorum posteriorum martyrum A Martii, ut ibi in Commentario prævio fusius explinomina, ex Hieronymiano alíquo acceperit Viennensis, non satis perspicio, nisi apographum habuerit simile Antuerpiensi, qu'od unicum de Claudiano et Bassa, post Victorem et Victorinum meminit. Solus Usuardus Julianum adjecit, antiquioribus incognitum. Proprius dies videtur esse, non hic, sed vm

cat Papebrochius, innuens, notatum olim obitus diem postridie Nonas, mutatum fortasse in pridie Nonas. Satis verosimile est, sancti hujus notitiam ab Usuardo ex Hispania cum multis aliis in Galliam allatam, certe ab ipso hoc die signatum, codicum consensus dubitare non sinit.

AUCTARIA.

ANTUERP.-MAJ. textum pro suo arbitrio mutasso videtur; ita scribit : «Nichomedia, natale sanctorum martyrum Victoris et Victorini, tempore Claudii imperatoris. Civitate Toleto, depositio sancti Juliani antistitis, qui apud ejusdem loci incolas, pro excellenti sanctitatis merito, famosissimus habetur.»

CENTUL. « Nichomediæ, sanctorum Victoris et Victorini martyrum. » Nihil præterea.

BRUXELLEN. in prima annuntiatione non nihil interpolatus, ita habet secundo loco : « Civitate Tho- B leto, depositio sancti Juliani episcopi, qui apud ejusdem loci incolas, pro excellentis sanctitatis merito veneratur. »

HAGENOVEN. in martyribus Nicomediensibus Bruxellensi minus purus est. De Juliano, textum sequitur, sed subjicil: «Hunc Julianum quidam invocare solent, pro bono hospitio de nocte habendo, » Mirum, si auctor hujus Martyrologii Julianos non confuderit; certe melius et rectius quadrare videretur ea invocatio «pro bono hospitio de nocte habendo, » Zenodocho illi Juliano, qui ix Januarii commemoratur. Sequitur: «In Seconia, sancti Trydelini, vel Frydelini confessoris.» Pridolinum indicare voluit, nisi vehementer fallor, abbatem illum Seckinganum in Germania, de quo in Actis hac die. Aquicisca, pro *Claudiano* scribit *Claudio*, pro

Juliani, Vigiliani.

ALTEMPS. : « In Britannia, depositio sancti Balteri [Acta legunt Baltheri] presbyteri et confessoris. C Burgo monasterio, sanctarum Kyneburgæ, Kynes-withæ et Tiblæ.» Acta habent *Tibbæ* vel *Tilbæ*.

REMEMS. ecclesiæ, sanctorum Timothei et Apol-linaris : « Toleto civitate, depositio beatissimi Juliani, episcopi et confessoris. »

Abdinchorfen. : « Treberis, sancti Quiriaci presbyteri.»

Editio Lubeco-Col. post textum subdit : «Treveris, sancti Quiriaci presbyteri et confessoris. Eodem die, sancti Cyrilli presbyteri et confessoris, Ordinis Carmelitarum. Ipso die, beati Fridolini abbatis et confessoris. Item, sancti Baldredi confessoris. » Idem est cum Balthero, de quo supra.

GREVEN. : « In Nicopoli, sanctorum Papiæ, Alexandri et Jocundi. Nichomediæ, sanctorum Saturnini, Cassi, Victoris, cum aliis duobus Papia et Nicephoro. » Solita apud Grevenum confusio, dum martyres accipit ex apographis Hieronymianis. Menæa habeant, eum passum Mandæ, urbe Pamphi-« Apud Terdonam, passio sancti Marciani episcopi D liæ? Sed Baronio imposuit vitiosa Menelogii lectio et martyris, sub Adriano imperatore, qui eductus do carcere, cum post candentes laminas ferreas capiti impositas, permansisset illæsus, capitis obtruncatione martyrium complexit. Item, sanctorum Diodori, Claudiani, Carisii, Margoli. » Aliud hoc est Hieronym. fragmentum, non satis recte dispositum. Victoris martyris Mosovensis. » Voluit dicere Mosomensis, in Gallia Belgica, de quo vide Prætermissos et ix Februarii in Actis. « In Scotia, Baldredi

episcopi et confessoris. » An recte dicatur episcopus, in Actis discussum invenies. « Metis, sancti Grodegandi episcopi et confessoris. In monte Car-melo, beati Cirilli presbyteri et confessoris, cui Deus, tamquam fideli amico, de futuro statu mundi, multa in aurem revelavit. Treveris, sancti Quiriaci presbyteri et confessoris. Ipso dié, Frindolini ab-batis et confessoris. Keneburgæ virginis. Victoriæ matronæ. » De hac nihil reperio. « In Gandavo, sanctæ memoriæ Coletæ monialis, Clarissarum reformatricis primæ. »

MOLAN. sua ex Greveno accepit; agit de Cyrillo, Quiriaco, Grodegando, Fridolino et Coleta, Una hæc diversitas in Cyrillo, quod ita scribat : « In monte Carmelo, beati Cyrilli presbyteri, Carmeli eremicolæ perdevoti. Cui Dens, etc. » In aliis editionibus de Cyrillo et Quiriaco eadem repetit. Tum : « Seckingi, depositio Fridolini abbatis et confessoris. Die sexta, sanctorum quadraginta duorum martyrum, recenter inventorum in Ammorio. » Dein charactere minori; « Gandavi, obitus sanctæ memoriæ Coletæ de Corbeia, anno uccccxLVII, quæ instituit Clarissas Coletanas. Metis, sancti Grodegandi archi episcopi et confessoris. »

Non abs re crit hic subnectere quod inter observationes mss. superius citatas, scriptum reliquit Rosweydus, ad hanc diem vi Martii. Præmittitur textus Romani hodierni : « In Cypro, S. Cononis martyris, qui sub Decio imperatore, pedibus clavis confixis, ante currum jussus currere, in genua procumbens, in oratione reddidit spiritum. » Sequitur Baronii Notatio : « Cononis : de eo etiam Græci in Menologio hac die agunt, quem Nazareth oriundum, præclaris certaminibus pro Christo susceptis, nobilitatum ferunt, dum brevi compendio martyrium ejus describunt.»

Tria hic animadvertenda sunt, inquit Rosweydus.

1. Quomodo Baronius Cononem hunc ponat vi Martii, dicatque etiam hac die in Menologio de eo agi, cum Menologium eum habeat vin Martii.

2. In Menologio videntur dies porturbati, nam Manæa Cononem habent v Martii (et ita etiam Acta posuerunt).

3. Quomodo Baronius eum in Cypro ponit, cum Menæa habeant, eum passum Mandæ, urbe Pamphivu Martii, quæ ita habet : « S. Cononis τοῦ χυπρίου ex Nazareth Gallilææ. Ilic sub Decio imperatore propter Christianæfidei confessionem, ferreis clavis confixis pedibus, ante currum jussus currere, in genua procumbens et orans, spiritum Christo Domino reddidit. » Legendum enim ibi, του χυπρού, id est Hortulani. Quare ita videtur Martyrologii Romani textus reformandus. « Mandæ urbe Pamphiliæ sancti Cononis Hortulani martyris.»

Nonis.

Die 7.

In Mauritania civitate Tuburbitanorum, natalis sanctarum martyrum Perpetuæ et Felicitatis, et cum eis Revocati, Saturnini et Secundoli, quorum ultimus in carcere quievit, reliqui omnes ad bestias sunt traditi sub Severo principe.

NOTÆ

Textus simplicitas sumitur ex Praten., Herinien., Tornacen., Antwerp.-Maj., Rosweyd., Pulsanen., Antwerp., Max-Lubec., Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

In tribus primis codicibus nullæ. Antuerp.-Maj. A Item, sanctorum pro sanctarum, uti etiam legitur pro natalis scribit passio. Pulsanen. male legit in Pulsanen., Antuerp., Max.-Lubec. et Molano. Turbitanorum, ut habent apographa Hieronym., Greven. et Molan. in prima editione legant Tiburbitanorum, quod hic in posterioribus non melius correxit per Thuburbitanorum. Sic utraque Greveni editio perperam posuit Mauricania pro Mauritania.

Una Martyrologorum antiquorum omnium concors sententia est, Perpetuæ et Felicitatis agonem gloriosissimum, et tota Ecclesia celebratissimum, hoc die completum esse, quidquid etiam pridie in Hieronymianis apographis recenseantur; cujus repetitæ positionis causam, non satis explicat Florentinius. Harum vere Christianarum heroidum quam late fama ab omni ævo dispersa fuerit, ostendit Kalendarium Bucherianum, omnium antiquissimum, in quo ex Africanis martyribus solæ illæ et Cypria- B Acta primus, inter viros, locus tribuendus viderenus memorantur; hie proprio suo natali die xviii Kal. Octobris, istæ hoc die Nonis Martii Perpetuæ et Felicitatis, Africa. Prætereo Sacramentaria et hujusmodi alia; cum Acta ipsa plane incomparabilia, pretiosissimum sint ecclesiasticæ antiquitatis monumentum, vel ipsis a catholicis id fateri coac tis: legat qui avitæ fortitudinis et catholicæ pietatis spectaculis delectatur. Thesaurum absconditum diu desideratum, diu frustra conquisitum primus feliciter bibliotheca Casinensi eruit V. Cl. Lucas Holstenius, a Possino, inde a majoribus nostris hoc die vulgatum, et ab aliis eruditissimis viris certatim novis curis, etiam Oxoniæ, editum, et observationibus illustratum, quorum curiosiores notas collegit suasque addidit Ruinartius inter Sincera et germana Acta a pag. 81. Tillemontius vero deductam vitæ seriem contexuit tomo III, a pag. 136. Consulat lector quæ apud citatos scriptores diligentissime discussa sunt, dum nos martyrologorum nostrorum C sensa seu vera, seu falsa exponimus. In assignandis sociis non una dictorum martyrologorum est ratio :

DANIC. textui subnectit : « Apud Valeriam provinciam, natale sancti Equitii abbatis, cujus meminit beatus Gregorius Dialogorum libro primo. »

Idem habent Antuerp.-Max., ULTRAJECT., LEYDEN. LOVAN. et editio ULTRAJ.-BELG., qui præterea ad-jungunt : « Eodem die, depositio sancti Thomæ confessoris et doctoris : » de quo Alberg. hoc modo : « Eodem die, sancti Thomæ de Aquino, ordinis Prædicatorum, eximii doctoris, qui suis scriptis et doctrinis plurimum profuit religioni Christianæ.»

CENTULEN. : « Apud Africam, civitate Tyburtina passio SS. Perpetuæ et Felicitatis martyrum, et cum eis Revocati, Satyri et Secundoli. »

BRUXELLEN. post principe, subdit in die natalis ejus, quæ ex Adone sumpta sunt. Tum : « Apud Va-lenciam [pro Valeriam] provinciam, Equiti.. Item, depositio beati Thomæ de Aquino, doctoris sancti de ordine Prædicatorum. »

HAGENOYEN. multa hodie comminiscitur de martyribus Tuburbitanis et beato Equitio, quæ referri non merentur. Accurationis specimen habe, in annuntiatione ultima : « Eodem dic, sancti Thomæ, doctoris egregii et episcopi Cantuariensis, de ordine Prædicatorum. » Sic Perpetuam et Felicitatem virgines vocat, etc.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. Primo loco Thomæ de Aquino confessoris. Dein Perpetuæ et Felicitati elogium texuit, hic non describendum.

STROZZ. et MEDIC., et jam primo loco : « Natale sancti Thomæ de Aquino, confessoris, ordinis Prædicatorum depositio, apud monasterium Fossæ

Pulsanen. socios transposuit, hoc modo : et cum eis Saturnini et Revocati et Secundoli; sic tradidi sunt pro sunt traditi. In Antuerp. vero et Max.-Lubec. reliqui autem, pro reliqui omnes.

OBSERVATIONES.

hi in Hieronymianis apographis varie positi et confusi, a Beda ac proinde a Rabano prætermissi sunt. Nihilo plus dicit Romanum parvum; sola Perpetua et Felicitatis nomina exprimens, non Carthagine, ut rectius a Beda legitur, sed, In Mauritania cirita*te Tuburbitanorum.* Romani parvi vestigiis insistit Ado, trestamen socios ex Actis, quæ etiam Bedaviderat, adjungens, quos Usuarduset Notkerus non negligunt, amisso ubique Saturo, cui secundum præfata tur, unde manifeste patet solum Adonem Usuardo præluxisse, cujus elogii partem primam, fere ad verbum transcripsit; Notkerus, ut solet, totum reddidit. Quæstionem de loco martyrii Carthagine, an Tuburbii, discussam habes in commentario nostro prævio, apud Florentinium, et recentius in prævia Ruinartii admonitione, ac notis Tillemonii. Sitne autem typographi, an Florentinii ipsius inad-vertentia, dum pro *Turbitanorum* Ilieronymi, restituendum ait ex Augustino Tuburbinatorum, dubitare facit, quod continuo subdit, insignes martyres Perpetuam et Felicilatem TUBURBITANAS dici; liquet igitur melius, vel saltem minus male in textu scriptum Tuburbitanorum, licet verosimilius sit Tuburbitanas martyres non has ab Augustino aliisque intelligi, sed Maximam et socias, de quibus agitur xix Julii. Wandalbertus cum Romano parvo et Beda, solis duabus feminis epinicion canit.

> Nonis Felicitas micat et Perpetua, castam Quæ Christi vitam felici morte dicarunt.

AUCTARIA.

novæ, ordinis Cisterciensis, in Campania ejusdem depositio. Obiit autem anno Domini accuxxiv, vita suæ quinquagesimo inchoante. » Unde redundantia illa depositionis in textu oriatur, non habeo ex quo colligam, nisi forte ex textibus variis unus conflatus sit; certe de ejus translatione hic non agi manifestum est. Plura mox sequentur

MUNERAT. Textui puro adjicit : « Eodem die, depositio beati Thomæ confessoris, ordinis Prædicatorum, eximii doctoria

Editio LUBECO-COL. addit, ut Bruxellen, die natalis sui. «Apud Valeriam provinciam, natale sanch Equicii abbatis, cujus meminit beatus Gregorius Dialogorum libro primo. Eodem die in Campania, monasterio Fossæ novæ, natale sancti Thomæ de Aquino, ordinis Prædicatorum, egregii doctoris Ecclesiæ qui suis doctrinis et script's plurimum profuit religioni Christianæ. Fertur etiam de codem doctore, quod innocentiam haptismalem numquam violaverat, et virginitatem mentis et corporis usque in finem vitæ suæ servaverat, nec unquam ipso sciente, mortaliter peccaverat. In territorio Montensi, oppido imperiali quod Werda dicitur supra littus Rheni, natale sancti Willeyoi confessoris, presbyteri sancti Swicherti episcopi. » Actum de eo supra 11 Martii.

BELINI prima cditio : « Eodem die, sancti Thomæ de Aquino confessoris : » editio altera, « doctoris et confessoris, ordinis Prædicatorum. »

GREVEN. : « Item sanctorum Silvani, Rogati, Erol. Antiochiæ Eoci [vel Leoci] Saturi, Saturni et aliorum. » S. Thomæ elogium idem fere est, quod retulimus, cum additione anni obitus, ut supra etiam est. « In provincia Valeria, sancti Equitii abbatis, qui, ut beatus Gregorius primo Dialogorum refert, pro vitæ suæ merito apud omnes illic admirabilis habebatur, Vilis erat valde in vestibus, sed tantus eum fervor ad colligendas Deo animas accenderat, ut sic manasteriis præesset, quatenus per ecclesias per castra, per vicos, per singulorum quoque fidelium domós circumquaque discurreret, et corda audientium ad amorem patriæ cælestis excitaret. »

MOLAN. ex Adone hæc textui subjicit; « die natalis ejus. Quæque dum adhuc servarentur in carcere et Felicitas, parturiret, omnium sanctorum commilitonum precibus impetratum est ut octavo mense pareret. Apud Valcriam, » ut supra in Danico, etc. Eodem die, sancti Thoma: Aquinatis doctoris et confessoris, in Terracina Campaniæ civitate, monasterio Fossæ novæ, qui de nobili genere comitum Aquinorum claram originem ducens, patre invito,

positum est. De Willeyco aut Willerico satis dictum A ordinem ingressus est Prædicatorum, et litterarum studiis diligenter intendens, sacræ Theologiæ cathedra sublimatus, totum mundum claritate suæ -scientiæ illustravit, et anno MCGLXXIV. vitæ vero suæ quinquagesimo inchoante, diem clausit extremum. » Deleri possunt verba illa in Terracina Campaniæ civitate. Minutioribus typis : « In Segenberge, sancti, Volkeri martyris. Item Redemptæ virginis, de qua in homil. B. Gregorius. » Hæc in aliis editionibus merito omittitur. Vide indicem Præ-termissorum. In his autem additur : « Die septima, sacrosanctorum martyrum episcoporum in Chersone, Basilei Ephraim, Charitonis, Eugenii et re-liquorum. » Dein charactere minori : « Cæsareæ Palestinæ, natalis sancti Eubuli, qui gloriosam propietate mortem caducæ vitæ præponens, post bestiarum laniatus, gladio trucidatus fuit : omniaque martyrum certamina, suo sanguine postremus obsignavit. In Segenberge, sancti Volkeri martyris.

VIII Idus.

In civitate Antinoum natalis sanctorum Philemonis et Apolonii diaconi, qui tenti et a judice auditi, cum constanter idolis sacrificare noluissent, perforatis calcaneis per civitatem horribiliter tracti, novissime gladio cæsi, martyrium compleverant. Eodem die apud præfatam urbem, passio Arriani. Theotici et aliorum trium; quos judex submersos inmare necavit, sed obsequio delphini, corpora eorum littori sunt restituta. Cartagini sancti Pontii diaconi beati Cypriani episcopi, qui usque ad diem passionis illius cum eo exilium sustinens egregium volumen vitæ et passionis ipsius reliquit ac clarus passionibus, coronam vitæ promeruit.

NOTÆ.

Consonant Praten, Herinien., Tornacen, Antuerp B bus accedunt. Antuer.-Max., Ultraj, Leyd., Alberg, Max.- Lubec., Munerat., Belin., Greven Molan. Qui-Danic., Edit. Ultraj.-Belg. etc. ferme Hagenoyen.

VARIANTES LECTIONES.

In civitate Antineo ponit solus Tornacen., Greven., Antynoum. Idem. Tornacens. Apollinii, pro Apoilonii. Belin. legit diaconorum, ubi probabilius neuter diaconus fuit. Transpositio Greveni et Molani, in sacri scare idolis, pro idolis sacri scare notatu digna non est. Quod aliqui Ydolis scribant, alibi dictum est. Antuerp. Max.-Lubec., Belin.. Greven., Molan. et codicesalii pro Arriani scribunt Adriani, cur Acta Ariani præferant, nescio. Sic in Herinien et Munerat. Thetici, in Greven. Teotici melius in

textu. Munerat, omisit trium. Codd. mediæ notæ ad delphini, addunt piscis : Antuerp. scribit Kartagini Munerat., Cartagine; Belin; Greven. et Molanus., Carthagini; cum antiquioribus antiquam præfero scribendi normam. Sensum invertunt Muneral. et Belinus, legentes Diaconi et beati Cypriani. Minus errat ille in *passionis illius*, hic in *passionis ejus*. Herinien quod mirere, scribit clari et promeruerunt quasi de duobus ageretur.

OBSERVATIONES.

tinoitarum, primo et secundo loco hic consignatorum memoria antiquioribus martyrologis omnibus aut incognita aut præterita, debetur soli Usuardo, qui Philemonem Apollonio male præposuit, atque ex eorum passione, martyrii locum, diem, et alias circumstantias non satis recte determinavit, ut hoc die accuratius exponit Papebrochius, Acta ex variis mss. Latinis cum textu Græco collatis illustrans quæ eruditi recentiores hodie passim incessunt et repudiant, tanguam a Metaphraste ferta et interpolata. Sintne Metaphrastis opus, alia quæstio est. Cæterum ita sentiunt viri illi scrupulosiores ipso Papebrochio, at non tam facile hodie probaturo, quæ sub primis studiorum initiis, necdum rerum istarum adeo peritus, admisit. Quidquid sit, genuina omnino non esse, satis perspiciet, quicunque ea conferre voluerit cum narratione Rufini ex vitis Patrum cap. non 29, sed 19, pag 476, a Ruinartio martyrio intelligenda putaverit, quod subiisse Pon-excerpta et inter Selecta edita pag. 539; quam D tium omnino non constat. Hic Cyprianum laudando nescio cur majores nostri proferre neglexerint. Interim negari non potest, passionem a Papebrochio illustratam Metaphraste antiquiorem esse, utpote quam Usuardus, qui inde elogium suum excerpsit, videre certo debuit, isque inter omnes antiquos martyrologos solus. ut dicere cæpimus in Observationibus de sancto AsclaxxIII Januarii, quo item die

Philemonis, Apollonii et aliorum martyrum An- C Tillemontium in Arriano citavimus cujus articuli duo 4 et 5 legi possunt tomo V, a pag. 360., ubi de hodiernis martyribus agitur ex Rufino etiam et Palladio rejectis Actis Usuardinis, quæ hunc vm Martii diem sanctorum certamini non satis recte consecravisse, imo simul omnes male conjunxisse, ante ipsum observaverat laudatus Papebrochius apud quem vide cætera. De textus nostri vere Usuardini simplicitate, dubii nihil suboriri potest in tam singulari codicum prope omnium concordia.

De Pontio sic legit Romanum parvum : Apud Carthaginem sancti Pontiani diaconi beati Cypriani, qui Dominum semper in passionibus suis glori-Acans, coronam vitæ promeruit. Hæc Ado tantillum auxit quæ a Notkero descripta sunt. Noster casu an studiose nescio verba illa exclusit, Dominum semper in passionibus glorificans; quæ nihil oberant, quo minus intacta relinquerentur, nisi forte de vero martyrio intelligenda putaverit, quod subiisse Ponsui memoriam posteris reliquit, nam ex ejus libello de gloriosissimi martyris Cypriani vita, commentarium sunm deduxit Henschenius, Pontium egregie vindicans a nimium fastuosis Rigaltii suggillationibus, ut ibilector videre poterit, et fusius probandum erit ad xiv Septembris. Nobis sufficiat, Usuardi textum hic etiam genuinum esse.

826

Die 8.

AUCTARIA.

ANTUERP.-MAJ. In prima deest totum elogium; in A honoratur in monasterio Fameseye [Ramesiæ] ubi secunda tantum non purusest : in tertia ferme Adonianus : « Apud Cartaginem, sancti Pontiani diaconi, discipuli beati Cypriani episcopi qui usque ad diem passionis ejus cum ipso exilium sustinens, egregium volumen vitæ et passionis ipsius reliquit atque Dominum semper in passionibus suis glorificans, coronam vitæ promeruit. »

Roswerd, in toto textu purus, in fine hæc subjungit : « In Nicomedia, Quintilli épiscopi, martyris. Item in Africa, Cyrilli episcopi et martyris.» Accepta est utraque annuntiatio ex Hieronymianis. vel ex Rabano aut Notkero. Nihil magis ad textum Usuardinum pertinent hodierni Wandalberti versiculi.

PULSAN., deficit in Ariano et sociis.

LOVANIEN., inter codices mediæ notæ purior censeri posset, nisi sæpius Usuardina elogia decur-taret. Hic omisit omnia, quæ in *Philemonis* et Apollinis laudem ab Usuardo relata sunt.

solum habet : « Nicomediæ, sanctorum martyrum Quintuli episcopi et Capitulini. » Ex aliquo Ilieronymiano apographo, in quibus pro Quintuli, passim legitur Quintili, Quintilli, vel Quintilis.

BRUXELLEN., textui non parum interpolato sub-jungit: « Item Rogati et Catilli episcoporum. » Vide Acta de Cyrillo episcopo, Rogato. etc.

Aquicint. : Et sanctorum Quintoli et Capitulini

VICTORIN., legit qualuor pro trium. MARCHIAN. Fragmentum, habet Adriani pro Arriani, t plures codices supra.

MATRIC.-CARTUHS.-ULTRAJ. Ita incipit : «Cypriani cpiscopi et Pontii diaconi martyrum. Asclæ martyris, Apollonii, Philemonis, Arriani, et sociorum ejus. » De Ascla actum est xxiii Januarii.

ALTEMPS. : « Ipso die, sancti Felicis, Orientalium Anglorum qui fu't pradicator, et episcopus Norwici, qui inde translatus, nunc cum magna gloria

VII Idus.

Apud Nisenam civitatem depositio sancti Gregorii episcopi, fratris beati Basilli Cæsariensis tam vita quam eloquentia clarissimi. Civitate Barcinona, sancti Patiani episcopi qui tempore Theodosii principis, optima senectute finem vitæ sortitus est.

NOTÆ.

Soli hac die puri sunt Praten., Herinien., Tornacen., Rosweyd., Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

Fere nulla. Scripsi Nisenam ex Hermien., Torna- C cum Praten. et Molano; ut etiam apud eruditos bodie cen., Greven. et aliis codicibus passim, tantum ut servetur antiqua Usuardi lectio, quæ etiam talis videtur esse in apographo nostro Pratensi. Molan. male in prima editione posuit N cenam, quod in posterioribus bene correxit legendo Nyssenan ut vere legendum est. Sic etiam reliqui in textu Cæsariensis

passim invaluit. Tres alii neglectis, ut plerumque solent, diphthongis, habent Cesariensis. Scribendum esset Paciani, sed in codicibus pro textu citatis, aliisque passim pónitur ut est in textu; Rosweyd. tamen male legit *Potiani*.

VARIANTES LECTIONES.

Textum Usuardi purum et genuinum hic repræsentari minime dubito, ductus non solum auctoritate probatissimorum codicum supra relatorum sed ferme quotidiana ratione, quod Romani parvi textum evidenter secutus fuerit Ado, paucula adjiciens quæ Noster fere ad apicem transcripsit ut passim assolet. Hæc sunt Romani parvi verba de Gregorio: In Nyssena civitate sancti Gregorii episcopi fratris Basi-*Ui.* Multa accurate de eo collegit Papebrochius in commentario historico sed multo plura post alios Til- D lemontius tomo IX, a pag. 561 ad 616 per 20 articulos. Hieronymiana apographa, Beda, ejusque descriptor. Rabanus et Wandalbertus, xL martyribus Sebaste-nis hoc die agunt, et egit Martyrologium Romanum ante tempora Innocentii PP. X, sub quo in diem sequentem translati snnt, cedentes officio duplici

sanctæ Franciscæ Romanæ, sic tamen ut eorum annuntiatio et elogium hoc die ponatur, ut sit de sancto Hilario xIII et xIV Januarii; de sancto Henrico xiv et xv Julii, et de sancto Didaco xii et xii novembris, non alia, opinor, ratione guam guæ modo assignata est, festi nimirum præcellentis. Porro quid Rabanum moverit ut eosdem ipsos xL martyres, et quidem ampliori elogio ornatos, rursum ad xi poneret, ac denuo IX Septembris, haud equidem perspicio, nisi de vero obitus die dubitaverit, aut per incuriam classes martyrum diversas esse putaverit. Molanus in editionibus posterioribus perperam 608 textui hodierno inseruit, cum ex Romano parvo et Adone, quo "Isuardus sequitur, referendi sint u Martii, ut feccrat, in editione prima, cæteris longe præhabenda, saltem quantum attinet ad eruendam

et conditus jacet. « Vide hæc accuratius discussa in commentario prævio ad ejus Acta. « In Hibernia, sancti confessoris et abbatis [imo episcopi] Seinavi. » Senanum vocant Acta. EDITIO LUBLCO.-COL. Textui fere puro, subdit: « Fodem die, sancti Ducnati [Duthaci] episcopi et confessoris. Item sancti Hunfridi episcopi, et confessoris. »

GREVEN. « Nicomediæ beati Quintilli episcopi, et martyris. Item Bironæ, Hærenie, Felicitatis, et Urbani. In Africa, Cirilli episcopi et martyris. Itemque Silvani, Quirilli, Capitullini martyris. » Vides hie Ilieronymianos martyres diversos et confusos. «Felicis episcopi Orientalium Anglorum et confessoris Qui de Burgundia egressus, Christum nationi Anglorum Orientalium annuntiavit. Sedem vero episcopalem in civitate Domnunc, accipiens, annisxvn in multa sanctitate præsedit, et deinde in pace quie-CENTULEN., ab Usuardo jam sæpe recessit; hodie B vit In Scotia. sancti Duchati episcopi et confesso-lum habet : « Nicomediæ, sanctorum martyrum uintuli episcopi et Capitulini. » Ex aliquo lliero-rum et confessorum.» De Conallo et *Cronano*, non Crorano vide indicem Prætermissorum. « Eodem die, Hunfridi episcopi et confessoris. Cleopatroniæ, filiæ Daciani. » De Cleopatroniæ nomenclatura vide Castellanum in notis mens. Januario pag. 200.

MOLAN., parvo charactere, de Felice Grevenum transcripsit. Tum; « Item Humfridi episcopi et confessoris, cujus corpus, post Morinorum per Carolum quintum deletionem, translatum est Ipras. » In editionibus aliis ita habet: « In pago Tervanensi sancti Hunfridi, episcopi ejusdem civitatis, et abbatis Sithiensis, cujus corpus, deletis Morinis, Ipras est translatum. In Anglia, sancti Felicis episcopi, et confessoris, qui de Burgundia veniens, nationi An-glorum Orientalium, Christum annuntiavit. Die octava, sancti patris et confessoris Theophylacti, episcopi Nicomediæ. »

tigamus. Nam si de vero martyrii die instituatur quæstio, præferenda forte videbitur Hieronymi et Bedæ positio, ex ipsis Actis confirmata. Unde non improbabiliter suspicari licet, in recentiores Usuardi codices subinde insertos. Nobis sufficiat antiquam et genuinam martyrologi nostri lectionem-

PULSANEN., Textustransposuit, nonam in undecimam commutans. Etenim quæ nos hodie, ut vere Usuardina retulimus, eadem ipse, quam ob causam nescio, xi hujus posuit, martyres autem Seba tenos, eosque solos hac die ; sed pure et Usuardi verbis.

ANTUERP.-MAJ., in textu non omni op irusest, cui superaddit: « In Sebasten Armenia minoris, natalis sanctorum quadraginta militum, tempore Licinii regis sub præside Agricola. Nomina vero horum martyrum hæc sunt : Domicianus, Eunoicus, Sisin- B unde unus pusillanimis ceciderat. Et eos dem omnes nius, Eradius, Alexander, Joannes, Claudius cum sociis suis. Qui omnes crurifragio martyrium consummaverunt. Combusta sunt igitur sanctorum corpora et in fluvium projecta, sed divina dispensatione reliquiæ eorum sunt integræ repertæ et honore digno conditæ.» Hæc Usuardum non sapiunt: sequentes codices integrum textum referent

ANTUERP. CL MAX-LUBEC., MUNERAT, BELIN., ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., LOVANIEN., ALBERG., DANIC. CL EDITIO ULTRAJ.-BELG., alii Alberg., DANIC. et Editio Ultraj.-Belg., alii primo, alii ultimo loco de martyribus Sebastenis hac die meminerunt, quos nos cum Usuardo dabimus xI hujus. In ultimo codice deest Gregorius Nyssenus.

CENTULEN. « Passio XL militum tempore Licinii regis, sub præside Agricolao. In Africa, sanctorum Felicis et Rogati. » De toto textu, nec verbum.

BRUXELLEN. Interpolato nonnihil martyrum Sebastenorum elogio, textum hodiernum fere purum () subjungit.

HAGENOVEN. Ex martyribus xL classes dupli-cando, octoginta confecisse videtur; turmam aliam hodie Cappadociæ, aliam x1 « Apud Sebastem Armeniæ » annuntians, quibus diversa aptavit elogia. Unde vero hodiernum eruerit, nescio; certe referre non meretur. In reliquo textu, parum a puritate aberrat.

Aquicinct. Pro Patiani, scribit Datiani. Tum in fine addit : « In Armenia minore, xL militum, sanctorum. Item sanctorum Felicis, Philippi, Rogatii. »

REG. SUEC., signatus num. 130 : In Sebastem Armeniæ minorem, natalis sanctorum xL militum qui passi sunt sub Agricolao præside, tempore Licinii regis. »

textus Usuardini simplicitatem, quam solam inves- A exhibuisse. De Paciano solum posuerat Romanum parvum : Barcinonæ; Paciani episcopi; cætera Adoniana sunt, etiam a Notkero fere fransumpta. Breviter en Henschenius retulit, quæ apud Hieronymum, et alios ecclesiasticos scriptores repererat; nonnulla explicatiora reddidit Tillemontius tomo VIII, a pag 537.

AUCTARIA.

UGHELLIAN. Etiain agit de xL militibus.

EDITIO LUBECO-COL. « Apud Sebasten Armeniæ minoris, natale sanctorum quadraginta militum, qui temporé Licinii regis sub præside Agricolao, post vincula et carceres creberrimos, post cæsas lapidibus facies, missi sunt in stagnum, ubi gelu con-stricta corpora ejus (corum) nocte dirumpebantur. Mane autem facto, implissimityranni satellites invonerunt clavicularium, connumeratum martyribus, tractos ad litus, baculis crura corum confregerunt, et sic demum crurifragio martyrium consummaverunt. Quorum nomina sunt : Domicianus, Eunoycus, Sisinnius, Eraclius, Alexander, Joannes, Claudius, Athanasius, Valensis, Helianus, Melliton, Hecclicius, Achacius, Jubanus, Helyus, Theodolus, Cyrillus, Valerius, Flavius, Severianus, Quirion, Theudeon, Sacerdon, Priscus, Euticius, Smaragdus, Philoctimon. Actius, Michallius, Lysimachus, Dompnus, Theophilus. Euthychius, Xanctius, Ag-gius, Leoncius, Isicius, Gagius, Gorgonius, Candidus. Erant aurem nobiliores inter eos Quirion et Candidus. » Vide hæc omnia accuratius ab Adone enumerata die xi Martii, ut supra diximus. Sequi-tur textus, cui in fine subjungit : « Parisius, depo-sitio sancti Draconii abbatis. » In Prætermissis, dicitur idem esse cum sancto Droctoveo abbate, de quo Usuardus die sequenti.

GREVEN. : « Ipso die, sanctorum Sici, Philippi, Mariani, Concessi, Sebastiani, Juliani, Silvani. Nomina sunt ex Hieronym. apographis oscitanter confusa. » Parisius, Draconii abbatis. Item, secundum aliquos x1 martyrum, qui in quinto Idus ponuntur.

MOLIN. : « Apud Sebasten Armeniæ minoris, natalis sanctorum quadraginta militum, qui tempore Licinii regis, post vincula et carceres creberrimos, et post cæsas lapidibus facies, missi sunt in stagnum, ubi gelu constricta eorum corpora nocte disrumpébantur, et sic demum mane crurifragio martyrium consummaverunt. Erant autem inter eos nobiliores Quirion et Candidus. » Est Usuardi textui exceptis iis quæ de gelu ex Adone inseruntur.

Die 10.

VI Idus.

Apud Apaniam, natalis sanctorum Alexandri et Gaii martyrum, qui, ut Apollinaris scribit Hierapolitanus_episcopus, in libro Adversum Catafrigas, persecutione Antonini Véri, glorioso martyrio coronati sunt In Perside, sanctorum martyrum num ro quadraginta duorum. Parisius, depositio sancti Droctovei abbatis discipuli beati Germani episcopi. [Bouillart addit : Ipso die a sancti Attali abba is, discipuli sancti Columbani.]

NOT/E

Solos hodie puros invenio Heriniensem et Tornacensem.

• Hic Pratensem codicem in jus vocat Sollerius, D quod hujus diei sanctis adjungatur sanctus Attalus ; cum exarati nanu codices non pauci, iique quantivis pretii, sanctum illum abbatem non memorent, aliique alio modo : non credibile esse a mss. illis abfuturum, si fons ipse, unde illi ducti rivuli sunt, illum habuisset : suspicari itaque se verha Pratensis esse recentiora. Ut suas ipse ratiunculas refellat, unum oro, ut codiceminspectum veniat. Nam quid ponderis habent conjecturæ contra id quod revera est? Neque nobis objiciat lituram. Nam et quadraginta duos martyres et Droctoveum abbatem

Usuardi esse confitetur, qui tamen et ipsi in eadem litura scribuntur ac Attalus. Nec tamen inficior additum Attalum fuisse, quandoquidem de illo silet Dervensis codex. At Usuardo licuit suum, cum lubebat, et quibus sanctis lubebat, locupletare Martyrologium. Nec necesse fuit ut suum codicem, statim atque quidpiam in eo correxerat, quocunque transmitteret, aut per litteras notum faceret quid adjecisset codici, quid detraxisset. Jam hunc diem esse quo sanctus Attalus aut Attala commemorari debuit, ut probem nihil opus est. Acta ejus omnium versantur manibus, BOUILLART.

VARIANTES LECTIONES.

cedit, quam Appamiam, ut alter. Uterque scribit Gaii. Male Tornacen. Appollinaris. Primus legit Je-rapolitanus, secundus Jherapolitanus, correctius intextu. Catafrigas et hicodices et alii passim ; putavi servari posse vel vitiosum scribendi modum. Herinien. posuit *Droctorei*, Tornacen. *Drochtovei*. Quidni cam communiori, ut in textu ? præferat

quisque quod lubet, per me licet. Sed quid de Attalo vel Attala abbate, discipulo sancli Columbani? Refertur hic sub istis fere terminis a codice Pratensi, an prima, an alia manu subinde adjectus, non satis certum. Equidem non existimo codicem illum, ut ut antiquum primigeniam hic Usuardi puritatem referre. Certe Herinien., Tornacen., Antuerp.-Maj. Antuerp. et Max Lubec. ac Muneratus de eo silent. Abest item hoc die a codicibus, quos passim mediæ notæ appellamus, a Bruxellensict multis aliis. Nonest autum versimile, B ces aliquot Usuardinos fluxisse volueris, non mag-Attalamabillis exclusum iri, si in codicibus, unde

Alexander et Caius, vel potius Caius et Alexander nam hic denuo nomina transposita sunt, a Romano parvo primum consignantur, his verbis : Apamia, Alexandri et Caii de Bumenia : inde ab Adone, ex hoc a Nostro et Notkero, serme cum eodem elogio accepti sunt ; etiam in additionibus ad Bedam positi, ubique cum addito de Bumenia, præterquam in Úsuardo. Intellige igitur de Eumenia ex Apollinaris verbis, *Bumenia prognati*, vel *Bumenia* oriundi, ut vertit Valesius. Porro sanctos Alexandrum et Caium ex eorum numero esse, quos ex Rufini Eusebio desumpsit auctor Romani parvi, ad oculum patchit, si ejus textum conferas cum iis quæ in Historia eccl. refert laudatus scriptor. libv, cap. 16, sub finem. Ex Apollinare Hieropolitano desumptam esse narrationem, ex eodem et proxime præcedenti Capite, observavit Viennensis. Plura et explicatiora videsis in brevi Henschenii commentario. Magnum Latinorum martyrologorum consensum in sancto-

PRATEN. Auctarium ejus in Variantibus jam ferme indicavi. Sic scribit : « Ipso die, sancti Attali abbatis, discipuli sancti Columbani.

PULSANEN., pro quadraginta duum ponit quinquaginta duum. In fine autem : « Luxovio monasterio sancti Attali abbatis. Item sancti Ugonis episcopi, et confessoris. » Rothomagensem, opinor, indicat, qui colitur ıx Aprilis. »

ANTUERP.-MAJ. : « Apud Apamiam, natale sanctorum Alexandri et Gaii de Umenia, qui apud Apamiam, persecutione Antonini, glorioso sunt martyrio coronati. « In altera, purus est. De Droctoveo, nihil.

Rosweyd., in prima et secunda satis purus, in • tertia pro Droctovei, scribit Clodovei. Tum : « lpso die, sancti Attali abbatis, discipuli sancti Colum- D bani. »

ANTUERP.-MAX., LUBEC., ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEYDE., LOVAN., ALBERG., DANIC. EDITIO ULTRAJ.-BELG., deficiunt in Droctoveo, cujus loco substituunt : « Ipso die, sanctorum Gorgonii et Firmi. » Idem additamentum habet MUNERAT., sed post textum integrum, nisi quod pro Apamiam, scribat Campaniam.

BRUXELLEN., de Alexandro et Caio textu inserit, quod apud Viennam passi sunt. Tertio loco ponit : « Ipso die sanctorum Gorgonii et Firmi. » Sequitur de Droctoveo. Abest Attalus. Tum in fine : « Fontanellæ monasterio, relatio corporis sancti Ausberti [Ansberti] Rothomagensis ecclesiæ archiepiscopi, qui in monasterio Altimontensi exilio fuerat rele-

Apamiam, ut Herinicn. veræ lectioni magis ac- A ipsi descripti primum sunt, aliqua fuisset memoria. Edit, quam Appamiam, ut alter. Uterque scribit Textui adjunctum, inde etiam evinci videtur, quod Grevenus et Molanus aliter proponant, nempe : Luxorio monasterio, sancti Athali (Attalæ) abbattis. Si enim ex Pratensi codice, quem autographum multi putant, accep'a esset Attalæ annuntiatio, iisdem, procul dubio, terminis fuisset expressa. Suspicari itaque ausim, recentiora esse Pratensis verba, ab ipso primo scriptore, vel ab aliquo alio, Usuardi textui adjecta, qui Bobiensi Italiæmonasterio, ut recte Notkerus fecerat, Attalam ascribendum intelligens, positionem, seu depositionis locum prudenter omiserit. Litigare non lubet, si urgentiora momenta produxeris, ut Attalam textui vindices, ultro confentiam, ut pote qui veritatem unice inquiro. Inter codices Hieronymianos solus vetustissimus Antuerpiensis, seu Epternacensis de Attala meminisse reperitur; si inde erutum, in codinoperc refragabor.

OBSERVATIONES.

rum xLII martyrum natali ad hunc diem assignando agnoscit Henschenius, sic tamen ut nulla temporis, aut urbis, seu provinciæ peculiaris, perseculionis, aut ullius nominis notitia suggeratur. Eos notat Romanum parvum; In perside, martyrum numero xLII, Et ita ab Adone, ita ex hoc ab Usuardo et Notkero translati sunt. Variant in numero apographa Hieronymiana, alii xxII, aliis xLVII scribentibus, quamvis eosdem plane indicare videantur. Droctoveus anbas a solo Usuardo superadditus est, alpote qui Pratensis ipsius cœnobii institutor primus et moderator fuit. Vitam habes ex mss. ab llenschenio vulgatam et illustratam, quam novis curis edidit Mabilio sæculo 1 Benedictino a pag. 252. Priores duas hodierni nostri laterculi classes sic memorat Wandalbertus :

> Senis Cajus, Alexanderque coluntur. Eisdem Quardragena et bina coltæret turba cruore, Quos pariter sæva celebramus Perside cæsos.

AUCTARIA.

gatus. Et cum finem vitæ suæ instare sentirel, corpus suum apud Fontanellam, ubi religionem fueral professus, petiit sepeliri. » Vide de Ausberto Aucta-ria ad 1x Februarii et Acta eadem die.

HAGENOYEN., martyres XLII ascribit temporibus Saporis regis Persarum. Sequitur de Droctoveo. De Attala nihil. In fine : Ipso die, sanctorum martyrum Gorgonii et Firmi. »

CENTULEN., solum habet : In Italia, monasterio Bobio, sancti Attalæ abbatis.

AQUICINCT., de Attala scribit, ut Pratensis. In fine vero subdit : « In Antiochia, santæ Agapæ virginis et sanctorum Gorgonii et Firmi. »

VICTORIN REGINE SUEC., signatus num.130, in fine habent ; « Item santæ Agapæ virginis, et sanctorum Gorgonii et Firmi. »

Messanensis. « Ipso die, sancti Heraclii. » An is est qui ex Ilieronym. a Rabanoet Notkero Alexandriæ tribuitur?

PLESCHIONENSIS. « In Antiochia, sanctæ Agapæ, In Nicæa, sanctorum Gorgonii et Firmini. »

BICOTIAN., signatus P 5 « Ipso die, sanctorum Gorgonii et Firmini. »

CLUNIACEN. : « Item Agapæ virginis, Gorgonii Sirini, » Omnes conjungit sine loci distinctione.

VATICAN., num 5949, omittit Droctoveum, et Attalam. In fine adjicit: « In Antiochia, santa Agapæ virginis. In Nicæa, santorum Gorgonii, et Formini »

UGHELLIAN. Deficit item in Drotroveo Attala. In

fine habet : « Sanctorum Gorgonii et Firmi, » ut A codices alii supra.

ALTEMPS. : «Apud Alexandriam, natale sanctorum Philonii episcopi, Candidi, Valerii aliis xx Carthagine, sancti Heraclii et aliorum. » Suspicor dierum subesse confusionem.

STROZ. et MEDIC. « Item, sancti Ugonis episcopi et confessoris. Item, sanctorum martyrum Felicis, et Philippi.»

Editio Lubeco-Col., omissis Doctroveo et Attala, ponit : « Ipso die, sanctorum Gorgonii et Firmi martyrum. Eodem die, in Scotia, sancti Kessogi episcopi etconfessoris. Item, translatio sancti Viti martyris. » Agitur de translatione celebris martyris S. Viti ad Corbeiam Saxonicam, de qua vide Prætermissos hac die, et ad xv Junii

BELIN. male scribit Dorothei, et Dorothonei pro Droctovei. De Attala sic habet : « Bobio monasterio sancti Attalæ abbatis. »

GREVEN. De Attala jam diximus. Sequitur : « Gorgonii, Firmi, Candidi martyrum ac sociorum. Ereticiæ, Criduanæ virginum et martyrum. » Vide Prætermissos. « Palastini martyris [forte Palatini]. In Scotia, Kessogi episcopi et confessoris. Agapitæ virginis. » Nomen denuo corruptum pro Agapæ, Marinæ virginis. « Translatio sancti Viti marlyris. »

MOLAN., typis minoribus. « In Hibernia, Congelli abbatis. In Vissenaken juxta Thenis montem, sancti Himelini confessoris; qui natione Scotus, et beato Rumoldo carne propinquus, præfato loco, febre pestilentiali tactus, diem obiit, mirificante Domino obitum ejus multis signis et miraculis.» De Congello vide Prætermissos, ubi remittitur ad x Maii; eum in posterioribus editionibus expunxit Molanus. Ibi vero addit : « Die decima, sanctorum martyrum Codrati et sociorum ejus. » De Himelino repetit, quæ in prioribus dixerat.

Die 11.

V Idus.

Apud Sebasten Armeniæ minoris, natalis sanctorum quadraginta militum, qui tempore Licinii regis, post vincula et carceres creberrimos, post cæsas lapidibus facies, missi sunt in stagnum, et sic demum crurifragio martyrium consummaverunt. Erant autem nobiliores à inter eos, Quirion et Candidus.

NOTÆ.

Puros existimo Praten., Herinien., Tornacen., Greven. et Molan. Addi potest Rosneyd.

Pratensis codex omisit vocem nobiliores. Observatio est Sollerii. Nulla tamen vox in toto articulo quæ validius oculos feriat. BOUILLART.

VARIANTES LECTIONES.

omiserit vocem nobiliores. Puris addidi codicem,

In eo solum consistit, quod Grevenus et Molanus B quem Rosweydi voco; hic tamen post in stagnum, leganl, post facies cæsas lapidibus: Pratensisautem interserit, ubi corpora eorum aelu dirumnehatur interserit, ubi corpora eorum gelu dirumpebatur, quæ ab aliis codicibus absunt.

OBSERVATIONES.

Nobilissima acies commilitonum Sebastenorum jam supra ad IX Martii occurrit, qual eo die a Græ-cis æque ac Latinis martyrologis passim celebrentur, ils exceptis, qui seriem nostrum constituunt, videlicet auctore Romani parvi, Adone, Usuardo et Notkero De Rabani triplici annuntiatione, superius etiam diximus; itaque primus eos hoc die memorat religuorum primipilus : Apud Sebasten Armenia minoris, XL militum, tempore Licinii regis. Longior est Adonis historia ex antiquis Actis desumpta, expressis singulorum nominibus, quæ legi possunt citato die 1x Martii in auctario Greveni. Ex Adonis textu hinc inde decerpsit Usuardus, quibus elogium C suum construeret; nisi mavelis Bedam descripsisse, quod ex ultimis verbis, erant autem nobiliores inter eos Quirion et Candidus, plane sit verisimile; licet de cætero, quæ Bedæ sunt, etiam in Adone reperiantur. Notkerus diem sequitur, at phrasis ejus a Beda

et Adone discrepat, nempe ex hodierno Rabani textu accepta et nonnihil interpolata. Illustrissimorum martyrum gesta, prius satis confusa, egregiis dissertationibus evolvit et digessit Henschenius, Acta ipsa, ut recte censuit, antiquissima, eadem sedulitate illustrans; quæ nihiloninus sinceris et genuinis accensenda non credidit Ruinartius, solam Basilii homiliam producens a pag. 583, ubi consuli potest præmissa admonitio. Si quidigitur rigidiores critici in præfatis Actis carpendum reperiant, abunde supplebunt illa Basilii aliorumque sanctorum Patrum præconia, ex quibus potissimum sua de-sumpsisse videri voluit Tillemontius tomo V, a pag. 518. Huc refero Wandalberti versus, quos superius ad ix Martii retulerat :

> Septenis quadrageno sub milite festum Armeniæ recolunt unum sacra templa minoris.

AUCTARIA.

PULSANEN. Jam diximus, in hoc codice transpositos esse textus, ita ut ix posuerit, quæ ad hunc diem pertinent, et hoc die habeat, quæ nos cum Usuardo ix die retulimus.

ANTUERP.-MAJ. Et hic et plerique infra codices, qui Sebastenos citato die IX signaverunt, ex Hieronymianis nomina mutuati sunt, quibus vaçuum spatium implerent. In hoc codice ita legitur : « Apud Apanam (vide infra), natale sanctoi um Philoni epi-Apanam (vide in/rd), natale sanctor um rinton epi-scopi, Candidi, Valerii, cum aliis viginti. Cartagine, sancti Heraclii. » Vide socios in Auctariis aliis. Candido et Valerio quadrat hodiernus Wandalberti versiculus :

Candidus hinc quinas sibi Valeriusque retentant.

ANTUERP.-MAX. LUBEC., solum ponunt : « In Carthagine, Heracli vel Heraclii, Zosemi, Alexandri, Candedi, Piperionis et aliorum viginti. » Quomodo etiam plane legit codex UGHELLIAN. Et ita fere legendum censuit Henschenius. Alii Alexandri nomen transformarunt in Alexandria, positionem duplicantes qua de re nonnulla est controversia. Horum aliquos integros, vel luxatos pridie annuntiavit Rabanus : Notkerus Nicomedienses reliquos hodie refert. Alii alia, ut in sequentibus Auctariis; quæ, nisi fallor, ex diversitate apographorum Hieronymianorum nata sunt. Videantur Acta et Florentinius. Hic desunt etiam martyres xL relati supra ix Martii.

gine, sancti Constantini confessoris, clarissimi viri. Apud Alexandriam, natale sanctorum Philomi (Phi-lomii, Philonis vel Philonii) episcopi et Valerii cum aliis viginti et uno. Luxovio monasterio, sancti Attali abbatis, discipuli sancti Columbani abbatis. » Ita prorsus et iisdem fere inflexionibus MUNERATUS, qui retulit.

BRUXELLEN. : « In Carthagine, natale sanctorum martyrum Eraclii, Zozimii, Alexandri, Candidi, Piperionis et aliorum viginti. Apud Alexandriam, natale sanctorum Philomii episcopi. et Valerii cum aliis viginti et uno. Apud Sebastem Armeniæ minoris, natale sanctorum quadraginta militum, inter quos nobiliores erant Quirion et Candidus. Et in Antiochia, Agapæ virginis, et Marinæ. Carthagine, sancti Constantini confe soris, clarissimi viri. Luxovio monasterio, sancti Athali abbatis, beati Columbani abbatis discipuli. »

HAGENOVEN., primum agit de martyribus Sebaste-nis : tum de Carthaginensibus et Alexandrinis. Sequitur. « In monte Panois, beati enrici imperatoris. » Quid mons Panois et cur hac die referatur Henricus, nescio. Si de canonizatione agitur, ea ab aliis memoratur die sequenti; vide ibi Prætermissos. In fine, « Luxovio monasterio, » etc.

Aquicinci, textui puro hæc subnectit : « In pago Atrebatense, depositio sancti Vindeciani episcopi. Item sanctarum Agapitæ et Marinæ virginum. »

Victorin. : « Apud Álexandriam, natalé sanctorum martyrum Philonis episcopi, Candidi, Valerii cum aliis viginti. »

Pleschionen. : «Alexandriæ, sanctorum Caii, Candidi, Alexandri et Neonæ diaconi, et aliorum quin-decim. Eodem die, natalis sancti Firmiani abbatis. »

MARCHIAN. addit : « In pago Atrebatensi, depositio sancti Vindeciani episcopi.»

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. : « Sanctorum Quirionis et Candidi cum aliis x1 militibus mart.

CODEX D. DU CHEVAL, signatus B, qui fuit PP. Augustinianorum : « Apud Alexandriam, natalis sancti Philoromi episcopi, et Valerii cum aliis XXI.»

VATICAN., num. 5949 : « Carthagine, sanctorum Heraclii, Zosimi. Alexandriæ, sanctorum Gaii, Can- C didi, Alexandri et Neonæ diaconi et aliorum xv. Eodem die, natalis sancti Firmiani abbatis. »

ALTEMPS. : « Apud Alexandriam, natale sancto-rum Philonii episcopi, Cand di, Valerii, cum aliis xv. Carthagine, sancti Eraclii et aliorum. »

STROZZ. et MEDIC. : « Item, passio aliorum xL martyrum (scilicet ob x1. Sebastenos, qui inde tamen ad 1x diem relegati). Item, sancti Firmini abbatis, magnæ sanctitatis viri. » Idem est qui superius F rmianus, quem etiam Firmanum vocant.

EDITIO LUBECO-COL., sic incipit : « In territorio

etiam cum his codicibus ad 1x martyres Sebastenos A Herbipolensi, natale sancti Gumberti confessoris. Primum miles Christianissimus fuit et fidelis cui administratio totius episcopatus Herbipolensis commissaest, quam curam utiliter gessit. Mortuo autem episcopo, unanimiter ab omnibus in episcopum est electus. Ipse autem indignum se reputans tanto honore, a Domino contrarium postulavit et obtinuit. Quia pendente relatione ad papam, ipse feliciter in Domino obdormivit. Dumque jam sepultus esset, litteræ exauditionis publicæ sunt allatæ. Tunc omnis clerus hunc tamquam episcopum volens altius honorare, et ossa ipsius in loco honorabiliori collocare, inventas est omnibus pontificalibus adornatus, qui tamquam miles et laicus fuit sepultus. » De hoc sancto agendum erit eo, quo ab ecclesia Herbipo-lensi colitur, die xv Julii. Sequitur de sanctis Carthaginensibus, ul supra. « Apud Alexandriam, natale sanctorum Philonii episcopi, Candidi, Valerii cum alius viginti martyribus. Luxovio, etc. In Scotia, B sancti Constantini regis et martyris. Eodem die, apud Armeniam minorem, sanctorum Domiciani et sociorum ejus martyrum. » Sunt e numero xL Se-

bastenorum. Vide indicem Prætermissorum BELIN. Primo loco de martyribus Carthaginensibus, ubi pro Heraclii et Zosimi legitur Heradii et Osimi. Tum : « Ipso die, Gorgonis et Firmini. » Melius pridic.

GREVEN. : « Nomina præfatorum martyrum sunt, » etc., ut enumeravimus ix hujus. De martyribus Carthaginensibus et Alexandrinis, ut supra ex As-TUERP.-MAX., etc. : « In Scotia, sancti Constantini regiset martyris. Gumperti episcopi Herbipolensis. Hic cum esset miles, etc. In pago Attrabatenci, sancti Vindiciani episcopi Cameracensis et confessoris. In Carthagine, sancti Constantini confessoris, clarissimi viri. Item juxta quosdam, Athali abbatis, quem Usuardus ponit die præcedenti. » Vide quæ ibi diximus.

MOLAN. : «Horum unus Meliton nomine, cum esset ætate minor, » et reliqua, quæ in Adone sequuntur usque ad finem. De Constantino confessore Carthaginensi, et martyribus ejusdem urbis, cadem, quæ jam sæpe repetita sunt. « Ipso die, Gorgonii et Firmi. In pago Atrebatensi, » etc. Tum minoribus typis. « Gumperti episcopi Herbipolensis. Arvernis, Georgiæ sanctissimæ virginis, de qua Greg. Turonensis. » In editionibus aliis vacat textus, litteris autem Italicis ponuntur jam dicta omnia, additurque in fine : « Die undecima, sancti patris Sophronii, patriarchæ Hierosolymorum. »

IV Idus.

Romæ, beatorum pontificum Gregorii doctoris, ac apostoli Anglorum, et Innocentii. Apud Nicomediam, passio sancti Petri martyris. Hic cum esset cubicularius Diocletiani principis, et liberius causaretur de immensis martyrum suppliciis, jubente eodem, in medium educitur, ac primo suspensus, diutissime flagris torquetur, deinde aceto et sale perfusus, ad ultimum in craticula assatur, sicque veri Petri extitit et fidei hæres et nominis. Item Nicomediæ, sanctorum Egduni presbiteri et aliorum septem, qui diebus singulis suffocati sunt, ut cæteris metus incuteretur.

NOTÆ

Ex Praten., Herinien., Tornacen., Munerat., Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

Gregoris et Innocentis in Munerato, typothetæ D nus. Idem hic cum Greveno Egdunii, Muneratus errorem puto, attamen in Pratensi et Tornacensi Egdimi. Aliis etiam modis scribitur. ut in Actis Rgdimi. Aliis etiam modis scribitur, ut in Actis videre est. Post aliorum septem, addidit Muneratus etiam Innocentis invenitur. Nichomediam legunt plures, rectius in textu. Vere pro veri habet Molamartyrum. Aliæ minutiæ alibi satis indicatæ sunt.

OBSERVATIONES.

Sanctorum pontificum Gregorii et Innocentii sub annuntiatione combinatio, Bedæ incognita fuit, qui de solo Gregorio, Ilieronymianis fere verbis, méminit: Depositio sancti Gregorii papæ, beatæmemoriæ: incognita etiam fuit præfatis Hierónymianis, inter

quæ Lucense præfigit, Romæ, et pro papæ legit episc pi; Corhelense habet papæ; Eplernacense vero phrasi non ordinaria: S. Grigori papæ Romensis : in omnibus ultimo loco additus est. Innocentius vero in medio ferme textu sic annuntiatur : Rome,

Die 12.

sancti Innocentii episcopi. Rasi episcopi. De quibus A xide Henschenium hic. Rursus præfata cunjunctio incogmita est Rabano et Wandalberto; ut proinde Romano parvo primum tribuenda sit, ex quo eos solito more desumpsit Ado; Noster itidém utrumque secutus est, contracto brevi Adonis elogio, quod servavit Notkerus, plusculum ei de suo adnectens, nisi quis Adoniana esse contendat, quæ de Gregorió et Innocentio Rosweydus in appendicem rejecit. Atque hæc clara est receptæ seriei nostræ sententia, quam plane deseruere codices Usuardini recentiores magno numero citandi in Auctariis xxvm Julii, quo die cum hodierno Romano Innocentium I papam referunt, et quidem nonnulli cum adjuncto título martyris. Sed hæc ad mensem Julii in Actis tractanda reservamus, ubi una post Florentinium inquiremus, an idem, an ab hoc diversus sit Innocentius ille episcopus, qui in apographis Hieronymianis ponitur xxi Decembris, conabimurque in lucem proferre ostensum ab Henschenio thesaurum, qui B pag. 106 hodiernum Innocentium a papa disting it etc. Proderit Tillemontii lucubratio tomo X, a pag. 627 ad 666. De Gregorio magno accuratissime disputavit Henschenius. Pro Vitæ auctore certat Mabilio Analectorum tomo I, a pag. 319. Vitæ aliæ sanctissimi pontificis recentius editæ sunt, quæ consuli poterunt, quando et mensem Martium supplere operæ pretium videbitur. Audi nunc Wandalbertum, sic de solo Gregorio hodie canentem :

IN PULSANEN., deest ultima annuntiatio de Egduno et sociis.

ANTUERP.-MAJ., in prima auctior est : « Romæ, natale sanctorum confessorum, et pontificum Gregorii, Anglorum apostoli, vita et doctrina celeberrimi ; atque Innocentis, fide et opere præclari. Quorum primus sedit annos tresdecim, menses, sex dies decem; sequens vero annos quindecim, menses duos, diem unum. Aput Tchomediam, passio beati Petri, gloriosissim martyris. Qui fuit unus ex Dorothei et Gorgonii martyrum sodalibus, qui cubicularii regis erant. » In tertia purus est.

Roswerd, textum satis purum habet, sed in fine Anglicam accessionem subdit : «Ipso die, depositio sancti Elfragi Wintoniensis ecclesiæ episcopi et confessoris, qui sanctis virtutibus ornatus beato fine quievit, et ibidem condigno honore sepultus est.» In Actis vocatur *Elphegus*.

ANTUERP., MAX.-LUBEC. etUCHELLIAN., in eo solum a puritate deficiunt, quod Innocentium Gregorio non conjungant, addentes in fine post textum : « Romæ, depositio sancti Innocentii episcopi. »

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEVDEN., LOVANIEN., AL-BERG., DANIC. et EDITIO ULTRAJ.-BELG., omisso Innocentio, ita primam annuntiationem efformant : « Romæ, natale beati Gregorii magni, præcipui doctoris Ecclesiæ. Hic primus Gregorius et in ordine paparum sexagesimus sextus, anno Domini DLXXXV, salubriter præfuit Ecclesiæ sanctæ Dei.» De cætero puri sunt. De initio et fine pontificatus, vide Acta.

CENTULEN. Hic denuo Usuardus contractus, modice interpolatus est. Sic habet: « Romæ natale sanetorum pontificum Gregorii Anglorum apostoli, vita et doctrina celeberrimi; atque Innocentii, fide et opere præclari. Nicomediæ, sancti Petri gloriosi martyris. Item Nicomediæ, sancti Elduni [pro Egduni] presbyteri et aliorum septem, qui diebus singulis suffocati sunt uti cæteris timor incuteretur.

BRUXELLEN., s'e incipit: « Romæ, sancti confessoris et pontificis Gregorii Magni, papæ et Anglorum apo toli, viri tam vita quam doctrinis saluberrimi, at que Ecelesiæ sanctæ doctoris præcipui. Hic in canone missæ addidit: Diesque nostros in tua pace disponas; Letaniam majorem instituit, et primus omnium Romanorum pontificum servum servorum Dei se scripsit. Item Romæ, sancti Innocentii papæ, Quartum mox Iduum finis tuus, alme Crégori, Consecrat, æterna cœlum quo laude petisti.

Petrus Nicomediensis a præfato Romano parve etiam recensetur: Nicomediæ Petri martyris Dorothei et Gorgonii martyrum sodalis.Societatem illam cum Dorotheo et Gorgonio indicare non neglexit Ado, Noster ex longiori elogio ea tantummodo delibavit, quæ instituto suo aptiora videbantur Ex Rufino sumpta sunt, legunturque in commentario Henschenii, socios martyres plurimos ex Hieronymianis recensentis. Nos de his plura ad IX Septembris, ne hic intra solitos limites evagemur. Edgunus (qui varie effertur) ab Aone annumeratus est, cujus verba Usuardus ad apicem descripsit. Unus is, an geminus, Migdonus, Migdonius, an Egdonus, quærunt Henschenius et Florentinius. Dubium mihi non videtur quin ad immanem illam Diocletiani Nicomediensem carnificinam omnino spectet.

Maximilianum aliquem diserte signat Ado, tum Mosandri, tum Rosweydi; Mamilianum vocant alii, corruptum fortasse vel diministivum a Maximo vel Maximiano. Hic ab Usuardo præteritus est, ab Henschenio post Baronium Romæ ascriptus; non recte; cum ad Africam spectare videatur, siquidem ejus Acta sint, quæ post alios edidit Ruinartius inter Selecta, pag. 309. Ea autem cum a decessoribus nostris visa non fuerint, Supplementum Martii augere poterunt.

AUCTARIA.

fide et opere præclari, qui constituit ad missam pacis osculum dari, et rexit ecclesiam annos quindecim. Sequitur de Petro et Egduno, ut in textu. In fine. « Et sancti Maximiliani martyris.

« Et sancti Maximiliani martýris. HAGENOVEN., primo loco de Petro, tum de Egduno satis pure. Demum ita prosequitur : « Romæ eodem die, depositio sancti Gregorii papæ, et primi doctoris. Hic vocatur Angelorum [Anglorum] apostolus. Iste in Sicilia sex monasteria construxit adhue laicus existens, et intra urbem Romæ, septimum, quibus larga dedit prædia, et in septimo se fecit monachum, xII aureos dedit Anglo in tempore naufragii, et scutellam argenteam. Hic sanctus papa omnibus pauperibus large ministravit. Thesauros nullos post se reliquit. Letanias constituit. Ecclesiastica officia ordinavit. Libros multos edidit. Calumnias multorum sustinuit patienter ét in pace obiit. »

AQUICINCT., post $\tau \delta$ « Anglorum, » subdit : « Et Innocentii, quorum primus in canone auxit : Diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, et in electorum jubcas grege numerari. Sequens, Pelagium et Cæelestinum [Cælestium] hæreticos damnavit. »

MATRICUL.-CARTHUS.-ULTRAJ. post Gregorium et Innocentium ponit : « Sancti Pauli episcopi Leonensis, confessoris. Petri et Egduni elogia rescindit.

sis, confessoris. Petri et Egduni elogia rescindit. CAMBERIEN. S. Mariæ Conventual : « Apud Nivernensem civitatem, sancti Vincentii presby'eri. » CODEX REC. SUEC., signatus num. 130, eum refert die sequenti. Acta, de ejus cultu certiora postulant.

ALTEMPS. : « Ipso die, depositio sancli Elphegi Wentan. [Wintoniensis] episcopi et confessoris, qui sanctis virtutibus ornatus, bono fine quievit, et ibidem cum digno honore sepultus est. »

dem cum digno honore sépultus est. » STROZZ. et MEDIC. : « Romæ, sancti Innocentii episcopi et confessoris. Romæ, sancti Mamiliani martyris. »

BURDEGAL. : « Apud Plebem lapidi, sancti Pauli confessoris. » Idem est, qui ab aliis ep. Leonensis. REMEN. sanctorum Timothei et Apollinaris :

« Romæ, Innocentii papæ. »

EDITIO LUBECO-COL. : Romæ, natale beati Gregorii papæ magni, confessoris ac præcipui doctoris Ecclesiæ Dei, et Anglorum apostoli. Hic primus Gregorius et in ordine paparum sexagesimus sextus anno Domini DLXXXV (vide Acta), salubriter præfuit

dies decem. Hic vita et scientia in tantum fuit præditus, quod terrestris angelus dicebatur. Ilic etiam addidit in missa : Diesque nostros in tua pace disponas; et multos libros composuit. Hic primus pontifex scripsit se servum servorum Dei. Hie etiam singulis ecclesiis Romanæ urbis in remissionem peccatorum humani generis, singulis diebus Qua-dragesimæ statuit fieri stationes fidelium, devote celebrandas. » In Petro et Egduno fere pura est. Sequitur : «In Britannia minori, beati Pauli episcopi et confessoris. Romæ, depositio sancti Innocentii papæ et confessoris, qui rexit Ecclesiam annos quindecim, menses duos, dies viginti unum. Eodem die, S. Maximiliani martyris.

BELIN., prima editio, incipit a solo Gregorio. Omittit Egdunum. Addit autem : « Romæ, depositio sancti Innocentii episcopi et confessoris. Romæ, sancti Mamiliani martyris. » Altera incipit, ut habetur in textu. Adduntur, quæ jam notavimus, et in fine : B Item in Nicomedia, sanctorum Egduni, etc. »

GREVEN. : « Beatissimus Gregorius, hujus nominis papa primus, post Petrum sexagesimus secundus, secundum vero computationem Martini, LXVII ob maximam sanctitatem et scientiam, terrestris angelus dicebatur. Addidit in canone, etc. Ipse etiam primus servum, etc. Stationes in urbe Romana singulis diebus Quadragesimæ fieri instituit,

Ecclesiæ sanctæ Dei annos tredecim, menses sex et A Præfuit Ecclesiæ annis xIII, mensibus vI, diebus x. Obdormivit autem in Domino, anno ejusdem DCVI [Voluit dicere DCIV] Innocentius etiam, hic positus, hujus nominis primus fuit. Eodem die, beati Maximiliani martyris. Pionii martyris ; » de quo 1 Februarii. Forte hoc die ex Floro acceptus est. « Item Zemmeonis, » mihi hactenus ignoti. « In Britannia minori, sancti Pauli episcopi Leonensis et confessoris, cujus tanta fides exstitit, ut lapillos in littore maris ponens, interdixerit mari ne ultra illos terram umquam occuparet. Quam ejus prohibitionem mare usque hodie cernitur observare. Item secundum aliquos hic Kessogi, qui supra vi. Idus ponitur. Item juxta Methis translatio sancti Gorgonii martyris. »

MOLAN. : « Romæ, sancti Maximiliani martyris. » Tum minori charactere : « Eodem die, obiit Ruremondæ Dionysius Richel, cujus vitam et operum catalogum conscripsit Theodoricus a Stratis Cartusiensis Coloniæ. » In editionibus aliis : « Romæ, Mamiliani martyris. Die duodecima, sancti patris et confessoris Theophanis. » Infra typis minutioribus additur : « Qui et Isaacius dictus est, magnaque animiconstantia restitit Inconomacho Leoni. In Britannia minori. Pauli Leonensi episcopi, tempore Justini Junioris. » Idem jam supra memoratus est. Vide Papebrochii commentarium, et Vitam ab eo illustratam.

Die 13.

III Idus.

Apud Nicomediam, natalis sanctorum martyrum Macedonii presbyteri, Patriciæ et Modestæ. Nicea civitate, sanctorum martyrum Theusetæ, Horris, Theodoræ, Nimpodoræ, Marci, Arabiæ, qui omnes igni traditi sunt. In Thebaide, depositio sanctæ Eufrasiæ virginis.

NOTÆ

Conveniunt Praten., Herinien., Tornacen., Pul- C Leyd., Lovanien., Alberg., Danic. et Bdit. Ultra-sanen., Antuerp., Max-Lubec., Munerat., Greven ject.-Belg. et Molan. Quibus accedunt Antuerp.-Max. Ultraj.

VARIANTES LECTIONES.

Nichomediam et Nycomediam medii ævi errores sunt, quos ultra observare operæ pretium non est. Modestiæ pre Modestæ male legit Greven. Scripsi Nicea cum codicibus prope omnibus, quanquam lectio Molani Nicaa præferenda videatur. Tornacen. habet Nicena. Singularis est Pulsanen. in Machedonii. Variant in Theusetæ : pro qua Tornacen., Teusete; Antuerp. et Max-Lubecan., Theosete; Greven., Theusece; Molan., Theosetæ. Theodere in Herinien. et Nempodere in Pulsanen, librarii, ni fallor, sphalmata sunt, uti et Nimpedoi, in Munerato. lta et Murcii, pro Marci, in Pulsanen, ac Marci et Arabiæ in Munerato. Eufrasiæ scribunt omnes. Minutias alias in quinque postremis codicibus notandas non putavi.

OBSERVATIONES.

Mirus et prope insolitus antiquorum omnium martyrologorum in referen la prima martyrum classe consensus. Hieronymi apographa eos diserte exprimunt, cum hac tamen a reliquis discrepantia, quod corruptior passim sit scribendi modus, ut hić in *Mitriciæ* pro *Patriciæ*, etc. Bedæ, Rabani, Romani parvi, Adonis, Notkeri eadem ferme verba sunt : D In Nicómedia, vel, Apud Nicomediam, nativitas Macedonii presbyteri, Patriciæ uxoris ejus, et filiæ Modestæ. Noster, servatis nominibus, cognationem suppressit. Id ex probatissimis codicibus a me citatis colligi manifestumest, quidquid Actanostra, nescio quem, alium codicem indicent, Usuardi genuinum in quo præfata cognatio exprimatur. Genuinus is codex, quisquis esse potuit, aut commodatus solum fuit, aut certe disperiit. Neque enim fas est existimare, codicem magnum Ultrajectensem S. Mariæ, quem nos jam toties Rosneydinum diximus, ut antiquus videatur pro genuino Üsuardino ab Henschenio acceptum, quiquid Rosweydus in magna sua Martyrologiorum collectione, Romani nempe, Græci, Bedæ vulgati, Usuardi, Adonis, Rabani et Notkeri, eum ipsum Ultrajectinum codicem, tanquam Usuardi germanum, describi curaverit, cum cæteris, ni fal-lor, vulgandum, ut in primo suo Actorum edendo-

rum schemate anno mocvu polliceri visus est. Quantum autem codex ille ab Usuardi germanitate aberrat, jam sæpe patuit et patebit imposterum. Eadem annuntiationis forma etiam est in codice illo, quem Antuerpiensem majorem semper indigitavi; est et in Centulensi, at quam procul uterque absit ab Usuardi puritate ex perpetua collatione probe mihi compertum est. Porro codex alius multus in nostro Museo superest, et si superesset, aliorum auctoritatem non facile elideret. Citatis jam supra martyrologis accedat etiam Wandalbertus, reliquis accinens :

> Presbyter et ternas Macedonius implet, honesta Conjuge Patricia, et nata comitante Modesta.

Nicæni martyres, luxatis non nihil nominibus, etiam in Hieronymianis apographis consignati inveniuntur, unde eos verosimillime eduxit Ado, solito ductore destitutus; cum in Romano parvo nulla eorum fiat mentio. Adonem hic denuo secutus est Noster, secutus est item Notkerus; Rabanus Hieronymianis verbis pressius inhæsit. De Bufrasia, quæ commoratione *Eqyptia* dici potest, primus Usuar-dus locutus est. De Egyptia inquam, neque enim credibile est, cam cum Nicomediensi alia, de qua

Hieronym. textus, ab Usuardo fuisse confusam, aut A consulere poterit; actum non agimus. Vita, illic ex pro synonyma, aut fere synonyma alia acceptam. Buphrasiam, seu potius Eupraxiam appellandam censent Acta, ubi multa in cam rem congeruntur et erudite discutiuntur, quæ curiosus lector in loco

antiquis mss. cum Græco textu collatis a Papebrochio illustrata, licet scriptoris plane synchroni esse non videatur, talis nihilominus est, ut ad critices severioris lapidem Lydium tuto explorari possit.

ALTEMPS. : « Ipso die, monasterio Cluniaco, san-

STROZZ. et MEDIC. : « Item, sancti Leonis papæ.

S. RICALDI. : « Depositio sancti Eldrati abbatis

CAUDIACEN. PRIORATUS : « Cluniaco monasterio,

Editio LUBECO-COL. « Apud Nicomediam, natale

BELIN. : « Apud Nicomediam, natale sanctorum

sanctorum martyrum Macedonii presbyteri, Mode-

stiæ filiæ ejus et Patriciæ uxoris ejus. » Cætera

martyrum Macedonii presbyteri, Patritiæ uxoris ejus et filiæ ejus Modestæ. In Nicea civitate, sanc-

torum martyrum Theosedæ et Horris filii ejus, » etc.

In fine additur : « Ipso die, monasterio Cluniaco,

GREVEN. : « Donati, Advocati martyrum. » Vide Prætermissos. « Desiderii episcopi et martyris. » Vide ibidem. « Constantini regis protomartyris

Scotiæ. De eo agitur x1. « In Hihernia Mochomogi

confessoris Geraldi abbatis. Item Epipodiæ.» An corruptum fortasse nomen ex Epepodo Nicome-

diensi martyre, de quo in Actis. Kevocæ, potius

tio sanctæ Consortiæ. » Dein, typis minoribus : « Et

sancti Nicephori patriarchæ Constantinopolis. « Edi-

tiones posteriores. De Consortia, ut supra. « Die decima tertia, reportatio reliquiarum sancti Nice-phori patriarchæ Constantinopolis. » Minori cha-

ractere : « Qui utilem sacrarum imaginum usum adversus impietatem defendit. » Verum est apposi-

tum hic breve elogium : verum est, quod celebre-

tur, non dies natalis, quemadmodum prima editio innuere videbatur, sed reportatio reliquiarum, et

quidem eactiam re memorabilis hic dies est, quod

xiii Martii ab impio Leone Armeno mulctactus sit

exsilio. « Hermopoli, sancti Sabini martyris. » Est

cx corum numero, qui sub Ariano Thebaidis præ

side (insigni illo postea martyre, ut alibi diximus)

passi sunt; unde verosimiliter accidit, ut Acta ejus

a Lipomano et Surio edita, cum Actis sanctæ As-

propterea a Papebrochio omissa, servatis solis elu-

clæ, qui xxIII Januarii colitur, confusa sint,

giis quæ ex Græcorum Fastis accepta sunt.

MOLAN. : Ipso die, monasterio Cluniaco, transla-

translatio sanctæ Consortiæ virginis. 🗴

translatio sanctæ Consortiæ. »

Ipso die, monasterio Cluniaco, translatio sanctie

AUCTARIA.

ctæ Consortiæ.

Consortiæ. »

et confessoris.

fere pura sunt.

Kennochæ virginis.

ANTUERP.-MAJ. hic denuo plane Adonianus est, sic habet primam : « Nicomediæ, natale sanctorum Macedonii presbyteri et Patriciæ uxoris ejus et filiæ Modestæ. Nicea civitate, natale sanctorum martyrum Theusetæ, et Horris filii ejus, Theodoræ, Nimpodoræ, Marci, » etc. Deest annuntiatio tertia, quam a solo Usuardo superadditam diximus. Vide superius in Observationibus.

Rosweyd. sic primam format : « Apud Nicomediam, natale sanctorum martyrum Macedonii presbyteri, Patriciæ uxoris ejus et Modestæ filiæ $_{
m B}$ ejus, et aliorum xxxII. » Reliqua pura sunt.

BRUXELLEN. antiquiori textui proximus est : « In Nicomedia, sanctorum martyrum Macedonii, et Patriciæuxoris ejus, et filiæ ipsorum Modestæ. Nicea civitate, sanctorum martyrum Theusetæ et Orris filiæ ejús, Theodoræ, Mimphodoræ, Marchi et Arabiæ. Qui omnes igni traditi sunt. In Thebaida, depositio sanctæ Euphrasiæ virginis. Item Macedonii et Innocentis episcoporum [an non Innocentii]. Item Leonis papæ. » Vide Prætermissos.

HAGENOYEN. : «Romæ, ad Ursum pileatum, natale sancti Innocentii papæet martyris (poterat hictitulus omitti). Hic multos Catafrigas ab ipso inventos, in exilio monasterii religavit. Hic constituit, ut qui natus de Christiana esset muliere, denuo statim nasci debeat per baptismum, quod negavit Pelagius hæreticus. Hujus festivitas potissimum recolitur v Kalendis Augusti. Apud Nicomediam, natale sanctorum martyrum Macedonii presbyteri, Patriciæ et Modestæ virginum. » In reliquis a puritate haud C multum recidit

VICTORIN. et REG SUEC., num. 130, in fine: « In territorio Nivernensi, sancti Vicentii presbyteri et confessoris. » De ejus cultu doceri cupiunt Acta. Vide Prætermissos

PLESCHIONEN. : « Natale sancti Eldradi abbatis. » MARCHIAN., pro Modestæ scribit Modestiæ, ut Greven. supra,

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. : « Eufrasiæ virginis. Petri martyris socii sanctorum Dorothei, et Gorgonii ex die x11, Theusetis cum sociis, martyris. »

CLUNIACEN. : «Ipso die Cluniaco monasterio translatio sanctæ Consortiæ. » Natalis est xx11 Junii.

Vatican., num. 5949, in fine : « Sancti Eldradi abbatis. Eodem die, sancti Ansimi (Ansovini) episcopi et confessoris, »

Die 14.

et

Pridie Idus

Romæ, passio sanctorum quadraginta et septem. Hi baptizati sunt a beato Petro apostolo, cum teneretur in custodia Mamertini, cum coapostolo suo Paulo, ubi novem menses detenti sunt; qui omnes sub devotissima fidei confessione, Neroniano gladio consumpti sunt. In Africa, sancti Petri martyris. Item sancti Eufrosii.

NOTÆ.

Soli codices Praten., Herinien., Tornacen., Munerat. et Molan. puri sunt.

VARIANTES LECTIONES

modus est, ut Affrica et Aphrica. Herin., Tornac. et Munerat. post Adonem legunt Mamurtini; melius Pratens., Molan. et communissimus scribendi mo-

Hii in Tornacensi antiquus, sed pravus scribendi D dus Mamertini. Fedei pro fidei in Pratensi, Librarii vitium est. *Bufrosii* legunt omnes, rectius scribe-retur *Buphrosii* cum Molano.

OBSERVATIONES.

Præter germanos codices supra citatos, non desunt plures alii, ut Antuerp, , Max.-Lubec. et codices mss. octo mediæ notæ, quos puris annume-

PATROL. CXXIII.

rare fas sit, ulpote qui hoc solo discrimine ab Usuardi simplicitate recedunt, quod pro quadraginta septcm, legant quadraginta novem. Grevenus exclu-

27

quem Leoninum ipse vocat, omnibus Usuardinis codicibus nostris incognitum, solus inseruerit, ut dicemus in ejus auctario. De cætero lectionem positam omnino servandam, ex ipso fonte manifeste patet. Fontem appello Rom. parvum, ex quo eos de more accepit Ado, aucta nonnihil prioris phrasi. Noster porro Adonis elogium integrum et immutatum refert : Notkerus, quod mirere, ultima parte truncavit, ut in Actis etiam notatum invenies. Vix dubium est, quin Romani parvi compilator, martyres illos ex Actis sanctorum Processi et Martiniani desumpserit, qui nec in Hieronymianis apographis, nec in genuino Beda memorantur. Florusne,

ANTUERP.-MAJ. : « Romæ, natale sanctorum martyrum xLVII qui baptizati sunt a beato Petro apostolo. Apud Laodiciam, sancti Sagaris episcopi, qui Asiæ, illustri martyrio coronatus. Relinquo transpositionem utut ineptam. Cæterum Sagaris ille, de quo et alii, rejicitur in Actis ad vi Octobris.

Rosweyd. : « In Nicomedia, Felicissimi, Dativi martyrum. »

PULSANEN., in prima annuntiatione purus, postremas duas prætermisit.

CENTULEN. novam comminiscitur numeri mutationem, ita scribens : « Romæ, beatorum martyrum quadraginta duorum, qui a beato Petro apostolo in carcere baptizati, sub Nerone passi sunt." De aliis duobus non meminit.

BRUXELLEN. pro quadraginta septem ponit quadraginta octo. Deindc, secundo loco : « Apud Laodiceam, sancti Sagaris episcopi, qui tempore Anto-nini Veri, sub Sergio Paulo proconsule martyrio coronatus est. » In Petro et Euphrosio purus est.

HAGENOYEN. numerat xLIX. Tum textui fere puro adjungit: « Apud Thessalonicam civitatem, sanctæ C Matronæ ancillæ cujusdam viduæ divitis, et martyris. Quæ a domina sua super scamnum ligata est et percussa, et ab angelo soluta est, et orans iterum ligata et percussa et ab angelo soluta. Novissime robustis fustibus usque ad mortem est cæsa, et in confessione Christi incorruptum reddidit spiritum. » Vide diem sequentem.

AQUICINCT. incipit : « Natalis sanctorum Felicissimi et Dativi. » Et post quadraginta septem, interserit, militum.

VICTORIN. et REG. SUECIÆ., signatus num. 130, in fine : « Item Laodiceæ, sancti Sagari episcopi et martyris. »

DAVERONEN. : « Depositio beati Leobini episcopi Carnotensis, magnificæ sanctitatis et clarissimi in miraculis viri. » Nomen varie efformatur, ut ex dictis et dicendis patebit.

ALTEMPS. : « Apud Laodiceam, sancti Sagaris D episcopi, qui tempore Antonini Veri, sub Sergio D Paulo Asiæ proconsule, illustri martyrio coronatus est. » Exigua est a superioribus differentia

STROZZ. et MEDIC. « Romæ, sancti Zachariæ papæ.» Vide die sequenti. « Item sancti Alexandri martyris. Item Lugduni Galliæ translatio sancti, Bonaventuræ cardinalis, episcopi Albanensis ordinis Minorum. » Colitur xıv Julii.

dendus plane fuit, cum Leobinum Carnotensem, A an alius quispiam Bedæ subinde annexuerit, nibil attinct hic disquircre; uti nec vacat examinare unde orta primum fuerit nuper indicata mutatio quadraginta septem, in quadraginta novem, quæ verosimillime amanuensium oscitantia in recentiores codices irrepserit. Petrus Africanus, atque item Buphrosius, vel forte Ruphrasius (uterque_enim hac die colitur) a classibus suis, in Actis ex Hieronymianis accurate distinctis, avulsi sunt, a nomine, Usuardo antiquiore, eo modo consignati, nisi Wandalbertum excipias, a quo si non accepit, saltem accipere potuit, cum hic ita habeat :

Buphrosius pridie, Petro cum martyre fulget.

AUCTARIA.

Codex S. Ricalpi « Carnotis, sancti Leobii episcopi et confessoris. »

CODEX MONTIS SANCTI « Metis civitate, in monastetempore Antonini Veri, sub Sergio proconsule Paulo B rio subteriore, translatio corporis sanctæ Glodesindls virginis. » Colitur xxv Julii.

Editio LUBECO-COL. cum codicibus supra citatis scribit xLIX; et secundo loco habet : « Eodem die Carnoti, sancti Leonini episcopi et confessoris. » Ultimo autem: « Ipso die, sanctorum Innocentii episcopi et Eufrosii confessoris. » De Innocentio vide Prætermissos.

BELINI utraque editio etiam notat xLIX, et post textum fere purum subnectit : « Eodem die, Zachariæ pontificis, qui sedit Romæ annos x. Item Lugduni Galliæ, translatio sancti Bonaventuræ cardinalis, episcopi, Albanensis, ordinis Minorum.»

GREVEN. cum editione Lubeco-Coloniensi, textui immiscet : « Eodem die Carnoti, » etc. Textui autem superaddit : » Nicomediæ, sanctorum Feli-cissimi, Dativi, Frontinæ. Item in Africa, Alexandri martyris. Item Pionis. Innocentii papæ. Apud Lugdunum, translatio sancti Bonaventuræ, episcopi Albanensis, ordinis Minorum, Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis. Item sanctæ memoriæ Petri abbatis Claravallensis, genere et conversatione clari. Mathildis sanctæ memoriæ, matris Ottonis imperatoris primi, maximæ humilitatis et patientiæ matronæ. Quæ virtuti quoque continuæ ora-tionis tam studiosa fuit, ut Psalterium totum ante matutinas solita fuerit decantare. Tandem spiritu prophetico obitum suum prædicens, migravit ad Christum. Metis, translatio sanctæ Glodesindis virginis »

MOLAN. : « Eodem die, Zachariæ pontificis, qui sedit Romæ annos decem. Item Lugduni Galliæ, translatio sancti Bonaventuræ cardinalis episcopi Albanensis. Eodem die Carnoti, sancti Leonini episcopi. » Tum, minoribus typis : « Mathildis sanctæ memoriæ, maxime humilitatis et patientiæ matronæ. « In editionibus aliis de Zacharia, post annos decem, additur : « Hic quatuor libros Dialogorum beati Gregorii transtulit in Græcum, et per Bonifacium Moguntinum episcopum, Pipinum patrem Caroli, in solium regni sublimavit, in Suessionum civitate. Eodem die Carnoti, sancti Leonini episcopi. Et sanctis martyris Alexandri in Pydne. » Charactere minori : « In Quindelingeborg monasterio, diœcesis Halberstadiensis, dormitio Macthildis reginæ, matris Ottonis primi imperatoris, cujus vita virtutis specular fuit. »

Idibus.

Die 15.

In Gæsarea Cappadociæ, passio sancti Longini, qui latus Domini lancea perforavit, ut in gestis ejusdem invenitur. Apud Thessalonicam civitatem, natalis sanctæ Matronæ martyris, quæ deprehensa et multipliciter afflicta, novissime robustis fustibus usque ad mortem cæsa, in confessione Christi incorruptum Deo spiritum reddidit. NOT Æ.

Ex Pratensi, Herinien., Tornacen., Pulsanen., Antuerp., Max.-Lubec., Munerato, Belin., Greven el Molan.

VARIANTES LECTIONES.

padociæ, turpius Tornacen. omittens. In Cæsarea, orditur, *Cappadociæ*; *Cappadotie* in Max.-Lubec.; *Capadocie* in Munerato, Belino et Greveno, ac hujusmodi minutiæ aliæ notari non merentur. Pul-

Error in principio Greven. incipit Cæsarea Cap- A sanem. addidit civitate. Sic Belinus scripsit ejus pro ejusdem, et in altera editione apposuit militis uti de Matrona, virginis, quod etiam legit Muneratus, omittens particulam usque. Belin. voces ultimas transposuit hac ratione : Deo reddidit spiritum.

OBSERVATIONES.

De Longino Cappadociæ martyre omnia fere tum edita tum mss. Martyrologia hac die agunt inquit Florentinius; inter quæ Martyrologium Adonis perperam connumerat, nempe qui hujus Longini, non hodie, sed prima Septembris, post Romanum parvum diserte meminit. Nec eum novit Beda genuinus, nec Florus, nec Wandalbertus. Vere de ipso agunt Rabanús et Notkerus, ille longiori exornat elogio, quod ex Actis se ait concinnasse; hic non multum dissimilia, sed compendiosiora exhibet, non verbotenus eadem scribens, ut per inadvertentiam in Acta nostra irrepsit. Ab eodem Notkero repetitur Longinus citata i Šeptembris, ubi B Adonis elogium sequitur. Satis certum est Longinum aliquem et quidem in Cappadocia memorari in Hieronymi apographis; utrum porro is dici possit, aut debeat, qui latus Christi lancea transfixisse supponitur, etymologia non omnino peregrina; item an centurio nominetur, an miles; an Latina Acta, militis et centurionis personas confuderint; qui sint eorum scriptores, et plurima alia ad utriusque patriam, gesta, cultum, socios, reliquias, translationes, historias confictas, etc., pertinentia, satis fuse explicuit Papebrochius toto suo Commentario prævio a pag. 376 Quam fidem Acta mereantur nusquam

ANTUERP.-MAJ., præterito Longino, agit de sola Matrona, et Adonis elogium contrahit, hpc modo : « Apud Thessalonicam civitatem, natale sanctæ Matronæ. Quæ cum esset utilæ [superposuit aliquis vetulæ, sed supplendum erat Plautillæ] cujusdam ancilla, et occulte Christum colens, cotidie furtivis orationibus ecclesiam frequentaret, deprehensa a domina sua, in scamno extenta et ligata, et pene usque ad mortem flagellata, atque ita vincta in scamno, obsignatis diligentissime januis per noctem relicta, ubi die altero divinitus soluta, et cum ingenti oris gratia orans inventa est. »

Rosweyd. textui puro superaddit : « In Nicomedia, Lucii episcopi, et martyris. » Quæ verba ex Notkero huc traducta videntur, nisi ex Hieronymianis potius immediate accepta sint.

ANTUERP.-MAX., LOVAN., LEVDEN., BELG. et editio ULTRAJ.-BELG. de Longino, post *aperuit*, hæc adjiciunt: « Hic baptizatus ab apostolis, cum apud Cappadociam sanctitate præcipuus degeret, sub Octavio præside comprehensus, post confessionem fidei, lingua abscissa, dentibus excussis, capite MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. de Longino. Zacha-truncatus est. » Quis primus hoc elogium in codices D ria, et Matrona etiam agit, sed rescissis ferme fidei, lingua abscissa, dentibus excussis, capite Usuardinos recentiores transtulerit, hactenus ignoro; hoc scio, acceptum esse ex Adone, non hoc die, ut supra monui, sed i Septembris, quod iterum dicemdum recurret.

ULTRAJ., LEYDEN., ALBERG. et DANIC. sic incipiunt : « Romæ, natale S. Zachariæ papæ. Hic qualuor libros Dialogorum beati Gregorii transtulit in Græcum, et per beatum Bonifacium Moguntinum episcopum, Pipinum patrem Caroli in solium regni sublimavit in Suessionum civitate. » De Longino eadem habent, quæ proxime recitavimus.

CENTULEN. : « Cæsarea Cappadociæ, sancti Longini militis, qui lancea latus Domini aperuit, et ostea baptizatus est et a præside Octavio decolla-Lus est. »

BRUXELLEN. de Longino eadem habet quæ supra. Tum : « Apud Thessalonicam civitatem, natale sancta Matronæ martyris. Quæ cum esset Plautillæ

aperte edisserit; recentiores neutra admittunt. Videsis Tillemonti censuram tomo I, pag. 453. At qualiscunque auctoritatis Acta ipsa censueris, patet textus nostri, ex Adone i Septembris verosimiliter accepti, Usuardina simplicitas, de qua unice quærimus

Matronam martyrem, tacito Virginis titulo, primus produxit auctor Romani parvi. Ado de more elogium composuit, quod integrum a Notkero redditur : Noster, ut solet, summa duntaxat capita contraxit. De Matronis duabus aliis, Barcinonensi et Lusitana, videantur Acta hac die. Occurrit denuo casus singularis, semel atque iterum supra notatus; nimirum reperiri hodie in Adone Rosweydi Zachariam papam, quem Usuardus plane prætermisit. Causam explorare nequeo. Cæterum in Mosandri editione, cum elogio ponitur pridie Idus, unde mirum non est id ita a Baronio in notis observatum, qui accuratiorem Rosweydi editionem non vidit, nec videre potuit sexennio prius mortuus quam ea prodiret in lucem. Fere exciderat notare versiculum, quem de Matrona hac nostra reliquit Wandalbertus:

Thessala | lebs Idus Matrona martyre servat.

AUCTARIA.

cujusdam viduæancilla, occulte Christum colens...» ut supra, additur autem ex eodem fonte : « Novissime autem fustibus usque ad mortem cæsa, in bona confessione Deo spiritum reddidit. Romæ, depositio beati Zachariæ papæ, qui libros Dialogorum beati Gregorii transtulit in Græcum. »

HAGENOYEN. de Longino multa comminiscitur, quæ referre non lubet. De Matrona, ut vidimus, egit pridic. In Zacharia non multum differt ab UL-TRAJ., etc.

AQUICINCT. consonat in Longino cum ANT.-MAX. Sequitur : « Romæ Zachariæ papæ, qui in patriarchio caput sancti Georgii martyris reperit. » Matrona vocatur virgo, quo etiam titulo eam supra ornavit Belinus.

VICTORIN. in fine de Zacharia scribit, ut proxime facit Aquicinct. addens post reperit, « in capsa reconditum, in qua et epitaphium pariter reperit, Græcis litteris exaratum; sepultusque est in ecclesia B. Petri. » Sumpta sunt ex Adone Mosandri pridie; quæ habentur in Rosweydi appendice.

elogiis.

REG. SUEC., num. 130: «Item Zachariæ papæ, » etc. Reliqua non adduntur, sed puto eadem esse quæ Victorinus supra suggessit, cum quo hic codex passim concordat.

Codex D. DU CHEVAL., signatus C : « Item, Jacobi apostoli et Lucii episcopi. » Ex Hieronym.

VATICAN., signatus num. 5949, omisit Longinum, et primo loco scripsit : «Romæ, Zachariæ pontificis, qui sedit in episcopatu annis decem. »

STROZZ. et MEDIC., postquam de Longino ea retulerunt, quæ ex ANTUERP.-MAX., etc., supra descripsimus, addunt præterea etiam ex Adone i Septembris : • Et simul cum eo coronatus est B. Aphrodisius commentariensis, cui et præses linguain abscidi jusserat : qui post abscissam jussu præsidis linguam. Christum tamen ejusque fidem expedita et clara voce pronuntiabat. » Ado legit loquebatur.

. -

- - --

martyris. » Ex Hieronymianis.

Editio LUBECO-COL. : « Romæ, natale sancti Zachariæ papæ et confessoris. Qui sedit annos decem. Hic quatuor libros Dialogorum beati Gregorii transtulit in Græcum, et per beatum Bonifacium Moguntinum episcopum, Pippinum patrem Karoli in solium regni sublimavit in Suessionum civitate. Hic etiam Karolomanum regem Francorum, fratrem Pipini, fecit fleri clericum, et misit eum in Cassinense monasterium, ut monachus fieret, qui etiam monasterio dona plurima cum privilegiis apostolicis contulit. » Quæ de Longino et Matrona fusius deducit, ex Adone vel Notkero desumpta sunt.

GREVEN. : « Romæ, Zachariæ papæ et confessoris. Hic quatuor libros Dialogorum beati Gregorii papæ in Græcum transtulit; et per sanctum Bonifacium Moguntinensem archiepiscopum, Pipinum patrem Karoli magni in solium regni sublimavit. Affrodisii commentariensis cum sancto Longino passi. Lucii B jiciunt in xxiv Martii, ast Meruli et Antonii nec episcopi. Item beatæ Faustæ. » Solam hanc excepit

XVII Kal.

^a Apud Aquileiam, natalis beati Hilarii episcopi et Tatiani diaconi, qui sub Beronio præside, post equuleum atque alia tormenta, una cum Felice, Largo, et Dionysio martyrium terminarunt. Romæ, passio sancti Cyriaci diaconi, qui post longam carceris macerationem, reliquata pice perfusus et in catasta extensus, ac tractus, etiam nervis et fustibus cæsus, ad ultimum cum Largo et Smaragdo et aliis viginti, jubente Maximino, capite truncatus est. Horum tamen festivitas sexto Idus Augusti recolitur, quo die a beato Marcello papa eorum corrora sunt levata et venerabiliter tumulata. Arvernis, depositio sancli Patricii episcopi et confessoris.

NOTÆ.

Puri videntur Praten., Rosweyd., Antuerp., Max.-Lubec., Munerat., Belini editio altera et Molanus.

In Carolino autographo SS. Hilari et Tatiani mentio facta nunquam fuit. De illis enim Dervensis codex tacet, et a Cyriaco articuli exordium capit. C Præterea in Pratensi totus hic articulus a capite ad calcem litura laborat, et quo sanctis illis locus esset, minutiori litterarum forma totus exaratus est. Nec etiam sanctos illos memorant Heriniensis et Tornacensis codices, qui Sollerio plerumque pro norma fuerunt, ex qua Pratensem æstimaret. Hic Sollerium interrogo qua causa, anteposito Pratensi, a suis desciverit. In Pratensi litura erat, variabant alii codices. His duobus tantum argumentis ubique judicavit interpolatum esse Pratensem codicem. Hoc igitur

Hilari legunt aliqui cum Pratensi, alii Hylarii, Ylarii, etc., purius, ni fallor, in textu : sic etiam melius Tatiani quam Taciani. Munerat. et Belin. male Heronio pro Beronio. Dionisio, natale, ecu-loum, Ciriaci, notari non merentur. Munerat. post Diaconi, addidit martyris. Lego terminarunt, alii habent terminaverunt; Belin., consummaverunt. D Reliquata passim scribunt codices. Pratens. non

OBSERVATIONES.

Discrimen inter vetustos codices Usuardinos eosque probatiores, hodie non exiguum recurrit. De Hilario Aquileiensi, et sociis, nec Herinien. nec Tornacen. nec purior Belini editio quidquam memorant. Hinc dubitare quis merito poterit, fuerintne illi ab Usuardo primigenia manu ascripti, an forte subinde ab alio, vel ab ipsomet auctore, ex aliguo Hieronymiano codice appositi. Certe Beda, qui hodie de Cyriaco, et sociis agit, de Hilario nec verbum profert. Bedam descripsit Rabanus. Silet etiam Ado. Notkerus solum Hilarii nomen et Aquilegiæ indicat, ut perspicue intelligas ex Hieronymiano apographo accepta. Utcunque res habeat, servata est Pratensis et aliorum codicum lectio. Nótari jam potuit et toto operis decursu observabitur, plane rara esse elogia mere Usuardina, seu quæ ex Beda aut Adone de-

BURDEGALEN. : « Beatissimi Jacobi apostoli et Lucii 🛝 ex martyribus Nicomediensibus. Videantur reliqui socii in Actis.

MOLAN. italicis litteris textui interserit : « Cum esset Plautillæ cujusdam viduæ ancilla, et occulte Christum colens, et quotidie furtivis orationibus ecclesiam frequentaret. » De Zacharia collegit que ex codd. mss. superius posita sunt, ca sola voce excepta, quod pro epitaphium scripserit pitacium, de quo vide ejus Notas. Tum, typis minoribus: «Apud Reatem, sancti Probi episcopi : cujus in Dialogis meminit beatus Gregorius. Castro Divionensi, sancti Tranquilli confessoris; de quo beatus Gregorius Turonensis. Sancti Speciosi monachi, de quo in Dialogis Gregorius, lib. IV, cap. 8. Romæ, sancto-rum monachorum Meruli, et Antonii, de quibus eodem libro scribit Gregorius. » Hos omnes in posterioribus editionibus prætermittit Molanus, in quibus hoc tantum legitur : « Die decima quinta, sancti martyris Agapii et sociorum ejus. » Hunc Acta re-

inter Prætermissos meminerunt.

Die 16.

loco, aut nusquam, sua regula locum habere debuit Articulum tamen totum reddit Sollerius : totus Usuardi est, Usuardus merus. De litura ne verbum quidem apud censorem; opinor, quia admonitus est nullam illic esse scripturæ dissimilitudinem, et Usuardo laudi dandum esse, quod præstantium scriptorum exemplo nec turpem in scriptis putaverit lituram, nec metuerit. Cur cadem in causa, non eodem semper in Pratensem codicem animo fuerit Sollerius, ignorare malim, quam de veritatis studio, quo se ardere prædicat, quidlibet maligne suspicari.

VARIANTES LECTIONES.

BOUILLART.

bene legit, extensus adtractus et jam nervis... Rectius, opinor, cum Molano, extensus ac tractus, etiam nervis et ... quidquid alii legant attractus etiam nervis. In Munerato deest cæsus, in Antuerp. et Max.-Lubec. est. Solus Pratens. posuit Idus Augustas. Belin. et Molan. Avernis pro Arvernis. Potuisset omitti utrumque, et Patricius ipse. In Antuerp. et Max.-Lubec. deest sancti.

scripta, aut contracta non sint. Hoc Usuardus ex ipsorum martyrum passione suo marte composuit, quemadmodum fecisse ostendimus in Ascla, XXIII Januarii, et in duabus primis annuntiationibus vm Martii. Vide quæ de hac re in præfatione dicta sunt. De Cyriaco inter omnes convenit. Desumi hic potuit ex Romano parvo, cum Largo, Smaragdo, et Crescentiano, quos omnes Ado etiam recitat et elogio exornat. Crediderim tamen Adonem sua omnia mutuasse ex Beda, quem fere verbotenus videtur describere, Notkero in hac parte, præter solitum, mutilo. Crescentianus ab Usuardo non exprimitur, uli nec Sisinnius, a Beda et Adone in principio nominatus. Variant codices circa tyranni nomen sub quo passi fuerint, aliis Maximianum, aliis Maximinum appellantibus. Ad xvi Januarii, ubi de Marriaci et sociorum gesta immiscentur, unde colligitur eodem fere tempore et ipsum et Marcellum passos esse; ibi, inquam, cum probatissimis codicibus (quorum germanam lectionem tametsi vitiosam referre tenemur) Maximinum scribendum censuimus quem etiam plerique hodie exprimunt cum pratensi; quamvis non satis consequenter, nam vin Augusti, ubi Cyriacus cum sociis iterum recurrit Diocletiani tempora (forte continuata ejus persecutio) designantur. Satis hic sit germanam Usuardi lectionem vendicasse. Quid vere legendum sit, quis pugilum nnmerus, quis martyrii locus, etc., ad eam vin Augusti in Actis nostris ex professo examinabitur. Pari ratione etiam in textu relinguitur ultima annuntiatio de Patricio Arvernensi, seu Avernensi, qui, licet

Defectum Herinien. et Tornacen. jam indica- B vimus.

ANTUERP. — MAJ. hic ab Usuardo plane deflectit, solam enim et unicam annuntiationem habet de Cyriaco et sociis, ex Adone verbatim descriptam. Tu eam require in ipso fonte.

PULSANEN. purissimus dicendus esset, utpote, qui de patritio Avernensi omnino sileat. Omitti tamen debuit, quod ab errante hic Usuardo recedat.

Exclusus etiam a purorum codicum classe GREven. Propter annuntiationem ejus ultimam, Usuardo adjectitiam; nempe : « Item, depositio [quidni natalis? sancti Heriberti episcopi Coloniensis et confessoris. » Mirum sane Grevenum non advertisse S. Heribertum duobus sæculis (suardo esse posteriorem, præsertim si hic Martyrologium suuin Carolo Magno obtulisse credatur, quod Grevenus plane credidit.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ.-LEYDEN., LOVAN., ALBERG., DANIC. et Editio ULTRAJ.-BELG., in fine : « Apud Co- C loniam Agrippinam, natale sancti Heriberti, ejusdem loci episcopi et confessoris. » Inter hos codices id solum discriminisest, quod Lovaniensis in textu nonnihil a puritate deflectat: quod tamen scrupulosius notare operæ pretium non existimo.

CENTULEN. hæc solum habet: « Romæ, passio sancti Cyriaci diaconi et martyris, qui multa sanitatum gratia exuberans, Arthemiam filiam Diocletiani imperatoris, et Jobiam filiam regis Persarum a dæmonio liberavit.»

BRUXELLEN. incipit a Cyriaco, cujus elogium ex Adone interpolavit. Tum de suo pergit: « Eodem die, Arthemiæ martyris, filiæ Diocletiani, quam Maximinus frater ejus, quoniam cultrix Christi fuit, interfecit. » Vide indicem Prætermissorum. « Apud Nicomediam, sanctorum martyrum Eugenii, Pamphiliani, Serenis, Castoris et Dionisii. » Confusionominum in Actis distinguitur. De Hilario et Tatiano, atque item de Patricio, satis pure. Sequitur: «Apud Viennam, sancti Esichii episcopi et confessoris. Apud Coloniam Agrippinam: depositio sancti Heriberti ejusdem civitatis archiepiscopi et confessoris, qui prope diem quem prædixerat, moriens, magnis cæpit clarere miraculis. Item sanctæ Eugeniæ virginis. » Ad classem Nicomediensem pertinct, nisi Eusebiam Hamaticensem voluerit dicere.

HAGENOYEN., in Cyriaco modice interpolatus, se-cundo loco de Patricio agit, tertio de Ililario. Tum: «Apud Coloniam Agrippinam, natale sancti Heriberti episcopi et confessoris ejusdem loci. Corpus vero ejus requiescit apud Tuicium ultra Rhenum, in monasterio quod ipse fundavit, in claustro nigrorum monachorum. Item Babiloniæ, sancti Agricoli epi-scopi et confessoris. » Quid sibi velit Babiloniæ, patebit die sequenti, ubi de Agricola Cabilonensi.

cello actum est, in cujus Actis qualibuscunque Cy- A ignotus antiquioribus, ab Usuardo expressissime ponitur, cx quo in Romanum hodiernum irrepsit tametsi satis constet mullum unquam fuisse Patricium illum Avernensem, si a Patricio Hiberno distinguatur. Consule indicem Prætermissorum, ubi vitiatælectio nis fontem assignatum invenies. Isicius, Isichius, vel Esichius Viennensis ab Adone vulgato positus, cur ab Usuardo prætermissus sit, non habeo undé colligam, nisi forte a codice Adoniano, quo Usuardus usus est, plane abfuerit, ab aliquo populari postea adjectus. Liceat bic subjungere Wandalberti versns, quibus Cyriacum et socios celebrat :

> Septima post decimam Aprilis de more Kalendas Præcedens, Cyriaci et Largi splendet honore Smaragdique simul pretioso sanguine vernat.

AUCTARIA.

Aquicincr. incipit : « Apud Hamaticum (oult dicere Hamagium Prioralum contiguum abbatiæ Marchianensi) depositio sanctæ Eusebiæ. » Correctio illa, nescio a quo apposita, superflua dici posset Hamaticum, non minus quam Hamagia, promiscue dici videntur.

MATHIAN., primo loco : « Depositio sanctæ Eusebiæ virginis. »

MATRIC. — CARTHUS. — L'LTRAJ. breviter de Hilario, Tatiano et Heriberto. Dein : « Niretini confessoris cum sociis, quorum miri actus leguntur. » Fallor, nisi hic Bonifacius est, de quo in Actis.

CAMBERIEN. Conventualium : « Coloniæ, sancto rum Heriberti antistitis, Lucii præsulis, et Eugenii virginis. » Unde inter hos sanctos talis societas, nonintelligo.

STROZZ. et MEDIC. : « Apud Ravennam, natalis sancti Agapiti archiepiscopi et confessoris, qui nonus rexit et floruit post Apollinarem. Item sanctæ Gertrudis. » Hæc etiam die sequenti notatur, et multo rectius.

Abdinghoffen. : « Apud Aquilegiam civitatem passio sancti Felicis martyris. » Hactenus ignotus est.

Editio LUBECO - COL. incipit : « Apud Coloniam Agrippinam, natale sancti Heriberti, ejusdem loci archiepiscopi et confessoris, qui sedit annis viginti tribus, mensibus duobus, et diebus vigenti duobuset sepultus requiescit trans Rhenum in monasterio Tuiciensi, quod ipse præsul in vita sua a fundamentis ejus ædificaverat, et in honore beatæ Mariæ virginis consecraverat. » In Hilario pura est, in Cyriaco multum ex Adone interpolata. Sequitur de Patricio. Denique : « In Scotia, sancti Bonifacii episcopi et confessoris. »

GREVEN. : « Isicii episcopi Viennensis et confes-soris. Romæ, Alexandriepiscopi. » Vide Prætermissos. « In Scotia, Bonifacii episcopi. Albani episcopi et confessoris. » Sitne hic Abbanus, an Abbenus, nescio. « Item Colloquilli regis. Sancti Kinitimi. » Nempe Bonifacii, ni fallor. « Abrahæ presbyteri et anachoritæ et Mariæ filiæ fratris ejus, pænitentis. In Hibernia, Finiani abbatis et confessoris. Eodem die, Eugeniæ virginis. » An non *Busebiæ* ? Molan. : « Eodem die natale sancti Heribertiarchi-

episcopi Coloniensis. Hujus venerabile corpus in monasterio Tuiciensi trans Rhenum honorifice requiescit; quod idem vir sanctus in honore sanctæ Dei genitrícis a fundamentis crexit. » Tum, charactere minori : « Abrahæ presbyteri. » etc., ut Grevenus. In editionibus aliis, de Heriberto : « Eodem die, etc. Reesæ, in territorió Clivensi, festum sancti Dentlini. pueri septem amorum. Marcianis, depositio sanctæ Eusebiæ virginis. Die decima sexta, sanctorum martyrum Sabini et Papæ. » De Sabino vide Prætermissos. Patricius ad calcem rejicitur.

Die 17.

XVI Kal.

In Scotia, natalis sancti Patricii episcopi et confessoris, qui primus ibidem Christum evangelizavit.

USUARDI MONACHI

Eodem die monasterio Nivigella, sanctæ Gertrudis virginis. [Apud Bouillart.... : evangelizavit. Civitate Nicomedia, sanctorum martyrum Eugenii, Pamphiliani, Castoris et Sereni^u.]

NOTÆ

Sumitur ex Herinien., Tornacen., Pulsanen., Antuerp., Max.-Lubec., Munerat., Greven. et Molan.

tum codicem. Quatuor sancti martyres et male connexi, et perperam huc traducti. Gertrudis suo loco extrusa, inepte sanctis diei sequentis inserta, bini textus uno errore corrupti. Atque has injurias in lituram unius versus fundit is qui paulo ante totos novem versus erasos quieto et æquo animo tulit. Quid ad hæc ego? Verum est sanctos illos martyres non fuisse in Carolino autographo memoratos, sed aut male connexos aut perperam huc traductos fuisse, quo argumento efficiet Sollerius? numquid habet Acta, quæ p oferat ? Hieronymianos, sat scio, indices nobis obtrudet : sed in vetustissimis corum codicibus ne unus quidem eorum legitur, de quibus hic

Pulsanensis, librarii vitio, pro Scotia legit Casarea ; est qui Scythia scribat. Huc revoca Scocia in Antuerp. et Max.-Lubec. Scochia apud Muneratum apud alios Schocia. Deest in Greveno titulus epi-

De Patricio agunt Beda et Roman. parvum, phrasi B solum Prætensem excipias, qui, corruptus dicam, an non multum dispari. Ado modicum de suo adjecit, Noster Adonem verbotenus transcripsit. Rabanus hic modo loquendi nonnihil a Beda deflectit, Notkerus ab Adone; quod obiter notasse operæ pretium duximus. Famosissimi Hiberniæ apostoli gestorum seriem, ex inordinata rerum congerie, solerter eruit et chronotactice digessit Papebrochius, primo suo, in opere de Actis sanctorum conatu, ubi vix quidquam desiderari passus est. Queruntur tamen aliqui, ex tot Patricii Vitis, eam præhabitam, quæ a Jocelino composita, a sancti temporibus maxime remota est. Videant illi facti istius rationem in ipso commentario prævio § 3 et 4 ex quibus id demum conficient, quo adhuc superstes emeritus senex profitetur, eam videlicet selectam esse Vitam, quæ fabulosis portentis minus referta videretur. Apographorum Hieronymianorum nulla hodie habita ratio, nec ab antiquis aliis, nec a codicibus Usuardinis, si

episcopi et confessoris, qui fuit ex discipulis beati Germani Antisiodorensis episcopi, primusque genti illius Christi Evangelium prædicavit. Alexandriæ, natale sancti Ambrosii, ejusdem ecclesiæ diaconi, qui confessionis Domini gloria insignis fuit. Nivigella monasterio, depositio sanctæ Čertrudis virginis, cujus præclara gesta habentur.

Roswerd., secundo loco : « Civitate Nicomciæ sanctorum martyrum Eugenii, Pamphiliani, Castoris et Sereni. Ipso die depositio sanctæ Witburgæ, virginis, Niviellæ, Gertrudis virginis. »

ANT.-MAN., ULTRAJ., LEYD., LOV., ALBERG., DA-NIC. et EDITIO ULTRAJ.-BELG. de sancta Gertrude post virginis interserunt, fliæ Pipini ducis, cujus gesta habentur. In fine : « Cabilone, natale sancti Agricolæ episcopi et confessoris.

CENTULEN. : « Alexandriæ, sancti Ambrosii diaconi et martyris. In Scotia, sancti Patricii episcopi et confessoris, a beato Germano Antissiodorensi epi- D siæ, » etc., ut Antuerp.-Maj. supra. De Ágricola item scopo, ordinati et directi. Nivigella monasterio, sanctæ Gertrudis virginis.»

BRUXELLEN. « Apud Nivellam, depositio sanctæ Gertrudis, Deo caræ virginis, filiæ Pipini ducis, quæ beatam Gudilam, suam neptem, nostram patronam, de sacro fonte levavit. Hæc in ipsa exitushora, Treveris sanctæ Modestæ moniali apparuit, et cadem

Ambigit Sollerius corruptumne dicat an muta- A Usuardus. Nec die hesterna actus erat. Sic enimilli, teste Henschenio : Nicomediæ, Castori, Dionysii, Nonni, Cyriacæ, Milisæ, Eugeniæ, Juliani, Asclepiodoti. Alii quidem codices, Castorem, alii Sere-num, alii, una ex duabus classibus facta, Pamphilanum adnuntiant. Quid certi ex illa codicum conflictione extundi potest ? forte Usuardus alios indices habuit ; forte uno die utramque Nicomediensium martyrum classem conjunxit ; forte Acta vidit. Denique quidvis potius conjectare mallem, quam, ut Sollerius, nullo argumento Codicem minime suspectum rejicere. De S. Gertrude mox in sequentiarticulo. BOUILLART.

VARIANTES LECTIONES.

scopi; in Antuerp. et Max.-Lubecana, confessoris. In Pulsan. legitur vigella erasoni. Munerat. Migella, Greven. Novigella. Rursus Pulsanen. habet Geretrudis, quod et alii recentiores codices imitantur.

OBSERVATIONES.

mutatus, pro Gertrude, ita habet : Civitate Nicomedia, sanctorum martyrum Bugenii, Pamphiliani, Castoris et Sereni, qui et male connexi, et ad hanc diem ab imperito aliquo perperam traducti sunt: et quidem super erasa Gertrudis ann untiatione inscripti, ut me monuit Clar. Castellanus, prætensi autographi oculatus inspector, litteris ad me datis xxxI Maii MDCCIX. Factum ut ipse existimat, ex male de-scriptis vel intellectis Virginis Actis, ubi natalis differri videretur in xv Kalendas Aprilis, unde et inepte ejus diei laterculo inserta est ; binistextibus uno errore depravatis, quemadmodum die sequenti iterum apparebit. De Gertrude, videndæ Henschenit dissertationes, Vitæ præfixæ et subjunctæ. Textui nostro consonat metricum Wandalberti elogium :

> Bis octava tua Patrici nomine pollet. Scotica gentilem miserate per oppida cultum. Hac quoque Ger:rudæ redduntur vota beatæ.

AUCTARIA.

ANTUERP.-MAJ. : « In Scotia, natale sancti Patricii C mortis hora, heatus Ultanus frater sancti Foillani, vidit sanctum Patricium ductorem animæ beatæ virginis Gertrudis affuisse. In Scotia seu Hibernia, sancti Patricii episcopi et confessoris. Qui fuit filius Conches, sororis saucti Martini Turonensis, et unus ex discipulis beati Germani Antisiodorensis. Quem Cælestinus papa illue misit, quique illi genti primus Christi Evangelium prædicavit. Sed cum modicum fructum faceret, rogavit Deum pro signo, quo saltem territi pæniterent. Et baculo suo circulum magnum designavit, intra quem terra se aperiens, statim puteus maximuset profundissimus apparuit; revelatumque est sibi quod ibi esset quidam locus Purgatorii, in quem si quis descenderet, alia sibi pro precatis pænitentia non restaret. et sic ipselotam gentem illius provinciæ ad fidem Christi convertit, et præfuit illis annis sexaginta, quibus expletis obiit, anno suæ ætatis centesimo vicesimo secundo. Alexandriæ, sancti Ambrosii ejusdemeccleut dictum est.

HAGENOVEN. in exornandis Patricio et Gertrude, Bruxellensi liberalior est. Hanc Caroli magni sororem facit, de illo talia memorat, ut prætermitti mercantur.

AQUICINCT. et VICTORIN. in fine : « Cabilonis, sancti Agricolæ episcopi et confessoris. »

PLESCHIONEN. : « Eodem die, sanctæ Gertrudis, A etiam ut supra. « In Alexandria, sanctorum Collegii virginis, et sanctæ Victorinæ. » Nulla nobis hodie nota Victorina, præter eam, quæ inter martyres Nicomedienses in Actis connumeratur.

MARCHIANEN. plane legit, ut Pratensis : unde non male supra conjectavimus, codicem illum ex prætenso autographo isto esse desumptum, quod magis subinde pateret, si cographum inlegrum

majores nostri procurare potuissent. ALTEMPS. : « Alexandriæ, sancti Ambrosii, ejusdem ecclesiæ diaconi, qui Dominicæ confessionis gloria insignis fuit. »

FLORENTIN. de Gertrude agunt loco hic suo. « In civitate Corduba [codex alteruter videtur legere Cordula] passio sanctorum martyrum Olimpiadis et Maximiani, sub Decio imperatore, ut habetur in gestis sanctorum Abdon, et Senen. Vitellius autem vidarius Decii jussit, ut cum securibus capita eorum tunderentur, et sicemiserunt spiritum. » In

RHEMENS. Ecclesiæ SS. Timothei et Apollinaris : « Alexandriæ, natalis sancti Ambrosii ejusdem ecclesiæ diaconi. »

Editio LUBECO-COL. : « In Scotia, natale sancti Patricii episcopi et confessoris. Qui fuit unus ex discipulis beati Germani Autisiodorensis episcopi, et dicitur fuisse filius sororis sancti Martini : qui primus in Scotia Christum evangelizavit et quasi totam Hiberniam doctrinis, exemplis et miraculis ad Christum convertit. Monasterio Nivigella, sanctæ Gertrudis virginis filiæ Pippini ducis, cui sanctus Amandus episcopus, una cum matre sua, sacrum velamen imposuit, ac multarum virginum monialium (congregationi) præfecit, patre suo Pippino jam defuncto, quas cum laudabiliter rexisset, ætatis suæ tricesimo tertio anno, migravit ad Dominum. Alexandriæ. » etc., ut ANTUERP.-MAJ. « Cabilone... »

XV Kal.

diaconi, Rogati et Satyri martyrum. » De his et sequentibus, vide Prætermissos. « In Campania, natale sanctorum Quinti et Luciani, Victoris et Mauri martyrum. In Nicomedia, sanctorum Apurilis et Servili martyrum. Eodem die, translatio sancti Antonii abbatis. »

BELIN. de Patricio post evangelizavit, subdit : « et maximis miraculis et virtutibus claruit. »

GREVEN. de Ambrosio, ut ANTUERP.-MAJ. « Item Theodolı, Quiriaci, Dionysii.» Melius distinguuntur in Actis. « Mariæ martyris. » Vide Prætermissos. a Nicomediæ, Eugenii, etc. In Alexandria Collegii... In Campania, Quinti... In Nicomedia, Aprilis... Cabilonc, » etc., ut supra. « In Anglia, Witburgis virginis. Translatio sancti Antonii abbatis.

MOLAN. Post virginis, filiæ Pipini ducis, cujus præclara gesta habetur, sequitur de Ambrosio. Et na-tale Mariæ virginis. Hæc cum esset ancilla cujuselencho Prætermissorum aejiciuntur ad xv Aprilis. B dam Tertulli præclari viri, et nollet in natali filii ejus, prandiis domini sui interesse, sed magis Christianorum more jejuniis operam dare, flagellis atrocibus ab eodem domino suo lacerata est : sed cum non posset per hoc ab instantia servitii Christi ad idolorum culturam revocari, judici publico ad pu-niendum tradita est. » Hoc fere compendium eorum, quæ Rabanus et Notkerus fusiusdeducunt; interim rejicitur Sancta adı Novembris. « Lyræ, translatio sancti Gummari præclari confessoris. » Colitur præcipue xi Octobris. De Agricola, typis minoribus. In editionibus aliis, post *Nivigella*, interserit litteris italicis*transitus*, cætera, ut supra. Item de Ambrosio, Agricola et trunslatione sancti Gummari. Demum: « Apud Dononium, elevatio corporis sanctæ Reginæ. » Spectat ad i Julii, quo festum ejus agi in Prætermissis dicitur, ubi et alterius Regina elevatio apud Flaviacum, ex Saussayo notatur.

Die 18.

Natalis beati Alexandri episcopi, qui de Cappadocia, ex propria civitate, sancto desiderio Hierosolimam veniens, divina revelatione, ejus dein loci gubernaculum suscepit, et post venerandam senectutem ductus Cæsaream, persecutione Decii ob confessionem Christi martyrium complevit. [Addit Bouillart.: Monasterio Nivigella sanctæ Geretrudis virginis.]

NOTÆ.

Consonant codices multi: Herinien., Tornacem C. Molan. Adde Antuerp.-Max., Ultraj. et reliquos Antuerp. et Max-Lubecana, Munerat., Belin. Greven codices mediæ notæ.

Verus est hic S. Gertrudis locus. Et miror qui falli potuerint Henschenius et alii, qui xvi Kal. hujus mensis mortem sanctæ illius Virginis consignarunt. Usuardus ipse hallucinatus fuerat in Carolino autographo; sed commode errorem in suo correxit: quæ illnm Acta deceperant, eadem diligentius pensitata reduxerunt in viam. Narrat vitæ scriptor B. Gertrudem, com dies mortis immineret, inisisse unum ex fratribus ad Fossuense monasterium, quiab Ultano sancto ejus loci incola percontaretur quodie moritura esset : Ultanum re spondisse : Hodie decimus sextus Kalendas Aprilis est dies. Crastino autem die inter missarum solemnia illa Dei ancilla et Christi virgo de corpore est migratura : Gertrudem, hoc accepto nuntio, totam noctem cum sororibus

VARIANTES LECTIONES.

pro expropria, legunt et propria. De Hierosolimam, Therosolymam, Jerusolimam, Capadocia, Cesarea, martirium, etc., alibi dictum. Talia ferme etiam sunt in Antucrp. et Max.-Lubec. relatione prorevelatione. In Munerato, divino revelatione, et complevi pro complexit. In codice Pratensi adjecta est hesterna annuntiatio sanctæGertrudis : Monasterio Nivigella, sanciæ Gertrudis Virginis; sic ut facile appareat

Fere in mendis librariis consistit. Codices aliqui D additionem esse, tum ex aliquali atramenti diversitate, tum ex pressoribus characteribus, ad exprimendam totam annuntiationem eo in spatio quod post complexit vacuum remanscrat. Nihilominus litteram ipsarum efformationem, priori scriptioni esse persimilem testatur, qui cætera retulit, Clar. Castellanus, quod equidem facile credidero. Interim e purorum Usuardinorum numero etiam hodie codex ille excludendus fuit.

in psalmis et orationibus transegisse, crastina autem die Dominica reddidisse spiritum. Illa igitur

dies Dominica erat decima quinta Kalendas Aprilis.

Non obiit igitur Gertrudis anno 664, ut putat Henschenius; aut anno 659, ut v. cl. Bailleto placet:

sed anno 658, quo Pascha incidebat in diem 25 Martii,, cyclo lunæ 13, solis 23, Littera Dominicali G.

Cur, inquies, eadem Acta referunt defunctam fuisse

die Dominica sub die sexto decimo Kalendas Aprilis? Id Acta quidem male exscripta referent; sed reti-

nendam esse lectionem, quam ex codice Fuliensi duxit Mabilio noster, vel inde perspicuum est, quod

alioqui sibi non constet vitæ scriptor. Si enim moritura esset Gertrudis die post xvi Kal. Apr., quo-

modo mori potuit xvi Kal. Aprilis ? BOUILLART.

OBSERVATIONES.

Ad xxx Jannarii non obiter ostendimus, Alexan-

drum, eo die auctore Romani parvi consignatum.

diernum Hierosolymorum episcopum ex Rufini lib. vi, cap. 29, clarissime depinxerit. Est hic igitur céleberrimus sanctus, a citato Romani parvi auctore hoc die positus, et ex eo, ut passim fieri solet, acceptus, de quo nec Hieronymiana, nec Beda, aut ejus sequaces meminere. Agit de Alexandro Eusebius lib. vi, variis capitibus a Rosweydo, Henschenio et Papebrochio citatis, atque ex Eusebio Hieronymus de Scrip. eccles. cap. 62. Ilæc autem hoc die Romani parvi verba sunt : Sancti Alexandri episcopi,quicum Narcisso Jerosolymitanæ ecclesiæ gugubernaculum suscepit. Non potuit, opinor, distin-

PULSANEN. textui puro subnectit : « Eodem die, sancti Pigmenii episcopi. » Agit, ni fallor, de Pig-menio presbytero et martyre. Vide xxiv hujus.

ANTUERP.-MAJ. : « Natale beati Alexandri episcopi et martyris, qui persecutione Decii cum jam long evæ ætatis veneranda canitie perfulgeret, ductus Cæsaream et clausus carcere ob confessionem Ghristi martyrio coronatus est.» Additur in margine eadem manu : «Ipso die, sancti Eduardi regis et martyris.»

Roswerd. post textum : « Romæ, Pigmenii presbyteri. In Nicomedia, viginti tria millia martyrum.» Vide Acta, ubi de decem millibus. Nescio unde in hoc codice numerus accreverit.

CENTULEN. : « Natale beati Alexandri episcopi, et martyris, qui cum Cappadocenam gubernaret ecclesiam, [ct] in zelo religionis sacra loca Jerosolymorum inviseret, voce de cœlo lapsa, jussus est Jerosolymitanam regere ecclesiam. »

BRUXELLEN. incipit : « Apud Bethaniam, Lazari quatriduani resuscitatio. » Colitur xvii Decembris. Sequitur elogium Alexandri modice interpolatum. Dein : « Et Romæ, sancti Pigmenii presbyteri et C martyris, positi ad sanctos Abdon et Sennen mar-tyres. Ipso die, sanctornm Rogati, Victoris et Luciani. Item, Eduwardi regis Angliæ. Qui pro Christo limina beatorum Petri et Pauli Romæ tempore Sergii papæ peregrinus adiit, atque in eadem urbe plenus operibus bonis et elecmosynis, usque ad diem mortis consenuit. » Quam hæc inepte connexa sint, in Actis intellig s. Denique : « Metis, sancti Landrici, Metensis episcopi et confessoris, qui fuit filius sanctorum Vincentii et Waldetrudis, ac beatæ Gudilæ patronæ nostræ eonsanguineus. » Inter Prætermissos rejicitur ad xvII Aprilis.

HAGENOYEN. in Alexandro pluribus interpolatus, secundo loco sic habet : « In Bethlehem Judæ, depositio sancti Joseph, sponsi beatæ Mariæ virginis [matris] Domini nostri Jesu Christi secundum carnem, et nutritoris Domini, qui multum ab Evangelistis in Evangelio commendatur Hic vir sanctus magnam sollicitudinem erga Christum et ejus ma-trem habuit. Iste vir sanctus quali morte, et quo D tempore [obicrit] ac in quo loco sepultus sit, plerisque penitus ignoratur. « Vide in accessionibus diei sequentis.

Aquicinct. : « Item sanctorum Currentii et Timothei. » Ex classe martyrum Mauritanorum.

PLESCHIONEN, et VATICAN, num. 5949. «Alexandriæ, sanctorum Collegii diaconi, Rogati, et Satyri, » vel Saturi.

tali a Viennensi præsule exornatum elogio, ut ho- A ctius Hierosolymitanus Alexander vel digito demonstrari; nec minus clarum est Adonis elogium ex laudati Rufini lib. vi, cap. 9 vel ex Eusebio cap. 11, quod a Notkero descriptum est, a nostro sic contractum, ut in textu exhibetur. In re tam plana diutius non immoramur; vide Henschenii commentarium historicum, Catalogum epp. Hierosolymitanorum pag. 13, item Ruinartium in Sinceris et Selectis a pag. 114, quibus affinia tradit Tillemontius tomo III, a pag. 415. Wandalbertus Alexandrum cum Pigmenio conjungit, de quo plura in Auctariis subjicientur.

> Præsul Alexander ter quinam possidet, altam Presbyter et Romam Pigmenus sanguine lustrat.

AUCTARIA.

REG. SUEC., qui fuit principis Ursini a Rosemberg .: « In civitate Mantua, depositio sancti Anselmi, B Lucensis episcopi et confessoris. »

MARTRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. : « Alexandri episcopi et martyris. Ancelini [vult dicere Anselmi] Lucensis episcopi. »

ALTEMPS. : « Natale sancti Eduardi regis et martyris, cujus mortem in conspectu Dominipretiosam crebra miracula testantur. Ipso die, sancti Frigidiani episcopi et confessoris. » Præcipua ejus festivitas est translatio xviii Novembris.

FLORENTIN. : « Natale sancti Anselmi episcopi et confessoris. Ipso die, festum gloriosissimi archangeliGabrielis. » In Actis differtur ad xxvi hujus.

Editio LUBECO-COL. incipit : « In Hispaniis, memoria sancti Gabrielis archangeli. » Seguitur textus, Tum : « Ipso die in Britannia sancti Edwardi regis et martyris. »

GREVEN. : « Venerabilis memoria archangeli Gabrielis, nostræ redemptionis paranymphi. Pigmenii, Quartini, Samfori, » Confusa et luxata nomina. « In Anglia, sancti Edwardi regis et martyris. In Augusta, beati Narcissi episcopi et martyris. Item passio sanctorum Luxorii. Ciselli et Camerini maryrum. » In Sardinia passi sunt xx1 Augusti. « In Mauritania, beatorum Surenti et Timothei : Ipso die, reconditio sancti Apiani episcopi et confesso-ris. » De hoc Apiano vide Prætermissos. Item sanctæ Speciosæ virginis. » Colitur xvm Julii.

MOLAN. de Archangelo Gabriele, Apiano, Speciosa, Eduardo, fere ut Grevenus. Tum minutiori charactere : « În Augusta, beati Narcissi episcopi et martyris, qui cum apud Rethiam, novam familiam Deo lucratus fuisset, post menses novem ad Hispanias est profectus, ad civitatem Gerumdam cum Felice diacono suo : in qua multum populum Deo lucratus est, per tres annos, et palmam martyrii cum Felice diacono suo complevit. » In editionibus aliis Narcissum Augustanim omittit. Textui vero Usuardino, post reniens, interserit : « cum Narcissus ejusdem urbis episcopus jam senex regeret ecclesiam; • et post gubernacutum, ponit cum eo suscepit. De-mum præter quatuor supra nominatos, accedit: « Die decima octava, sancti patris Cyrilli archiepiscopi Hierosolymorum. » Et minoribus litteris : « Qui promptissimus defensor Apostolicorum dogmatum, maximas ab Arianis passus est perseutiones. » Plura de Cyrillo, egregio fidei propugnatore addi poterant, quæ videsis omnia fusius ct accuratius in Actis explicata.

XIV Kal.

Die 19.

Natalis beati Joannis, magnæ sanctitatis viri, qui de Syria oriundus pervenit ad Italiam : ibique apud Penarensem urbem constructo monasterio, multorum servorum Dei per quadraginta annos pater existens, multis clarus virtudibus quievit in pace. Eodem die apud Surrentum, sanctorum Quinti, Quintilli, Quartillæ, Marci, cum aliis novem. Civitate Brixa, sancti Caloceri a martyris.

NOTÆ.

Ex. Praten., Herinien., Tornacen., Pulsanen., Munerat., Greven. et Molan.

• Non solum nomen Caloceri, ut notavit Castellanus, sed etiam totum illud spatium a sanclorum

ad finem deletum est. Nec id obstat tamen quin A codices concorditer hoc die Calocerum posuerint. textus Usuardini codicis purus esse Sollerio videatur. Nec certe injuria cum eadem sit manus. At scitu dignum est, qua decausa tantum honoris deferat Pratensi codici : nempe quod omnes optimæ fidei

VARIANTES LECTIONES

Pulsanen. phrasim non nihil variat, ita scribens: Qui de Siria oriundus veniens Italíam ibi apud **Pennarensem u**rbem construxit monasterium multorumque servorum Dei, etc. Greven. et Molan. etiam scribunt Pennarensem; Acta nostra Paranensem. Erravit Munerat. qui sichabet : ibique penes Ariminensemurbem, si Spoletinam vocasset condonari po-

Joannes Peranensis vel Panarensis seu, ut in Actis nostris scribitur, Paranensis aliis Pinnensis nec Hieronymianis, nec Bedæ cognitus est, nisi quis B suspicari velit Rabani verba Bedæ ascribi posse, Hic certe de Joanne agit, sed alio a nostris modó, et non satis accurate. In nostra itaque serie, apud Romanum parvam primum recurrit : In Penarense civitate beati Joannis magnæ sanctitatis viri. Vitam seu potius vitæ compendium, quod superest, vidit Ado et ex co sua eduxit, quæ ab Notkero nonnihil abbreviata sunt, a Nostro ad solitam phrasim contracta. Atque hocordine rem processisse, mihi certum videtur, non eo quem recenset Henschenius, quasi nimirum diversa singuli elogia ex eodem fonte accepissent. Sic eumdem Joannem celebrat Wandalbertus :

Bis septena Joanne cremi cultore coruscas.

Surrentinos martyres, aut sane affinia ipsis nomina, memorant Hieronymiana apographa, verum ut in textu nostro exprimuntur, ex Romano parvo videntur accepti, cuin hac diversitate, quod ibi Martice C in Responsionibus ad art. xi, a num. 56. scribatur, pro Marci et viii pro ix de Quintillo,

ANTUERP. et MAX.-LUBEC. in textu puri sunt, ast ei subjungunt : «Item sancti Theodori episcopi. Ipso die Apollonii, Leoncii episcopi. »

Codex PRATENSIS, alius a pratenso autographo, habet in margine : « Apud Vizeliacum, translatio sanctæ Mariæ Magdalenæ. » Quæ translatio etiam notatur in pervetusto Kalendario Bizuntino S. Magdalenæ, et in Auctariis infra describendis.

LOVANIEN, in Joanne mutilus est. In Surrentinis purus. Tum : « Civitate Brixia, sancti Calocerii mar**t**yris, qui ingressus ante Adrianum, vidensque equuleos vacuos, et ministros torqueri, cum dicerct Magnus est Deus Christianorum, ab ipso consummatus est. Eodem die in Bethleem Judie, sancti Joseph nutritoris Domini. In Cæsarea Cappadociæ, natale sanct i Theodori episcopi. Ipsodie, Pollonii et Leoncii episcopi.» Vult dicere Apollonii, ut legunt ANTUERP.- D rea Cappadociæ sancti Theodori episcopi et confes-MAX., ULTR JECT., LEYDEN., ALBERGEN., DANIC. et EDI-TIO ULTRAJ.-BELG. qui in hisce Auctariis cum Lovaniensi plane conveniunt; in eo puriores, quod textum integrum præmittant.

CENTULEN. hæc habet : « In Italia, apud Penarensem urbem, sancti Joannis abbatis, magnæ sanct itatis viri. Eodem die apud Surrentum, sanctorum Quinti, Quintilli, Quartillæ, Marci cum aliis 1x. »

ANTUERP.-MAJ. a præcedenti non multum differt.

Rosweyd textui adnectit : « In Cæsarea, Theodori presbyteri martyris, Item in Africa, Apollonii martyis et aliorum quatuordecim. Landoaldi confessoris. In Bethleem, Joseph nutritoris Domini. »

BRUXELLEN., primo loco : « In Bethleem, sancti Joseph nutritoris Domini nostri Jesu Christi. Quem idem suus alumnus hic in terris, duodecim præcipuis honoribus decoravit, quos dominus Petrus de Alliaco episcopus Cameracensis, postea cardinalis, descrip-

Argumentandi ordo videbitur fortasse præposterus, præsertim cum apud Sollerium Pratensis codex vetustatis titulo principatum teneat. Bouillart.

terat. Praten. pro Quintilli legit Quintili, forte ex aliquo apographo Hieronymiano, certe sic in Adone non reperit. Munerat. aliam inflexionem sequitur, dum Quintillæ feminæ nomen viro supposuit; quod plures alii faciunt. Brixa scribunt codices mss. excepto. Pulsan., qui habet, civitate Brixiana. Gre-ven. et Molan. Brixia.

OBSERVATIONES.

supra diximus. De hisce martyribus aliqua notat Florentinius sed multo accuratíus et scrupulosius rem discussit Henschenius, sic tamen ut lustratis multis codicibus omnibusque perpensis, cedere cogatur martyrologorum nostrorum, intellige Romani parvi, Adonis, etc., auctoritati, relicta confusione, quæ ex Hieronymianis seriem turbaret, nomina mutaret, augeret, transponeret. Superest Calocerus, ab Usuardo, nescio unde, eductus, forte ex prælongo elogio Faustini et Jovitæ xv Februarii a Rosweydo ex editione Adoniana revulso. Certe Calocerus non huc proprie, sed ad xviii Aprilis pertinere videtur, quo die in hodierno Romano et in Actis refertur. Studiose observavit Castellanus, nomen Caloceri in prætenso autographo Pratensi super inductione seu rasura ante facta inscriptum. Cæterum cum optimæ fidei codices nostri omnes, atque etiam recentiores cum eo concorden et hac die posuerint, nonest quod de textus Usuardini veritate, tum hic, tum in aliis annuntiationibus, ullatenus dubitetur. De Calocero aliqua Papebrochio dicenda fuere

AUCTARIA.

sit. Apud Penarensem urbem beatiJoannis eremitæ, admirandæ sanctitatis viri, qui prophetico spiritu plenus, Theodosio imperatori Christianissimo, victorias de tyrannis prædixit » lloc annotasse sufficiat, cætera conveniunt. De Surrentinis et Calocero ut LOVANIEN. Sequitur : «In Cæsaren Cappadociæ, sanc-ti Theodori episcopi et martyris. Ipso die, Apollinii, Leontii et Joannis episcoporum. Et in Gandavo, sancti Landoaldiarchipresbyteriet confessoris. Qui post beatum Amandum, episcopatum Trajectensem supra Mosam, novem annis ad ministravit. Quo tempore ipse sanctum Lambertum, imbuens, in viam Dei induxit, ejusque corpus tempore Stephani papæ septimi Gandavum translatum est. »

HAGENOYEN., in textu purus, de Calocero habet auctarium jam descriptum. Deinde : « Item Cæsasoris. Ipso die, Apollonii et Leoncii episcoporum. Item Cabilone, sancti Agricolæ episcopi et confessoris. » Loco non suo.

Aquicinct.. post textum purum: « Item sanclo-rum Theodori episcopi, Apollonii et Léontii episcopi. Et sancti Landoaldi confessoris.

PLESCHIONEM. : « In Africa sanctorum Lucilli, Bassi et sancti Leontii episcopi. »

MATRICULA-CARTHUS.-ULTR 1J. hæc habet. : « Trans. latio beatæ Mariæ Magdalenæ. Joannis confessoris. Quinti et sociorum ejus martyrum. S. Joseph nutrii Domini. »

BIGOTIAN. signatus P. 5 : « Item sancti Theodori episcopi.

CLUNACIEN. : « Item Theodori episcopi Apollonii, Leoncii episcopi. » Servo interpunctionem.

VATICAN., num. 5949 : « In Cæsarea Cappadociæ,

sancti Theodori presbyteri. In Africa, sanctorum A et, ubi adjungitur. « Item translatio sancta Maria Lucilli, Bassi et sancti Leontii episcopi.

UGHELIAN. : « Item sancti Theodori episcopi. Ipso die, Apollonii, Leonții episcopi. » Ut supra.

ALTEMPS. : « Ipso die, Apollonii et Leontii episcoporum. Item, sancti Theodori episcopi. Apud Wez-zeliacnm, translatio sanctæ Mariæ Magdalenæ, ab Aquensi territorio ab loco qui Inpelliacus dicitur. Ubi usque hodie a fidelibus populis condigno honore frequentatur.

STROZZ et MEDIC. : « Natale sancti Josephi... Apud Surrentum sanctorum martyrum Quinti, Quintilli Quartillæ et Marci cum alijs octo. Apud Brixiam sancti Calocerii martyris. Item, sancti Theodori. Apud Verzelliacum, translatio sanctæ Mariæ Magdalenæ. Ipso die, sanctorum Apollonii et Leontii episcoporum.

Editio LUBECO-COL. incipit : «Desponsatio gloriosæ semper Virginis Mariæ matris Dei sancto Joseph. In Bethleem Judæ, natale sancti Joseph nutritoris Do- B divit. Item, natale sanctorum sociorum ejus qui cum mini nostri Jesu Christi. » De Joanne, de Surrentinis et Calocero, ut supra : Sequitur : « Monasterio Vercelliaco, translatio corporis beatæ Mariæ Magdalenæ ab Aquitania. In Cæsarea natale sancti Theodori episcopi et martyris. Ipso die, sanctorum Apollonii el Leoncii episcoporum et confessoris. Item sancti Lactini confessoris. »

BELIN., primo loco : « Natale beati Joseph, sponsi beatissimæ virginis Mariæ. » Secundo loco, de Calocero, quem episcopum facit. Tum de Joanne et Surrentínis. Demum : « Ipso die, sanctorum Apollonis, Leontii episcoporum.» In altera, editione, Apolonii

Magdalenæ. »

GREVEN. : Desponsatio gloriosæ semper Virginis Mariæ sancto Joseph. Transitus ejusdem beati Joseph sponsi genitricis Dei, qui et pater nutritius Salvaioris nostri digne meruit appellari. Ipso die, sancto-rum, Apolonii, Bassi, Sorrenti, et Leoncii episcopi. Item, Theodori episcopi Cæsaræ Cappadociæ et confessoris. In Hibernia, sancti Lactini episcopiet confessoris. Landoaldi presbyteri et confessoris. Trans-latio beatæ Mariæ Magdalenæab Aquitania ad Vercelliacense monasterium.»

MOLAN. « Natale beati Joseph, sponsi beatissimæ Virginis Mariæ. Ipso die, sanctorum Apollonii et Leontii episcoporum. Item translatio sanctæ Mariæ Magdalenæ. In Cæsarea Cappadociæ Theodori prosbyteri et alioraan septem. Depositio sancti Landoaldi episcopi et confessoris. Hic beatum Lambertum episcopum in pueritia nutrivit et sacris litteriserneo honorifice quiescunt apudGandavum, in monasterio sancti Bavonis. » In editionibus aliis textui præfixit «S. Joseph, » sed litteris Italicis. Infine de Theo-doro, ut supra. Tum : « In portu Ganda, deposito sancti Landoaldiconfessoris et archipresbyteri. Hic beatum Lambertum. Item natale sanctorum sociorum ejus Amantii, diaconi Adriani internuntii et reliquorum, qui cum eo honorifice quiescunt apud Gandavum, in ecclesia sancti Bavonis. Ipso die sanctorum Apollonii et Leontii episcoporum. Vercelliaco monasterio, translatio sanctæ Mariæ Magdalenæ. »

XIII Kal.

In Asia, natalis sancti Archippi commilitonis beati Pauli, cujus meminit idem Apostolus in epistola sua scribens Colossensibus. Apud Britanniam, depositio sancti Chutberti, qui ex anachoreta, ecclesiæ Lindisfarnensis antistes totam ab infantia ad senium vitam miraculorum signis inclytam duxit. In Syria, sanctorum Pauli, Cyrilli, Eugenii cum aliis quatuor. Ipso die, sancti Vulfrani confessoris.

NOTÆ.

Ex Pralen., Herinien., Tornacen., Munerat., Greven. et Molan. VARIANTES LECTIONES.

sistit. Scripsit Colossensibus, licet codices passim legant Colosensibus; pejus Munerat. Collosensibus. Sicitem posui cum Pratensi anachoreta cum codices habeant anachorita; Tornacon., anacorita. Rursus Chutberti cum plerisque, melius tamen legendum puto Cuthberti; Beda, Guiberti. Rabanus Chudber-

Archippi memoria reperitur in Romano parvo, consueto Adonis ductore, unde et mihi consequens videtur, ut in Adone ipso exstare itidem debeat, utpote, qui rarissime soleat prætermittere, quos in codice Ravennæ descripto invenerit. Visum tamen est Mosandro asteriscum appingere, signum videli-cet exclusionis agermano Adonis textu : Rosweydus eum secutus, in appendicem rejecit. Recte an secus id fecerint examinare hujus loci non est. Firmatur interim conjectura mea ex eo quod, Notkerus Adonis vestigiis presse inhærere solitus, de Archippo etiam meminerit, idque ipsisillis ferme verbis, quæ Mosander et Rosweydus martyrologo Viennensi abjudicarunt. Hæc sunt Romani parvi verba : Archippi commilitonis Pauli apostoli. Notkerus adjecit titulum episcopi, de quo, uti et de martyrii laurea antiquorum testimonia quærit Henschenius. nec reperit Tillemontiustomo I, pag. 289. Commilitonem suum vocat Paulus ipse ad Philemonem scribens, et de ejus ministerio loquitur ad Colossenses, unde apposita est textus nostri formula. Chutbertus, vel Cuthbertus Lindisfarnensis, a Bedasolo nomine ponitur, vocatus Gutbertus, ut supra diximus. Insigne elogium adjecit Ado, desumptum, ut profitetur, ex

In mendis ferme librariis aut typographis con- C ti; Tornacen Cutberti. De cætero, Siria, Cerili, tota pro totam in Munerato, notanda non suntuli nec apud eumdem Nulfranni, pro Vulfranni ui, habent codices omnes, quidquid Pratensis posue-rit Vulframni, quo forte modo scribendumest, licet nobis magis placeat Wulfranni; non ita Wlfranni, ut alii legunt.

OBSERVATIONES.

ipsamet Vita a Beda descripta; quam in Actisnostris invenies. Adonis elogium Usuardus fere totum Notkerus plane integrum transumpsit. Alind Rabanus proprio marte conflavit. Solum Cuthbertum canit Wandalbertus :

> Tertia cum decima Cuthberti laude nitentes, Auglorum ducit per mystica gaudia plebes.

Martyres Syri ex aliquo codice Hieronymianopro-D babilissime ab Usuardo educti sunt, etiam a Notkero commemorati, sed alia phrasi, post *Bugenii* addendo Serapionis, Victorici et aliorum, numero indelerminato. Henschenius in Actis, præter Serapionem et Victoricum, adjunxit socios alios quinque, suis expressos nominibus sed de eorum gestis nihil reperit. Wulfrannus Bedæ, Romano parvo, Rabano et Notkero incognitus, Ilieronymiano Lucensi ascribitur apud Florentinium. Verosimillimum est solum diem ab Usuardo mutatum ; ut qui in Adone ad xxiii Aprilis Wulfrannum repererathuc ac proprium obitus diem, melius transtulerit. Unde motus fuerit, ut hunc potíssimum diem seligeret, nolim conjectando statuere : sed prodit se citatus codex Lucensis, olim Fontanellensis seu S. Wandregisili, qui solus

Die 20.

de Wulfranno agit; uti se Anglicum ostendit anti- A num, sic certum opinor, ut in controversiam venire quior codex Epternacensis, dum ad calcem adjicit: sancti Cutberti. Si ex priori codice acceptum culsittus diem volueris, non repugnabo; quamvis certum Wulfrannum ad genuina Hieronymiana minime pertinere, ut fatetur Florentinius. Interim laterculum, ut a nobis positus est, plane esse Usuardi-

PULSANEN., in textu non nihil mutilus, subdit in fine : « Eodem die, vigilia sancti Benedicti abbatis.» Proprium id fuisse nonnullis Italicis monasteriis ex Pleschionensi infra patebit.

ANTUERP.-MAJ. incipit a Cuthberto ex Adone : « In Britannis, natale sancti Cutberti, qui ex anachorita, ecclesiæ Lindisfarnensis antistes, totam ab infantia ad senium Vitam, miraculorum signis inclitam duxit. Cujus dum undecim annis maneret corpus humatum, incorruptum, quasi eadem hora defuncti, B simul cum veste qua tegebatur, inventum est. Scribit sanctus Beda presbyter in libello de Vita ipsius. Eodem die, sancti Archippi, commilitonis Pauli apostoli. In Fontella [Fontenella] monasterio, sancti Wlfrani episcopi, præclari in miraculis et doc-trina viri. » Hæc de Wulfranno habet Ado xxIII Aprilis : causam nescio, certe allum ejus de hoc sancto silentium, non recte incusat Mabilio in Actis Benedictinis, loco quem in Observationibus citavimus. ANTUERP. et Max.-LUBEC. puri sunt, excepta ultima

annuntiationis formula quam sic legunt : « Monasterio Fontinellæ, sancti Wlfranni episcopi et confessoris. x

Rosweyd. in hoc solo a puritate etiam deficit. Sic habet : « In pago Rotomagensi, sancti Vulframni, Senonicæ civitatis episcopi. »

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEYDEN., LOVANIEN., AL-BERGEN., DANIG. et editio ULTRAJ.-BELG., elogio Cuthberti hæc ex Adone post duxil interserunt : « Cu- C quievit in pace anno Domini DCCXX. Eodem die, sanjus corpus, sicut scribit Beda presbyter, undecim annis humatum, incorruptum cum veste, qua tege-batur, inventum est. » Tum in fine : « Monasterio Fontinellæ, sancti Vulfranni (variant in modo scribendi) episcopi et confessoris. »

BRUXELLEN. nova producit, ita incipit : 1 Prima dies sæculi, et principium temporis, in quo Deus cœlum et terram creavit. Et ea die Josue, sicco vestigio cum Hebræis Jordanem transivit. Hac die fuit Dominica in ramis palmarum, qua Christus vendentes eliminavit de templo. » Sequitur de Archippo et martyribus Syris, ut in textu. De Cuthberto fere ut codd. mediæ notæ, præterquam quod paulo pressius verbis Adonis inhæreat. In fine : « Fontanellæ monasterio, sancti Wulfranni archiepiscopi et confessoris. Cujus corpus postea in Blandinio translatum est. »

HAGENOVEN. parum admodum differt a codicibus

beati Cuthberti episcopi et confessoris, admirandæ

XII Kal.

non possit. Vide Henschenii commentarium et Acta ab eo illustrata, cum quibus confer Observationes Mabilionis sæculo III Benedictino, parte 1, a pag. 355, et, si potes, utriusque sententias compone, casque concilia cum altera Cointii, ad annum DCCIV.

AUCTARIA.

sanctitatis viri. Cœnobio Fontenella, depositio sancti Vulfranni Senonensis quondam archiepiscopi et confessoris. »

Aquicinct., post Archippi addit martyris.

PLESCHIONEN., in fine : « Vigilia samcti Benedicti. »

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. deficit in martyribus de reliquis brevissime.

FLORENTIN. primo loco: « Natale Beati Joachimi. patris gloriosæ Virginis Mariæ et avi Domini nostri **J**esu Christi. »

Codex Montis Sancti. : « Natale vel passio Geretrudis virginis» Quid codex hic vell' non satis perspicio.

Edit. Ludeco-Col. convenit fere cum textu codicum mediæ notæ, sed in fine adjicit : « Eodem die sanctorum Sabeani et Pollionis, sociorumque eorum martyrum. » De his videndus index Prætermissorum.

BELIN., pro Archippi legit Arcippi. Secundo loco agit de martyribus Syris. Deinde : « Monasterio Fontenellæ, sancti Vulfrannii confessoris. In Britannia, sancti Gutuberti episcopi. »

GREVEN. Wulfranno subjungit : « Iste Vulfrannus, comes et Senonensis episcopus, ad Frisiam transiens, Christi Evangelium prædicavit. Inde reversus, in monasterio Fontanellæ monasticum habitum sumens, in multa sanctitate cursum suum complens, ctorum Joseph et Claudii.» Quam apte hi duo conjungantur, vide in Actis. «Methis, sancti Urbicii episcopi et confessoris. Senonis, Guerici et Ebbonis, episcoporum et confessorum. » Vide Prætermissos. « Heriberti presbyteri et confessoris. Cui cum sanctus Cuthbertus episcopus diceret, se mignaturum e seculo; ille pedibus ejus advolutus rogavit, ut sibi a Domino impetraret, quatenus secum ad gaudia æterna transire posset : factumque est ut pelierat. Item secundum aliquoshic, translatio est beatæ Maria Magdalenæ. » De qua in Auctariis xix.

Molan. de Wulfranno : « Senonum archiepiscopi, in Blandinio monasterio. Sancti Joachim confessoris, patris beatæ Mariæ Virginis. » In posterioribus editionibus, mutatur Wulfranni annuntiatio. De Joachim, ut jam dictum. « Die vigesima sanctorum, qui nominantur patres in monasterio sancti Sabæ interemptorum.» Demum typis minoribus; « Coloniæ mediæ notæ. Omittit Bedæ titulum, presbyler; et D ad gradus, ohitus Rixæ, reginæ Hungariæ, neptis pro Wulfranni inflectit Wolframi. CENTULEN., hæc stylo suo: «In Britanniis, depositio Prætermissos hoc die et xix hujus.

Die 21.

Apud Cassinum castrum, natalis sancti Benedicti abbatis, hujus vitam virtutibus et miraculis gloriosam, beatus papa scribit Gregorius. Alexandriæ, beati Serapionis anachoretæ, magnarum virtutum viri. In territorio Lugdunensi, sancti Lupicini abbatis, cujus vita sanctitatis, et miraculorum gloria illustris fnit.

NOTÆ.

Conveniunt Praten., Herinien., Tornacen., Rosweyd., Antuerp., Max-Lubec., Munerat., Greven. et Molan. Vix quidquam differunt codices mediæ notæ.

VARIANTES LECTIONES.

In una alterave transpositione consistunt. Textus habet : Beatus papa scribit Gregorius; Munerat., Gregorius scribit. Sic pro illustris fuit, ponit Tornacen. fuit illustris. In Antuerp. et Max.-Lubec. deest sancti, ante Lupicini. De anachoritæ et anacoretæ dictum abunde est.

OBSERVATIONES.

tris Benedicti nomen ab antiquis martyrologis omnibus hoc die celebratur. Ejus meminerunt Hieronymiana apographa, ut Epternacense ad finem la terculi subtexens : *Et sancti Benedicti abbatis*, Corbeiense ad calcem etiam : Et depositio B. Benedicti abbatis; quæ in Lucensi primo loco posita sunt. Beda non minus simpliciter : sancti Benedicti abbatis, ad quæ videri potest breve Flori elogium a nostro diversum. romanum parvum: In Cassino castro, Benedicti abbatis. Ado non longa oratione sanctum ornavit, cujus potiorem partem mutuavit Noster, Notkerus totam sumpsit et aliquid addidit, non satis apte Casinum Castrum cum Benevantana civitate connectens. Rabano satis fuit dicere, quod regulam monachorum scripserit cum magna discretione. De sanctissimi patriarchæ rebus gestis, translationibus et miraculis fusissime tractavit Henschenius, quæ si non sufficiunt, videsis Acta Benedictinorum variis locis a Mabilione designatis. Superest Wandælberti B in Actis nostris hactenús præteritus est? Multahic encomiastica versificatio :

863

Tum duodena fide Benedicti et nomine fulget; Cœnobiale decus, duce quo lætatur in orbe

Qui hic secundo loco notatur Serapion, mihi non adeo obvius est, quam pluribus visus fuerit : nec plane liquet, utrum ex Hieronymanis primum profluxerit. Ex variis Martyrologiorum efferendi modis faxo id colligas. In præfatis Hieronymanis, deccm circiter sociis præfigitur, hoc modo: In Alexandria,

Pulsan., pro singulari, opinor, in patriarcham reverentia, ita de Renedicto enuntiat : » Apud castrum Casinum, sanctissimi Benedicti confessoris atque abbatis.

BELINUS item in hoc solum a puritate deficit, quod scribat beatissimi.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEYDEN., LOVANIEN., AL- C BERGEN., DANIC., EDITIO., ULTRAJ.-BELG., puri etiam sunt, paucissimis exceptis, iis nempe verbis, quæ adjiciunt, « in Dialogorum libro secundo beatus scribit, etc.

CENTULEN. de Benedicto jam dicta verba etiam interjicit. In Serapione purus est. Breve Lupicini elogium rescindit. Tum in fine proprium loci : «Cœnobio Centula translatio sancti Vigoris episcopi [Bajocensis] et confessoris. » Vide Prætermissos. ubi rejicitur ad 1 Novembris.

ANTUERP.-MAJ. de Benedicto addit in Dialogorum libris, ut scripsit Ado. De Scrapione cum textu. «Et in territorio Lugdumensi, sancti Lupicini abbatis Virensium (Jurensium), cujus vita sanctiatis, et miraculorum gloria illustris fuit. Corpus ejus in finibus Vesontionum, apud Latonense monasterium celebratur. » Hæc est altera encomii Adoniani pars ab Usuardo rescissa, in qua tamen legitur Laocenese alii scribunt Lauconense; Mosander Lacionense. D cibus mediæ notæ. Videantur Acta.

BRUXELLEN. in Benedicto convenit cum codicibus mediæ notæ In Serapione purus, sic de Lupicino :«In territorio Lugdunensi sancti Lupicini abbatis Virensium magnifici. Cujus Vita. Et corpus ejus in finibus Vesontionum in Laocensi monasterio celebratur.»

HAGENOYEN. hoc peculiare habet, quod totam fere sancti Benedicti vitam non longa laudatione complectatur, hisce verbis : « Hic cum foret juvenis scholas seculares reliquit et scholis divinis se tradidit. Et cum tentationes sentiret inter urticas et vepres se projecit, et curatus est. Hunc solus Romanus in specu latitantem per tres annos solus scivit, cui et ille victum ministravit. Hic spiritu prophetiæ claruit et monachorum regulas

Celeberrimum magni nigrorum monachorum pa- A Serapionis monachi, Josippi, etc. Hic marlyrem recoli, dubitari haudquaquam potest. Jam Romani parvi textum accipe: Bt Serapionis anachorete. In eamdem sententiam loquitur Ado: Bodem, die beati Serapionis anachoritæ. Ego hic confessorem intelligo, Adoni solo nomine cognitum, sine ulla patriæ, ætatis, aut habitationis distinctione, ut, quem inter plures Serapiones indicent auctores illi, prorsus ignores. Nec tenchras dissipant Rabanus et NotKerus: hic Alexandriam signans, sic ioquitur, ut Hieronymiana secutus videatur, tametsi in Rabano legisset depositio Serapionis. Quid noster? Alexandriam quoque legit, fateor, at ex toto sensu patet, Serapionem aliquem confessorem indigitari. Quem obsecri-An Arsinoitem? An Sidonium? An episcopum Thmueos, de quibus hoc die Henschenfus? An qui ex Baronii mente, ab Arianis exsilium passus est? An Sindoneum vel Sindonitem, qui a Bollando xxui Januarii pag. 508, col. 2, indicatus, nescioquo casu, quæro, quæ ad xx1 Octobris, operosioris disquisitionis materiam præbere poterunt. Vide Henschenium hic, ac paucis Tillemontium tomoVIII, pag.618 et alibi Lupicinum primus consignavit Ado, brevi contentus elogio, quod Usuardus altera parte truncavit. Notkerus multa de suo addidit ex ipsa, ni fallor, Vita, quæ a coævo scripta in Actis reproducitur. Pro textus Usuardini germana simplicitate abunde sufficiant citati codices tum mss. tum impressi. AUCTARIA.

scripsit. Discretionem immundorum nimiam accepit a Domino. Abbas factus, durus secundum regulam fratribus dissolutis erat, unde vitreum vas cum veneno sibi ab eis oblatum, signo crucis confregit; et ad locum solitudinis suæ perrexit, ubi postmodum multis claruit virtutibus, ob quas multiad eum quotidie veniebant, et ideo ibidem duodecim monasteria construebat. Hic etiam præterca in contemplationis gratia singularis erat, et etiam visiones spirituales videbat, hoc est animam sororis suæ Scholatiæ el Germani episcopi Capuani ab angelis in cœlum ferri vidit. Diem etiam sui exitus ante annum sibi Domnus revelavit, quemet fratribus non abscondit. Ante sextum vero diemsui obitus febribus languere cœpit et sexto die in oratorium se portari fecit, et sepulchrum sibi aperiri, et tunc communionem accepit, et inter discipulorum manus, erectis in cœlum manibus, ultimum spiritum inter verba orationis efflavit. »

AMBIAN. : « Ipso die, translatio sancti Firmini episcopi et confessoris. » Colitur xxv Septembris.

MATRIC.- CARTHUS.-ULTRAJ. : « Benedicti abbatis. Serapionis anachoretæ. Lupicini abbatis, fratris sancti Romani abbatis. »

Editio LUBECO-COL. vix quidquam differt a codi-

GREVEN. : « Josephi, Ammonis, » Ex Ilieronym. « In Hibernia, Endei abbatis. Amos eremitæ et confessoris. » Inter prætermissos rejicitur ad IV Octobris. «Romæ, felicitatis viduæ. » Ad xxm Novembris. «Hic fecit Deus luminaria rerum. Item beati Benedicti monachi, de quo Gregorius refert 3 Dialog. quod ætate juvenis, sed moribus grandævus, a Gothis in clibanum succensum projectus et inclusus, altera die illæsus penitus inventus sit. » Hic remittendus est ad diem xxIII Martii.

MOLAN. agit de solo hoc Benedicto, expressius designans Gregorii locum, nempe 3 Dialog., cap 18 In aliis editionibus : « Die vigesima prima, sancli patris et confessoris Jacobi episcopi. » De ipso videnda sunt Acta nostra.

XI Kal.

Apud Septimaniam civitate Biterris, depositio sancti Afrodisii episcopi et confessoris. Hic a bcato Paulo

Die 22.

Narbonensi episcopo eidem urbi ordinatus antistes, fidei documentis præclarus virtutumque meritis ornatus, quievit in pace.

NOTÆ.

Sumitur ex Praten., Herinien., Tornacen., Munerat., Greven et Molan.

VARIANTES LECTIONES

nien. et Muneratus civitatem. Praten., Byterris; pejus Tornacen., Biternis. Superest varia Afrodisii efformatio pro quaPraten. Afrodisii; Herinien Ajra-

Ad paucissima redit. Pro civitate legunt Heri- A disii; Munerat., Afrodisii, quod legit etiam Greven. en. et Muneratus civitatem. Praten., Byterris; Optime, ni fallor, Molan. Aphrodisii, servata nihilominus manuscriptorum codicum fere omnium scribendi ratio, quam et in Actis præhabitam video.

OBSERVATIONES.

Aphrodisius seu Afrodisius, utcunque demum scripseris, nomen non explico. Ægyptius is Græcus an Romanus fuerit, nusquam traditur. Hoc compertum, a solo Usuardo primum inventum atque in sacris Fastis consignatum esse : opinor ex Actis sancti Pauli Narbonensis, ubi cursim dicitur, in hujus locum Biterrisordinatus ut ab Henschenio hic ostenditur, ubi monet, hæc fere omnia esse, quæ de sancto Afrodisio dici secure queunt, cum aliæ narrationes non careant mendis: quales non unas ex Maurolyco, Galesinio et aliis merito rejiciendas existimat. Porro antiquiores omnes martyrologi Hieronym., Rom. parvum. Florus et Ado : Rabanus item, Wandalber- B tus, Notkerus et post eos recentiores alii, de Paulo ipso, non de Afrodisio hac die meminerunt. In Actis nostris longa fit enumeratio Martyrologiorum, in quibus hac die, et aliorum in quibu. Paulus xII Decembris refertur, at nisi vehementer fallor tota differentiæ causa, soli et uni Usuardo imputanda est, a quo ferme cæleri acceperunt, qui x11 Decembris Paulum consignant. Pauli elogium Ado inter Festivitates apostolorum retulit, Notkerus totum transum-

PULSANEN. textu puro subdit : « Item sancti Pauli confessoris : » præterito episcopi titulo ut faciunt codices alii, præsertim Hieronymiani.

ANTUERP.-MAJ. : « In Galliis civitate Narbonniæ natale sancti Pauli episcopi et confessoris, quem beati Apostoli ordinatum urbiNarbonniæ episcopum miserunt. Apud Chorinthum, beati Dionysii episcopi, C cujus eruditione et gratia, quam habuit in verbo Dei, multi fruuntur usque hodie. » Dionysius hic Corinthiacus, de quo etiam alii codices agunt, spectat ad viii Aprilis. Seguitur in codice : « Civitate Bitteris, depositio sancti Afrodisii episcopi et confessoris. »

ANTUERP. MAX.-LUBEC. et UGHELLIAN.a reliquis codicibus Usuardinis dissident; ita enim legunt : « In Galiis civitate Narbonæ, natale sancti Pauli episcopi, discipuli apostolorum, qui a beato Paulo baptizatus, in Gallias directus, apud Narbonam episcopali dignitate donatus est. In Africa Saturnini et aliorum novem. » Abest totus Usuardi textus.

Rosweyd., post textum : « In Africa, Saturnini martyris et aliorum novem. Alexiani diaconi. »

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEYDEN., LOVANIEN., AL BERG., DANIC. et EDITIO ULTRAJ.-BELG., primo loco cum tribus supra citatis ponunt : « In Galliis civitate Narbona, natale sancti Pauli episcopi, discipuli apostolorum qui a beato Paulo baptizatus. » etc. D ANTUERP. supra. Sequitur : « In Africa, beati Satur-Secundo, de beato Saturnino martyre et sociis nini et aliorum novem martyrum, qui pro nomine Saturnino martyre et sociis novem. Tertio ac ultimo, textum Usuardinum purum subjiciunt.

CENTULEN. hæc babet : «In Galliis civitate Narbona, sancti Pauli episcopi et confessoris, quem beatus Paulus apostolus ordinavit et ibidem direxit. Apud Chorinthum, beati Dionysii episcopi cujus eruditione et gratia, quam habuit in verbo Dei, multi fruuntur usque hodie. Civitate Biterris, sancti Afrodisii episcopi et confessoris. »

BRUXELLEN. incipit etiam a Paulo, cujus elogium ex Adone nonnihil interpolavit. Afrodisium habet secundo loco, et in eo purus est. Tertio refert Diopsit, pauculis de suo adjectis. Cæterum Usuardi auc-toritas a Baronio sociisque Romani moderni emendatoribus, aut contempta aut neglecta est, expuncto plane ex toto Martyrologio Afrodisii Biterrensis nomine, restitutoque Paulo Narbonensi ex Hieronymianorum apographorum, Romani parvi, Adonis, reliquorumque consensu. Nolim cum Matricula Cartusiæ Ultrajectensis_suspicari, dubitatum a Baronio Afrodisiusne pro *Bpaphrodito* fuerit ab Usuardo suppositus; nam distinctis utriusque characteribus, discrimen apparet manifestissimum. Interim excluso Afrodisio Bitterrensi, locum occu-pavit Bpaphroditus Terracinensis. Nobis de vera

Usuardi lectione nulla prorsus videtur subesse posse controversia, codicibus omnibus cum laterculo convenientibus. Et quamvis ad hodiernum Usuardi textum minime spectet laudatus Paulus Narbonensis, hic tamen visum est, Wandalberti de eo distichon subjicere :

> Undecima antistes tribuit pia lumina Paulus. Quo jure exultat proprio Narbona magistro,

AUCTARIA.

nysium, ut supra, Denique : « In Africa, beati Saturnini et aliorum novem. »

HAGENOYEN., de Paulo, ut ANTUERP., supra. Sequitur Afrodisius, ut in textu. Tertio loco de Saturnino et sociis. Demum : « Item Fidelis martyris. Colitur bic die sequenti.

PLESCHIONEN. : « In Africa, sanctorum Fidelis, Saturnini et aliorum novem. »

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. : «Afradisii episcopi et confessoris. » Notat deinde ad marginem, in Romano Martyrologio Epaphroditum pro Afrodisic positum.

VATICAN., signatus num. 5949, omisso textu sic legit : « Nátale sancti Pauli episcopi, qui a beato Paulo apostolo, cum ad Hispanias prædicandi gratia pergeret, apud urbem Narbonam relictus, prædicationis officio non segniter impleto, clarus miraculis coronatus quievit. » Vide quæ dicentur x11 Decembris : Sequítur : « In Africa, sanctorum Fidelis, Saturnini et aliorum novem.

FLORENTIN., in fine : « Apud prædictam Narbonam, sancti Pauli episcopi et confessoris. In Africa sanctorum martyrum Saturnini, et aliorum novem.

Editio LUBECO-COL. incipit : « In Galliis etc. » ut Christi occisi sunt. » Tertio loco textus purus subinngitur.

BELINI prima editio eadem plane habet, quæ ex ANTUERP. superius. descripsimus ; at in altera, textus superadditus est hoc modo : « Apud Septiviaviam [Septimaniam] civitate Bituris, etc. »

GREVEN. : « In Africa Saturnini, Dieroni et ali rum octo martyrum, Item Arionis. » De his consule Florentinium et Acta hoc die. «Thomæ comitis Lancastriæ et martyris. » Vide quæ de eo dicuntur in indice Prætermissorum. « Alexiani diaconi, Romæ, Theodulæ martyris. » Quæ ut ignota prætermittur.

Narbonensis episcopi, qui in pridie Idus Decembris ponitur. Catherinæ víduæ et virginis. » Miror inter Prætermissos non esse notatam, quandoquidem in Romano hac die expresse ponatur. Vide Acta xxiv Martii.

MOLAN. idem habet dePaulo Narbonensi auctarium quod ex ANTUERP. dedimus cui præterea subjungit: « Eodem die, monasterio quod Eike dicitur, sanctarum virginum Herlindis et Relindis germanarum, et religiosarum, gloriosarum in miraculis. Trecas depositio sancti Cameliani antistitis. » Dein typis minutioribus : « Læ viduæ, de qua beatus Hieronymus scribit, quod viro defuncto conversa est, et monasterii princeps et virginum mater effecta. Catharinæ viduæ, filiæ beatæ Birgittæ, quam canonizavit Ur-

. Item secundum aliquos hic, natale sancti Pauli A banus VI. Divioni. sancti confessoris Hilarii, Item Carthagine Octaviani archidiaconi, martyris, cum multis millibus virorum et mulierum, de quibus Gregorius Turon. lib. 11 Hist. Fran., cap. 3, in fine.» De Cameliano et Hilario vide Prætermissos. In Posterioribus omittitur Paulus. De Saturnino ut reliqui, De Cameliano, ut in prima. Sequitur : « Die vigesima secunda, sancti hieromartyris Basilei, presbytori Ancyranæ ecclosiæ. In monasterio quod Eike dicitur, translatio sanctarum virginum Herlindis et Relindis germanarum. » Dein aliis litteris : « Parthenopoli civitate (Magdeburgi Saxonum), beatæ Margaretæ, quæ consecrata dicitur, virginis multæ patientiæ de cujus vita liber exstat. » In Actis prætermittitur.

Die 23.

X Kal.

In Africa, sanctorum martyrum Victoriani, Frumentii et alterius Frumentii et duorum germanorum. qui persecutione Wandalica, ut scribit Victor Africanus episcopus, sub Hunerico rege, pro constantia catholicæ confessionis immanissimis suppliciis excruciati, egregio martyrio coronati sunt. In Antiochia, sancti Theodori presbyteri. Civitate Cæsarea, sancti Juliani.

NOTÆ.

Ita Praten., Herinien., Tornacen., Pulsanen., Rosweyd., Munerat., Belin., Greven et Molan. VARIANTES LECTIONES.

mentii expuncta voce alterius. Lego Wandalica, ut omnino scribendum, et legendum est, efformatione et pronuntiatione nobis Germanis, aliisque affinibus propria, de qua nil opus est plura notare. Praten., Pulsanen., Muneratus et alii scribunt Vuandalica; Tornacen., Vandalica; Belinus, Vandalica. Munerat. pro episcopus posuit apostolus. Codex Rosweydi male ponit Honerifico; non multo melius Pulsanen., Honorio Belin, Honorico; Munerat, et

Illustris Africanorum martyrum classis plane abest ab Hieronymianis apographis, Beda genuino, Wandalberto et Rabano. Primus eam consignasse reperitur auctor Romani parvi distincte et clare: « In Africa, martyrum Victoriani. Frumentii, item Fru-mentii, et duorum germanorum Wandalica perse-C cutione, sub Hunnerico rege passorum. » Hinceadem classis ab Adone eruta, brevi elogio exornata est. Adonis sequaces et descriptores esse Usuardum et Notkerum, jam sæpe dictum et demonstratum est. Hic præfatum elogium fere immutatum transumpsit; Noster paucula inseruit, nempe, « ut scribit Victor Africanus episcopus. » Cætera ab Adoue accepta esse, nimis quam manifestum existimo. Plura in Actis circa hosce martyres annotata et illustrata invenies. Atque inter alia, correctas variorum hallucinationes circa horum sanctorum martyrum veram patriam, palæstram, ætatem ; quæ omnia ex ipsis gloriosorum martyriorum Actis ex Victore Vitensi illic productis, egregie confirmantur. Ex Hieronymianis apographis ab Usuardo educti sunt Theodo-

ces octo alii, quos mediæ notæ appellare solemus, in prima annuntiatione purissimi omnes, in duabus ultimis, Theodori et Juliani deficiunt.

ANTUERP. MAJ. cum prioribus fere convenit, sed legit cum. CENTULEN. Victorini, et addit in fine : × Apud Africam, beati Imdelis, » voluit dicere Fidelis, socii Felicis.

CENTULEN. sic habet : « In Africa, sanctorum martyrum Victorini, Frumentii, et alterius Frumentii, et duorum germanorum, qui in magissimis [lege

In codice Rosweydi legitur Frumentii et Fru- B Greven., Honerico. Evidens est agi hic de Hunerico, vel Hunnerico, ut promiscue scribitur. Munerati transpositio, coronati sunt martyrio, nihil in sensu immutat. Solus Belinus pro Theodori habet Theodoli, atque hinc Baronii Theodulum prodiisse verosimile est. Grevenus et Molanus. In civitate, redundat præpositio. Africa, Aphrica, martirum, supplitiis, Cesarea, menda sunt passim obvia. Codex Rosweydi deficit in voce penultima sancti.

OBSERVATIONES.

rus presbyter Antiochenus et Julianus Cæsarensis: ille satis distincte positus, atque iisdem plane verbis a Notkero expressus : hic autem ex aliqua cohorte abstractus, quæ Florentinium et Henschenium non parum exercuit, tum ut vera nomina, tum ut martyrii locum (siquidem omnes martyres vere fuerunt, ut in hisce codicibus supponitur) accurate designarent. Ea discutere cum hujus loci non sit, citatos auctores consulat, cujus plura scire interfuerit. Interim Noster prudenter lauream reticuit. Unde vero confesorem duntaxat fuisse Julianum certo discere Baronius potuerit, equidem explorare nequeo. Satis nobis etabunde sit, textus Usuardini fontem, et ger manitatem comprobasse. Satis mira est Wandalbertina combinatio, dum Felicem Africanum cum Theodoro Anthiocheno el Juliano Cæsariensi disticho suo ita videtur innectere, ac si eodem tem-pore, eodem loco et eodem martyrio coronati fuissent; quamvis et alibi hoc recurrat. Sic canit :

> Felix hinc decimum, et Theodorus cum Juliano, Ornant, eximia virtutum laude ferendi.

AUCTARIA

ANTUERPIEN., MAX.-LUBEC, UGHELLIAN., et codi- D immanissimis] supplicii cruciati, gloriose coronati

sunt. In Africa, beati Fidelis martyris. » BRUXELLEN. in Victoriano et sociis fere purusest. Sequitur : « Adhuc in Africa, natale sancti Felicis martyris. Item in Antiochia, sancti Theodori presbyteri et martyris.» Civitate Cæsarea, sancti Juliani. Et sanctæ Fidis martyris. Videtur hæc Fides esse, quæ vi Octobris colitur, ut habes in catalogo Prætermissorum.

HAGENOVEN. purus item in Victoriano et sociis, secundo loco sic scribit: « In Antiochia, sancti Theodorici [Theodori] presbyteri et martyris, qui alapis A multis est cæsus. Super scampnum ligatus in tantum extenditur, ut octo pedum longus videretur. Post hæc duæ lampades ardentes, ejus lateri sunt appositæ, tandem occisus est gladio. » Videndum, an hic non indicetur Theodoricus, vel Theodoritus Antiotiochiæ sub Juliano apostata passus, de quo cum Usuardo agimus xxIII Octobris. Sequitur in codice ultima annuntiatio pura : «Civitate Cæsarea sancti Juliani. »

PLESCHIONEN. et VATICAN, signatus num. 5949 : « In Antiochia, sancti Theodori presbyteri, Pauli, Juliani, Sabini. » Vide Acta, ubi hos male cunjunctos observabis.

Altemps. : « In monasterio Berkingensi, sanctæ Hildæ abbatissæ : Et die sequenti. » Imo vero vigesima tertia, sacrosancti martyris Niconis, et die sequenti colitur, vocaturque ab aliis « Hilde- B ministrorum discipulorum ejus, cum ipso martylitha.»

IX Kal.

Romæ, passio beati Pigmenii presbiteri. Hic Julianum apostatam a puero nutrivit et sacris litteris erudivit, a quo ipse postea in Tyberim pro fide Christi necatus est. In Mauritania, natalls sanctorum Romuli et Secundoli fratrum, qui pro Christo nati sunt. Apud Syriam, sancti Seleuci. Item in Phrygia, sancti Agapiti.

NOTÆ. Ex Praten., Herinien., Tornacem., Pulsanen., Rosweyd., Antuerp., Max-Lubec., Munerat., Greven. et Molan. Addi possent omnes codices mediæ notæ, ut infra patebit.

VARIANTES LECTIONES.

Antuerp. et Max.-Lubec pro Pigmenii presbyteri male ponunt episcopi : Pulsanen. nullam dignitatem adjungit. Rursus Antuerp. et Max.-Lubec. pronutrivit habent enutrivit. Litteris sacris in Greven. et Molan. perinde est. Fratrum omnescodices legunt, exceptis Antuerp. et Max.-Lubec. Hi etiam scribunt Siriam cum Tornacensi. Restitui Phyrgia cum

tyrologi apographa, llieronymiana, Reda, Florus, Rabanus, Wandalbertus; memorant alii, quorum semper antesignanus auctor Romani parvi, a quo primum nominatus et relatus est, his verbis : Roma; Pigmenii presbyteri et martyris, sepulti in cæ-meterio Pontiani. His non contentus Ado, longum elogium contexuit, probabiliter ex Actis sanctæ Bibianæ, in hac parte ut minimum valde depravatis. Viderat ea olim Bollandus notaveratque IV Januarii in Dafrosa; hujus Flaviani, Piqmeneii, Bibiana, et aliorum Acta permista esse, et ejusmodi, ut haud levi emendatione egerent. Henschenius vero hoc die, discussis cum Baronio præfatorum Actorum fictionibus, iisque præsertim, quæ in Adonis elogio continentur, indigna plane censuit quæ operi nostro insererentur. Quid si igitur placeat Tillemontii con-jectura tomo V a pag. 119 et pag. 633 de *Bpigmenio* et Pigmenio, qui ambo hoc die in Romano moderno referuntur, in unum conflandis? Certe sic manebit D in Actis positi absque ullo titulo, quidquid Seleucum vera rei substantia, rescissis falsis circumstantiis. Hæc examinanda remittimus ad Acta xiv Septembris, ubi agetur de Crescentio puero, a prædicto **Epigmenio** baptizato. Interim totam Adonis historiam transumpsit Notkerus : Noster ita contraxit, ut cum brevitate sua, non item cum veritate conveniat. Atque hæc hactenus pro textu satis clara et piana sunt.

At non æque pervium est Romulum cum Secundolo connectere, et quidem fraternitatis vinculo ut facit Usuardus, verosimillime a vero aberrans primus ipse talis confusionis artifex quemadmodum ex Actis nostris manifeste colligitur. Neque enim ulli Hieronymiani codices ex quibus solis eos Noster

Molano, tametsi codices plerique, ut Herinien., Tornacen., Pulsanen., Antuerp., Max.-Lubec., Munerat; et Greven. legant Frigia; Praten., Phrigia. Rosweyd., Frygia. Fere exciderat monere, solum Muneratum pro Secundoli, legere Secundi, ut est in Romano moderno. Grevenus et Molanus ab aliis in eo discrepant, quod Agapitum Seleuco anteponant.

BURDEGALEN : « Inventio sancti Lupi Andegavensis

Editio LUBECO-COL. antepenultimo loco interserit:

GREVEN. : « In Africa, beati Fidélis martyris. Item

« Apud Africam, natale sancti Fidelis martyris. »

Piomoli [alii Thiomoli ex Hieronym], Felicis. Theoderici martyris. » Inter Prætermissos rejicitur ad

XXIII Octobris, ubi male citatur editio LUBECO-COL.

quæ de eo non meminit. « Hilariæ viduæ.» An hæc

mater S. Afræ, an alia fuerit, divinari necdum po-

viginti. » Ita prima editio. In aliis sic habet : « Die

rizatorum. Bergis, elevatio sancti Winoci abbatis.»

MOLAN. : « In Africa, natale Felicis et aliorum

episcopi. » Inter Prætermissos remittitur ad diem

natalem, xvii Octobris.

Cætera satis pura est.

test. Vide etiam Prætermissos

OBSERVATIONES.

Pigmenium hic denuo ignorant citati pridie mar- C decerpere potuit, ita Romulum et Secundolum conjungunt, ut vel populares esse videantur, quamvis utrumque nomen exprimant. Romulus avulsusest ab insigni manipulo martyrum, quicum Timolao in Casarea Palestinæ coronatusest, ut ex Eusebio in Actis refertur. Secundolus vero ad aliam plane classem perlinet, quæ in Mauritania triumphavit. Potuit fortasse Wandalbertum vidisse Usuardus, ubi hunc versiculum legerit :

Romulus et nonam pariterque Secundolus implet.

Interim qualiscunque lectio Usuardi genuina est, atque in omnibus codicibus tum manuscriptis, tum excusis plane conformis, etiam in Centulensi, qui, ut in Auctariis patebit, sola phrasi a textu discrepat, fratris tamen titulo abstinens. Quid Baronium moverit, ut pro Secundolo, Secundum supponeret, nec hic divino. Seleucus item et Agapitus ex Hieronymianis apographis profluunt, unde a Nostro et confessorem faciat Baronius, Agapitum episcopum. Nam si de eo Agapito agitur, qui in Hieronymianis etiam sub Agapi nomine occurrit, is vere Timolai socius fuit, adeoque martyr Cæsariensis. An forte aliunde sumptus, et Synadæ episcopus fuerit. non satis perspicio : tacet Florentinius; Castellanus in Martyrologio universali ab Henschenio dissentit. De cætero certa nobis et indubitata videtur Usuardi lectio in laterculo proposita, quamvis fortasse sola penultima annunciatio vera dici possit, utpote in omnibus Hieronymianis primo loco disertissime posita, ubi si quis titulus; non confessoris corte, seu mai tyris apponendus videtur.

AUCTARIA.

In Tyherim necatus est dicunt omnes, protex-

tus puritate citati. Melius Ado, de ponte præcipi-

Die 24.

869

tatus est, idque imitati sunt codices ANTUERP.-MAX., A « Pigmenii presbyteri et martyris Romuli et Se-ULTRAJECT., LEYDEN., LOVANIEN., ALBERGEN., DANIC. et Editio ULTRAJ.-BELG., in quo solum ab Usuardina simplicitate deficiunt.

ANTUERP.-MAX., hic mutilus est, sic legens : « Romæ, natale sanctí Pigmenii presbyteri. Hic Julianum apostatam at que impium a puero nutrivit, et litteris etiam sacris erudivit. In Siria, natale sancti Eleuci. Ipso die, sanctorum Romuli et Secunduli, qui apud Mauritaniam pro Christo passi sunt.

CENTULEN., modo suo : « Romæ, sancti Pigmenii presbyteri et martyris. In Syria, sancti Selenci. In Frigia, sancti Agapiti. Ipso die sanctorum Romuli et Secundoli, qui apud Mauritaniam pro Christo passi sunt. »

BTUXELLEN. Pigmenii elogium ex Adone non parum interpolatum repræsentat. Dein cum textu: « In Mauritania, sanctorum Romuliet Secundoli fratrum et martyrum, qui pro Christo passi sunt. Apud « Apud Persidem, sancti Sym Syriam sancti Seleucii [*vult dicere* Seleuci.] In B Est is qui colitur xx1 Aprilis. Frigia, sancti Agapiti. Item sancti Lini martyris. » De quo vide Prætermissos.

HAGENOYEN., alia de Pigmenio commentus est, ut facile fabulosís fabulosa exornantur. Sed iis repe-tendis non immoramur. In Romulo et Secundolo purus est, nisi quod pro Romuli scribat Remnli. Sequitur : « Apud Syriam, sancti Seleucii martyris. Item in Frigia, sancti Agapiti martyris. » In AQUICINCTINI oollatione cum Usuardo Molani

secundæ editionis facta, sic habetur: « Post sancti Agapiti addidit : Item sanctorum Agapiti, Romuli (vel forte Romici, nec enim potest commode legi) et Rogati. »

VICTORIN et REG. SUEC., signatus num. 130, adjiciunt : « Eodem die, sanctorum Victoris et Coronæ. » Proprium diem invenies in Prætermissis, nempe xıv Maii.

PLESCHIONEN. convenit cum Aquicinctino, clarius exprimens : « In Africa, sancti Agapiti Romuli, C Rogati. » Quamapta sit ea conjunctio, vide in Actis, ubi melius suis locistribuuntur.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT., solita brevitate :

VIII Kal.

Apud Nazareth civitatem Galilææ, Annuntiatio Dominica. In Sirmio, passio beati Hirenei episcopi, tempore Maximiani imperatoris, qui primo tormentis acerrimis vexatus, dein diebus plurimis in carcere cruciatus, novissime abscisso capite consummatus est. Romæ, sancti Cyrini martyris. qui a rege Claudio, post facultatum amissionem, post carceris squalorem, post multorum verberum afflictionem gladio interfectus est. Nicomediæ, natalis Dulæ cujusdam militis ancillæ, quæ pro castitate occisa est. In Antro insula sancti Hermelandi abbatis, cujus gloriosa conversatio miraculorum collaudatur præconio.

• NOTÆ.

Codicem Usuardinum ex omni parte genuinum et purum nullum hodie reperio. Ex omni inquam, parte; nan multi in paucissimis deficiunt eaque D ratione viam satis commodam textui eruendo aperiunt. Sic Belinus sola transpositione aberrat, Cyrinum anteponens Irenzo; qua in re cum solus et unicus sit, ab omnimoda puritate certo excluditur. Pratensis nævo infectus est, cum pro Dulæ scribat Theola, in quo licet tres alios codices Aquicinctinum Marchianensem et Rosweydinum consentientes habeat, nihilo magis simplicitatem Usuardinam repræsentat : et quidem Rosweydi codex purus esset nisi tertio loco inepte immisceret : item natale sanctornm nongentorum. Heriniensis item a puritate deficit primam annuntiationem sic exprimens : Apud Nazareth civitate Galilæe, ut fides catholi-ca credit, adorat et prædicat; Virginem Mariam Dominum parituram Gabriel angelus venerando

VARIANTES LECTIONES.

Superest fontes indicare, ex quibus Usuardum sua hausisse credimus. Ac primo quidem, hæc et cundoli fratrum martyrum.

VATICAN., num. 5949 : « In Syria, sancti Seleucii. In Africa, sancti Agapiti, Romuli et Rogati.

Codex STROZZ : Apud Præsidem [Persidem] sancti Simeonis archiepiscopi. » De quo plura in Prætermissis.

Editio LUBECO-COL., de Pygmenio pure usque ad erudivit. Subdit deinde : « A quo ipse postea in Tiberim pro fide Christi de ponte præcipitatus est. Cujus corpus inventum et collectum, sepultum est in cimiterio Ponciani, non longe a sancti Abdon et Sennen. In Mauritania, sanctorum Romuli et Secundoli fratrum, qui pro Christo et fide catholica passi sunt. Apud Syriam, sancti Seleuci confessoris. În Phrygia, sancti Agapiti martyris. Opido Triden-tino, passio sancti Simeonis pueri et martyris.»

, in textu non omnino purus, addit in fine: Belin. « Apud Persidem, sancti Symeonis archiepiscopi. »

Greven. : « Saturnini, Cirini martyrum. Apud Tridentinum, beati Symeonis pueri, novi martyris, anno Domini MCCCCLXXV in hebdomada sancta a Judæis crudeliter occisi. Cujus sanctitati Deus per crebra miracula testimonium præbuit. Hanini confessoris. Jobiæ virginis, filiæ regis Persarum. » Vide catalogum Prætermissorum.

Molan. : « Apud Persidem, sancti Simeonis archiepiscopi. » Sequitur typis minoribus : Apud Tridentum, passio beati Simeonis pueri, novi martyris, anno Domini MCCCCLXXV, in hebdomada sancta a Judæis crudeliter occisi. Daven triæ, obiit Florentius presbyter, qui fratres de communi vita instituit : cujus Vitam Thomas a Kempis scripsit. Hæc prima editio. Aliæ: « Tridenti, passio beati Simo-nis pueri. In monasterio Wasteno, sanctæ Catharinæ abbatissæ, filiæ beatæ Birgittæ. Die vigesima quarta, præfestum Evangelismi. » Dein aliis litteris : « Cæsaræ, sanctorum octo martyrum, Timolai, Dionysii, Romuli, Pausæ, Alexandri, Alexandri, Agapii et Dionysii. Daventriæ, » etc. De martyribus

Cæsariensibus videantur Acta.

Die 25.

salutat. Quæ verba ex aliquo Beda ms. Tornacensi, inter Bedæ Auctaria, etiam connumerata invenies, In Tornacensi Usuardo deest solum Irenei elogium : In Pulsanensi expunctus Hermelandus. Atque item in Antuerp, et Max-Lubec.. ubi et Cyrini elogium prætermissum est. Muneratus pluribus mendis, opinor typographicis, deformis est, sed præcipuus error, quod post annuntiatio Dominica, adjungat que alio nomine dicitur Incar-natio Domini nostri Jesu Christi. Sic Grevenus et Molanus excludendi quia soli incipiunt hoc modo: Jesus Christus Dominus noster passus est. Codicum aliorum accessiones suo loco exhibebimus. Interim ex jam citatis citandisque, germana Usuardi simplicitas ea ratione elicita, quod in laterculi sententiam plerique omnes conspirent, ut collatis defectibus excessibusque facillime datur intelligi. His positis.

Hieronymianorum omnium concors hodierna commemoratio : Hierosolymis Dominus Jesus Christus

crucificus est. At non ita conveniunt in ejus Annuntia- A Variant Martyrologia. Ego Sirmiensien Irenæum in tione aut Conceptione, quæin Epternacensi plane desideratur. Ilæc in Beda brevissime ponitur : Annuntiatio Dominica. Rabanus scripsit : Annuntiatio Dominice incarnationis; Romanum parvum, Annuntiatio Dominica et Crucifixio. Ado autem, rescissa crucifixione, nec Hieronymiana nec Romanum parvum ex toto secutus. Bedam nonnihil auxit, præfixa nempe civitateNazareth, in qua mysterium peractum est; ea plane phrasi, quám ex ipso Noster in latercu-lum suum transtulit. Adonem hic Rosweydi intelligo, non qualis a Mosandro editus est, in quo ct crucifixio, et Jacobi apostoli martyrium, cum immolatione Isaac aliisque Christi typis hoc die conjunguntur. Notkerus Bedæ, Rabani et Adonis verba in unum commiscuit. De hac solemnitate nihil est quod Henschenii Commentario magnopere superaddi possit au debeat. Audi modo Wandalbertum.

Angelus octava venturum nuntiat Agnum. Agnus et ipsc cruce mundi pro morte levatur.

Qui hic secundo loco est, sicquarto et ultimo memoratur in Romano parvo: Apud Sirmium, Irenæi, episcopi et martyris, quo etiam ordine refertur ab Adone cum elogio, quod totum in Notkerum transiit, a Nostro modice attemperatum, sic tamen, ut nihil non ex eodem acceperit. Irenæi Sirmiensis Acta procul dubio olim vidit Ado, quæ multis sæculis neglecta, a Joanne Gamansio nostro primum eruta sunt a Papebrochio edita et illustrata, Græce etiam floridiori oratione, ad voluminis calcem adjecta. Latina ipsa, inter Sincera et Selecta merito a Ruinartio computata sunt a pag. 432, de quibus videri etiam potest Tillemontius tomo V, a pag. 250 Quod vero Irenæus in Actis editis passus dicatur vin Idus seu vi Aprilis, potuit olim lectum esse viii Kal. Aprilis.

Hieronymianis vi Aprilis nullus deprehendo : fa-teor in Floro et Rabano signari, imo a Notkero utroque die; servandam tamen ne quidquam immutandam antiquam Martyrologorum nostrorum lectionem, plane censeo.

Cyrinus, aliis Quirinus, in Romano parvo ct Adone tertium locum obtinet. Hic ex Beda, atque iisdem verbis sumpsere Rabanus et Notkerus, quæ ex Actis sancti Valentini, seu Marii, Marthæ et Abachum, de eo paucis recitant. Adonem nihilominus descrit Usuardus aliam phrasim ex eodem fonte substituens. De præfatis Actis satis alibi dictum est, vide Henschenii commentarium, et alia, quæ recentius de Cyrino ibi tradita sunt, quorum compendium habet Tillemontius tomo IV, pag. 677. Dula ex Ilieronymianis reperitur : In Nicomedia, natale Dulæ. Romanum parvum : Nicomediæ, Dulæ martyris Beda et ex eo Rabanus : Natale Dula, B ancillæ militis, quæ pro castitate occisa est. Ado utrumque textum conjunxit, quem ex ipso sibi vendicarunt Usuardus et Notkerus. Nec eorum quisquam est, qui Theodolam Hieronymianorum cum Dula, quæ forte a conditione nomen traxit, eamdem esse putaverit, quod tamen visum est Castellano in brevi notula ad Martyrologium universale, inde, meo quidem judicio, expungenda, reposito in textu non Theolæ, sed Dulæ nomine, quod in ipso Romano legitur. Hermelandus antiquioribus omnibus ignotus, ab Usuardo primum productus est; et recte in Antro Ligeris insula modo fluminis aquis absorpta, non in Andro, tot terrarum spatiis divisa, quemadmodum male legit codex maximus Ultrajectinus, quemadaliorum distinctionem, Rosweydi, seu Rosweydinum nuncupare solemus.

AUCTARIA.

Annuntiatio Dominica, quando missus est Gabriel angelus a Deo in civitatem Galileæ ad beatam Mariam virginem, et dixit ei : Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Ipsa, ut vidit eum, mota est in introitu ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait ei angelus: Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum; ecce concipies in utero et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Quæ tanto nuntio clarificata, Spiritu sancto sœcundata, ab illo, qui de illa carnem sumere dignatus est, præ omnibus sublimata in æternum venerabiliter est benedicta. Apud Sirmium, natale sancti Hirenei episcopi et martyris, sub Maximiano imperatore. Romæ, sancti Cirini martyris.» In duabus ultimis purus est. Pro Antro insula, videtur legere Antico, sed pejus in margine corrigitur, in Andro insula.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEYDEN., LOVAN., ALBER-GEN., DANIC. et EDITIO ULTRAJ.-BELG post Dominica, subdunt : « Eodem die, Dominus noster Jesus Christus Hierosolymis crucifixus est et Isaac immolatus. » Item post Romæ, legunt, « in cœme-terio Pontiani. Deficiunt omnes in annuntiatione ultima.

CENTULEN. : In Nazaret civitate Galyleæ, Annuntiatio Dominica, quando angelo annuntiante et virtute Altissimi superveniente, Virgo intemerata Filium Dei vivi paritura concepit. Eodem die Jero-solymis, idem Deus Dei Filius crucifixus est a Judæis. In Sirmio, sancti Herenei episcopi et martyris. Romæ, sancti Cirini martyris. Nicomediæ, sanctæ Dullæ martyris. In Antro insula, sancti Erculandi abbatis. » Habes supra verum no-Erculandi abbatis. men.

BRUXELLEN., solito auctior, multa hic congerit : Apud Nazareth civitatem Galileæ, Annuntiatio beatæ Mariæ semper Virginis. Eadem die, plasma-tio Adæ et ejectio ejus de paradyso. Apud agrum

PATROL. CXXIII,

ANTUERP.-MAJ. : « In Nazareth civitate Galileæ, C Damasenum, Abel primus martyr pro justitia occisus est. Quem Christus in Evangelio laudat, et quem nos in canone missæ quotidie nominamus. Eadem die, Melchisedech primus sacerdos, Abrahæ panem et vinum in figura sacramenti Eucharistiæimmolavit. Et hic Melchisedech etiam canoni missæinscriptus est. Ipso die, Abraham filium suum Isaac super altare obtulit Deo in figura Dominicæ passionis. Adhuc ipso die, transitus filiorum Israel per mare Rubrum. Eadem die, decollatus est beatus Joannes Baptista. Apud Jerosolymam, Dominus noster Jesus Christus pro redemptione mundi crucifixus est. Et sanctus Jacobus apostolus, frater Domini, ea die occisus est. Et sanctus Petrus de carcere Herodis per angelum liberatus. Romæ, sancti Cyrini martyris, qui post multorum verberum afflictionem interfectus a Claudio, et in Tybrim jactatus, in insula Licaoniæ inventus, in cimiterio Pontiani sepultus est, ut scribitur in passione sancti Valentini. Apud Smyrnum [Sirmium] sancti Hyrenei episcopi et martyris, qui tempore Maximiani imperatoris sub præside Probo, post acerrima tormenta capitis abscissione martyrium consummavit. In Nicomedia, sanctæ Duliæ ancillæ... Et depositio sancti Ermolendi abbatis et confessoris, cujus gloriosa conversatio, præconio laudatur miraculorum. »

HAGENOVEN. : « Apud Nazaret Galileæ, Annuntiatio Dominica. Nota quod in hac die multa mirabilia facta sunt, quæ notantur in his versibus : »

Salve, festa dies, quæ vulnera nostra coerces.

Angelus est missus. Est Christus in cruce passus.

Est Adam factus et codem corpore (alias, tempore) lapsus Ob meritum decimæ cadit Abel fratris ab ense.

Offert Melchisedech. Isaac supponitur aris.

Est decollatus Baptista Christi Joannes (alias, Christi Baptista (beatus).

Est Petrus ereptus, Jacobus sub Herode peremptus.

Corpors sanctorum cum Christomulta resurgunt.

Latro dulce tamen cum Christo (alias, per Christum) suscipit (amen.

« Qui latro cum Christo crucifigitur, ubi Christum A clarificata, Spiritu sancto fecundata, qui de illa verum Deum consitetur et veniam postulat et impetrat, et confractis cruribus in cruce spiritum reddidit Creatori. In Syrimo [Sirmio] passio beati Hyrenei episcopi et martyris, etc., » cum textu. Pro Antro insula, legit Nutro.

VICTORIN. addit : « Eodem die, sanctorum Taraci, Probi et Andronici. » Spectant ad v Octobris.

M ATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Annuntiatio Dominicæ Incarnationis. Romæ, Cirini martyris. Her melandi abbatis. »

REG. SUECIÆ. signatus num. 130 : « Eodem die, sanctorum Taraci, Probi et Andronici. Apud Smirnam, beati Traseæ episcopi et martyris. » Remittitur ad xv Octobris.

FLORENTIN. : « Ipso die, consecratio cathedralis ecclesiæFlorentinæ, sanctæ Mariæ Floris, per sum-num pontificem Eugenium IV, anno Domini MCCCCXXXVI. » Quæ sequuntur obscura sunt : Anno B nem faciei suæ sudario impressam reliquit. » De vero MCCCCLXXXI Sixtus IV pontifex jubileum hoc a [*puto dicere velle* hoc est] plenariam indulgen-tiam concessit, et Innocentius VIII successor, primo anno pontificatus confirmavit. »

DIVIONEN. S. Benigni : « Bajocas, sancti Ragno-

berti episcopi et confessoris. Ad xvi Mai. Epirio Lubeco-Col. : « In Nazareth civitate Gali-leæ, incarnatio Filii Dei . Et annuntiatio beatæ virginis Mariæ, quando missus est Gabriel angelus ad eam, et dixit ei : Ave gratia plena, Dominus tocum, benedicta tuin mulieribus. Quæ tanto nuntio carnem sumere dignatus est, ab illo præ omnibus sublimata, in æternum venerabiliter benedicta. Sequitur de crucifixione, de Isaac, de Hyreneo, de Cyrino, de Dula, fere ut in BRUXELLEN, supra. « In Antro insula, sancti Hermelandi... » ut in textu.

GREVEN. : « Passio sancti Jacobi Majoris apostoli. Item Josiæ scribæ et martyris cum beato Jacobo decollati. » Vide Prætermissos. «In Nicea, Victorini, Alexandri, Eufratæ, Castulæ, Nicostrati, Lucillæ et aliorum quadringentorum martyrum. Immolatio Isaac filii Abrahæ patriarchæ. Item Abel justi, Veteris Testamenti protomartyris. Transitus filiorum Israel per mare Rubrum. Victoria beati Michaelis contra draconem. Item, Symeonis abbatis.» Vide Prætermissos. « In Altona castro comitatus de Marka, sancti Eynardi eremitæ et confessoris. Veronicæ sanctæ matronæ, cui Dominus imagihac vera icone consule Prætermissos, Responsiones Papebrochii variis locis, et alios ab ipso citatos.

MOLAN. litteris Italicis, post gladio interfectus est, inserit ex Beda: « Scriptum est in passione sancti Valentini. » Aliæ editiones a ljungunt : «Item ipso die, depositio sanctissimi Humberti, episcopi et confessoris Christi, virtutibus et miraculis gloriosi. Eodem die, genesis mundi. » Tum de Isaac, de transitu maris Rubri, et victoria Michaelis.

Die 26.

VII Kal

Apud Pentapolim Libiæ, natalis sanctorum Theodori episcopi, Hirenei Diaconi, Serapionis et Ammonii lectorum. Romæ via Lavicana, sancti Castoli martyris, qui, ut in gestis beati Sebastiani legitur, a persecutoribus tertio appensus, tertio auditus, in confessione Domini perseverans, missus est in foveam, et dimissa super eum massa arenaria, martyrio migravit ad Christum. In Sirmio, sanctorum Montani presbyteri et Maximæ in mare mersorum.

NOTÆ. Conveniunt hodie Praten., Herinien., Tornacen., Pulsanen., Antuerp., Max.-Lubec., Munerat., Greven et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

gendum Libyæ, ast in consensu codicum omnino omnium, solo Molano excepto, putavi eorum lectionem in textu servandam. Sic iidem omnes habent Hireni vel Hyrenei. Prætuli modum prio-rem, quod ita legant Praten., Herninen., Tornacen., et Grevenus, quidquid alibi legam Irenæi. Greven. et Molau. pro Ammonii male ponunt Ammonis. Præcipua difficultas in nomine Castoli vel Castuli. Certum est, antiquosomnes legere Castuli. Verum æque certum videtur Usuardum legisse Castoli, si vetustiorum nostrorum codicum auctoritate niti

Penthapolim habent Munerat. et Greven. Sciole- C possumus. Atqui ita exprimunt Praten., Herinien., Tornacen., Pulsanen., Munerat. et Grevenus, quos hic sequimur, ctiam errantes. Pulsanen. forte ad majorem emphasim addit, tertio in confessione: atque item martyrio coronatus migravit. Turpiter labitur in fine, scribens : In Sirmia, sancti Vincentii presbiteri et Maximi. Reliquæ variantes lectiones, mera sunt librariorum sphalmata. Sic Munerat. Maximæ in Maxime in mare, etc., frustra repetito nomine Maxima. Sic tertio, harenaria, Syrmio, Smyrnia, etc.

OBSERVATIONES.

Prima martyrum Pentapolitanorum classis non obscure signatur in apogrāphis Hieronymianis, sed luxatis hinc indenominibus ettacita positione seu loco certaminis, qui in solo Epternacensi clarissime exprimitur : In Pentapoli Libiæ, Theodori episcopi, Herenei, etc. Romanum parvum socios non novit. aut certe studiose exclusit, ita legens : Apud Pentapolim Libyæ, Theodori episcopi. In Adone tota nostra annuntiatio ad verbum posita est, quam ex ipso Notkerus quoque deduxit. Nec quidquam præterea de his sanctis memoratu dignum reperitur, nisi cui adlubeat ex Dextrinis aut id genus commentis, speciosas fabellas degustare.

Castulus in laudatis codicidus Hieronymianis primo loco ponitur, cum ea diversitate seu nominis, seu loci sepulturæ' quæ ab Henschenio et Florentinio abunde explicatur. Primo item loco est in Romano parvo: Romæ, sancli Castuli Zetarii pa-

latii. Hisce superadditum ab Adone elogium ex Actis sancti Sebastiani, apud nos cap. 22, num. 89, verbatim desumptum. Quod hie lectorem monitum volui, ne forte Flori elogium legens, existimet, alterum alteri unquam fuisse cognitum, ca nempe causa, quod in plerisque hic ambo conveniant. Dicam quod res est, uterque ex codem fonte eadem hausit atque eatenus belle concordant, at ex solis reliquis constare potest, proprio singulos marte sua disposuisse. Notkerus de more Adonem secutus est; Noster solita compendii ratione utitur ; Rabanus ex aliquo codice ilieronymiano paucula sua descripsit.

In Montano et Maxima consignandis, præeunt denuo Hieronymiana, concordes sunt reliqui martyrologi omnes, solo Romauo parvo excepto. Deipsis et quadraginta eorum sociis agunt Henschenius et Florentinius. Beda sic notat : In Sirmio, Montani

876

presbyteri, maximæ uxoris ejus et aliorum x1. Ra-A banus ultinam clausulam expunxit, quæ a Nostro quoque omissa est, servata a cæteris. Imo conjuges fuisse tradunt præter Bedam, Hioronymiana, Ado, Rabanus. Notkerus, Wandalbertus et recentiores plurimi. Cur id Usuardus reticuerit, fateor me haud satis conjicere. Minus etiam intelligo, quid eum movere potuerit ut, neglectis Adonis verbis, qui eos in *fluvium præcipitalos* disertissime asserit, maluerit ipse scribere, in mare mersorum. An Sirmium

civitatemesse plane mediterraneam, eum ignorasse dicemus ? Id fatendum arbitror, cum et alibi geographiæ non satis peritum fuisse Usuardum, satis ostenderibus. Nulla etiam de his sanctis Acta supersunt: neque enim Firmium, vel Firmum Italiæ, aut Seati Firmium Hispanæ, salva veritate, eos transferii posse existimamus. Sit etiam locus sacris Wandalberti Musis:

Septima Montanum memorat cum conjuge sancta, Atque simul quadrageno eum martyre passum.

AUCTARIA.

ANTUERP., MAX.. ULTRAJECT, LEYDEN., LOVAN., ALBERG., DANIC. EDITIO ULTRAJ.-BELG. post textum purum subdunt : « Eodem die, natale sancti Lugderi (Luidgeri, Lutgeri, Luidegeri) Monasteriensis episcopi et confessoris. » Addit præterea Albergen. « Qui verbum vitæ longe lateque disseminans multis claruit virtutibus et miraculis. Nam in ejus felici transitu circa medium noctis, lux de cælo veniens, B totam illustravit provinciam. Floruit temporibus B Caroli Magni, qui et ipsum primum Monasteriensi præfecit ecclesiæ. Sepultus quiescit in Werdena.»

Rosweyd., tertio loco: « Eodem die, sancti Luitgeri, episcopi et confessoris. In Syrmio, sanctorum Montani presbyteri et Maximæ uxoris ejus, [qui] comprhensi missi sunt in fluvium. Et aliorum quadraginta martyrum. »

ANTUERP.-MAJ. et CENTULEN incipiunt : « Romæ, passio sancti Castuli martyris. Eodem die, apud Pentapolim..... » pure. « Apud Cyrinium [Sirmium] sancti Montani presbyteri et Maximæuxoris ejus, in mare mersorum. »

BRUXELLEN. : « Septima dies seculi, in qua perfecti sunt cælum et terra, et omnisornal us eorum, et in qua Deus cessavitab omni opere quod patrarat. Unde et ea die Christus quievit in sepulcro. Romæ via Lavicana, in cemeterio ejusdem, sancti Castuli martyris. Qui cum esset Zecharius palacii ethospes sanctorum, ut in gestis sancti Sebastiani legitur, a C doctissimo, Eboraci diaconus, Coloniæ vero presbypersecutoribus tentus et cruciatus, dumin confessione Domini Jesu persisteret, missus est in foveam, et super eum massa arenaria dimissa. Et sic cum palma martyrii migravit ad Dominum. Apud Syrinium natale sanctorum Montani presbyteri et Maximæ uxoris ejus, in mare mersorum. Et depositio sancti Lutgheri episcopi et confessoris.

HAGENOVEN., in prima et secunda annuntiatione satis purus, de Castulo post migraritad Dominum, addit, quod satis legere nequeo, nec usquam alibi reperio : « Hic vero a manu est translatus in Messbg. » De Montano et Maxima cum textu. Sequitur: « Eodem die in monasterio Westphaliæ civitate, depositio sancti Lugderi ejusdem civitatis episcopi, qui legitur fuisse Capellanus Karoli Magni et socius sancti Mullibrordi [Willebrordi]. Hicaucas [anseres] silvestres in domum suam, pro damno sibi ab eis illato, agitavit. Ex quibus unam mortuam restituit, et omnibus interdixit ut numquam in hereditate D progrediens foras cum ab aliquo, nomine Aquo, ejus damnum facerent, quod adhuc durat.» De mi-raculi veritate et duratione alibi inquierendum.

Aquicincr. post « Castuli martyris, » habetur :

Zetarii palatii. »
 PLESCHIONEN. VATICAN., nnm. 5949, adjiciunt :
 Sancti Longini martyris. » Vide supra, xv.

MATRIC. CARTHUS.-ULTRAJ., Cæteris omissis, ita habet : « Ludgeri episcopi et confessoris, patroni ecclesiæ in Loenen, qui fuit de sociis beati Gregorii Trajectensis episcopi. »

ALTEMPS. . « În Africa, Victoris, Saturnini, Solutoris et aliorum duodecim. In Sebastia, sancti Petri episcopi. In Eracleo, Martialis episcopi. In Antiochia Thimothei, Theogenis et Macharii. » Similia habet Belinus infra. Consule Acta et Prætermissos.

Editio LUBECO-COL. incipit : «Colonia Agrippina, in ecclesia sancti Augustini, memoria sancti Constantii martyris, qui fuit de societatate sanctorum

Maurorum unus. «An ex Thebæis ? vide Prætermissos. De Theodoro et sociis pure. In Castulo quem Palatiioratorem facit non multum differta a Bruxel-LENSI. Item in Sirmiensibus, nisi quod addat : « Corpora eorum non longe ab urbe inventa sunt. Treveris beati Felicis vicesimi primi ejusdem loci episcopi et confessoris. In monasterio Verdensi, depositio sancti luthgeri primi Monasteriensi episcopi et confessoris. Eodem die, sancti Mohallok episcopi et confessoris. »

BELIN. prima editio proxime ad puritatem accedit; in secunda hæc immiscentur : « In Sebastia civitate, Petri episcopi. In Aracleo, sancti Martialis episcopi. In Celer, sancti Cassiaui episcobi In Antiochia, Timothei, Diogenis, Macharii, et Maximi et Theodori episcopi. In Africa, Victoris, Saturnini, Solutoris et aliorum duodecim. » Dixi jam supra, de hisce consulenda Acta et Prætermissos.

GREVEN. : «Serotini martyris. Item Petri, Martiani. Capini, Kyliani. » Vide indicem Prætermissorum. » Romæ, sancti Quirini martyris, tempore Claudii pro Christo gladio interfecti : An Cyrini, de quo xxv Felicis secundi, archiepiscopi Treverensis et confessoris. In monasterio Verdensi, depositio sancti Luthgeri, primi episcopi ecclesiæ monasteriensis et confessoris. Qui eruditus ab Alcuino abbate, viro ter ordinatus, genti Saxonum et Frisonum Christi Evangelium annuntiavit, vitaque et miraculis clarus quievit in pace. Item sancti Mohallock episcopi et confessoris. In Hibernia, Mottelogi abbatis et confessoris. » Mochellocum sive Kellenum unum admittunt Acta, sive is episcopus, sive abba fuerit. « Apud Coloniam Agrippinam, in ecclesia heremitarum sancti Augustini, commemoratio Constantini martyris, de societate sanctorum Maurorum. » Vocatur hić supra Constantius in Actis prætermissus.

MOLAN. de Castulo in textu litteris Italicis ex Adone ponit : « Cum esset Zetarius palatii et hospes sanctorum. » Tum in fine: « Item in Uverdena, depositio sancti Ludgeri episcopi et confessoris, qui fuit episcopus primus monasteriensis, tempore Caroli Magni imperatoris. Eo tempore Carolus prædictus morabatur in Aquis palatio, dum sanctus Ludgerus migravit ab hoc sæculo. Qui eadem hora astrologii, ut cognitionem perciperet stellarum, inspectione intentus manerei, vidit splendorcm ignis magnum de cælo venientem, et totam provinciam illustravit : et etiamin oculistotiusterræ Franciæ, lumen apparuit visu mirabili. Verum aliquanto tempore elapso, contigit Grifridum, nepotem sancti Ludgeri, qui in exequiis sanctiviri interfuit, ad palatium regis venire. Quem cum rex de sancti viri transitu interrogasset, et diem et horam requisisset et ille cuncta per ordinem retulisset, agnovit rex eodem momento suum amatorem ad Dominum migrasse, et quod ipsum lumen ei fuisset a Domino cælitus ostensum. Proinde intelligi datur, quam clara ejus anima in conspectu Domini venerit. Eadem die. beati Felicis episcopi Treberensis. In Laubaco cænobio, elevatio corporis sancti Ursmari episcopi et confessoris. » In editionibus aliis de Ludgero, paucis. Ad Felicis Treverensis, additur secundis.

Demum : « Lobus, elevatio sancti Ursmari episcopi A Baptıstæ. » Melius hæc ad diem natalem, qui celequæ agitur Dominica ante natalem sancti Joannis bratur xvm Aprilis.

VI Kal.

In Ægypto, depositio beati Joannis heremitæ, qui inter cætera virtutum insignia, etiam prophetico spiritu plenus, Theodosio imperatori Christianissimo victorias de tyranno prædixit. In Pannonia, sancti Alexandri martyris. [Addit Bouillart, : • Ipso die sancti Eucherii Turonensis episcopi.]

NOTÆ.

Magna codicum consentio Herinien., Tornacen., Pulsanen., Antuerpien., Max.-Lubec., Munerat. Be-lin., Greven. et Molan. Quibus accedunt Antuerp.-

» Пос die sanctum Eucherium debuisse ab Usuardo collocari, non male negant Castellanus et Solle rius. Sed collocatum fuisse, nemo nisi pertinax, aut

VARIANTES LECTIONES.

Parum suggerit notatu dignum. Joannis primi le- B solum in litteris ad me datis, sed expressis terminis, git Max.-Lubecana, errore, opinor, typographi. Heremitæ scribunt passim codices omnes quorum etiam sphalmata, nimis fortasse scrupulose, sectamur. Belinus transposita nonnihil phrasi, posuit prophetico plenum spiritu In Antuerpiensi ante Alexandri, deest sancti. Fere exciderat monere codices aliquos, pro victorias, scribere victoriam. De Egypto, Egyto tiranni, marliris et hujusmodi minutiis dictum est alibi plusquam satis. Est in Pratensi augmentum, et male expressum et perperam hoc depositum, his verbis Ipso die, sancli Bucherii Turonensis episcopi Fateturipse Castellanus additamentum esse non

Joannes, patria et anachoresi Lycopolita, cognomento propheta, alibi abbas, hic eremita dictus, absolutissimum obedientiæ, ut a S. P. N. Ignatio ad vivum depingitur, cæterarumque proinde virtutum exemplar et speculum, ut toto Christiano orbe notis- C simusfuit, ita sanctos Patres propeomnes laudatores habuit. Nihilominus primus eum ex Rufino suo, libro ult., cap. 19 et 32, hoc die, nescio an satis proprie, in sacros Fastos retulit auctor Romani parvi : Apud Egyptum, Joannis eremitæ, prophetici spiritus ciri. Ado Paulo clarius ex laudata Historia locutus est ; cujus non quidem verba, sed sensum reddiderunt Usuardus et Notkerus. Vita ejus vulgatissima est, nec, ut puto, Origenismi suspecta, quam illustravit Papebrochius : Gallice contexta a Tillemontio tomo X a pag. 9. Cæterum, ut jam innuebam, de tam illustri sancto, nihil habent apographa Ilieronymiana, Beda, Florus, Rabanus, aut Wandalbertus.

Nec item quidquam de Alexandro isto Pannonio,

AUCTARIA

natale beati Joannis heremitæ, admirandæ sanctitatis viri, qui etiam prophetico spiritu plenus, Theodosio imperatori Christianissimo victorias de tyrannis prædixit. » Deest Alexander. Sequitur : « Åpud Smirnam, natale beati Trasæ [Thraseæ] episcopi et martyris, cujus meminit quintus liber ecclesiasticus.» In tabula Prætermissorum remittitur ad v Octobris quia eo die recolitur in Martyrologio Romano, quod sequimur.

Rosweyd. incipit : « Resurrectio Domini nostri Jesu Christi.» De qua sola meminit Wandalbertus hoc unico suo versiculo:

Agni surgentis resplendet sexta triumpho.

De Joanne, ut textus. Seguitur : « In pago Hasbanio, sancti Eucherii Turonensis episcopi et confessoris.» Ilic in variis codicibus recurrit sub eadem illa formula Turonensis episcopi, de qua superius in Varian-tibus abunde diximus. De Alexandro, recte. Tum :

Max., Ultraject., Leyden., Lovanien., Alberg., Danić. et Bdit. Ultraj.-Belg.

in dijudicandis scripturis plane hospes, negaverit. Si peccavit Usuardus, suo Periculo. BOUILLART.

in primo suo Bimestri ad xx Februarii. Fatetur item annuntiationem non efformatam, cum Eucherius non Turonensis, sed Aurelianensis episcopus fuerit, ut recte habent Auctaria nostra, ad citatam diem xx Februarii. Quod si supradicta verba ad verum sensum reducere volueris, pro Turonensis, scribe Tru-donensis, unde intelligi dabitur, Bucherium Aurelianensem episcopum, a loco exsilii aliquando Trudonensem fuisse nuncupatum, addita post Trudonensis, virgula, hoc pacto : *Ipso die, sancti Bucherii* Trudonensis, episcopi, etc.

OBSERVATIONES.

Adoni æque et Notkero atque ipsorum duci ignoto : ut nec divinando satis explorare queam, unde demum Usuardus eum accersere potuerit. Huc facit apposita Henschenii observatio, quæ pluribus aliis syuonymis sanctis aptari potest. *Multi*, inquit, nomine Alexandri insigniti coronam martyrii obtinuerunt, et aliquam sacris tabulis confusionem pepererunt. Subinde unus idemque est, quamois diversis diebus quasi a se ipso distinctus foret, reperiatur Fastis inscriptus. Nonnunquam unus idemque statuitur, cum reipsa plures existiterint, ad diversos dies referendi quod ultimum huic Alexandro evenisse plane arbitramur. Pergit id ostendere in comparatione Alexandri hujus cum altero, qui colitur xm Maii Quærimus nos quibus monumentis *Pannonium* produxerit Usuardus, sed frustra. Certissimum tamen manet, nihil nisi Usuardum a nobis in laterculo positum, ut evidenter ostendunt tam excusi quam mss. codices nostri, de quocunque demum Alexandro verba ejus accipienda censueris.

ANTUERP.-MAX. Adonianus est : « Aput Egyptum, D Martiani episcopi, spectat ad vi Martii. Rnolberti episcopiet confessoris. Intelligit Rudbertum sive Rupertum Salisburgensem. Vide Papebrochii commentarium et Vitam ab eo illustratam.

CENTULEN. : « Jerosolymis, resurrectio Domini nostri Jesu Christi secundum carnem. In Ægypto, sancti Joannis monachi, magnæ sanctitatis et prophetici spiritus viri. Apud Zmirnam, beati Traseæ episcopi et martyris, cujus meminit quintus liber ecclesiasticus. » Remissus est superius ad diem natalem v Octobris.

BRUXELLEN. : « Jerosolymis, resurrectio Domini nostri Jesu Christi. » De Joanné, ut textus. Sequitur de Thrasea, ut supra. Tum de Theodoro, et sociis Pentapolitanis, heri ab ipso omissis. De Alexandro bene. «Item alibi, sanctorum Pastoris et Romuli.» llic est martyrum Afrorum antesignanus. De Pastore vide Prætermissos.

HAGENOYEN. de Joanne brevem, sed præter morem, satis exactam vitæ synopsim, hoc modo recensuit :

Die 27.

🖕 Apud Ægyptum, beati Joanis eremitæ, qui, ut in A Africa, Romuli, Acuti, Morali, Succressæ, Matutinæ, Vitis Patrum legitur, Theodosio imperatori de tyranno victoriam prædixit, et eumdem non longe post propria morte esse moriendum. Cujus monasterium a quadraginta ætatis suæ anno usque ad nonagesimum nullus intravit. Advenientibus autem viris, raro et certis temporibus per senestram se videndum ædificationis vel consolationis gratia præbebat. Mulier vero nulla ad ejus conspectum accessit. Cellam hospitalem pro adventantibus e longinquo habuit, sed ipse intrinsecus soli Deo vacabat: quanto namque se magis ab humanis curis et colloquiis sequestrabat, tanto vicinior illi Deus erat. Hic propter jugem consuetudinem, jam cibum recipere nisi in vespere non poterat, et hunc exiguum. Capilli ejus et barba rari erant et tenues, utpote quem nullus cibus sufficiens nutriret. Observabat etiam idem, cum nonagenariam ipse ageret vitam, ut nullum paratum sumeret cibum. Obitus autem ejus taliseral, ut, pertriduum, nullum ad se introire per- B Romuli. » Nomina sunt a Greveno, uti passim solet, mitteret, et positus in oratione spiritum reddidit. In timitio [cœmeterio] Pontiani Romæ, sancti Cyrini, » de quo ad xxv hujus. « In Pannonia, sancti Alexandri martyris. In episcopatu Zaltzburgensi, sancti Ruperti episcopi et confessoris. » Vide quæ de illustri hoc præsule inter hodierna Auctaria jam non semel diximus : ubi alii Salisburgensi, alii Wormatiensi ecclesiæ ascribunt.

VICTORIN., in fine : « Apud Smirnam, beati Traseæ, » etc., ut supra, in ANTUERP.-MAJ., ubi notavimus hunc sanctum pertinere ad v Octobris.

PLESCHIONEN. « In Africa, sanctorum Romuli, Do-nati, Saturnini. » Jam dixi Romulum turmæ Africanæ antesignanum : Donatus ordine septimus est, Saturninus ultimus : vide novem alios in Actis nostris, suis nominibus expressos.

MARCHIANEN. addit : « In pago Hispanis [Hasbanio] sancti Eucherii Turonensis episcopi. »

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : «Joannis eremitæ, C qui ut refert Augustinus, claruit spiritu prophe-

tiæ. » Ad marginem *Resurrectio Domini*. VATICAN. num. 5949 : adjicit « In Africa, sancto-

rum Romuli, Donati, Saturnini. » ALTEMPS : « Sancti Eustachii abbatis. » Videtur esse « Eustasius Luxoviensis, » de quo in Actis xxix Martii. Videat lector quæ ibi de præfato Eustasio in Observationibus nostris dicturi sumus. « In pago Hasbanio, sancti Eucherii Turonensis episcopi. In

V Kal.

Donati, Saturnini. » Hæc in Actis paulo distinctius. « Romæ, sancti Calixti papæ. » Colitur xıv Octobris. « Apud Smyrnam, beati Thraseæ episcopi et martyris. »

FLORENTIN. : « Item sancti Martini episcopi, et martyris. » Annon Martianum indicat, de quó in Actis vi Martii?

Editio LUBECO-COL. Post textum subdit : « Apud Smyrnam, beati Thraseæ episcopi et martyris, cujus meminit quintus liber ecclesiasticus. Castro Conflando, sanctæ Honorinæ virginis. » In Actis est xxvm Februarii. « Eodem die, sancti Ruperti episcopi in Wormacia et confessoris. » Idem est, qui Salisbur-gensis supra dicitur, de quo vide eruditum Papebrochii commentarium in Actis hoc die.

GREVEN. : « Resurrectio Domini, Apud Smyrnam Trascie episcopi et martyris, cujus meminit quin-tus liber ecclesiasticæ Historiæ. Item Aguti, Missiæ, male transposita et efformata : «Ananiæ presbyteri, et Petri ac aliorum septem militum sub Diocletiano submersorum.» Acta passionis ipsorum data sunt xxv Februarii. « In Africa, sanctorum Romuli, Maroli et Successi. » Multa confusa de quibus vide in Actis. « Derthonæ, sancti Marciani episcopi et martvris. Eucherii episcopi et confessoris. » In priori editione Noxv addebatur Turonensis. « Ruperti episcopi civitatis Vangionum, quæ nunc Wormacia dicitur, et confessoris. Eustachii abbatis et confessoris. Castro Constando, sanctæ Honorinæ virginis. » De his vide dicta superius. « Item Neminiæ virginis, et Cyriaci diaconi ; » inter Prætermissos. « Item Joannis monachi miræ obedientiæ viri. Qui jussu abbatis sui lignum aridum anno integro sine intermissione irrigavit, non dijudicans senioris præceptum. » De quo in textu.

Molan. « Hierosolymæ, resurrectio Domini nostri Jesu Christi. » De Marciano, ut Grevenus. De Thrasea, ut editio LUBECO-COL. Dé Ruperto, ut Grevenus, sed litteris minoribus. In editionibus aliis, de Resurrectione, et Marciani nihil immutatum. « Wormaciæ, sancti Ruperti, episcopi et confesso-ris. Qui temporibus Childeberti, in Bavaria, Austria, Styria, et toto Norico, doctrinám Christi propaga-vit. » Tum typisminutis; Constantinopoli, sancti Isaacii, Viri Dei. » Vide Prætermissos. « Perside, novem martyrum. » Eorum nomina in Actis exprimuntur.

Die 28.

In Cæsarea Palestinæ, sanctorum martyrum Prisci, Malchi, Alexandri, qui persecutione Valeriani, divino fidei calore succensi, ultro judicem adeuntes, de sævitia in piorum sanguinem objurgant; quos ille continuo pro Christi nomine bestiis tradidit devorandos. Apud urbem Cabilonensium, depositio sancti Guntramni regis, qui ita se spiritalibus actionibus mancipavit, ut relictis sæculi pompis, thesauros suos ecclesiis et pauperibus erogaret. Tharso Ciliciæ, Castoris et Dorothei.

NOTÆ.

Textus sumitur ex Praten., Herinien., Torna- D Molan. Adde Antuerp.-Max., Leyden,-Belg., Lovanien. et Bdit. Ultraj.-Belg. cen., Antuerp., Max.-Lubec., Munerat., Greven. et

VARIANTES LECTIONES.

Greven. et Molan. omittunt copulam inter Malchi et Alexandri. Præcipua hic difficultas utrum Usuardus, Adonis lectionem secutus sit, in hisce verbis, cur tantum, in sanguinem piorum desæviret, ut habent Antuerp., Lovan., Max.-Lubec., Greven. et Molan. Prætuli ego antiquiorum codicum auctoritatem, nempe Praten., Herinien., Tornacen. et Munerati, ex quibus textum composui, licet Herinien. aliquantulum differat, legens, piorum sanguinem fundentium, et Tornacen. scriptorio sphalmate, impiorum sanguine. Sic, inquam, Usuardum posuisse plane existimo. Antuerp. et Max.-Lubec. cum multis recentioribus, habent Cabilonensem, prævalent alii, hic Adoni conformes, in Cabilonensium. In Lovan. est.

Cabulonensem; in Herinien., Calonem. Reliqui in textu Guntramni, tametsi antiquus scribendi modus postulet Gunthramni. Interim Herinien., Tornacen., Antuerp., Greven. et Molan. legunt *Guntranni*, Max.-Lubec. pejus Guntramii. Rursus, in textu est spiritalibus cum Pratensi, Max.-Lubec., Munerat. et Greven., quamvis non parum dubitem, an præhabenda non sit aliorum cum Adone lectio. Utrum prætuleris sus deque habebo. Tornacen. pro actionibus, habet actibus. Herinien. repetit particulam et, hoc modo, et ecclesiis et pauperibus. Tharso scribunt omnes, exceptis Herinien., Antuerp.-Max., etc., et Munerato, ubi Tarso et melius legitur; turbam sequi cogimur: Max.-Luber., pessime Therso. Inter recentiores sunt qui scribant Sicilie, Cætera, ut Cesarea, sævicia, A quia universim codices omnes ita efformant, excepto martirum, Dorolei el similia negligenda sunt. Non omiserim tamen dicere, in textu relictum Palestina,

solo Molano.

OBSERVATIONES.

Hac etiam die Romano parvo ex Rufini lib. vn. cap. 11, debentur, qui primam in laterculo classem constituunt martyres Palæstini, persecutione Valeriani bestiis traditi. Quam rem paulo diffusius Rufini ferme verbis exposuit Ado, et qui hune secutus est, Notkerus : Noster stylo breviori, sed qui eamdem sententiam, et eadem ferme verba, nonnullis præteritis, referat. De his jam supra egimus in Variantium lectionum examine. Nec plura in Actis reperit Henschenius. Inter Sincera autem et Selecta, pag. 252, sola Eusebii verba descripsit Ruinartius, quæ nuntiationes sic metrice exprimit :

uinta Priscus, Alexander, Malchusque coluntur. Hane quoque Guntramaus migrans rex optimus ornat.

Porro rex sanctus *Gunthramnus* ab Adone primum

BELIN. in re purus est, sed exclusus ob transposi-

tionem, et quia pro Dorothei legit Theodori. PULSANEN, cætera ferme purus, plane deficit in annuntiatione ultima.

ULTRAJECT., LEYDEN., ALBERGEN. et DANIC. incipiunt : «Romæ, natale beati Sixti III papæ, qui sedit annis octo. Hic incriminatus a quodam, nomine Basso, expurgavit se cum quinquaginta sex episcopis; criminatorem vero suum, postea mortuum, propriis manibus cum linteaminibus, et aromatibus sepelivit. Hic constituit, ut nullus episcopus in parochia alterius ordinare præsumat. » Reliqua pura sunt.

CEN ULEN. : «Apud Cæsaream Palestinæ, sancto-rum martyrum Prisci, Malchi et Alexandri. Tarso Ciliciæ, Castoris et Dorothei. Cabillone, sancti Gunthramni regis, qui relicta funditus mundi pompa, Domini servitio se ex integro mancipavit.

ANTUERP.-MAJ. in prima classe, ut CENTULEN : « Apud urbem Canillonensem, dompni Gutrandi... » recte; omisso in fine Castore et Dorotheo.

BRUXELLEN. : « Apud Cæsaream Palestinæ, natale sanctorum martyrum Prisci, Malchi et Alexandri. Qui sub persecutione Valeriani, cum sanctos Dei martyrizari conspicerent, divino fidei calore sucultro judicem adeuntes, cur tantum in censi, sanguine piorum sæviret, objurgarunt. Quos ille continuo pro Christi nomine, bestiis tradidit devorandos; et sicipsi martyrium compleverunt. Romæ, beati Sixti tertii, papæ et martyris. Qui constituit, ut nullus episcopus in parochia alterius ordinare præsumat. Tarso, » etc., ut in textu. « Apud urbem D Cabilonensium, depositio sancti Guntranni regis Francorum religiosi. Qui ita se spiritualibus actionibus mancipavit, ut relictis seculi pompis, thesauros suos ecclesiis et pauperibus erogaret. Quique dum aliquando venando fessus juxta rivum aquæ dormiret, vidit armiger ejus parvum animal de ore ejus exiré et properare ad rivum. Cui ille ad itum, et reditum gladium imposuit. Expergefactus autem rex dixit, se per somnum pontem ferreum transisse et in monte invenisse thesauros. Quos ipse armigeri sui ductu reperiens, ecclesiis dedit. »

HAGENOVEN., in prima annuntiations satis purus, secundo loco de Sixto, fere ut ULTRAJ., etc. De Gunthramno, recte; pro Dorotheo, scribit Thorotheo. In fine : « Colonia Agrippina, sancti Eugisli episcopi et confessoris. » Vide infra.

consignatus est, iis verbis, quæ minus scrupulose a Nostro quam a Notkero transcribuntur discrimine tamen perexiguo. Scio equidem in aliquo Hieronymiano apographo, inventum : Canillonno, depositio Guntheranni regis, at vero id plane adjectitium esse, recte censuit Florentinius. De optimo regenihil dicendum reliquit Henschenii Commentarius prævius, et Vita per Gregorium Turonensem scripta, ab eo illustrata, cum appendice Fredegarii. Rectene Castor et Dorotheus Tarsi conjungantur, statucre non usque adeo promptum, uti nec ex quo apogra-Gallice reddita sunt a Tillemontio tomo IV, pag. 17. pho Hieronymiano, et quidem seorsim, accepti sunt. Wandalbertus disticho suo primas nostras duas an-B Id si discutere tua interest, consule Actorum commentarium. At cur Sixtus vel Xistus sive Xystus, istius nominis Papa III ab Usuardo prætermissus, quem tam clare in Adone expressum reperit? Œdipo opus est. Cæterum Usuardini textus veram simplicitatem constare existimo.

AUCTARIA.

MARCHIAN., in fine : « Civitate Nicomediæ, passio sanctorum Pastoris et Victorini. » Vide xxix

MATRICULA-CARTHUS.-ULTRAJ. sola nomina textus refert, Gunthramnum primo loco, Cæsarienses ultimo.

VATICAN., signatus num. 5949, adjicit : « Romæ, sancti Xisti papæ, qui sedit in episcopatu annis octo. » De Castore et Dorotheo, nihil.

In ALTEMPS. ad Castoris et Dorothei, subnectitur Adauctæ. Vide in Actis commentarium.

FLORENTIN. : « Romæ, sancti Sixti papæ. »

Editio LUBECO-COL. incipit : « Apud Coloniam Agrippinam, translatio sancti Evergisli, archiepiscopi et martyris, de civitate Tongerensi, per dominum Brunonem Coloniensis civitatis archiepiscopum, ad ecclesiam sanctæ Cæciliæ virginis. Romæ, natale sancti Sixti..... » ut ULTAJECT., nisi quod in fine addatur post præsumat, « et ut nullus clericus, [in] parochia alterius episcopi, ordinationes accipiat. » Rursus de Cæsariensibus in fine additur, post devorandos : « Quorum animæ ab angelis sunt receptæ, ut in ecclesiastica scribitur Historia. Apud urbem Cabilonensem, depositio sancti Guntraninimi [Gunthramni], regis Francorum, viri religiosi qui..... » Reliqua pure.

GREVEN. : « Item, sanctorum Audacti, Castoris. » Ea connexio in Actis explicata est. « Romæ, beati Sixti..... » ut ULTRAJECT., sed post præsumat, sic habetur : « Nec clericus in parochia aliena; ordinationes accipere. » Melius editio prima, « alterius ordinationes accipiat. Felicis, episcopi Treverensis et confessoris. » De eo actum xxvi Martii. «Rogatæ virginis. » An Rogati? Vide Prætermissos. De beato Evergislo, fere ut proxime dictum.

MOLAN. : « Romæ, Sixti papæ, qui sedit Romæ annis octo. Et in castro Monte, depositio sanctæ Waldetrudis. » Remittenda ad 1x Aprilis. Et quidem in editionibus aliis omittitur, ubi ita habetur: « Apud Naxum, sive Nesum, Ciciliæ [Siciliæ] oppidum, sancti Cononis, Basiliani monachi, abstinentia et sanctitate clari; tempestate Rogerii secundi, anno millesimo ducentesimo trigesimo sexto. Dié vigesima octava, sancti Stephani thaumaturgi, et sancti Hilarionis junioris. » De hoc in Actis hac die, de illo xxv hujus. . Romæ, Sixti papæ, qui sedit annos octo. Coloniæ, ex Tungris transportatio corporis sancti Evergisli episcopi. »

IV Kal.

Die 29.

Apud Africam, natalis sanctorum confessorum Armogasti, Archinimi et Satyri, qui tempore Wandalicæ persecutionis, sub Geiserico rege, pro confessione veritatis multa et gravia perpessi supplicia atque opprobria, cursum gloriosi certaminis impleverunt. Ipso die, depositio Eustasii ahbatis monasterii Luxoviensis, qui Pater ferme sexcentorum extitit monachorum et vitæ sanctitate conspicuus, etiam miraculis claruit. [Bouillart., posl murtyres Africanos: & Civitate Nicomedia, passio sanctorum Pastoris et Victorini.]

NOTÆ.

Ex Herinien., Tornacen., Pulsanen., Antuerpien., Max.-Lubec., Munerat., Greven. et Molan.

Postrema hæc sanctorum Pastoris et Victorini A solus Pratensis in vítio est. Prætereo quod addit, commemoratio in litura scribitur eadem manu, qua reliquus articulus: postea spatium duorum versuum cum dimidio relinquitur omni scriptura vacuum, imo ita scalpello rasum, ut nullum ullius literulæ vestigium vel lyncei oculi subsentire possint. Alii codices carent Pastore et Victorino, et Africanis confessoribus longam subjiciunt S. Eustasii commemoratiouem. Hinc Sollerii querelæ, Pastorem et Victorinum additos, expulsum S. Eustasium fuisse, adeoque depravatum fuisse codicem. Si mutatum dixisset, nihil reprehenderem; nam ultro fateor Carolino autographo Nicomendienses martyres defuisse, adfuisse S. Eustasium. At ideirco codicem fuisse depravatum qui probaret Sollerius? An quod, ut ait, Pastor et Victorinus a majori cohorte sunt avulsi? sed ex codicibus, quos magno numero citat, vix duo sunt, qui de illa cohorte secum invicem consentiant, ut ipsi Sollerio numerus pro arbitrio mutari videatur. Nimirum alii codices impune po- B secunda Aprilis memorat. Bouillant. tuerunt pro arbitrio augere et minuere cohortem;

Armogasti pro Armogastis legunt codices Usuardini omnes. In Archinimi; non ita conveniunt, nam Pulsanen., Munerat, et Molan, habent Archimini; Greven., Archimini. In Greven. et Molan. est Satiri. Sequor alios, Romano parvo et Adoni conformes. De Wandalicæ et Guandalicæ, vide quæ fusius explicabimus ad xxIII Maii. In Geisérico concordes sunt codices passim omnes. Sunt'qui malint Genserico vel Gensericho, ut Molanus; non Gersecrico, ut Munerat., multo minus Honerico, ut errat Pulsanem Obpropria medii ævi orthographiam redolet, quam exhibent lleriniensis, Tornacen, Antuerpien., Max.-Lubecana et Greven., licet alibivarient. Putavieam B Rosweyd. Aquicinct. et Florentin, qui certe medioin textu non incongrue servari posse. Compleverunt pro impleverunt habet solus Pulsanensis ; qui et Heustasii, pro Eustasii. Quærituran Usuardus no-men sancti præposuerit? Id non habet Ado, non habent Herinien. et Muneratus. Neque ego adjungendum credidi. Male omisit Munerat. particulam *ferme*; pejus Antuerp. et Max.-Lubecana, pro *sex*centorum, legunt ducentorum : imo post remus codex

Nobilissima trium Africanorum confessorum (ita singulari titulo decorantur) classis, a Romano parvo rursus procedit, tacentibus Hieronymianis, Beda et ejus sequacibus. Breve sed magnificum elógiumiis tribuit Ado, sequente Notkero. Ejus medullam Noster resecuit, cætera ad verbum servavit. Jam supra diximus quem nomina efformandi modum ex codicibus Usuardinis præferamus; quis porro reipsa præferendus sit, in Henschenii commentario latius exponitur, ubi círca secundum nomen nonnullædif- D ficultates explanantur. Habes illic totam martyrii

duos illos martyres ab aliis codicibus prætermitti. Nam id primo falsum est ; illos enim referunt inter alios Rosweydinus et Aquicinctinus, quos optimæ notæ censet esse Sollerius. Refert etiam Gellonense martyrologium a nostro Dacherio juris publicifactum. Pratensia exempla non adjungo : numerus esset, non auctoritas. Illos habent præterea Matri-cula. Carthus-Ultraject et editio Galesiniana. Deinde licet in omnibus Codicibus desiderarentur, nihil tamen inde contra Pratensem. Correctio est, de qua aut admonitæ non fuerunt aliæ Ecclesiæ, aut quam admonitæ neglexerunt. S. Eustasium non dubito quin justis de causis Usuardus in secundam Aprilis diem reservaverit : quamvis illum hoc die Ado Viennensis posuerit. Acta procul dubio vidit quæ nunc exciderunt. Forte etiam ad id inductus fuit Hieronymianis indicibus, quorum codex veterrimus quem præ oculis habeo, Eustasium hodie silet,

VARIANTES LECTIONES.

vitio, opinor typographi, caret vocibus exstitit monachorum. Isque, mendo consimili, pro confessorum in principio habet conversorum. Phrasim sibi aliam efformavit Pulsanen. Sic legens : Qui pater ferme sexcentorum monachorum existens, Vita et sanctitate conspicuus, etc. Variatiunculas alias in scribendi modo, consulto negligimus.

Pratensem codicem prætense autographum, ratione non una hac die depravatum manifestissime ostendunt additi martyres Nicomodienses Pastor et cris notæ seriem non transcendunt. Expuncta præterea est et plane erasa tota Bustasii Luxoviensis annuntiatio, ut in apographo nostro observavit Sirmondus, ct recentius per titteras superius non semel citatas, mihi indicavit Clar, Castellanus. Nos textum vere Usuardinum, sed præter eum nihi! genuinum hodie agnoscimus. De Eustasio, ad 11 Apri-lis in præfato Pratensi codice translato, dicetur ibi.

OBSERVATIONES.

historiam ex Victore Vitensi ejusque accuratiori Petri Franscisci Chiffletii editione desumpta. De Bustasio abbate Luxoviensi nemo ante Adonem locutus est. Ipsissimis ejus verbis, non tamen præcise omnibus, utitur Usuardus, et fere etiam Notkerus. Primas solum voces Noster transposuit, alter et caput et caudam mutavit. Vide et hic Henschenii commentarium cum duplici Vita abeo diligentissime illustrata. Eustasii laudes nitide exsequitur Wandalbertus.

> Eustathius quarta virtutis laude coruscat, Abba Columbano vituit qui rite magistro.

AUCTARIA.

De PRATENSI et Rosweyd. jam satis dictum est ; de Belino et aliis infra.

ANTUEIP.-MAX., ULTRAJ., LEYDEN., LOVANIEN., ALBERGEN., DANIC., el EDITIO ULTRAJ.- BELG. parum admodum a puritate recedunt, addentes Eustasio titulum ab Adone expressum, discipuli sancti Coluubani et prosexcentorum scribentes ducentorum.

CENTULEN. : « Apud Africam, sanctorum Armogasti, Archimini et Satiri. Ipso die, depositio beati Eustasii abbatis, discipuli sancti Columbani. » ANTUERP.-MAJ. de Eustasio fere textum refert.

Martyres Africanos solo nomine appellat.

BRUXELLEN. : « Nicomediæ, sanctorum martyrum Victoris, Victorini, Pastoris, Saturnini, Juliani et

Wandalicæ persecutionis, sub Geyserico, rege, pro confessione veritatis multa et gravia perpessi supplicia, cursum gloriosi certaminis compleverunt. Ipso die, depositio sancti Eufragii, abbatis monas-terii Luxoviensis. discipuli sancti Columbani, viri Dei. Qui pater ferme sexcentorum extitit monachorum, et vitæ sanctitate conspicuus, etiam miraculis claruit. Romæ, ordinatio beati Gregorii papæ. » De quacunque S. Gregorii memoria hic agitur, redi ad xu Martii.

HAGENOVEN. a textus puritate non multum differt, nævos ejus prætermittimus.

AQUICINCT. post impleverunt textui inserit : « Civitate Nicomediæ, passio sanctorum Pastoris, et Victorini. »

MARTRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. : «Pastoris et Victoris. Eustachii abbatis. Achacii episcopi et confessoris.» Ad marginem corrigitur Victorini, Eustasii: addun-B turque hæc verba : Usuardus scribit Achacium martyrem. Non hac saltem die; an sequenti? ibi videbitur. Colitur proprie xxxi Martii, ut videre est in Prætermissis.

PLESCHIONEN. et VATICAN., signatus num : 5949 : « Nicomediæ, sanctorum Pastoris, Victorini, Juliani. » Numérus pro arbitrio mutari videtur.

UGHELLIAN. pro sexcentorum, habet ducentorum. In quo convenit cum duobus solitis sociis ANTCERP. ot MAX.-LUBEC.

ALTEMPS : « In Antiochia, Theodori presbyteri, Julianæ et Acaciæ.»

FLORENTIN. : « Nicomedia, passio sanctorum Pastoris et Victorini.»

Editio LUBECO COL. : « Apud Africam, sanctorum Armogasti, Archinimi, Satyri confessorum. Qui cum essent lucidissima membra Ecclesiæ Christi... » Adonis hæc postrema verba sunt, cætera C pure. De Eustasio scribit, ducentorum. Tum : « Nicomediæ, sanctorum Victorini, Pastoris, Saturnini, Juliani et aliorum quatuor. Eodem die, beati. Or,

aliorum quator. Apud Africam, sanctorum marty- A eremitæ nonaginta annorum, qui ita abstinentiæ de-rum Armogasti, Archimini et Satiri. Qui tempore ditus, quod nullum terrenum, sicut de eo legitur, triennio integro sumpsit cibum, Qui plantario arborum conserens, ne otio torperet, silvam fratribus nutriebat.» Vide indicem Prætermissorum, ubi ejus acta ad alios dies excutienda remittuntur. « Item sanctæ Sophiæ virginis et martyris. Etiam sancti Macovallæ abbatis. » De utroque agitur inter Prætermissos.

BELIN. pro Luxoviensis scribit Lugdunensis: pro sexcentorum, ducentorum. Additque in fine : «Civitate Nicomediæ, passio sanctorum Pastoris et Victorini. » Ita prima editio. In altera accedunt : « Saturnini, Julianæ, et aliorum quatuor. » Videantur Acta, ubi dubius numerus determinatur.

GREVEN. : « Nicomediæ, sanctorum Victorini, Pastoris, Saturni, Juliani et aliorum guatuor. Natale beati Achacii martyris, cujus passio habetur. » De eo supra, « Stephani papæ IX. » Vide Prætermissos. « Item Gregorii episcopi : » An Nazianzeni? « Macovallæ abbatis. Eodem die, beati Or, eremitæ, qui tantæ abstinentiæ fuit, ut intra integrum triennium, nullum terrenum sumpsisse cibum legatur. Ne antem otio torperet, plantaria arborum conserens, silvam fratribus nutriebat. Romæ, sanctæ Sophiæ virginis et martyris. » De his dictum est, « Item Dolæ, Julianæ virginis. » An forte Nicomediensis? Sed loca satis disparata sunt.

MOLAN. : « Nicomediæ... » ut altera Belini editio. « Et passio sancti Archartii. » Tum alio charactere, « cujus passio habetur. Eodem die, sanctorum Jonæ et Barachisii martyrum, sub Saporio Persarum rcge. Quorum historiam concripsit Esaias Adami filius, eques regis Saporii et auditor atque spectator eorum quæ fiebant. Eedem die, sancti Bertholdi confessoris, ordinis Carmeli. In editionibus aliis, de Nicomediensibus et Bertholdo, ut supra. Sequitur: « Die vigesima nona, sancti patris Marci episcopi Arethusii. Et Cyrilli diaconi et aliorum qui sub Juliano tyranno certaverunt. » De Jona et Barachisio, paulo brevius, et aliis litteris.

III Kal

Romæ via Appia, passio beati Quirini tribuni et martyris, qui sub Aureliano imperatore, post linguæabssisionem et equulei suspensionem, manuumque ac pedum detruncationem, agonem martyriigladio consummavit. Thessalonicæ, natalis sanctorum Domnini, et Victoris. [Bouillart.ª Thessalonicæ, natalis sanctorum Domnini, Filopoli et Achaici, sequentia omittens.] Apud castrum Silvanectensium, depositio sancti Reguli episcopi et confessoris.

NOTÆ.

Puri sunt Herenien., Tornacen., Pulsanen., Munerat., Greven. et Molan.

Plerique codices Domnino comitem addunt Victorem, qui nunquam Domnini comes fuit. Noster primus, quem secuti sunt Rosweyd., Marchian., Pratenses B, D, E, et Conchensis, veros comites indicavit, nempe Filopolum en Achaicum. Sed nescio quo fato accidit, ut eos primum non cognoscens D Usuardus, nescio quem illic poneret; postea vero nova notitia instructus, illo excluso, duobus aliis locum dederit. Atque hoc satis est Sollerio, ut Pratensem codicem e purorum albo expungat, Úsuardinum sensum evanuisse affirmet, et sciolo quidam correctionem ascribat. Frustra manum camdem ostenderis : sui codices Victorem referunt. Filopo-

lus igitur et Achaieus non sunt Usuardi. Itaque Pratensis codex autographi titulo excederit, quodUsuardus, ubi primum quidpiam emendaverat, id non curavit omnibus omnium urbium, compitis affigendum, ut quod ipse correxerat, alii etiam corrigerent.

Nec id solum in hoc articulo vitium reprehendit Sollerius. Id etiam stomachatur erasum fuisse S. Rcgulum. Silvanectensem episcopum. Erasus est certe et rejectus in 1x Kal. Maii, qua die depositionem ejus colit Silvanectensis Ecclesia. Qua causa commemorationis locum Usuardius mutaverit, ibidem dicetur. Bouillart.

VARIANTES LECTIONES.

Martyris et tribuni legunt Greven. et Molan: pejus Muneratus pro el martyris posuit martyrum. Abscisionem habent passim omnes. Quod alibi, hic pariformiter servandum fuit. De eculeo alibi etiam diximus. In Pulsanensi deest gladio, et pro Domnini legitur Domnii, quod Munerat. sic efformat, Doni: mini.

OBSERVATIONES.

Romani papvi auctor beatum martyrem Quirinum hodie prædicat his verbis : Romæ, Quirini, tribuni

et martyris, patris sanctæ Balbinæ. Ado prolixius elogium ex Actis S. Alexandri papæ concinnavit,

Die 30.

quod apud Notkerum est hac die, et in vulgato Beda A fuere. At vero conjunctionem illam Domnini et ad xxx Aprilis refertur. Lego in Actis pag. 811, num. 4, hæc verba : In xxx Aprilis in Beda excuso, desumpto elogio ex Adone, quod seculo x1 aut x11 factum est, postquam corpus sancti Quirini, Nove-sium, ul infra dicetur, fuissel translatum. Hæc ila velim intelligas, ut non elogium Adonianum tunc factum suspicemur, quod esset absonum; sed eo circiter tempore accidisse, ut festum translatum sit in eum diem, quem Beda vulgatus notavit. Quodad rem nostramproprius spectat, Usuardus summatim ex Adone decerpsit, quæ ad martyris laudem puta-vit sufficere, servata temporis designatione, quæ ab Henschenio hic corrigitur : de qua ad 111 Maii denuo recurret sermo, ubi loco proprio dici poterit, quid de sancti Alexandri Actis sentiendum existimemus. Cæterum in prima hae laterculi nostri parte, summa est codicum omnino omnium consensio. Non ita in sequenti classe martyrum Thessalonicensium, ubi Pratensis denuo dorruptus est, vel si mavis, ab ali- B simplicitatem dicta sintsatis. De Regulo iterum requo, qui nimium sapere voluit, ita correctus, ut Usuardinus sensus plane disparuerit. Fateor equidem me prorsus non capere, qua ratione Usuardus Domninum ex Thessalonicensium numero unum, cum Victore, qui in Hieronym. apographis diserte alibi ponitur, conjunxerit, quod tamen ab eo factitatum, codices nostri manifeste evincunt. Atque hoc est, quod dicebam ab aliquo sciolo observatum, in Pratensi codice, subinde perperam restitum esse; eraso nempe Victoris nomine, ascriptisque Filopoli et Achaici qui vere Domnini, vel Dominici socii

PRATEN. Excessum ejus et defectum jam satis indicavimus. Cumeo iterum omnimode convenit co-

dex Rosweydi, ut sæpius in decursu ostendemus : ANTUERP. et MAX.-LUBEC. textui superaddunt : • Aurelianis Pastoris episcopi palatini. »

LEYDEN., LOVANIEN., C ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., ALBERG., DANIC. ét editio ULTRAJ.-BELG. de Regulo scribunt : « ejusdem loci episcopi. » Quam hoc sit verisimile, vide in Actis. Deinde adjungunt : « Aurelianis, sancti Pastoris episcopi palatini, vel palentini. » Útrum seligas perinde est, etiam Valentini, si ita volueris. Error, est recentioribus Usuardi codicibus communis, guique etiam in Hieronymianis apographis aliisque reperitur. Error inquam, nam Aurelianis nec Pastor quisquam, nec Palatinus, nec Palentinus episcopus. Vide de hac re accuratum in Actis Commentarium, pag. 829.

ANTUERP.-MAJ., in prima mutilus, sic scribit : • Romæ, sancti Quirini tribuni, martyrum [pro martyris] sub Trajano. » Secunda deest. De Regulo, in fine addit, « primi civitatis ipsius. »

CENTULEN. « Romæ, sancti Quirini martyris, sub Trajano imperatore. Thessalonicæ, sanctorum Domini et Victoris. In Francia, civitate Silvanectis, sancti Reguli episcopi et confessoris.

BRUXELLEN. Quirini elogium, Usuardino longius, D ferme ex Adone accepit. De Thessalonicensibus satis pure. Sequitur: « Aurelianis civitate, sancti Pastoris archepræsulis palatini. Apud castrum Silvane-ctensium, depositio sancti Reguli episcopi et confessoris. Item sancti Quintini. Item, sanctæ Eulaliæ virginis. » Crediderim nomina hæc ex martyribus Hieronymianis lævigata. Quintinus colitur xxxi Octobris. De Eulalia egimus xu Februari : alia Emeritensis colitur x Decembris.

HAGENOVEN.. in elogio Quirini nihil magnopere babet, quod non melius in Adone legatur. De Thessalonicensibus purus est. Sequitur : « In civitate Astensi, passio sancti Secundi, qui fuit miles strenuus, athleta Dei egregius, et martyr gloriosus. Ilic a beato Calocero fidem Christi edoctus est, et tesmonio angelico multipl'citer est commendatus, et an gelico ministerio per Faustinum et Jovitam de nube præbente aquam baptizatus est, qui cum sepelisset

l'ertia Domnino, comite et Victore refulget.

Mutationem jam dictam agnovit Castellanus in litteris sæpe alibi recitatis. Jam expunctio alia novum in Pratensi codice vitium ostendit. Quippe erasa est tota Reguliannuntiatio, quæ in codicibus etiam omnibus, saltem alicujus notæ, Rosweydino duntaxat et Marchianensi exceptis, clarissime exprimitur ; sic ut de vera Usuardi lectione controverti minime possit. Notavit in apographo nostro Pratensi Sirmondus, expunctam rursus esse lineam, sed distinctius asserit Castellanus erasa esse omnia, quæ ad Regulum Silvanectensem spectabant. Est ergo Regulus ab Usuardo primum adjunctus ut pote qui in antiquioribus, aut ei synchronis non inveniatur. Hæc ad probandam germanam laterculi nostri curret sermo xxiii Aprilis, ad quam diem in Pratensi translatus legitur, sed, Castellano teste, manu non valde antiqua ascriptus : unde etiam evincitur additionem Filopoli et Achaici, diu post Usuardi tempora factam fuisse. Multa de Regulo valde dubia et implexa dissolvere conatur Henschenius, genuinas Vitas proferens, quæ a Tillemontio et recentioribus aliis plane rejiciuntur. Distinguit hic Arelatensem Regulum a Silvanectensi, aliaque satis critice exagitat tomo IV variis locis verbo Regulns et Ricule, de quibus alibi.

AUCTARIA.

beatum Marcianum, tentus est a Sapricio præside, et vestibus nudatus et equuleo tortus, et a Dominó sanatus, et demum incarceratus, et ab angelo solutus ; apparente sibi Domino confortatus, et ad Calocerum est ab angelo deductus. Demum præses pices et resinam super capita eorum et corpora fundi jussit bullientem et [ex] eodem fecit cos bibere. Et tunc Secundus est decollatus, et ab angelis venerabiliter sepultus. Calocerus vero apud Abyganum mittitur et ibi punitur. » Vide Acta

AQUICINCT. Pratensi similis est in Domnino, Philopolo et Achaico, in fine autem addit : « Aurelianis, sancti Pastoris episcopi palatini. »

PLESCHIONEN. et VATICAN. num. 5949 : « Thessalonicæ, sanctorum Domnini et Victoris, Marcelli et sancti Reguli. » Inepta est horum omnium conjunctio, ut in Actis videre est. »

MARCHIANEN., in fine : « Sanctorum Domnini, Philopoli et Achaici. »

DOVERONEN UGHELLIAN. et BURDEGALEN. : « AUFOlianis, Pastoris episcopi palatini. »

MIATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Romæ, Quirini tribuni et martyris. Secundi militis et martyris. Veroni confessoris ; Reguli episcopi et confessoris. »

ALTEMPS. post Domnini, addit : « Philopii et Achaici et Victoris. Aurelianis, Pastoris episcopi palatini. Eodem die, passio sanctorum Acescamæ et Eulaliæ. » Nomina sunt male, ni fallor, efformata. « Apud Orientales Anglos translatio sancti Edmundi regis et martyris, in basilica sanctæ Mariæ Virginis. » Remittitur ad diem natalem xxNovembris.

STROZZ. : « Aurelianis, sancti Pastoris palatini.» Medicæus interjicit, episcopi.

Editio LUBECO-COL. De Quirino pleraque habet ex Adone : quæ vero de lingua accipitri exhibita, de sex paribus boum, etc., superaddit, in Actis discussa invenies. « Thessalonicæ, natale sanctorum Domnini et Victoris martyris, Apud Castrum Silva-nectensium, depositio sancti Reguli ejusdem loci cpiscopi et confessoris. Aurelianis sancti Pastoris episcopi et confessoris palatini. Eodem die, beati Acharii episcopi et confessoris. »

BELIN. penultimo loco: « Apud civitatem Asten-

sem, sancti Secundoli martyris : » in utraque edi- A Germani Antisiodorensis, confessoris. » Ad xx Apritione pro Secundi. In fine autem prima editio ha-Pastoris episcopi. » Editio bet : a Aureliani, altera : « Aurelianis civitate, depositio beati Pastoris episcopi. »

GREVEN. : Civitate Astensi, beati Secundi militis et martyris, tempore Adriani imperatoris. Qui post picem cum resina liquatam super caput atque os ejus fusam, capitis obtruncatione martyrium com-plens ab angelis est sepultus. Pastoris, Victorini et aliorum quatuor depositio. In Alexandria, Pastoris episcopi et aliorum viginti quatuor ignibus combustorum.» De his duabus classibus vide Prætermissos.» Item Filipoli, Eulaliæ virginis et aliorum sexcentorum et unius. » Vide Acta in cohorte martyrum, cujus dux est Victor. « Aurelianis, Pastoris episcopi Palatini et confessoris. Acharii episcopi et confessoris. Mamertini abbatis monasterii sancti

lis. « Veronis confessoris. » Potius Veroni.

Molan. : « Aurelianis, Pastoris episcopi. Eodem die, passio heati Simonis pueri de Tridente; de quo superius xxiv. « Apud civitatem Astensem. sancti Secundi martyris. Et depositio sancti Veroni confessoris : » Tum litteris minoribus : « Eodem die, natalis sancta[,] Yaxentiæ viduæ, matris sancti Vigilii episcopi Tridentini. » Spectat ad xxx Aprilis. Ita editio prima. In aliis, post Aurel ano, litteris Italicis interjicitur, « Comite utriusque militiæ, et Trajano. » In fine : « In pago Brachbantensi, villa Lembeca, transitus sancti Veroni. Apud civitatem Astensem, • ut supra. « Eodem die, natalis sancuæ Maxentiæ viduæ, matris sancti Vigilii. Aurelianis, Pastoris episcopi. Die trigesima, sancti patris Joannis, qui scripsit Sealma; hoc est Climaci. »

Pridie Kal.

Amos prophetæ, quem Ozias, rex Israel, vecte per tempora transfixum necavit, ac postea semivivus patriam devectus ibique sepultus est. Romæ, sanctæ Balbinæ virginis, filiæ Quirini martyris, quæ post devictum sæculi hujus cursum, sepelitur via Appia juxta patrem suum. In Africa, sanctorum Diodoli et Anesi.

NOTÆ.

Ita Praten., Herinien., Tornacen., Rosweyd., Munerat., Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

Herinien. et Greven. puto esse mendum librarii. Patriam devectus, omissa præpositione ad legunt omnes, exceptis Greveno et Molano; qui etiam pro

Vix quidquam præbet notatu dignum. Timpora in B transfixum legunt confixum. Codex Rosweydi pro Anesi scribit Anesii. Munerat. nomen truncavil, habet enim Ansi.

ORSERVATIONES.

Brevi commentario in Actis nostris expediuntur, quæ de Amos propheta, quem hic primo loco Usuardus nominat, dici potuere ubi necis auctorem clarius distinctum invenies. Certum est, nullum antiquorum martyrologorum, ut sunt Hieronymus, Beda, Florus, Auctor Romani parvi, Ado, Rabanus, Notkerus, Wandalbertus, de eo meminisse. Verosimile est Usuardum ex Isidoro, in Actis citato, ea sumpsisse, quæ hac die de propheta memorat. Eum subinde secuti sunt recentiores cum hodierno Romano. Balbinam accepit Adoex Romano parvo, historiam amplificans, quam Notkerus nonnihil contraxit, Noster brevissime comp.exus est. De sanctæ Balbinæ rebus gestis, idem quod de S. Alexandri Actis judicium fe-rendum cst. Cætera quæ ad ipsam attinent, dabit Ilensehenii commentarius. De Diodolo (quem Baronius Theodulum dicere maluit) ct Aneso disputat/Flo-

PULSANEN., cætera purus, deficit iterum in ultima annuntiatione Diodoli et Anesi.

ANTUERPIEN., MAX-LUBEC., incipiunt : « Amos prophetæ, » resecto toto elogio. Finiunt : « In Africa, sanctorum Diodoli, Anesi, Felicis, Corneliæ et Valeriæ, Porti et Abdæ. » Atque hi socii sunt, quos nuperrime dicebam iu apographis Ilieronymianis reperiri, mutato hinc inde nominum ordine. Suspicari liceat socios illos ab aliquo sciolo fuisse restitutos, sic tamen, ut Usuardo perperam attribuantur. In ANTUERP. pro Balbinæ est Babillæ. Et sic etiam.

ANTUERP.-MAJ. : « Romæ, natale sanctæ Babillæ D virginis, filiæ Quirini martyris. Eodem die, natale Amos prophetæ, quem Ozias rex Israel vecte transfixo per tempora necavit, ac postea semivivus pa-triam devectus, ibique sepultus est. » Hæ duæ annuntiationes, si nomen Babillæ excipias, satis puræ sunt; deest omnino tertia de Diodelo, etc.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJ., LEYDEN., LOVANIEN., ALBERGEN. et DANIC. in Amos et Balbina puri, sic pergunt : « In Africa, sanctorum Dyodoli, Anesi,

rentinius, disputat in Actis laudatus Henschenius: non usquequaque conveniunt. Variant martyrologi alii. Nec hujus loci est de numero aut serie Africanorum istorum martyrum disquirere. Mihi dubium non est, quin Usuardus ex aliquo Ilieronymiano apographo eos primum acceperit, vel solos, vel aliis conjunctos, non solitus examinare, rectene an secus seligeret. Certe lectionem ejus qualemeunque ex unanimi codicum consensu talem existimo, ut clarior haberi non possit. Wandalbertus hic denuo suffragatur, ita scribens:

Diodoli, pridie emicat Anesusque beati.

Porro ex recentioribus Usuardi codicibus, Diodoli et Anesi socios, non eodem ubique ordine enumeratos, statim dabimus.

AUCTARIA.

Felicis, Corneliæ, Valeriæ, Porti et Abdæ. » Apud « Coloniam Agrippinam, natale sancti Agilolphi, ejusdem civitatis episcopi et martyris. » Recurrit etiam infra, sed ut semel dicam remittendus est ad Ix Julii.

CENTULEN. : «Natalis Amos prophetæ, quem Ozias rex Juda, vecte per tempora transfixo, necavit. Romæ, sanctæ Balbinæ virginis, filiæ Quirini martyris In Africa, sanctorum Diodoli, et Anesi. »

BRUXELLEN., purus in Amos, sic pergit : « Romæ, sanctæ Balbinæ virginis, filiæ sancti Quirini marlyris. Quæ postquam a beato Alexandro papa sanata, baptizata et instructa est, plena operibus bonis in virginitate permansit; et hujus seculi cursu peracto, sepelitur juxta patrem suum via Appia, in cæmeterio Prætextati. In Africa, sanctorum Diodoli, Anesi, Felilicis, Corneliæ, Valeriæ, Porti et Abdæ. Apud Coloniam Agrippinam, natale sancti Agilolfi, ejusdem civitatis archiepiscopi. Quem Karolus Martellus, avus Karoli Magni, misit causa pacis tractandæ, ubi crudeliter peremptus et martyrio coronatus, multis

Die 31.

claruit miraculis. Et Romani monachi. » De hoc vide A Anesí, Felicis, Corneliæ, Valeriæ, Porti et Abdæ Prætermissos.

HAGENOVEN. novi aliquid profert : « Apud Samariam, Amos prophetæ, quem Iheroboam rex Israel, quoniam male ei prophetavit, propter ydolatriam quam exercuit, vecte ferreo per tempora transfixit, ac postea semivivus ad patriam suam devectus, ibique a suis honorifice sepultus est. Romæ, sanctæ Balbinæ virginis, filiæ Quirini militis et martyris, quam Alexander papa a morbo struimæ curaverat, Quæ virginitatem Deo vovit. Quæ post devictum etc. In Africa, sanctorum martyrum Diodoli et Anesii, Felicis et Corneliæ, Uleriæ, Porti et Abdæ. Apud Coloniam Agrippinæ, natale beati Agillolfi, ejusdem civitatis episcopi et martyris. »

Aquicinci. in fille addit : «In Britannia, sancti Adelmi episcopi et confessoris.» (Ad xxv Mai.)

PLESCHIONEN. : In Africa, sanctorum Felicis, Anesii et Diodoh.

Marchianen., in fine : « In Britannia, dormitio B venientibus, cellulas non modo diligenti cura ædifisancti Adelmi episcopi et confessoris. »

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJEC. : « Amos prophetæ. Balbinæ virginis, quæ fuit filia Quirini martyris, tribuni suprascripti sepulta apud eumdem.

Codex D. Du CHEVAL. signatus B. : « Apud Coloniam Agrippinam, natalis sancti Agilolfi ejusdem civitatis episcopi et martyris. »

VATICAN. : « Africa sanctorum Anesi, Felicis et Diodoli. » Vide quæ supra de sociis Diodoli et Anesi diximus, ad auctarium secundum.

UGHELLIAN. Post Anesi, addit : Felicis, Corneliæ et Valeriæ, Porti et Abdæ, » Ut supra.

ALTEMPS. : « Apud cœnobium Fontinellensium, translatio sanctorum Wandregisili, Wulframni, Ansberti, a beato Babino episcopo, in ecclesia sancti Petri apostoli. • Ad diem natalem proprium sin-guli remittuntur, in indice Prætermissorum.

FLORENTIN. : « Natale sancti Julii papæ et confes-

texens Hagenoyensi non multum absimile. Sequitur de Amos, pure. « In Africa, sanctorum Diodoli,

martyrum. Apud Niceam Bithyniæ, sancti Arsacii confessoris, ex milite heremitæ, qui dæmoniacum curavit et draconem interfecit. » Est hic, opinor, qui jam non scmel Acharius, Achalius, etc., dictus est, forte Acacius Melitenensis, de quo videndus (lenschenii commentarius.

BELIN., in textu non plane correctus, tertio loco inserit : « Eodem die, Felicis pape et martyris. » Et pro Diodoli scribit Theodoli. De Felice papa agitur xxx Maii.

GREVEN. : « In Africa, Felicis, Corneliæ et Valeriæ, Porti et Andæ. Natale beati Agilolphi, Agrippinensis Coloniæ archiepiscopi et martyris. In Spira, Guidonis abbatis. Parisius, Catullæmatronæ.» Vide Prætermissos. « Apud Niceam Bithiniæ, Arsacii militis, heremitæ et confessoris. Item Amos abbatis in deserto Scythi, patris quingentorum ferme monachorum. Ammonii abbatis, quiad se pro conversione

care verum ctiam propriam cellulam, cum omnibus quæ in ipsa erant, relinquere frequenter solebat. Beatæ memoríæ Bauduini, prioris majoris Cartusiæ. Qui unus ex sociis sancti Brunonis fuit, atque post eum præfatam domum regem, a schismaticis carceri mancipatus quievit. » De tribus hisce ultimis etiam agitur in indice Prætermissorum.

MOLAN., de Agilolfo habet, ut HAGENOYEN. De Felice, ut BELIN. Tum : « Elevatio et translatio sanclorum Wandregisili abbatis, et Ansberti atque Wul-franni archipræsulum. » Vide supra. Postea minori charactere : In Spira Guidonis abbatis primi Pon-posæ monasterii. Cujus corpus, non integrum an-num defuncti, plurimis glorificatum miraculis, de Parmensis civitate magno honore Spiram transtulit Henricus imperator. » Aliæ editiones sit legunt : « Die trigesima prima, sancti et miraculis clari Hypatii, episcopi Ancyræ. » In indice Prætermissorum soris. Tamen festivitas ejus habclur pridie idus C vocalur Gangrensis episcopus, rejiciturque ad xiv Aprilis. » Vide ibi Usuardi textum, etc. Editio LUBECO-COL. incipit a Balbina, elogium Soris. Tamen festivitas ejus habclur pridie idus C vocalur Gangrensis episcopus, rejiciturque ad xiv Novembris. Est et alter Hypatius, de quo vide ibi, Editio LUBECO-COL. incipit a Balbina, elogium

elevatio et translatio, etc. »

MENSIS APRILIS

HABET DIES XXX.

Kalendis

Romæ, passio beatissimæ Theodoræ, sororis illustrissimi martyris Hermetis. Hæc sub Aureliano principe martyrizata, sepulta est juxta fratrem via Salaria, non longe ab urbe Roma. Eodem die, sancti Venantii episcopi et martyris. In Ægypto sanctorum Victoris et Stephani.

NOTÆ.

Pro textu sunt Praten., Herinien., Tornacen., Munerat. Belini prima editio et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

Munerat. et Belin. pro *beatissime*, legunt simpli- D die ex purorum numero excusimus, quia textui adciter sanctæ. Idem Belinushahet sepullaque, et post fratrem addit suum, quod etiam facit Molan. ; ab urbe Romæ pro Roma posuit Tornacen. De cætero, Bgipto, Egypto, Rhoma, Venancii, Martiris, minu-tize sunt. Verbum superest de Greveno quem hoc

nectit : Gratianopoli, beati Hugonis episcopi et confessoris, præfigendo signum LL, quod et alibi recur-rit, ut v et xx Augusti, etc. Debuit ea annuntiatio inter Auctaria relegari, ubi plura de eodem sancto invenies.

OBSERVATIONES.

Romanum parvum hunc mensem sic auspicatur : Romæ, Theodoræ, sororis martyris Hermetis, quæ sub Aureliano martyrizavit, sepulta via Salaria. Ado sanctam brevi sed insigni ornavit encomio, ex quo, quæ in textu dicuntur, ab Usuardo desumpta sunt; Notkerus immutatum transcripsit. Vides hic tribus successive diebus Acta sancti Alexandri auctori Romani parvi, et iis qui eum sequuntur, præluxisse, nam et Theodora hæc inde accepta est totaque Adoniani elogii materia. In hoc vero id præcipue mirandum occurrit, quod ubi locis aliis, eadem Alexandri papæ Acta referens, semper notat Trajani tempora, bic expresse asserat, sub Aureliano imperatore martyrizavisse. Vide quæ dicimus III Maii. De Theodora tacent Hieronymiana, Beda, et qui in ejus serie sunt, etiam Wandalbertus, qui omnes hoc die

Die 1.

quæ cum duabus illis, in Actis conjungitur 111 Aprilis quando de iisdem meminere martyrologi nostri, ut ibi dicemus; nisi fortasse diversæ sint hodiernæ Chionia, Agape, etc., et in numero Heracleensium nominandæ, quod in ambiguo relinquimus. Venantius pure Adonianus est, episcopict marlyris titulis honoratus, cum interim nusquam explicetur, inquit Henschenius, cujus sedis fuerit episcopus, quo perfunctus martyrio, num ei immortuus, an superstes, ut propterea eliam confessor dicatur, ut patebit in Auctariis. Usuardus et Notkerus, nihil ultra indagantes, satishabuerunt Adonis verba transcribere. gantes, satis nabuei un Atomo estati hujus corpus Utrum ex Istria vel Dalmatia Venantii hujus corpus translatum fuerit Romam, examinat Henschenius, sed episcopatum Tolentanum inter fictorum Chroni-

IN HERINIENSI codice, recentiori manu ad marginem ascriptum : « Civitate Gratianopolitana, depositio beatí Hugonis cpiscopi et confessoris. » Satis B certum est hæc ab aliquo Cartusiano monachio addita fuisse.

PULSANEN., secundo loco : « In pago Vinimau super maris transitum, beati Gualerici [Walerici] abbatis et confessoris. Ilic in puerili ætate reliquit patrem suum terrenum, et adhæsit militaturus regi cælesti, Cumque esset senex et plenus dierum, heremiticam vitam diligens, finivit in Domino. » In reliquis plane est purus.

ANTUERPIEN. et MAX.-LUBEC. textui subjungunt : • Eodem die, sancti Walerici abbatis. • Male scribit Max.-Lubec. *Valeriti*.

Albergen., post textum etiam purum : « In pago Vinacensi super mare, beati Walerici abbatis et confessoris. » In LOVANIEN. accedit : « Hic puerili ætate reliquit patrem terrenum, et adhæsit militaturus regi cælesti. » Antuerp, Max., ULTRAJ., LEYDEN., DANIC. et EDITIO ULTRJ.-BELG. supradictis addunt cum Pulsanen. : « Cumque esset senex et plenus C dierum, heremiticam vitam diligens, finitur in Domino. » Posteriores codices scribunt : Vimmacensi,, etc.

CENTULEN. « Romæ, sanctissimæ Theodoræ virginis et martyris, sororis sancti Hermetis, Urbis præfecti. In pago Vimacensi, translatio sancti Walerici abbatis miræ sanctitatis viri. Thessalonicæ, sanctarum virginum etmartyrum [Agapis, quæ in-ferius alia manu apposita est] et Chioniæ sororum InÆgypto, sanctorum Victoris et Stephani. In Sardinia, beati Meritonis episcopi, cujus actus inter homines celeberrimi extiterunt. Eodem die, sancti Venantii episcopi et confessoris. » Duo hodie in Actis Venantii, sed uterque martyr. Vide Observationes.

ANTUERP.-MAJ. in nonnullis CENTULEN. similis, in eo differt, quod de Walerico, Venantio, Victoré et Stephano sileat.

Quam Alexander papa instruxit. baptizavit, atque fidem Christi docuit. In Sardinia, beati Meritonis episcopi, cujus actus inter homines celeberrimi extiterunt. . Cujus fuerit Meriton, vel potius Meliton, vide in Actis. Sequitur : « In Ægypto... » Tum Venantii, etc., « In pago Vinimacensi super marc, etc., » ut supra : sed pro *Anivit*, vel *Anitur*. ponit obdormivit. « Item, beati Hugonis, de ordine Cartusiensium, episcopi et confessoris. » Vide Acta.

HAGENOVEN., in textu nonnihil interpolatus, addit in fine : « Item conversio beatæ Mariæ Magdalenæ. In pago Vimmacensi, etc., » ut ANTUERP.-MAX., etc.; sed pro militaturus, absone scribit, militericiis. « Apud Castrum Silvanectensium, depositio sancti Reguli episcopi et confessoris. Aurelianis, depositio Pastoris episcopi et confessoris civitatis ejusdem.» Perperam hæc posita sunt. Vide dicta superius.

agunt de Agape et Chionia, seorsim ab altera sorore, A corum fabellas merito computat. Victor et Stepianns ex Hieronymianis ab Usuardo solo accepti sunt. diversi, ut recte censuit Baronius, a Victore et Corona, de quibus agitur xıv Maii, sed quorum nuda ferme supersunt nomina. Walericum hoc die posuit Ado, tum Mosandri, tum Rosweydi; posuit ex eo Notkerus, Noster rejecit ad xII Decembris, in quo probatiores codices pro texlu citati, aliique conve-niunt. Dissentiunt alii, quos inter Pulsanen. quem, ut Illustre Martyrologium membranaceum ex Italia allatum, hic prædicat Henschenius, uter duorum verus obitus dies fuerit, satis accurate examinans. Sunt inter codices, ut Centulen. et Ambianen. qui hodie translationem astruant. Plura si cupis, llenschenium consule, nobis sat est evicisse, primævan hanc Usuardi fuisse lectionem.

AUCTARIA.

Rosweyd., in Theodora purus, in cæteris ab Usuardo recedit. Secundo loco habet ex Beda: «In Thessalonia, Agapis et Chioniæ, quæ sub Diocletiano, post carcerem, in ignem missæ sunt, sed non lesæ, post orationem spiritum reddiderunt. » Sequitur de Venantio. Tum : « Natale sancti Quintiniani et Anastasii. Item Walerici abbatis. In Egypto., etc. In Thessalonia, sancti Agapiti, Quirini martyrum. » Ex Hieronymianis.

AQUICINCT. in fine addit : « Sancti Walerici confessoris. » Vide quæ hic non semel dicuntur.

VICTORIN. : « Initium prædicationis Christi. » AMBIANEN. : « In pago Vimacensi, translatio sancti Walarici. » Plures natalem ponunt.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. incipit : « Hugonis episcopi et confessoris. Theodoræ virginiset martyris, sororis sancti Hermetis martyris. Venantii epi-

scopi et martyris. Walerici abbatis. » CAMBERIEN, S. Mariæ : In Sardinia, beati Militonis præsulis et Valerici abbatis. » Recta diei quidem, sed non item loci conjunctio.

In VATICAN., sign. num. 5949, desunt Victor et Stephanus. Adjicitur : « In Thessalonica, natalis sanctæ Ethioniæ, sub Diocletiano imperatore, quæ primo in carcere macerata, postea in ignem missa ibi oratione fusa perrexit ad Dominum, » Puto bic indicari Chioniam.

UGHELLIAN., in fine : « Eodem die, sancti Valerici abbatis. » Vides omnium ferme codicum esse.

ALTEMPS. « In Arm. [Armenia] Partini, Quintia-ni, Victoris, Secundi. Thessal. Ingeniani, Saturnini, Pattinii, Dionysii, Partenii, Alexandri. » Vide nomina mélius in Actis efformata. « Civitate Gratianopolitana, sancti Hugonis episcopi confessoris.

FLORENTIN. : « Transitus sancti Wallarici abbatis et confessoris. » Alia hæc est annuntiandi formula

Editio LUBECO-COL., in Theodora modicum inter-D differt, quod de Walerico, Venantio, Victoré et Bephano sileat. BRUXELLEN. de Theodora, textui interserit : D beati Wallerici abbatis et confessoris, cujus sepul-Ouam Alexander nana instruvit bontizouit atous crum crebris miraculis illustratur. Ipso die, sancti Ilugonis episcopi et confessoris, ordinis Cartusiensium. In Sardinia, heati Militonis episcopi et confessoris, cujus actus intra homines celeberrimi extiterunt. In territorio Trecassino, sancti Leuthonii episcopi et confessoris » In Actis vocatur Leuconius.

BELLINI editio altera. textui puro subjicit : « In Armenia, natale beati Partini, Quinciani, Victoris, Secundi. In Eraclea civitate, Victoris, Chionia, Secundi. In Eraclea civitate, Agapæ et Hyrenæ, In Thessalonica, Ingemanæ, Se-turnini, Paterni, Dionysii, Panterii, Alexandri.• Ex Hieronym. accepti sunt, in Actis omnes melius et distinctius expressi.

GREVEN. post signum LL, et supra citata verba, « Gratianopoli, beati, Hugonisepiscopiet confessoris ; » adjungit : «Hugo iste vir sanctissimus, vidit in solitudine artusiæ Deum dignationi suæ habitacula construentem, septemque stellas ducatum sibi iti-

neris præstantes : post quam visionem statim affuit A gore micabat. Gilberti episcopi Cathanensis et con-Bruno cum sex sociis, locum quærens heremiticæ vitæ congruum. Quos Hugo susceptos in locum sibi divinitus ostensum duxit; consiliis et auxiliis fovit, ac inter eos velut unus ex eis conversabatur. Tandem plenus dierum et sanctitatis quievit in pace. Quintiani martyris. In Armenia, Partini, Victoris. In Sardinia, beati Militonis, episcopi et confessoris. In pago Vimmacensi super mare, sancti Walerici abbatis, discipuli beati Columbani. Hujus vitam sanctissimam Vincentius lib. xxIV, cap. 21, perstringens, dicit inter alia quod cjus benignitas et humilitas modum excedebat. Intantum divina compunctione et gratia plenus erat, ut quotiens discipulis prædicaret, vel Deo psallens cælum aspiceret, totiens lachrymas effunderet. Facies quoque ejus pallida et macie confecta, cum per eum Dominus lan-guentibus curam conferebat, vel futura prædicebat, aut, occulta revelabat, roseo colore nimioque ful-

fessoris. Item beatæ memoriæ Hugonis archiepiscopi Viennæ, qui ex monacho Cartusiæ, sancto Hugoni in cpiscopatu Gratianopolitano primo, ipso vivente successit, ac postea ob vitæ suæ meritum, Viennensis archiepiscopus factus quievit in pace.» Est inter Prætermissos. «Ipso die, bonæ memoriæ Hugonis abbatis Bonæ Vallis, ordinis Cisterciensis.» Item «beatæ Gertrudis.» An Genetrudis : Vide Præ termissos.

MOLANUS: « Gratianopoli, beati Hugonis episcopi et confessoris, qui anachoreticam vitam exegit multis annis et miraculorum gloria clarus migravit ad Christum. Ipso die, sancti Valerici confessoris. » In editionibus aliis, de Hugone eadem, de Walerico autem : « Ipso die, translatio sancti Vualerici confessoris, cujus sepulcrum crebris miraculis illustratur. » Jam notavi ab aliis natalem scribi, uti hodie in Actis refertur. Vide Henschenium.

IV Non.

Apud Cæsaream Cappadociæ, passio sanctæ Theodosiæ virginis, quæ Diocletiani tempore ultro se confessoribus in custodia socians, tenta et nichilominus in equuleo cruciata, Dei virtute post de vinculis, aquis, bestiis eruta, novissime martyrium capitis abscisione complevit. Eodem die, natalis beati Nicetii Lugdunensis episcopi, cujus vita miraculis claruit, et pretiosa mors nichilominus miraculis commendatur. Apud Palestinam, a sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ peccatrix appellatur. [Addit Bouillart. : Item sancti Eustasii abbatis monasterii Luxoviensis.]

NOTÆ.

Ita Tornacen., Pulsanen., Antuerpien., Max.-Lu B ject., Leyden., Lovanien., Albergen., Danic. et edit. bec., Munerat., Greven. et Molan. Accedunt Ultra Ultraj. Belg.

Sirmondus olim legerat Mariam Ægyptiacam tertio loco. quarto autem S. Eustasium. Postea Castellanus ad Sollerium scripsit, Mariam Ægyptiacam expunctam esse et Eustasium ejus loco positum. Equidem doleo vicem auctoris, qui alienis oculis utitur. Nam quo pacto hæc conciliari possunt? si Mariam Ægyptiacam legit Sirmondus, quomodo expuncta est? si expuncta est, quomodo Sirmondus legit? Ego enimvero, si loco Sollerii fuissem, vel hoc solum fecisset, ut aullam Castellani oculis ha-

VARIANTES LECTIONES.

Nichilominus in hoc textu bis repetitur immista utrobique littera c quam exprimunt Tornacen., Pulsanen., Antuerpien., Max. Lubec., Munerat. et alii. Quam scribendi rationem, ut ut vitiosam, minutiarum hujusmodi antiquarum curiosis servandam putavimus. Greven. et Molan. legunt vinculis et bestiis, omissa voce aquis. Reliquimus etiam abscisione, ut habent codices fere omnes, non abcisione ut Greven. et Molan. In Munerato pro Nicetii est Nececii, archiepiscopi, pro episcopi. Item Munerat. et Molan. repetunt particulam et, majoris quasi emphasis gratia, cujus et vita: ut in Adone legitur. Tornacen. omittit miraculis ante commendatur, in quo tamen vis aliqua esse videtur. In Palestina scribunt aliqui, plerique tamen, Apud Palestinam. Munerat omisit sanciæ, Greven. et Molan, legunt bertæ. De mendis scriptoriis alibi dictum est. Palestinam scripsi ut habent codices omnes. His præmissis, superest Variatio præcipua.

Etenim de celebri peccatrice Egyptiacu dubitari

OBSERVATIONES.

ipsum Cæsariensem, lib. de MM. Palestinæ, cap. 7 cujus breve encomiúm Actis Latinis omnibús prætulit Henschenius, apud quem plura exstant ex Menæis aliisque Græcis monumentis, quamvis non eodem die, desumpta. Ex his autem minime dubium rolinquitur, quin Theodosia acerbis atque horrendis tormentis excruciata fuerit Cæsarea, non Cappadocia, sed Palestina, ut sequenti die clarissime ce-

Egregium præconem habuit Theodosia, Eusebium D lebrant Hieronymiana omnia a Florentinio edita : Cæsareæ Palæstinæ, natalis sanctæ Theodosiæ virginis; ubi videri potest laudati Florentinii notatio, ex qua forte solvi poterit difficultas ab Henschenio proposita de Dominica Resurrectionis, in qua Secundum Eusebium, Theodosia nostra martyrium subiisse dicitur, sed quæ cum expresso persecutionis Diocletianæ anno quinto, nec u nec ui Aprilis coalescere potuit, ut etiam expendit Tillemontius tomo

Die 2.

berem fidem. Jam Sollerium doceo, quomodo habeat codex hoc loco. Duæ ultimæ syllabæ verbi commendatur, tota Mariæ Ægyptiacæ commemoratio, et hæcverba, item sancti Eustasti in litura versantur: existis autem, abbatis monasterii Luxoviensis, primum in marginem interiorem excurrit, reliquá duo in inferiori margine. Omnia eadem manu, sed alio atramento; alio autem, quia ut opinor, primum fugerc incipiebat. BOUILLART.

posset, utrumne ipsa ab Usuardo ipso hoc die sacris Fastis primum ascripta fuerit, nisi codices saltem

plerique, tum ex antiquis, tum ex recentioribus in

id magno consensu conspirarent. Interim in apo-

grapho nostro Pratensi mira hodie lectio; nempe

tertio loco Egyptiaca Maria, et quarto Eustasius

Luxoviensis. Sirmondiaciem, dum præfatum ecgra-

phum recenseret, aliquid effugisse necesse est; nam,

qui in mei gratiam prætensum autographum non

semel studiose lustravit Glar. Castellanus inductam

Mariam, novissime testatur his vertis, ex Gallico

Latine redditis : Secunda Aprilis, sancta Maria *E*-

gyptiaca_expuncta, et sanctus Eustasius, ejus loco

positus. In Herinien, Rosweyd, et Antuerp.-Max.

nulla hodie *Ægyptiaca* memoria, in 1x Aprilis trans-

lata, ut ibi dicemus. Atque ex his aliisque codicibus profluere potest dubitatio, non tamen ila fundata, ut

laterculi germanitatem evertat, quam veram cense-

mus esse et simplicem.

V, pag. 85. Interim textus nosteraliunde profluxisse A perspicias, quantum et re et stylo Florus ille ab videtur; nam auctor Romani parvi ita primus lo-cutus est: Apud Cæsaream Cappadociæ, sanctæ Theodosiæ virginis et martyris, capitis cæsæ. Varia tormentorum genera ab Adone enumerantur, et ex hoc a Notkero : Noster non omnia complexus est, illudque imprimis recte cavit, ne Cæsaream Cappadociæ, urbem maritimam faceret ; studio id an casu, non divino, certe in tota nostra Maryrologorum serie signatur ea positio, quæ nec in ipsis Actis Latinis reperitur, in quibus aquæ ac in Eusebio, palæstra vere dicitur Cæsarea Palestinæ. Rabanus, dum die sequenti cum longiori historia Theodosiam recolit, simpliciter legit Casaream, ac si dubitaret, ad quam Cæsaream virgo revocanda sit. Wandalbertus etiam die sequenti, Evagrio et Benigno Theodosiam subjunxit

Atque pari fulget Theodosta virgo nitore.

tus, abest etiam a Romano parvo. Certum tamen est reperiri in omnibus Hieronymianis apographis apud Florentinium, ultimo vel penultimo loco signatum. In Adone primo loco ponitur, sub vulgari lauda-tionis formula, ab Usuardo et Notkero ad verbum translata. Alia phrasi a Floro ornatus est, nempe; Qui vir totius sanctitatis, conversationis castissima charitatis eximiæ vita perfunctus est; ut hic denuo

DE PRATENSI et HERINIENSI nihil ultra dicendum.

Rosweyd. immiscet secundo loco : « In Africa, Amphiani et Victoris martyrum, et aliorum martyrum decem. » Quidni quatuordecim, ut diserte legunt Hieronymiana, ex quibus priores duo accepti sunt. Sequitur Nicetii pure. Et in fide; « Item sancti Eustachii abbatis monasterii Luxuviensis. » Intelligit *Bustasium*, de quo jam sæpe; sed omittit annuntiationem tertiam de Maria Ægyptiaca, quæ etiam deest in codice ANTUERP.-MAX.; cæterá puro.

CENTULEN: « Natale sancti Nicetii Lugdunensis episcopi. In Achaia civitate Thomis, sanctorum Evagrii et Benigni. » Achaiam pro Scythia posuit, et hoc die perperam retulit, quod ad sequentemspectat, uti Theodosiam in crastinum differt, quæ hodie consignanda est.

ANTUERP.-MAJ. : « Natale sancti Nicetii, Lugdunensis episcopi et confessoris. Apud Palestinam, depositio beatæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ peccatrix appellatur ; cujus actus valde mirabiles et omni laude digni inveniuntur. » De Theodosia etiam die sequenti.

BRUXELLEN., in Theodosia et Nicetio satis purus, in fine addit : « Et sancti Eustachii abbatis. Item Urbani episcopi. » Lingonensis, opinor, de quo vide Auctaria xxui Januarii. Adjectum porro recentiori D simi inveniuntur. Itemapud Comum, sancti Abundii manu ad primum locum asterisco remissum, ut sequitur : « Apud Palestinam, depositio beatæ Mariæ Ægyptiacæ, cujus, primo peccatricis, conversio mirabilis fuit, pænitentia strenua et Deo valde accepta. »

HAGENOYEN. In Theodosia utcumque purus, de Maria Ægyptiaca longiorem historiam, ut aliis locis ex singulari pietate solet, seu vitæ compendium. attexit, sed quod hic non videtur describendum. Tum : « Eodem die, sancti Nixecii Lugdunensis episcopi, cujus vita miraculis claruit et virtutibus insignis [fuit]. »

AQUICINCT. ex eorum numero est, qui Mariam Egyptiacam differunt ad IX Aprilis.

lictorin. et Reg. Sveciæ, signatus num. 130. Nescio quos hic sanctos in unum congregent, quibus in indice Prætermissorum proprius singulis dies assignatur. Ita habent in fine : « Eodem die, sanctorum Usuardo nostro remotus sit. Cætera vide apud Hen-schenium, cum Vita ex Greg. Turonensi ab eo recensita. Wandalbertus, haud dubie metri gratia, ex Nicetio format Nicetum, solum ipsum ita hoc die celebrans :

Lugduni quartis Nonis sacer urbe Nicetus.

Latinis martyrologis ignota fuisse videtur, de cætero notissima, Maria Egyptiaca, a nemine Usuardo antiquiore aut æquali, in sacros Fastos relata. Quod enim nomen ejus in Adone Mosandri legatur ix Aprilis, recte, mea quidem sententia, a Rosweydo rejectum est ; idque vel ea ratione mihi probatur, quod a Notkero, fideli passim Adonis assecta, omnino inscriptum non fuerit. Itaque Usuardo soli tribuenda est præfata Maria cum peccatricis titulo, nescio unde deducta, nescio qua causa hujus diei laterculo inserta, cum a Græcis, Zosima Nicetius Lugdunensis, Bedæet Rabano præteri- B presbyteromonackoconjuncta, diversimode colatur, imo necipsi quidem codices Usuardini sibi satis constent, quemadmodum in Variantibus dictum est, patebitque deincepsex Auctariis ix Apriliset alibi.De hac sancta egregie meritus est Papebrochius, variis dissertationibns ætatem ejus eatenus male subductam, aliaque ad ipsam spectantia feliciter eruenscuriose digerens et copiose illustrans. Hæc pro nostro instituto abunde sufficiunt.

AUCTARIA.

Herenei episcopi, Andochii presbyteri, Benigni presbyteri, Tyrsi Diaconi, Felicis negotiatoris.

DAVERONEN. : « Turonis, translatio beati Antonii confessoris. » Vide Prætermissos. Colitur i Maii.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTAJECT. : « Nicetii Lugdunensis episcopi. » Nihil præterea.

ALTEMPS, : « Turonis, beati Antonii confessoris. Item sancti Eustasii abbatis Luxoviensis. »

FLORENTIN. : « Item sancti Niceti Lugdunense spiscopi, cujus vita virtutibus et miraculis claruit. Item apud Comum, sancti Abundii episcopi et confes-soris. » Hic in impresso deest.

Editio LUBECO-COL. Adonis elogium de Theodosia, scd valde interpolatum exhibet. In Nicetio puraest. « Apud urbem Palestinam, depositio sanctæ Mariæ, » etc.

BELIN. In utraque editione de Maria Ægyptiaca agit secundo loco. Tum : « Eodem die, natale Nicelii [in 2 Niceni] Lugdunensis episcopi. » In priori : « Item sancti Abundii episcopi et confessoris. » In posteriori : « Item apud Comum, » etc.

GREVEN. : « Amphiani, Victoris, Urbani, Nierti martyrum. » Disparatorum conjunctio. « Barlaam heremitæ et confessoris. » Ignotus est, nisi is sil, qui cum Josaphat colitur xxvII Novembris.

MOLAN. de Maria Egyptiaca immediate subdit : « Cujus actus valde mirabiles et omni laude dignisepiscopi et confessoris. Commemóratio venerabilium Christi confessorum Ursmari et Ermini, quando a Hungris liberati sunt Laubienses .» Sequitur minoribus litteris : « Eodem die, sancti confessoris Francisci de Paula, ordinis Fratrum Minimorum initiatoris : qui inter cæteros Christi athletas suis meritis et exemplis, divina cooperante gratia, sanctam Ecclesiam multipliciter decoravit, præsen-tisque temporis caliginem suæ lampadis fulgoremirabiliter illustravit, quique innumeris in vita pariter et post mortem miraculis claruit. Hunc Lco X sanctorum catalogo ascripsit. Sanctæ Musævirginis, de qua in Dialogis Gregorius. Hoc die obiit Nodgerus Leodiensis episcopus, cujus gesta præclara habentur.» Vide indicem Prætermissorum. Posteriores editiones de Maria et Abundio, ut supra. Dein: «In Gallia agro Turonensi, sancti Francisci de Paula, Calabriæ oppido, ordínis Minimorum fundatoris. Christi confessorum Ursmari et Ermini, quando a Hungris liberati sunt Laubienses, per merita eorum.» Rursus typis minoribus : « Lingonis sancti Urbani episcopi et confessoris, magnarum virtutum viri, qui vineas precibus suis sæpius conservavit. Apud Cæsaream Palestinæ, passio alterius Theodosiæ, vir-

III Non.

In Scithia civitate Thomis, natalis sanctorum Evagrii et Benigni. Thessalonicæ, passio sanctarum virginum Agapis et Chioniæ sub Diocletiano, quæ primo in carcere maceratæ, post in ignem missæ, sed intactæ a flammis, post orationem ad Dominum fusam, animas reddiderunt. Apud Tauromenium Siciliæ, beati Pancratii.

NOTÆ.

Ex Praten., Herinien., Pulsanen., Antuerp, Max-B Leyden., Lovanien., Danicus, et edit. Ultraj.-Belg. Lubec., Munerat., Belin. prima editione, Creven. Deficit Albergen. in solo Pancratio. et Molan. Accedunt Antuerpien.-Max., Ultraject.

VARIANTES LECTIONES.

Scithia scribunt probatissimi codices Pratens., Herinien., Pulsanen., Munerat., Greven. et alii. Mo-lan. habet Schytia; Belin., Schitia; Antucrp., Scicia aliorum modi sunt varii, nullus recte legit Schylia. Priores codices in textu secuti sumus. Item in Thomis, qualiter scribunt omnes. Munerat. pro *Bragri*-posuit *Bragii: Chiomæ*, pro *Chioniæ*; Pulsan., *Cyo-niæ*; Greven., *Scioniæ*. Major defectus in Antuerp.et Max.-Lubec. ubi sic legitur : Sub Diocletiano in ig-

OBSERVATIONES.

Tota *Bvagrii* et *Benigni* distinctior notitia ex Martyrologiis nostris promanat. Sic hodie secundo loco legit Romanum parvum : Tomis, Evagrii et Benigni. Textus Usuardinus, non multo amplior, ex Adone desumptus est, et iisdem ferme verbis a Notkero quoque descriptus. Nihil de ipsis Beda, Florus aut Rabanus. In Ilieronymianis vero magna perplexitas, C riora, imo unice authentica existimaverant. Habuit qua non facile sese expedit Florentinius. En textus varios. Epternacence ponit : In Sicilia, natale Brari, Benigni... sex alii nominatim exponuntur. Corbeiense : In Sicilia, natale sacctorum Thoma Evarri Benignæ, et rursus aliorum sex. Lucense: In Nicea, natalis sanctorum Thomæ, Bragri, Benigni; adde commilitones quinque. Hæc, si possis, apté concilia. Et quidem hectenus primo loco. At quid sibi modo vult in iisdem codicibus, quod in fine legitur Theumis, vel Eumis, vel Heumisiter; Evagri et Benigni? An iidem illi, an a primo loco appellatis diversi? Postremum censet Florentinius; primum Henschenius: tu cui volueris accede; nobis certum est, nostros legisse, ut in textu retulimus; quibus accinit Wandalbertus.

Evagrius ternis splendet martyrque Benignus.

In Braclea civitate, Victoris, Chioniæ, Agape et *Herenei*, legunt Hieronymiana 1 Aprilis, : et ejusdem D mensis v In Thessalonica, natalis sanctarum virgi-num Chioniæ, Herene et Agape; utro die melius, Florentinii arbitrio relinquo. Dictum est in Observationibus 1 Aprilis, dubitari posse, an utrobique de iisdem agatur, quod hic examinare non lubet, dum alia expendenda supersunt. A Romano parvo sic hodie primo loco scribitur: Thessalonicævirginum Agapes et Chionia. Beda ad 1. Aprilis rectius fortasse titulum virginis omiserat, in quo eum presse secutus est Rabanus. Bedæ verba descripsere Ado, ex hoc Usuardus et Notkerus, qui cum præcursore, virginis, vel potius virginum appellationem retinent, imo ultimus Irenem adjunxit, quam rursus cum longiori elogio repetit v Aprilis, ut ibi ex nostris serino iterum recurret. Id jam præcipue attendendum est, Bedæho-

Habet hic TORNACENSIS codex peculiare auctarium cæteris omnibus, præterquam Molano incognitum. Sic seribit : « In monasterio Altovillari, translatio

nem etc., mediis vocibusomninopræteritis. Contra Pulsanem. Excedit dum post a fammis, interjicit permanentes. Fusas pro fusam, in munerato typographi, fallor, vitium est, sicut in Max.-Lubec. Thauromentum, pro Tauromenium ut habent codices Hieronymiani. Iidem ipsi pro Pancratii habent Pan-cracii ; Pulsanen., Panchratii : altera Belin. editio addit., Pancratii martyris.

diernum, et illud Notkeri elogium, quod v Aprilis ponitur, exiis Actis desumpta esse, quæ olim proconsularibus ipsis supposita, usque adeo Henschenio placuere, ut illa hisce prætulerit, contra Sirleti, Lipomani, Surii et Baronii judicium, qui omnes Græca ipsa ex codice Cryptæ-ferratæLatine reddita sinceharum rerum longe peritissimus arbiter magister noster rationes suas cur ita statueret lego et expendo, nec tamen tales invenio, ut non potius Sirletiana præhabenda censeam, adeoque cum doctissimis recentioribus fateri cogar hac saltem vice, virum alias perspicacissimum nonnihil dormitasse. Præjudiciis non agimur, veritatem unice sectamur, eique repertæ ultro cedimus, ultroquo hic cum Baronio ad annum ccciv, a num. 40, aliisque citatis, præfatorum Actorum proconsularium germanitatem agnoscimus ; de qua vide erudite tractantem Ruinartium inter Sincera et Selecta a pag. 419 et Tillemontium tomo V. a pag. 240. Porro insignium harum martyrum certaminis diem, ex laudatis Actis sic de-finiendum putamus, ut Irene 1 Aprilis coronata fueritaliæ diebus aliquot citius, proindeque exeunte Martio. Expressus autem dies Kalendarum Aprilium, antiquiores martyrologos induxerit ut omnes eodem die consignarent, quos secutus est Wandalbertus, de solis duabus prioribus expressius loquens, et forte tertiam per verbum socia indicans :

> Virgineo insignes Agape et Chionia serte Aprilis socia sacrant sibi jure Kalendas.

Tertia item nostra, Hieronymianorum annuntiatio est: Apud Thauromenium in Sicilias, natalis sancti Pancratii; et hoc ferme modo, absque ulteriori elogio, imo brevius ponitur a Romano parvo, Adone, Usuardo et Notkero ; reliquis martyrologis aut ignotus, aut præteritus. Primum fuisse Siculorum apostolorum, recepta opinio est : vide quæ de co diligenter collegit et ab apocryphis discrevit Henschenius. Satis nobis sit, ipsum, æque ac reliquos in textu relatos, vere Úsuardinum esse.

AUCTARIA.

corporis sancti Madelupi sacerdotis. » Videquæ in indice Prætermissorum observata sunt. Cætera dicentur xx Decembris.

902

1

Lobiis, commemoratio meritorum venerabilium A ginis Tyriæ; quam libro octavo scribit Eusebius Cæsariensis. Hoc die transitus viri Dei Nodgeri episcopi Leodiensis, cujus præclara gesta habentur. » Non alia est ista Theodosia, ab ea quæ in textu refertur. Fefellit Molanum diversa positio, seu locus martyrii. De variis personis sub Notgerii nomine confusis, vide Prætermissos x Aprilis.

Die. 3

Rosweyd. in Evagrio et Benigno, atque item Pan, A sancti Hærenis virginis, et primo in carcere pervaria cratio purus est. De Agape et Chionia egit i hujus, ut ibi diximus.

CENTULEN. : « Cæsarea Cappadociæ, sanctæ Theodosiæ virginis. Apud Tauromenium Siciliæ, beati Pancratii martyris. Turonis, sancti Antonii confessoris. » Vide Auctaria die præcedenti.

ANTUERP.-MAJ. agit de sola Theodosia cum elogio ferme ex Adone desumpto.

BRUXELLEN. puritati hodie proximus est. Incipit ab Agape et Chionia. Tum de Evagrio et Benigno : Apud Tauromenium civitatem Siciliæ sancti Pancratii martyris. »

HAGENOVEN. in prima, et secunda annuntiatione purus, tertio loco habet de Nicetio, ut nos pridie. Sequitur de Pancratio, pure. Tum : « Item in Anglia, Richardi episcopi. In Alsatia, sancti Florentii episcopi et confessoris. » Inter Prætermissos remititur ad vn Novembris.

addunt : « In Cæsarea Palestinæ, sanctæ Theodosiæ. »

MARTRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. : « Theodosiæ virginis et martyris gloriosæ, cujus varia tormenta et victoriæ leguntur. Agapes et Chioniæ virginum et sororum martyrum. »

VATICAN., signatus num. 5949, in fine : « Nicomediæ, sancti Donati. » Vide Acta.

Editio LUBEGO-COL. in prima annuntiatione pura est, tum sic pergit : « Thessalonicæ, passio sanctarum yirginum Agapis et Chioniæ, sub Diocletiano imperatore, Comite Sisinnio ; quæ erant sorores

Il Non

Mediolani, depositio beati Ambrosii episcopi et confessoris, cujus studio inter cætera doctrinæ et miraculorum insignia, tempore Arriaæ persidiæ, tota Italia ad catholicam fidem conversa est. Apud Hispalim, depositio sancti Isidori antistitis.

NOTÆ.

Ex Praten., Herinien., Tornacen., Pulsanen., Antuerp. Max.-Lubec., Munerat., Belin., Greven. et

VARIANTES LECTIONES.

Antuerp. et Max.-Lubec. scribunt Medialano, uta C. Hyspalim, pro Hispali, et Hysidori pro Isidori Tor-Beda et aliis factnm subinde patebit. Arrianæ legunt omnes, malim Ariana, sed codiees secutus sum. Greven, voces transposuit ad Adem Catholicam. Pejus Molanus Catholicam omisit. In Pulsanensi est

Quo vere anno, quo die consignandus sit magni Patris Ambrosii obitus, inter eruditos controvertitur; et quamvis hoc die in Actis, Ambrosiana omnia remissa sint ad vu Decembris quo per totam Ecclesiam festivius recolitur inclytissimi Doctoris memoria; voluit tamen Henschenius exercitatione singulari, ante tomum I. Aprilis pag. 38, disputationi quodammodo proludere opinionem suam ut alii, inquit, potius suam ferant sententiam) prævie ex-ponens, qua ex Marcellini Comitis Chronico, cum expressa Consulum nota pluribusque aliis monumentis, præsertim Mediolanensibus, evincere conatur, Ambrosii obitum, non adıv Aprilisanni cccxvii ut D diolano, depositio sancti Ambrosii confessoris; ubi contra antiquissimam Mediolanensium traditionem statuerat Baronius, sed ad xvII Aprilis annicccxcvIII referendum. Contra Henschenium stat major recentiorum numerus, quos inter tono dccretorio Pagius, ad annum cccxcvii, a num. 19, et modestior Tillemontius tomo X, nota 56, a pag. 761, pro Baronii sententia, ex ipsa etiam martyrologorum nostrorum auctoritate, acrius decertant. Video militare utrimque gravia rationum momenta, graviora fortasse, quæ favent Martyrologiis: sed de ultimo librationis scrupulo judicium ferent, qui mensem Decembrem de Actis elaborabunt successores nostri; nos hic in Martyrologiorum cancellis hærebimus. Inter Hiero-

Molan. Adde Antuerp.-Maj. et codices omnes mediæ notæ, de quibus infra.

nacen., Antuerpien., Max.-Lubec. et Muneratus habent Ysidori. Greven. et Molan. pro sancti, ponunt beati, pro antistitis, episcopi, quod postremum etiam habet Belinus.

OBSERVATIONES.

nymiana, solus codex Corbeiensis, in fine laterculi attexuit, quod litteris aliis, tanquam purum additamentum, distinxit Acherius : Mediolano, depositio sancti Ambrosii episcopiet confessoris. Hoc certius est, notari Ambrosium in Hieronymianis omnibus xxx Novembris, sub hac fere formula : In Mediolano, sancti Ambrosii episcopi, de perceptione baptismi Et in solo Lucensi apographo, in Decembris : Natalis sancti Ambrosii. At vero die vu ejusdem mensis De cembris, nullus eorum codicum Ambrosium nominat Ad diem obitus accedamus. Ven. Beda primus hoc die Iv Aprilis Ambrosii solemnitatem celebrat : Mene mireris, titulum episcopi reticeri, nam id Bedz satis familiare esse, ex non uno deinceps loco co-gnosces. Florus de suo addidit : Qui ingentibus doctrinis coruscavit et virtutibus. Rabanus legil : Mediolano depositio beati Ambrosii episcopi el comfessoris cujus vita et doctrina insignis prædicatur Bcclesia. Sed et hic Ambrosium ex Hieronymianis repetit xxx Novembris; nulla baptismi facta mentione. Sic autem in serie nostra habet Romanum parvum : Mediolani, beati Ambrosii episcopi el com jessoris. Breve, sed elegans Adonis elogium, ex Hieronymo acceptum, a Baronio IV Aprilis et rursus vn Decembris, in notationibus ad Martyrologium

tormenta maceratæ, deinde in ignem missæ, sed intactæ permanentes a flammis, post orationem ad Dominum fusam, animas cælo reddiderunt. Apud Thauromenium civitatem Siciliæ, sancti Pancratii episcopi et confessoris [Melius dixisset martyris]. Eodem die, sancti Richardi episcopi et confessoris. »

GREVEN. : « Nicomediæ, sancti Donati. Item sanctorum Sixti, Benigni, Rufl, Patricii. In Anglia, sancti Richardi episcopi Cicestrensis et confessoris, Burgundoforæ abbatíssæ et virginis. » De hac et Sixto cum sociis, vide Prætermissos.

MOLAN., litteris parvis : « In Anglia, sancti Richardi episcopi Cicestriensis et confessoris. Burgundoforæ abbatissæ et virginis. Sancti patris ac confessorisNicetæ, in quemorationem funebrem scripsit Theosterictus, illius beatissimi viri discipulus. » In editionibus aliis post Pancratii, litteris Italicisim-VICTORIN. et REC. SUEC., sign. num. 130, in fine B mediate subdit; «episcopi, ab Archagano pagano dunt: «In Cæsarea Palestinæ, sanctæ Theodo- interfecti, cujus Vitam scripsit Evagrius ejusdiscipulus. » Sed quæ passim ut fabulosa repudiatur. Vide Henschenium hic et Tillemontium tomol, pag. 190. « In Anglia, Richardi, » etc, ut supra. « In monașterio Altovillari, translatio corporis beati Madelupi sacerdotis. Die tertia, sancti patris Nicetæ, ducis monasterii Medini. » Rursus charactere alio : « Item depositio beatæ Burdegundæforæ virginis et abbatissæ Evoriacensis, de qua in Vita beati Columbani abbatis. » Jam diximus consulendum catalogum Prætermissorum, in quo remittitur ad vn Decembris.

D.e. 🛦

explicatum, in textu nostro ad verbum describitur; A post eruditas Baronii, Hermantii, Tillemontii, PP-Notkero, præter morem, Viennensis phrasim mul-Benedictinorum S. Mauri, aliorumque de incomtum amplificante. Atque hi omnes Ambrosi natalem boc die unanimiter collocant, suffragante etiam Wandalberti versiculo :

Ambrosius pridie (Nonas) æthercum penetravit honore.

905

De Ordinatione vero, VII Decembris, nullus est, qui vel verbo meminerit. Quæro primam solemnioris illius festi in universa Ecclesia institutionem, verum nec apud Baronium, nec alibi satis certa primæ ejus originis vestigia hactenus deprehendo, præter ea, quæ subobscure ab Henschenio in laudata exercitatione cursim indicantur. Plura scrutari, hujus loci non est, remitti commode possunt ad prædictam diem VII Decembris, ubi in Actis,

ANTUERP.- MAJ., ANTUERP.- MAX., ULTRAJ., LEYDEN., B LOVANIEN., ALBRRGEN., DANIG. et EDITIO ULTRAJ-BELG. puris omnes codicibus annumerari possent : etenim de Isidoro Hispalensi hæc solum textui puro

superaddunt : « Fide et doctrina præcipui. » Rosweyd. Ita legit : « Mediolanis, depositio beati Ambrosii episcopi et confessoris, qui de laico, Arianis simul et Christianis conclamantibus, electus est episcopus, cujus studio... » Cætera pura sunt usque ad finem laterculi.

CENTULEN. : « Mediolano, depositio beati Ambrosii ejusdem civitatis archiepiscopi, cujus studio, » etc., pure. « In Hispaniis civitate Hispali, sancti Ysidori episcopi et confessoris, vita et doctrina illustris viri.

BRUXELLEN. : « Mediolani, depositio sancti Ambrosii archiepiscopi et confessoris. Qui præses existens, nondum baptizatus, consensu totius populiin archiepiscopum electus, annuente et jubente Valentiniano imperatore, gratiam Baptismatis simul et C episcopatus dignitatem percepit. Cujus studio, tempore Arrianæ perfidiæ, tota Atalia ad catholicam lidem conversa est. Hujus Vitam beatus Paulinus Nolanus episcopus ad beatum scripsit Augustinum [recenti manu, episcopum]. Apud Hispalim, depositio sancti Ysidori Ilispalensis, insignis episcopi, fide et doctrina præcipui. Qui inter cetera sua opuscula, librum naturalis historiæ, quem Ethimologia-rum nominat, ordinans, seculi ætates diligenter distinxit. » Quænam Chronici Isidoriani et libri Etymologiarum affinitas sit, vide in Dissertationibus historicis Labbei tomo I, pag. 645.

HAGENOVEN. longum nimis pro instituto nostro de sancto Ambrosio sermonem texit, ubi inter alia non satis probata immiscet, quod Valentiniano imperatori restiterit, etingressum ecclesi # illi prohi-buerit, quæ ad Theodosium referenda, vulgo notum est. Hæc et similia, prætermittenda censuimus. Tum : » In Hispania, apud civitatem Hispalem, de-positio sancti Ysidori episcopi et confessoris, fide et doctrina præcipui. »

parabili fidei Zelatore lucubrationes, totius vitæ series operosius et accuratius digeretur.

Nullus antiquorum martyrologorum Isidori Hispalensis meminit, unde verosimillimum est, eum ab Usuardo ex Ilispania, quo ad procurandas sancti Vincentii reliquias profectum novimus, in Gallias primum allatum, cum aliis tum confessoribus, tum martyribus, præsertim Cordubensibus, ut suis locis observare non negligimus. Reliqua ex Actis require, ubi Henschenius diligentissime contulit, quidquid de nobilissimi antistitis sanctitate, cultuet doctrina Nicolaus Antonius, aut scriptores alii Hispani melioris notæ suggerere potuerunt, quibusjungenda appendix in eodem tomo, pag. 900.

AUCTARIA.

MATRIC-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Isidori Hispalensis episcopi et doctoris, eximii, qui multos ededit

libros, quorum quidam sunt satis noti. » In Vatican., signatus num. 5949, deest isidorus. Adjectum : « In Syria, sanctorum Taraci, Andronici et Probi. » De his etiam alibi; remituntur ad xI Octobris.

ALTEMPS. addit : « Ipso die, depositio sancti Se-nerthi episcopi. » In Actis prætermittitur, curioso indagatori propositus.

Editio LUBECO-COL. in elogio Ambrosii post confessoris inseritur. « ac doctoris Ecclesiæ catolicæ præcipui, cujus studio... Apud Hispalim, depositio sancti Isidori antistitis, viri fide et doctrina præcipui, fratris beati Leandri, ad quem [Leandrum] beatus Gregorius sacram expositionem super librum Job scripsit. »

GREVEN. : « În Thessalonica, sanctorum Agatho-nis diaconi, Theodoli, Pauli, Matutini et Orbani. Item, beati Successi, » Lacinize ex Hieronymianis bene, vel male consutæ. « In Hibernia, Beghani abbatis. Item Ambrosii diaconi, qui ut Hieronymus de viris illustribus refert, primum Marcionites fuit, sed ab Origine correctus, confessionis Domini gloria insignis fuit. In Scotia, Tigernagi episcopi et confessoris, secundum alios die sequenti. » De his agitur in indice Prætermissorum.

MOLNA. : « Eodom die, translatio sanctorum confessorum Ulgisi, Amulguini, Theodulphi, Abel, atque Hildulphi. » Vide Prætermissos. Sequitur minoribus typis : « In Perside, sancti Benjamin gloriosi martyris : Tripartitælib. 1, c. 33. Item Ambrosii diaconi,. etc., ut Grevenus. In editionibus aliis, solum addi-tur : « Die quarta, sanctorum patrum Joseph hymnographi, et Georgii, qui suit in Malzo. » De hoc Georgio non multa in hodiernis Actis collegit Henschenius. Joseph vero die præcedenti relatus est, ubi longior Vito traditur, et reliqua ad eum spectantia diligenti opera a Papebrochio explanantur. Satis est hæc indicasse, videat ibi lector cætera.

Nonis.

1

•

1

Apud Ægyptum, natalis sanctorum martyrum Martianæ, Nicanoris, et Apolonii. Thessalonicæ, sanctæ Hirenis virginis, quæ post tolerantiam carceris, sagitta percussa est a Sisinnio comite, subquo et sorores ejus simul Agapes et Chionia martyrizaverunt. Apud Cæsaream Liciæ, sancti Amphiani.

NOTÆ

Ex Praten., Herinien., Tornacen., Antuerp., Max-Lubec., Munerat., Belin. edit. prima, Greven. et Molan Quibus accedit Antuerp.-Max., Leyden.-Belg., Lovanien. et edit. Ultraj.-Belg.

VARIANTES LECTIONES

Prima difficultas in propriorum nominum scri-bendi ratione occurrit. Codex Prateusis legit Martiani, Nicandri, ubi reliqui omnes, solis Molano et Lovan. exceptis, diserte ponunt Martiano, Nicanoris vel Nichanoris. Atque ita scripsisse Usuardum,

PATROL. CXXIII,

certo mihi persuado, nisi propria auctoritate ductores suos Romanum parvum et Adonem deseruerit. Appollonii, Appolonii, Apolonii, male scribunt codi-ces aliqui, melius in textu cum Pratensi, Heriniensi, etc. Non minor in virginis nomine variatio,

Die 5.

lino.

Satis mirum et insolitum est, quod nullus ex præmisso laterculo sanctus, hoc die Actis referatur. Non martyres Ægytii, quia ab alliis, et præsertim Romano hodierno consignantur v Junii, ad quem diem ab Henschenio remissi sunt, tanquam iidem, qui utriusque Nonis,, tum Aprilis, tum Junii, sub Alius ibidem Amphianus in Africa legitur, ii, alius iisdem ferme nominibus recolantur, ut ibi ipse con-B in Nicomedia, iii Aprilis. Non dubitant Baronius, tra Florentinium censet. Et vero in nonnullis Hieronymianis iidem utroque die signari videntur. Sic habent hoc dic secundo loco codices Lucensis, et Corbeiensis Acherii: In Egypto, natalis sanctorum Marcianæ, Nichanoris, Appollonii. In Epternacensi solum legitur : In Ægypto Marciani. De ipsis nihil in serie Bedæ ; at in Romano parvo, Adone et Usuardo, iidem tres et eodem modo annuntiantur, Notkero Martiani, pro Martianæ, substituente, ut est etiam in nonnullis nostris codicibus cætera Usuardinis. Reliqua ad supradictum diem v Junii dabuntur, ubi de ternorum istorum duplici classe identificanda, an distinguenda disputabitur.

Neque de Irene seorsim in opere nostro agitur, quod cum sororibus Agape et Chionia. memorata sit III Aprilis, utpote quarum Acta communia sunt, uti ibidem abunde diximus. In Hieronymianis sorores tres hoc quoque die repetuntur. Romanum parvum modice a Rabano auctum, fuse a Notkero : quorum omnium sententia ex Actis proconsularibus paulo severius evigenda est, expuncto per cussione sagitta quod miror Baronium, reliqua bene corrigentem, in textu suo reliquisse. Wandalbertus Bedam, ni fallor, secutus est :

PULSANEN. Deest ultima annuntiatio, in reliquis purus est.

Rosweyd. post Amphiani, adjicit. « et aliorum.»

Tum : « Claudiani martyris. » Ex Hieronymianis. ULTRAJECT., LEVDEN.-LAT. ALBERGEN. et DANIC. textui cætera puro subjiciunt : « In Scotia, sancti Tygermagi episcopi et confessoris, »

CENTULEN. : « Apud Thessalonicam, sanctæ Hereneæ virginis et martyris. In Ægypto, sanctorum Nichanoris et Apollonii, martyrum. Cæsarea Liciæ, D sancti Amphiani. »

ANTUERP.-MAJ. »: Thessalonica, natale sanctæ Hireneæ virginis et martyris. Apud Ægyptum, natale sanctorum Marcianæ, Nichanoris, et Apollonii, quorum gesta habentur. »

BRUXELLEN. demartyribus Ægyptiis et Amphiano, nihil. In Irene satis purus est. Sequitur : « Apud Scotiam, saucti Tygernagi episcopi et confessoris. Item Marinæ virginis. Et sancti Vincentii de Valen-. tia, doctoris de ordine Prædicatorum, qui tam in vita, quam post mortem miraculis claruit. » Quæ Marina hic indicetur, ignoro.

HAGENOVEN. textui hodie puro, solum addit : « Ipso die, in Scotia, depositio sancti Tygerilagi [Tigernagi] episcopi et confessoris. »

VIGTORIN. et REG. SUECIÆ, num. 130, in fine : » Item Carthagine, sancti Pontiani diaconi. » Nullus hodie apud alios *Pontianus*, ne inter Præt. rmissos quidem notus. Multum fallor, si non indicetur Pon-

In Hieronym. est Herene; in Romano parvo et A formatur Hirenis, licet nos aliter scribere soleanus. Solus Belinus posuit Sissinio, alqueitempasse sunt: plerique omnes martyrizatæ sunt, Herinien. martyrizarunt, Pratensis martyrizaverunt, quod Adoni satis frequens est, quem cum tam presse hodie secutus sit Usuardus, nihil mirum videatur, si et hoc transumpsisse supponamus. In Molano rectelegitur Lyciæ, cæteri habent L ciæ, ut in textu reliquimus, Licinia, error est in Heriniensi; Cilicia, in Be-

OBSERVATIONES.

Nonis virgo pia de morte refulget Hyrenis.

Demum nec Amphianus in hodiernis Actislocum occupat, expresse tamen in Hieronymianis notatus: In Cesarea, vel Cesaria Liciævel Luciæ, Amphiani Henschenius et Florentinius, quin hic indicetur oricula innocens, divinus martyr, portentosæ fortitudinis intrepidus, admirandus, sanctissimui et beatissimus juvenis Apphianus, cujus gloriosam de tyran-no victoriam accurate descripsit Eusebius, durissimi certaminis occulatus testis, ex quo relatitituliacceptisunt, libro de Martyribus Palæstinæ, cap. 4, quod totum in Actis, totum a Ruinartio reproducitur a pag. 334. Gallica series exstat apud Tillemontium tomo V, pag. 386, qui in nota pag. 737. Eusebii chronotaxim componere conatur, ut ad ulteriorem disquisitionem eruditis proposuerat. Henschenius pag. 59, litt. F. Quod Noster hic Cæsaream in Lycia perperam collocet, non tam ipsi quam Adoni vitio vertendum est, imo imperitis librariis, qui Hieronymianum transcribentes, aliquid det raxerint, addiderint, autmultaverint. Utrum vera Hieronymianum textum bene restituat Florentinius, per In Casarea legit : Thessalonicæ, sanctæ Irenes virginis. Adonis C. et Lycia, respiciendo ad marlyris patriam et cultum et proinde Nostri elogium ex Beda descriptum est, modice a Rabano auctum, fuse a Notkero : quorum ctiam nihil attinet: satisest, genuinum exomni parte ejus textum exhibuisse. Vide de *Ædesio* Romanum hodiernum, vin Aprilis, et ibi Acta nostra, quæ ex Eusebio martyrium ejus referunt.

AUCTARIA.

tius sancti Cypriani diaconus, de quo superius actum est viii Martii.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Hyrenis virginis et martyris, sororis Agapes et Chioniæ. Didimi Alexandrini confessoris, cujus meminit Hierony-

mus. » Estne forte martyr, de quo in Actis ? Srnozz. « Natale sancti Vincentii, ordinis Prædicatorum, patria Valentini et prædicatoris clarissimi, [qui] in Britanniis urbe Venetensi recubuit, cujus sanctitatem crebra miracula protestantur. »

REMENS. sanctorum Timothei et Apollinaris : «Catalaunis, depositio Arulfi episcopi. » In indice Prætermissórum omittitur tanquam ignotus.

Editio Luseco-Col. primo loco agit de sancto Vin-centio, sed elogium habet alicubi mutilum, quodinfra ex Greveno correctius dabimus. De Ægyptijs addit, « quorum gesta habentur. » Cætera ut in textu. In fine: « In Scotia, sancti Tigernagii episcopi et confessoris.»

BELINI editio altera in fine subdit : « Item apud civitatem Venetensem Britaniæ, beati Vincentii confessoris, ordinis prædicatorum, sanctitate, doctrina miraculisque clarissimi. »

GREVEN. : « Nicomediæ, natalis sancti Claudiani confessoris. » Cur non martyris ? « Item, Didimi confessoris. Martiani, Quinti. » Indicat, ni fallor, Alexandrinos martyres. «In Britannia minori, civitate Venetensi, natale beati Vincentii presbyteri et confessoris, ordinis Prædicatorum. Qui Valentinus

verbialimento refecit, et supra vigintimillia Judæo-rum et Maurorum ad Christum convertit. Omnium denique signorum genere clarus, in numero sanctorum referri et amplissimo canonizationis honore decorari promeruit. »

MOLAN. : « Item apud Venetiam Britanniæ, beati Vincentii Valentini, cognomento Ferrarii [Ferrerii], confessoris, ordinis Prædicatorum, sanctitate, doctrina, miraculisque clarissimi. Hic super viginti millia Judæorum, ac Maurorum ad Christum con-vertit. Lauduno Clavato, prima translatio sanctæ Celiniæ, matrissancti Remigii episcopi. » Vide Prætermissos. « In Scotia, sancti Tigernasi episcopi et confessoris. » Dein minoribus typis : « Apud Leo-

origine, angelica vita, et salutari doctrina præful- A dium de monte Cornelion, obiit Juliana virgo et gens, diu singulos Hispaniæ et Galliæ populos divini priorissa ejusdem loci, et translata quiescit in monasterio Vilariensi, ubi et Vita ejus habetur. » In editionibus aliis, de Vincentio ut supra. « In Scotia, sancti Tigernaci, etc. Die quinta, sanctorum martyrum Theoduli et Agathapodis. » De iis in Actis iv Aprilis. « Landuno Clavato, » etc. Tum minoribus lifteris : «Eodem die, sanctorum martyrum, sanctæ Thermes cum sorore et ancilla. » Inter Prætermissos remittitur ad xxII Aprilis. « Apud Leodium in monte Cornelion, obiit Juliana virgo, et præfecta ejusdem loci, quæ tertio obilus sui die ad cænobium Villariense translata, illic inter corpora sacra est sepulta. Ubi et ejus Vita habetur. » Data in Actis et ab Henschenio egregie illustrata est.

Die 6.

VIII Idus.

Romæ, natalis beati Sixti papæ et martyris, qui temporibus Adriani, ut sibi Christum lucrifaceret, libenter mortem sustinuit temporalem. In Macedonia, sanctorum Timothei et Diogenis.

NOTÆ.

Ita Praten., Herinien., Tornacen., Antuerp.-Maj-Antuerpien., Max.-Lubec., Munerat. Greven. et Mo-

De postremo satis certum est, male legere Heriniensem et Edit. Lubecanam maximam, Timothei. Pro Xysto vel Xisto stare videtur scribendi modus antiquior apud Hieronym. et Romanum parvum. Et

Binos hoc die Sixtos vel Xistos nominant aliqua Hieronymiana apographa; de Papa tamen, istius nominis primo, non agere, probant martyrum classes quibus immisti sunt, loco et verosimiliter tempore, a Sixto hoc nostro multum disjunctæ. Itaque, qui in laterculo annuntiatur, is a Romano parvo acceptus est, cujus næc sunt verba : Xysti papæ etmar-tyris, temporibus Adriani passi. Breve est Adonis Rosweydini elogium quod multo auctius reddidit Notkerus; nisi præhabenda sit Mosandri editio, in qua penead verbum reperiuntur, quæ Notkeri propria esse, facile quis sibi persuaserit. Noster Adonis phrasim, ut in Rosweydo est, contraxit et nonnihil C nis illis Fastis die sequenti leguntur, cum hac diffeemollivit. Ex libro pontificali primam Sixti notitiam a Romano parvo desumptam credimus, qui ut martyr colitur, quidquid nonnulli de eo titulo dubitent-Expressiora habet Florûs ad 111 Aprilis, quæ in nostra Bedæeditione, et hoc die in Actis proferuntur, ubi de ejus cultu, ætate, Actis, sepultura, translatione et inventione collegit Henschenius distinxitque omnia, quæ de Sixto I dici possunt, aliis res ejus gestas vixobiter tangentibus, ut in Alexandro Tillemontius tomo II, pag. 238 et 240. Hoc eum disticho celebravit Wandalbertus.

PULSANEN., in Sixto purus, Timotehum, et Diogenem præterit, quorum loco sie habet: « Eodem die, sancti Cœlestini papæ. » Indicat Cœlestinum I. de

mæ, natale sancti Sixti primi, papæ et martyris, qui post beatum Petrum sextus, temporis Adria-

ni, » etc. ULTRAJEGT., LEYDEN., ALBERGEN. et DANIC. idem habent, sed præterea, post temporalem adjiciunt: « Hic constituit ut sacra mysteria non tractentur nisi a sacris. »

CENTULEN. Textum contrahit hoc modo : « Romæ, passio beati Sixti papæ et martyris, tempore Adriani imperatoris. In Macedonia, » etc., pure. Roswayd. cæteris omnibus auctior, in Sixto pu-

In solis Sixti et Timothei nominibus consistunt. B quidem Pratensis, Xysti posuit. At cum cæteri codices omnino omnes legant, Sixti, cum Adone, eam scribendi rationem hic censuimus præferendam : sl alibi altera prævaleat, ea ibi uti licebit.

OBSERVATIONES.

Idibus Octavis Xixtus martyrque sacerque Præminet, Adriano mortem sub Cæsare passus.

Conveniunt hoc die Hieronymiana in annuntiatione nostra ultima de Timotheo et Diogene, quam ex aliquo hujusmodi codice certo extraxisse censendus est Usuardus, quandoquidem martyrologisaliis, tum antiquioribus, tum synchronis plane ignoti sint, si Notkerum excipias, qui eosdem codices male descripsit, pro Macedonia Nicomediam legens Theogenem pro Diogene, in quoab Ilenschenio et Florentinio recte corrigitur. Synonymi duo martyres Timotheus et Diogenes, si non iidem sint; in Hieronymiarentia, quod hic dicantur passi in Macedonia neque ulli jungantur soci; at sequenti die cum sociis duobus aut tribus dicuntur in Antiochia Syria martyrium subiisse. Unde Maurolyco occurrit certa nostrorum martyrum palæstra Philippi, nescio, nec satis patet, an utraque ea classis confundi debeat. Latent Acta, c*quibus* inquit llenschenius, certiora possemus proferre ensque (nempe hodiernos) a martyribus Antiochenis solidiriargumento secernere. Nihilo plus clar tatis suggerent notæ Florentinii, utroque die. Quæ Usuardina sunt, integre dedimus.

AUCTARIA.

rus est. Tum secundo loco : « In Nicomedia, Firmi, episcopi martyris, et aliorum viginti octo. » An recie Firmo tribuatur episcopi dignitas, quotve ejus quo sæpius infra, et in Actis hoc die. ANTUERP.-MAX., LEYDEN., BELGIC., LOVANIEN., et D schenius. « In Africa, Epiphanii episcopi et aliorum EDITIO ULTEAJECT.-BELG. textum sic augent : « Ro-quatuordecim.» De hae classe cum Usuardo agemus die sequenti. «Item, Cœlestinæ virginis cum aliis octingentis. » Hujus fere codicis auctoritate præclara hæc turma in Actis ponitur. « In Nicomedia, sanctorum Timothei et Diogenis. »

BRUXELLEN. huc rejicit magnam hesterni textus partem. Primo loco agit de Martiano, Nicanore, et Apollonio. Tum de Amphiano. Sequitur de Sixto, ubi post textum purum subjicit : « Hic constituit, ut Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, in missa diceretur. » «In Macedonia. » etc pure. « Item beati Florentii martyris. » Estne hić

910

lan. Quibus proximi sunt Antuerp.-Max., Leyden-Belg., Lovanien. et edit. Ultraj-Belg. VARIANTES LECTIONES.

Florentinus ex numero martyrum Sirmiensium ? A rexit Ecclesiam annos decem, menses duos, diem Hactenus non satis liquet.

HAGENOVEN. : « Romæ, natale beati Sixti primi, papæ et martyris, qui post beatum Petrum sextus erat, et temporibus Adriani imperatoris, postquam sedem apostolicam rexerat annis novem et mensibus quinque, ut sibi Christum lucrificaret, libenter sustinuit mortem temporalem. Ilic constituit, ut sacra misteria non tractarentur, nisi a sacris ministris. »

« Item ipso die, natale sancti Hyrenei Syrmiensium episcopi et martyris. Hic multis diebus in carcere marceratus, tandem gladio occiditur et corpus ejus in flumen projicitur. » Inter Sirmienses martyres nullus hodie Irenæus, nedum episcopus. Nicomediensium antesignanus est Firmus, quem turpi lapsu in Sirmium transformavit Rabanus, primunque Firmi socium Irænæum, alias episcopum, ejusdem loci antistitem fecit, ut ante me observávit Florentinius, id Notkero tribuens, qui Ra- B xxv. Apud Syrmium, sanctarum Rufinæ, Moderalæ, bano junior, ex hoc verosimiliter episcopatum illum acceperit. Potuit HAGENOYENSIS scriptor hunc ex alterutroerrorem haussisse, nisi forte Florum vidit, qui de Irenæo illo hodie meminit, aliud elogium ei tribuens. Tu de Irenæo Sirmiensi vide xxv Martii. Sequitur : « In Macedonia, sanctorum Thymotei et Dyogenis. »

VICTORIN et REG. SUEC., signatus num. 130, in fine subjiciunt : « Tracas, sancti Winobaudi presbyteri. » Alii aliter efferunt, ut mox patebit.

MATRIC .- CARTHUS.-ULTRAJECT. : «Hyreneiepiscopi, et martyris, Timothei et Diogenis. Sixti papæ et martyris. »

VATICAN., signatus num. 5949, de Timotheo et Diogene silet. In fine subdit : «Sancti Cœlestini papæ qui sedit Romæ annis octo. »

STROZZ. : « Item sancti Cœlestini papæ. »

REMENS. sanctorum Timothei et Appollinaris : « Trecas, sancti Winobaudi presbyteri et confes- () soris. »

Editio LUBECO-COL. : « Romæ, natale sancti Sixti primi, papæ et martyris, qui post beatum Petrum apostolum sextus, temporibus Adriani imperatoris,

unum : et ut sibi Christum lucrifaceret, libenter sustinuit mortem temporalem. Hic constituit, ut sacrata mysteria non tractarentur, nisi a sacris ministris, et ut corporale altaris non fieret de serico, sed de purissimo lino contexto, non tincto. Hic etiam constituit, ut ter diceretur Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth in missa. Hic apud portam Appiam decollatus, ubi Dominus apparuit beato Petro quando dicebat : Domine, quo vadis? In Macedonia, » etc., pure. «Trecas, sancti Prudentii episcopi et confessoris. » De quo vide plura in Pra-termissis. « Eodem die), beati Vermebandi abhatis. • Lege Winebaudi; aliis Winobaudi.

BELINI ulraque editio, in fine subjicit : « Item sancti Cœlestini papæ. » De quo jam toties supra. GREVEN. : « Firmini episcopi et martyris » (de hoc

et sequentibus consule Acta et Prætermissos, uterrores et confusionem distinguas « et sociorum ejus Maximæ, et Machariæ. Item, sanctorum Herennei, Romani, Donati, Clusii, Quiriaci, Ilyrenei episcopi Smyrnensis. Cœlestinæ virginis et aliorum LXXX maytyrum. Luciæ viduæ et martyris. Anegra Galatiæ, beati Théodori episcopi, sapientia et sanctitate insignis. In Dacia, Wilhelmi abbatis et confessoris. Trecas, Prudentii episcopi et confessoris. Vermebandi abbatis. »

Molan. : « Item, sancti Cœlestini abbatis. » An nou papæ? » Et beati Wermebandi abbatis. » Dein typis minoribus : « In Hybernia, sancti Celsi Ardinarchensis archiepiscopi et confessoris. De quo B. Bernardus in Vita Malachiæ. Constantinopoli, natalis magni et beati patris nostri Eutychii, patriarchæ Constantinopolitani, cujus Vita et miracula conscripta sunt ab Eustachio humili presbytero. » Hactenu. prima editio. In aliis brevius : « Item, sancti Cœleštini papæ. Et beati Wermebandi abbátis. In Dacia, Wilhelmi abbatis Roschildensis et confessoris. Die sexta, sancti patris Eutychii archiepiscopi Constantinopolitani. » Omittitur elogium, quod in prima editione appositum erat. Vide cætera in Actis.

VII Idus.

911

Apud Africam, natalis sanctorum Epiphanii episcopi, Donati et aliorum tredecim. Eodem die, Egesippi Viri sanctissimi, qui vicinus Apostolorum temporum, omnes a passione Domini usque ad suam ætatem ecclesiasticorum actum textuit historías, ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret caracterem. In Alexandria, sancti Pelusii presbiteri.

NOTÆ.

Puri sunt Praten., Herinien., Tornacen., Antuerp Max.-Lubec., Munerat., Creven., et Molan. Adde Antuerp.-Max., Ultraject., Leyden. utrumque, Lo-

VARIANTES LECTIONES.

non pauci ponunt quatuor decim, ut Antuerp., Max,-Lubec., codd. mediæ notæ, etc. Standumne pro numero textus, vide in Actis; certum putamus ita scripsisse Usuardum, ut patet ex codicibus probatioribus. Hegesippi legendum plane assentior, uti posuit solus codex Tornacensis, male Praten. Heje-sippii, non melius Herinien. Eiesippi. Reliqui interim in textu cum codicibus omnibus aliis, post Adonem in utraque editione, *Bgesippi Busippi* in Mu-nerato typographi vitio tribuendum. Tornacen. et Max.-Lubec. et codices mediæ notæ, pro Apostolorum temporum, nitidius legunt Apostolorum temporibus. Cæteri ómnes ut in textu; in quo Usuardus ductorem non recte secutus est, qui ex Hieronymo

Pro tredecim sociis Epiphanii et Donati, codices D bene descripserat, vicimus Apostolorum temporum Sequitur in codicibus omnibus vox omnes, a Greveno et Molano prætermissa, qui ambo cum aliis mediæ notæ codd. adjiciunt, sermone simplici, ex Adone potius quam ex Usuardo sumptum. Caractere scripsit Muneral. quem casum servat Romanum modernum. At quotquot vidi codices omnesutuntur accusativo, et iidem omnes legunt, ut in textu scrvatum est, si nimis scrupulose, per me licet, corrigatur. Ubinam Greven. Peleusippi in venerit, nescio: Molan. præfert Peleusii, cum Antuerp, et Max.-Lubec. Nobis præplacet communior scribendi ratioin textu expressa. Menda scriptoria sat is est indicasso, ut Africam, Aphricam, historias, etc.

ObSERVATIONES.

De Epiphanio el sociis brevem, sed accuratum Commentarium elaboravit Henschenius, in quo variorum Martyrologiorum sententias, circa certaminis diem et sociorum numerum relatas invenies. Es hic

vanien et edit Ultraj.-Belg. Accedit item Belinus in eo solum discrepans, quod Pelusium Hegesippo anteposuerit.

Die 1.

repetere supervacaneum esset. Hoc notandum, pri- A tur, haud dubie profluxit, Inde ab Usuardo excerpmum videri Usuardum, qui eam classem martyrum hac die collocavit, cum Hieronymiana passim vii Idus annuntient, úti Notkerus etiam posuit. Beda vero, Romanum parvum, Ado et Rabanus neutro die de ea meminerunt. Hegesippus a Romano parvo primum memoratus, tamquam vicinus apostolicorum temporum, ab Adone insigni encomio exornatur, quod ferme ex sancti Hieronymi libro de Script. eccles. acceptum, Noster in pauciora contraxit, ils prudenter omissis, quæ propius ad sanctum Justinum pertinere recte in Actis observavit Henschenius.Not-kerus in elogio Hegesippi, solito etiam brevior est, rescissa controversa período, qua Ado verba illa, quæ plene habes in auctario Greveni: Nam et ego ipse, sectis Platonicis institutus, audiens infamari Christianos el videns eos impavidos, elc. Hegesippo perperam tribuit, cum Justino ascribenda esse, hic rice deducta sunt a Tillemontio tomo ni pag. 47

Pelusius vel Peleusius Romano parvo et Adoni ignotus, ex Hieronymiano aliquo, ubi *Pilusus* voca-

PULSAN. sic hodie loquitur : « Apud Africam, sanctorum Epiphanii diaconi, Donati et aliorum tredecim. In Alexandria, sancti Pelusii presbyteri. Ipso die, sancti Victoris. » Quis hic sit, nescio, nisi inter Libycos martyres connumeretur.

ALBERGEN. et DANIC. ita incipiunt : « Romæ, natale sancti Celestini papæ, qui constituit ut psalmi David cL ante sacrificium antiphonatim canerentur, nam antea Epistola tantum et Evangelium recitabantur.» Similia habet Ado Mosandri, unde plane sit verosimile, ex aliquo Adonis apographo huc transisse. De cætero purit sunt citati codices.

CENTULEN. : « Egesippi viri sanctissimi, temporibus apostolorum vicini. In Alexandria, sancti Pelusii presbyteri. In Africa, sanctorum Epiphanii episcopi, Donati et aliorum. •

Rosweyd. : • Apud Africam, sanctorum Epiphanii et Donati martyrum. » Sequitur de Hegesippo satis pure. Tum : « In Antiochia Syriæ, Timothei marty-ris cum aliis s x. In Alexandria, Pelusii episcopi.» In textu melius est presbyteri.

ANTUERP.-MAJ. Hegesippum primo loco refert cum longiori elogio, ferme ex done descripto. De Epiphanio pure : de Pelusio nihil.

BRUXELLEN. multa habet quæcurioso lectore digna existimavi. Incipit : « Egesippi confessoris, viri sanctissimi. Qui vicinus apostolorum temporibus, omnes a passione Domini usque ad suam ætatem ecclesiasticorum actuum texens historias, multaque ad utilitatem legentium pertinentia, hinc inde congregans, quinque libros composuit sermone simplici, ut _D soris, qui rexit Ecclesiam annis octo. Hic, » etc., ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret caracterem.» Hactenus ex Adone : quæ sequuntur, de suo addidit : « Romæ, beati Celestini papæ. Qui rexit Ecclesiam annos octo. Hic constituit ut psalmus Judica ante introitum missæ dicatur. Et ex ejus instituto Introitus, Gradualia, et Offertoria, quæ in missa ante sacrificium dicuntur, de Psalmis extracta sunt. Sub ipso etiam tertia synodus Ephesina Nestorium hæreticum condemnavit. Hic etiam papa Celestinus sanctum Patricium filium Conches, sororis beati Martini Turonensis, misit in Yberniam, qui omnes ibidem ad fidem Christi convertit. » In Épiphanio et Pelusio purus est. Additur in fine: «Item sancti Macharii monachi.» Prætermittitur.

HAGENOYEN. in textu, præter morem, tantum non purus est, de Cœlestino eadem habet, quæ superius ex Alberg. et Danic. recitavi.

REG. SUEC. qui fuit principis Ursini in Bohemia: « Romæ, » sancti Cælestini papæ. Qui post beatum

tus. Pilosum nominat Rabanus, alii aliter efferunt. Wandalberti versiculus ex Hieronymianorum sensu procedere videtur, ubi Diogenes et Thimotheus etiam hodie ponuntur. Ita sonat:

Diogenes septenis Peleusiusque feruntur.

Censuit tantisper Henschenius, nonidem par martyrum esse, quod in hesterno laterculo Macedonia, hodie ab Hieronymianis Antiochiæ Syriæ tribuitur. Sed de his satis die præcedenti. Pro textus veritate dicta sufficiunt. Scrupulus, qui Henschenium vexat, num Peleusius, Peleusus, Pelensius, Pelusus, etc., inter tot nomina etiam Clusius dicatur in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis ad diem præcedentem; item, an unus idemque sit Bleusius et Peleusius summa ea difficultate involvitur, qua tot alii martyxiii Aprilis : qui hoc die plura ad Hegesippum spe-ctantia ex variis Eusebii locis componit, quæ histo-rice deducta sunt a Tillemontio tomo un processor (2000). res ex iis codicibus accepti; quorum cum nulla ultetur tutissimum, tandiu martyrologiorum nostrorum vestigia premere, donec certius aliquid elucescat.

AUCTARIA.

Petrum constituit, ut psalmi David cL ante sacrifiscium antiphonatim canerentur, nam antea Epistola tantum et sanctum Evangelium recitabantur. »

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Egesippi confessoris, viri sanctissimi, qui scripsit historias a passione Domini usque ad suam ætatem. Peleusii presbyteri et confessoris. » Cur non martyris?

VATICAN., signatus num. 5949, præterit Pelusium; addit autem : « In Antiochia Syriæ, sanctorum Timothei et Diogenis. »

Editio LUBECO-COL. : « Romæ, sancti Celestini papæ et confessoris, qui rexit Ecclesiam annos octo.» Sequentur quæ ex Lovanien. supra dedimus. Tum : « Hic etiam constituit ut psalmus Judica me, Deus, ct dicerne causam meam, ante Introitum missæ di-ceretur. » In Africanis satis pura est. De Hegesippo cadem fere habet, quæ Bruxellensis. In fine : « In Alexandria, sancti Peleusii presbyteri et confessoris. »

GREVEN. : Prædicatus Egesippus in librissuis hæc refert. Nam et ego in sectis Platonis institutus, audiens infamari Christianos et videns eos impavidos ad suscipiendam mortem atque omne supplicium tolerandum, considerabam quod impossibile esset in malitia eos et libidine conversari. » Hæc ex Adone desumpta sunt, sed quæ Hegesippo abjudicanda dixinus. « In Anglia, Salvatoris martyris. » Anglis ipsis ignotus est. « Item Eleusi, Machariæ, Philiberti. » Quid de hac conjunctione dicendum, vide in indice Prætermissorum. « Celestini papæ et confes-ALBERGEN. «Alii ponunteum, » inquit «die sequenti.» Imo diebus variis. « Brandani episcopi et confessoris. Translatio sancti Timothei apostoli et martyris.» De his vide Prætermissos. «Item in Eyflia, monasterio Steynfelt. sanctæ memoriæ Hermanni, qui et Joseph propter simplicitatem dictus est. »

Molan. typis parvis de Hermanno habet jam dicta : « Eodem die, sancti Aiberti monachi et presbyteri Crispiniensis monasterii, cujus vitam scripsit quidam archidiaconus Austromandiæ. » Aliæeditiones adjungunt : «Die septima, sancti patris Georgii episcopi Melitines. » Melius *Mitylene*. Minori de-nuocharactere : « Crispinii, obiit Dominus Aibertus inclusus, cujus memoriam facit Crispinium in Litaniis monasterii. Festum vero in sacella vicino, io quo quiescit, postridie dedicationis ejus oratorii, quod est secunda die Maii. Pompeiopoli, sancti Calliopii martyris. In Eiflia, monasterio Steiufelt, sanctæ memoriæ, etc., » ut supra.

915

Apud Corinthum, beati Dionisii episcopi, cujus eruditione et gratia, quam habuit in verbo Dei, multi fruuntur usque hodie. Claruit autem item Christi electus temporibus Marci Antonini et Lucii Aurelii. Turonis, sancti Perpetui episcopi, admirandæ sanctitatis viri.

Ex Praten., Herinien., Tornacen., Munerat., A ject., Leyden., Lo Greven et Molan. Adde Antuerp.-Max., Ultra- edit. Ultraj.-Belg. Leyden., Lovanien., Albergen., Danic. et

VARIANTES LECTIONES

In paucissimis different codices, iisque vix observatu dignis. Corintum scribit solus Herinien. Alii paulo aliter, plerique ut in textu et bene. Omnes legunt Dionisii, et nos ita legendum putavimus,

quamvis Dionysii scribi debeat. Thuronis male habent Greven. et Molan. Sic ammirande in solo Greveno.

OBSERVATIONES.

De Dionysio Corinthiorum episcopo, de scriptis ab co epistolis, deque ejus sacri corporis ad Sandiony sianum cœnobium facta sub Innocentio papa III translatione, agunt hodie Acta nostra ubi Martyrologia nonnulla citantur, in quibus hac die festivitas Dionysii recolitur. Ast éa inter nullum Usuardo antiquius, nullum ei synchronum reperire est. Wandalberti versus a textu recedit longissime :

Maximus et senas Idus tenet atque Solutor.

Qui duo sancti ex solis Ilieronymianis procedere possunt. Est ergo Usuardi tam propria hæc annun-tiatio, quam certum est cam a nullo superiore martyrológo acceptam. Nihil in elogio peculiare tradit Usuardus, quod non de antiquis omnibus Ecclesiæ scriptoribus dici queat, ut ex dictisperspectum est, et magis ex dicendis patebit. Poterat certe ex Eusebio proferre aliqua, huic soli Dionysio magis accommodata, ut in Actis ordine exhibentur, ab iis expurgata, quæ illi non debite ascribi solebant. Henschenium præ oculis habuit Tillemontius tomo II, a pag. 448. Porro quæ de præfato corpore, in Sandionysiano cœnobio quiescente, situe Areopagitæ Athcniensium, an hujus Corinthiorum episcopi, contro-

PULSANEN., ANTUERPIEN.-MAX., LUBEC. et BELIN. C templum, super ossa beati Martini episcopi perpuris codicibus annumerari possunt, a quibus in eo solum deficiunt, quod brevissimum Perpetui Turonensis elogium omittant, ita scribentes : « Turonis, sancti Perpetui episcopi. »

Roswerd. etiam purus esset, nisi inter Dionysium et Perpetuum insereret sequentia: « 'n Africa, Macharii martyris et aliorum novem. » Unde sociorum præcise novem manipulum codicis hujus scriptor eruere potuerit, doceri cupio.

CENTULEN. : « Apud Tolosam, beati Exuperii episcopi et confessoris.Qui beatus vir, fuit valde parcus [opinor subintelligi sibi] et indigentibus extitit [largus] et pius.» Hae meljus ex Usuardo tradit An-TUERP.-MAJ. statimreferendus, sed que spectant ad xxviii Septembris. Sequitur in CENTULEN. : « Apud Corinthum, beati Dionysii cpiscopi. Turonis, sancti Perpetui episcopi et confessoris. »

ANTCERP-MAJ., omissis Dionysio et Perpetuo, Exuperii elogium supplet hoc modo : « Apud Tolo- D sis. » sam, sancti Exuperii episcopi et confessoris. Qui beatus vir quantum sibi extitit parcus, quantumque aliis largus, sanctus Ilieronym: s-memorabili prosecutus est relatu.

BRUXELLEN. de Dionysio ea fere refert, quæ nos in textu, sed inverso paululum ordine. Sequitur de Exuperio, ut codex proxime superior. Tum : «Item Romæ, Calixti papæ et martyris, cujus principalius festum cadit 11 Idus Octobris. » Unde ergo festum hoc minus principale, aliis incognitum? An ex aliqua translatione! Vide Prætermissos, ubi rejicitur ad dictam diem xiv Octobris : « Turonis, sancti Perpetui episcopi, admirandæ sanctitatis viri, cujus ope verti solent, ad præsentem institutionem non pertinent

De Perpetuo meminit Romanum parvum et post eum Ado, ex quo id tantum desumpsit Usuardus, quod pluribus aliis sanctis commune supravidimus, ils rescissis, quæin solum Perpetuum privatimquadrabant. Fidelius sua præstitit Notkerus, et quidem Adonis dicta, angelica demonstratione ampliavit.

B Adonis textum tantum non integrum dabunt Auctaria codicum Bruxellensis et Hagenoyensis infra. Hactenus pro nostro Usuardo, qui hic, ut passim solet, Adoni adhæsit. Aliter scribunt Hieronymiana aliqua apud Florentinium, in quibus ad xxx Decembris ultimo loco legitur : Turonis, Perpetui episcopi et confessoris. Addidit Rabanus eodem : Qui sancli Marlini ecclesiam ædistcavit. Plusculum dixerat Florus, quem videsis aut in fonte, aut in Actis. Quod autem de Perpetuo in Adonis codicibus repertum est, recte, me quidem judice, Mosander et Rosweydus pro additamento habuere. Uter dies præferendus sit, non facile statues, cum Gregorius Turonensis, ex quo Perpetui vita sumitur, eum, qui ipsi ultimus in terra fuit et natalis in coelo, indicare neglexerit. Cætera vide apud Henschenium.

AUCTARIA.

fectum est, et eo ipsius corpus translatum est. » Hæc ex Adone, sed non ad verbum desumpla sunt.

HAGENOVEN. in Dionysio etiam ferme purus est. De Perpetuo, post viri, subdit: « Qui ecclesiam in honore beati Martini episcopi ædificavit, et ossa beati Martini transferri fecit, et in eadem ecclesia, illa honorifice, ut decuit, collocavit. Tandem multis perpetratis virtutibus, ipso obiit in pace tranquilla. 🗖

AQUICINT. in fine post viri, addit : Romæ sancu Cælestini papæ. Hic constituit, ut psalmi David ante sacrificium antiphonatim canorentur, nam antea Epistola tantum recitabatur, et sanctum Evangelium. » Vides, verum esse, quod diximus, nempe

variis diebus hunc sanctum referri. MATRIG.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Dionysii episcopi Corinthiorum. Perpetui episcopi Turonen-

In VATICAN., sign. num. 5949, adjectum est: « In Africa, sanctorum Macarii, Connexi, concessi et Maximæ. » Ex Ilieronymianis accepti sunt.

ALTEMPS. : « Item Concessi, Ammonii et Successi. » Ex eodem fonte. Vide in Actis recte conjuncta.

FLORENTIN. : « Romæ in cœmeterio sanctæ Priscillæ, via Salaria, natale sancti Cælestini primi, papæ et martyris. »

Editio Lubeco-Col. in Dionysio pura est. De perpetuo sic habet : «Turonis, sancti Perpetui episcopi, admirandæ sanctitatis viri. Cujus ope templum super reverenda ossa beati Martini episcopi perfectum A burga, Grevenum transcripsit. Sequitur : « Depoest, et plurimarum aliarum extitit fundator ecclesiarum. »

GREVEN. : « Apud Africam, natalis sanctorum Timori, Macharii, Connexi et Maximæ et aliorum. Item Concessi, Salutaris [quidni Solutoris], Successi. Januarii, Pinnarii martyrum. » Ex diversis Hieronymi apographis. » Celestini papæ, secundumalios die præcedenti. Exuperii episcopi Tholosensis et confessoris, qui ponitur infra xxvm Septembris. Gemmari abbatis et confessoris. » An Cenemari? Putat Henschenius esse « Geremarum » abbatem Flaviacensem, qui colitur, vel saltem ab aliis refertur xxiv Septembris. « Sexburgis reginæ et abbatissæ, cujus Beda meminit lib. iv Historiæ gentis Anglorum. » Dies natalis est vi Julii.

MOLAN. typis minoribus, de Sexburge vel Sex-

V Idus.

Natalis beati Procori, qui fuit unus e septem primis diaconibus : hic fide et miraculis præclarus apud Antiochiam martyrio consummatus est. In Sirmio, passio sanctarum septem virginum, quæ dato simul pretio sanguinis, vitam mercatæ sunt æternam.

NOT.F.

Ex Praten., Tornacen., Pulsanen., Antuerp., Max B Max., Ultraject., Leyden., Albergen., Danic. et ubec., Munerat., Greven. et Molan. Adde Antuerp.- edit. Ultraj.-Belg. Lubec., Munerat., Greven. et Molan. Adde Antuerp.-VARIANTES LECTIONES.

Plerique codices legunt *Procori*, quos secutus sum : veram lectionem habent Pulsanem. et Molan. Munerat. omisit vocem Septem, ante primis diaconibus. Greven. et Molan. malunt scribere, diaconibus primis. Pulsanen. propræclarus, solum posuit clarus. In Pratensi est Syrmio, melius cum reliquis in

Adx Januarii diaconosillos quatuor de primis no-minatim retulimus, quos ab aliis omnibus martyrologis præteritos, a solo Romani parvi auctore certis diebus affixos fuisse existimamus. Inter hos, ordine tertius Prochorus, hunc sibi sacrum diem obtinet, ita ibi signatus : Antiochiæ, Prochori diaconi, qui unus est de septem. Ado in Martyrologio non discre- C pat, nisi quod secundo loco posuerit. Breve encomium inter festivitates apostolorum ita refertur : Beati Prochoridiaconi, præclarissimi Ade et miraculis ciri, apud Antiochiam martyrio consummati, ibique quiescentis. Hac eadem phrasi usus est Notkerus, quam nescio cur Noster immutaverit. Ipsam codices aliqui in Auctariis citandi, integram retinent. Unde sua Ado eruerit, minime constat; nee quidquam satis certi de Prochoro traditur, præter ejus ad diaconatum electionem ex Actorum cap. 6. Nec auctor dici potest libelli apocryphi, fabulis mendaciisque referti, de Vita, miraculis et assumptione S. Joannis evangelista. Cæterum de Prochoro inter martyrologos nostros eorumque sequaces satis convenit.

De septem virginibus major est controversia. In apographis Hieronymianis distinctissime exprimuntur classes virginum binæ, et prima quiden, quæ Sirmii, vel in Syrmia collocatur, non septem, sed solas quinque complectitur, quarum nomina Do- D minus novit, vel Deusscit; cohorte altera septena-

textu. In Pulsanen. deest septem, ante virginum. Caute sane, si id consulto factum est, ut ex dicendis patebit. Solus Muneratus post virginum, addit et martyrum, dyaconibus, martirio, mercata eternam, ætatem redolent qua scripta sunt.

sitio beati Redempti, Ferentinæ civitatis episcopi et confessoris, de quo in Dialogis Gregorius.

Hactenus editio prima. In aliis : « Item, beati Al-

berti, patris ordinis Carmeli, episcopi et confes-soris Hierosolymitanæ ecclesiæ. Marchianis, ele-

vatio sancti Jonati, confessoris Christi. » Rejicitur ad 1 Augusti. • Die octava, sanctorum apostolo-rum. Herodianis, Agahi, Rufi et sociorum. » Ita a

Græcis et simul, hac die coluntur; conjuncti etiam

in Kalendario Moscovitico : a Latinis seorsim, ut videre est in indice Prætermissorum. Sequitur

aliis litteris. « Item, sanci i Bademi archimandritæ

et martyris, cujus martyrium habet Metaphrastes

Simeon. » Inter Prætermissos remittitur ad diem

sequentem, ubi et Badimus vocatur.

BSERVATIONES.

rum alibi notata, etiam cum singulari in nonnullis codicibus charasteristica, cum titulo nempe Canonicarum, intellige sacrarum virginum, ut recte, nisi fallor, conjectat Florentinius, cujus notationem consulat curiosus lector. Interim tamen et Beda, et Rom. parvum,et Ado Rosweydi,quos Usuardus secutus est, diserte *rirgines* numero septem Sirmio ascribunt, ut faciunt ctiam Rabanus et Notkerus. In quo martyrologi passim omnes, etiam revisores Romani hodierni. Usuardi vestigia unanimiter premunt. Male, opinor, nisi quis vetustissimos Hieronymianos codices, inter se plane consentientes, recentioribus aliis posthabendos contenderit, quod nemini harum rerum perito, probatum iri existimo. Mosandri Adoniana editio a citata plurimum differt, utpote quæ utrumque virginum numerum, servato positionis errore exprimat, variaque confundat, ab Adone Rosweydi suis locis discreta. Plura de his in Actis et apud laudatum Florentinium; nobis sat est, fontem vel fontes indicasse, unde sua Noster acceperit, ne is primus errasse censeatur. De cætero genuinum ejus textum in laterculo referri plane persuasum habeo. Superest ex Wandalberto adjicere distichon, quo in camdem sententiam ab co honorantur.

AUCTARIA.

Jam supra indicavimus, codicem Herinien. cætera quantumvis probatissimum, a reliquis dissidere, quod in hunc diem rejiciat : « Apud Palæstinam, sanctæ Mariæ Egyptiacæ. » Vide Observationes no-stras ad 11 Aprilis. Cum HERINIEN. consonant codices alii mox citandi.

LOVANIEN. purus est nisi quod post consummatus est, addat, ibique quiescens.

Rosweyd. incipit : « Apud Palæstinam, transitus sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ poccatrix appella-tur. » Sequitur : « In Sirmio, septem virginum ca-

Lampade septem quinis micat Idibus alta Virgineus radians simul a there flosque decorque.

nonicarum, » etc., bene. « Eodem die, natale beati Procori, qui fuit unus de septem diaconibus. » Cætera ut in textu.

CENTULEN. : « Natalis beati Prochori diaconi, fide et miraculis præclarissimi viri. Antiochiam consummati, ibique quiescentis. Apud Sirmium, septem virginum, quæin unum meruerunt coronari. » Hic phrasis Adónis, Usuardinæ præposita est. « Eodem die, transitus beatissimæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ juvante gloriosa domina nostra semper Virgine Dei Genitrice, reliquit omnes illecebras carnis et facta est vas electionis. »

918

Die 9.

septem virginibus Sirmiensibus, in quibus cum CENTULENSI ferme convenit : nempe qui jam sæpius Adonem, non Usuardum transcribere soleat. Ad puritatem deinceps magis accedet.

BRUXELLEN. : « Apud Antiochiam, natale beati Procori diaconi, viri fide et miraculis clarissimi; qui fuit unus de septem primis dyaconibus martyrio coronatus. Apud Sirmium, natale sanctarum septem virginum, quæ simul coronari meruerunt, et dato pretio sanguinis, vitam æternam mercatæ sunt. Apud Palæstinam, transitus beatæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ peccatrix pœnitens appellatur : cujus actus valde mirabiles, et omni laude digni inveniuntur. Apud Montes Hannoniæ, depositio seu transitus beatæ Waldetrudis, neptis beatæ Gudulæ. • De qua vide in Actıs.

HAGENOYEN. « Natale sancti Procori martyris. Qui fuit de septem primis dyaconibus unus, qui statutus erat ab apostolis cum sancto Stephano ad mi-B nisterium viduarum. Hic fide et miraculis præclarus erat, et apud Antiochiam martyrio coronatus est. » In virginibus Sirmiensibus purus est. « Romæ, passio plurimorum martyrum, quos sanctus Alexander papa, dum in vinculis teneretur, baptizavit in carcere. Hos omnes Aurelianus princeps, navi vetustæ impositos, in altum mare deduci, et illic ligatis ad colla lapidibus mergi in profundum maris fecit. » Hæc ad diom sequentem pertinent.

AQUICINCT. etiam Ægyptiacam Mariam huc re-fert, his verbis ; « Apud Palæstinam, sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ peccatrix appellatur. »

VICTORIN. et Reg. Suecie, signatus num. 130, in fine : « Romæ, sancti Cœlestini papæ, qui rexit Ecclesiam annis vII. Hic constituit, » etc., ut heri et nudius tertius inter Auctaria.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT, : « Septem virginum martyrum. Mariæ Ægyptiacæ. Prochori diaconi. » Vide quæ de iis jam non semel dicta sunt. C

ALTEMPS. : « Item Fortunati et Donati. » Adjecta sunt hæc nomina ex aliquo Ilieronymiano apographo, ut alia pridie.

STROZZ. et MEDIG. « Translatio sanctæ Monicæ, ex Ostia Tyberina Romam. »

Editio LUBECO-COL. in Prochoro solum adjicit : « Ibique quiescens. In Sirmio, etc., » pura est. Se-quitur ; « Eodem die, beati Dioscori abbatis, qui fere centum exstitit pater monachorum. Hic communicantes fratres sæpe monebat, ut ad communionem Eucharistiæ non aliter accederent, quam diligentissime ad mortem præparati. » In Actis prætermittitur, defectu sufficientis probationis an-

ANTUERP.-MAJ. agit cum textu de Prochoro et A tiqui cultus : « Ipso die, translatio sanctæ Moni-ptem virginibus Sirmiensibus, in quibus cum cæ, viduæ, matris eximii doctoris Ecclesiæ sancti Augustini episcopi, de Ostia Tyberina ad Romanam urbem. »

BELINI utraque editio ita incipit : « Translatio corporis sanctæ Monicæ, matris sancti Augustini ex Ostia Tyberina Romam, pontificatu Martini quinti papæ, anno tertio decimo sui pontificatus, reconditumque apud sanctum Augustinum. » Reliqua satis plura sunt.

GREVEN. : « Item secundum aliquos hic, martyrium Jacobi majoris apostoli, Demetrii, Diaconi, Hilarii, Concessi, Marii, Fortunati. » Ex Hieronym. : In Galliis, civitate Rotomagensi, beati Hugonis ejusdem urbis archiepiscopi et confessoris. Dioscori abbatis, qui ferc, etc., » ut supra. « Depositio beatæ Mariæ Ægyptiacæ, quam Usuardus IV Nonas Aprilis ponit. Ipso die, translatio sanctæ Monicæ, matris beati Augustini ex ostiis Tyberinis ad urbem Romanam, tempore Martini papæ quinti. Waldetrudis viduæ et abbatissæ. »

MOLAN. : « Translatio corporis sanctæ Monicæ, etc., » ut editio LUBEGO-COL. « Apud Palæstinam, sanctæ Mariæ Ægyptiacæ. In Galliis, civitate Rothomagensi, beati Ilugonis præfatæ urbis archiepiscopiet confessoris. » Prosequitur alio charactere; « Ejus corpus magna reverentia asservatur et fulget in Præpositura sancti Vedasti, Haspris dicta, in diæcesi Cameracensi. Dioscori abbatis, qui ferc, » etc., ut habent editio Lubeco-Col. et Greven. Quæ tamen in aliis editionibus a Molano prudenter prætermissa sunt. Sequitur : « Civitate Diensi, sancti Marcelli ejusdem civitatis episcopi et confessoris, de quo Gregorius Turon. Acacii, Amidæ civitatis episcopi et confessoris : In Tripartita lib. xi, cap. 16.» Hactenus editio prima. In posterioribus, incipit : « In Galliis civitate Rothomagensi, etc., » ut supra. « In Castro Monte, transitus beatæ Waldetrudis. Quæ ex Vincentio viro nobili genuit sanctas virgines, Aldetrudem et Madelbertam; deinde ab illo, servata charitate, separata, in Castriloco ad exercitium spirituale multam sanctarum virginum milit'am adunavit. Die nona, sancti martyris Eutychii.» Voluit dicere « Eupsychii. Eodem die, translatio corporis sanctæ Monicæ, matris sancti Augustini,ex Ostia Tiberina Romam, pontificatu Martini quinti papæ, anno decimo tertio sui pontificatus. • Tum typis minoribus : « Apud Palæstinam, secundum historiam, depositio sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ a nonnullis hoc die recolitur, ab aliis quarto Nonarum Aprilis, ubi ab Usuardo' est annotata. » Utroque die satis dictum est.

IV Idus.

Die 10.

Ezechielis prophetæ, qui a judice populi Israel apud Babyloniam interfectus, in sepulchro Sem atque Arfaxad est sepultus. Romæ, beatorum martyrum plurimorum, quos sanctus Alexander papa baptizavit cum teneretur in carcere. Hos omnes Aurelianus princeps navi vetustæ impositos, in altum mare deduci, et illic ligatis ad colla lapidibus mergi in profundum maris fecit. Alexandriæ, sancti Appolonii presbyteri et aliorum guingue.

NOTÆ.

Ita Praten., Herinien., Tornacen., Pulsanen., D luerp.-Max., Ultraject., Leyden., Lovanien., Albergen,, Danic. et edit. Ultraject.-Belg. Munerat., Belin., Greven. et Molan. Item An-

VARIANTES LECTIONES.

Solus Pulsanen. scribit Hezechielis. Praten. et Belin. Babyloniam; Greven. et Molan., Babylonem; utrovis modo, non male : posui tamen cum cæteris, ut in textu. Pro Sem, habet Pulsanen. Bmath. Tornacen. et Pulsanen. legunt Arfaxat; Munerat., Arfaxath; Belin. et Greven., Arphaxat; Molan., Arpaxat. Elige quod vis, ego lectionem Praten. et Herinien. prætuli, non quod meliorem existimem, nam legendum est Arfaxad. In Pulsanen. omissa est vox papæ. Turpius erravit Belinus dum scripsit : Hos autom omnes Valerianus. Cor Praten., Herinien., Munerat., Belin., Greven. et Molan. legant navi vetusta, haud satis intelligo; rectius, opinor, Tornacen. et Pulsanen. post Ado-nem navi vetustæ, et ita in laterculo. Pulsanen. in hujus periodi fine omisit maris, sic legens: Mergi fecit in profundum. De Apollonii nomine alibi egimus : male habent Tornac., Apolinii; Munerat., Appolonii, et Belinus Apolonii, Minutias alias prætereo.

OBSERVATIONES.

AUCTARIA.

De propheta E:echiele ejusque apud Bedam an-A nuntiatione, plura hodie in Actis observat Papebrochius, inter que hoc plane exploratum puto videlicet laudatum martyrologum prophetas, si quos appellet, solo fere nomine indicare; ast hoc non magis ipsi peculiare, quam Romano parvo, Adoni et Ra-bano. Aliam Usuardi esse rationem ex decursu manifestum est. Quæ autem hodierniejus elogii veritas censeri debeat, apud præfatum Papebrochium invenies. Ea porro quæ in Auctariis suggerit codex Hagenoyensis, non minori admiratione digna sunt, ut per le statim perspicies. Ut paucis dicam : præter sacerdotis titulum, qui ex ipsa ejus prophetia erui-tur, cætera, quæad ejus gesta, vitæ tempus, mortis genus spectant, in obscuro delitescunt, nisi quod Athanasius pro populo passum memoret, quia populo ventura prædicabat. Non hinc, sed ex quibusdam apocryphis, de Ezechiele circumferri solitis, sua mutuasse Usuardum, satis verosimile est ; unde pebrochius, ut pote cujus diu permanserit inter Judæos et Christianos memoria venerabilis. Quod autem eodein in loco sepulti olim fuerint Sem et Arphaxad, id gratis traditum a Rabbinis, aut potius confictum arbitratur. Mitius dicamus, valde incertum esse, et sola ferme Usuardi auctoritate subnixum. Wandalbertus Bedæ brevitatem imitatur :

Ezechiel vates sancto dicat ore quaternas.

ANTUERP. et MAX.-LUBEC. hodie Bedam, Rom. parvum et Adonem potius quam Usuardum secuti sunt, ita primo loco annuntiantes : « Ezechielis prophetæ » simpliciter.

Rosweyd, textui puro attexit ex llieronym. : « In Africa, septemdecim martyrum.

CENTULEN. : « Ezechielis prophetæ, apud Babyloniam lapidati, et in sepulcro Sem atque Arphaxat sepulti. Romæ, martyrum complurimorum, quos C beatus Alexander papa baptizavit, quos princeps Aurelianus in mare præcipitavit. Alexandriæ, sancti Apollonii presbyteri et aliorum quinque.

ANTUERP.-MAJ. ferme purus est, sed deficit in Apollonio.

BRUXELLEN. etiam in textu satis purus, in fine addit : « Item sancti Macharii archiepiscopi Antiocheni. Qui laboriosa pro Christo peregrinatione suscepta, Gandavum venit, et ibi in monasterio beati Bavonis moriens, sancto fine quievit.

HAGENOYEN. ita incipit : « Apud Babolyniam, Ezechielis prophetæ. Qui de Jerosolyma datus est obses regi Nabuchodonosor a Joachim rege Juda, cum Daniele et tribus pueris ac Mardochæo. Qui propheta magnus erat in contemplatione ad Deum. Qui et mirabiles visiones vidit, ct solus ipse inter omnes prophetas, filius hominis a Deo vocatus est. Qui sacerdos éral et populum transmigrantem more pontificis arguebat, mala eis prædicendo. Et quia D quibusdam prædixit quod redituri non essent in terram Juda, ipsum per cardos et tribulos trahendo interfecerunt ; quem omnis populus sepelivit, pro gloria prophetiæ, quæ in ipso erat, in sepulcro Sem et Arphaxat filii ejus. Alexandriæ, passio sancti Apollonii martyris et aliorum quinque martyrum. » Mart yres Romani hic prætermittuntur, quos heri perperam collocatos diximus.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Ezechielis prophetæ. Romæ, plurimorum martyrum.

CODEX BICOTIAN., signatus D 9, hoc die sanctum Hugonem Rotomagensem consignat, quem alii co-

Martyres Romani a beato Alexandro papa baptizati et ex ejus Actis cum Quirino et Balbina desumpti. in Romano parvo atque ex eo in Adone memorantur. Noster ductorem suum de more secutus est, elogii totius substantiam, non verba ipsa scrupulose sectatus, quod Notkero familiarius esse, sæpe diximus. Advertat curiosus lector, norum captivo-rum martyrum numerum ex citatis sancti Alexandri Actis; quæ constanter sincerissima prædicat Henschenius, haud difficulter ad viginti circiter definiri posse. Item Aurelianem, qui hic princeps dicitur, supra ad xxx Martii, ubi de sancto Quirino agitur, imperatorem ab Usuardo compellari, qui tamen' unus idemque præfectus, sit, seu Comes utriusque militiæ, ab imperatore Trajano, de Seleucia Isauriæ ad interfectionem omnium Christianorum ecocatus, ut in laudatis Actis diserte exprimitur. Interim nec hi martyres quantumvis celebres, nec propheta Ezechiel in apographis uliis solum sepulturæ locum ex vero prodi existimat Pa-13 Hieronymianis noti sunt. Ex hisce tamen Apollonius certo profluxisse videtur, a Nostro primum consignatus, adjuncto sociorum quinque consortio, quos ex senis ibi nominatis, seligere non satis potuit Florentinius. Forte Acta nostra felicius distinxerint; nos controversiam in medio relinquimus. Erraverit nec ne Usuardus, aliorum esto judicium, textum ejus purum et simplicem nos reddidisse, codicum ferme omnium consensus abunde evincit.

dices melius die præcedenti retulerunt. Sic legit simpliciter absque elogio : « Ipso die, depositio domni Ilugonis archiepiscopi Rotomagensis. »

VATICAN., signatus num. 5949, adjicit in fine ex aliquo apographo Hieronymiano : « In Antiochia, sancti Theodori presbyteri. Apud Africam, sanctorum martyrum decem et septem. »

Luxovien. : « Lugduni Galliæ, depositio sancti Siagrii. » De eo etiam Greven. infra, sed ab alliis ponitur die sequenti.

Editio LUBECO-COL. in textu modice interpolata, in fine subnectit : • Hic Apollonius Philemonem convertit, et judicem Alexandriæ, qui omnes pro Christi gloria submersi sunt. » Melius hæc prætermissa fuissent, ut pote quæ hodierno Apollonio minus quadrent, ut apud Florentinium et in Actis ostenditur.

GREVEN. : « In Africa martyrum septemdecim. In Thracia, natalis sancti Gaiani. Antonii martyris. Item Saturnini, Grani. » Ex Hieronymianis de more accepti sunt, præter Antonium, in Actis merito prætermissum. « Macharii patriarchæ Antiocheni et confessoris, juxta Gandavum in monasterio sancti Bayonis quiescentis. Apud Lugdunum, Siagrii confessoris. » De quo supra. « Theodori presbyteri. » An et martyris Antiocheni? Vide Prætermissos, ubi et de eo qui sequitur : « Mutii heremitæ. Joannis Baptistæ decollatio. » Remittitur ad xxix Augusti. « Translatio sanctæ Gertrudis virginis. » Vita ejus et translationes illustratæ sunt xvn Martii.

MOLAN., typis minoribus : « Malachi episcopi Lesmorinensis et confessoris, de quo in vita sancti Malachiæ. » Hæc quidem in prima editione memo-rat Molanus, sed in sequentibus, uti et in Actis nostris, præterita sunt. Porro editiones posteriores habent : « In Gandavo, depositio beati Macarii episcopi et confessoris. Die decima, martyrum Terentii, Pompeii et sociorum. » Martyres Afros intelligit, secunda classe in Actis signatos. Tu ubi vide nomina distinctius expressa.

Die 11.

III Idus.

Romæ, natalis beati Leonis papæ, cujus temporibus extiti sancla synodus Calcidonensis. Apud Cretam urbe Gortina, sancti Philippi episcopi, qui magis virtutibus et optimis studiis præditus fuit. Floruit

022

USUARDI MONACHI

autem temporibus Antonini Veri et Lucii Aurelii imperatorum. In Dalmatia, civitate Salona, sancti Domionis episcopi cum militibus octo. Nicomediæ, sancti Eustorgii presbiteri.

NOTÆ.

Puri sunt Praten., Herinien., Munerat., Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

rique codices alii; secutus sum Praten., Herinien. et Creven. Quod putem eam fuisse medii ævi scribendi rationem. Neutra valet, uti nec virorum cætera eruditorum illa, quæ pridem invaluit legendi Calchedon, quam et ego alibi secutus fueram, ex

Romæ, Leonis papæ et confessoris, verba sunt genuini Bedæ. Nihil de eo in apographis Hieronymianis hoc die, nihil in Romano parvo, nec proinde in Adone, ut etiam Mosander fatetur. Rabanus Bedæ verbis aliquid detrahens, elogium concinnavit non omni ex parte sincerum, quod a Notkero fere ad verbum transumptum est. Noster paucula de suo deprompsit, quæ potissimum pontificis vere maximi decus unice prædicant. Et quidem fatendum est, præcipuam jam olim apud Latinos fuisse hodiernam magni Leonis solemnitatem, tametsi B constet, hunc diem, nec natalem ordinationis, aut B consecrationis pontificalis, nec magis natalem in cœlo, aut depositionis, dicí posse; ut proindo tran-lationis alicujus, aut elevationis celebritatem recoli existiment Henschenius et Papebrochius. Porro diem ipsum *depositionis*, post ultimum operum S. Leonis editorem, xxx Octobris affigendum putant laudatus Papebrochius et Castellanus; quod mihi nullo modo placet. Quidni enim prævaleat x Novembris antiquitate cultus, in Hieronymianis eo die concorditer asserti: Romæ depositio sancti Leonis episcopi. Certe ip o illo die x Novembris, non a Notkero, sed a Rabano repetitur, atque is optime cum Hilari successoris ordinatione, ab Henschenio et Florentinio componitur : neque hactenus video, cur antiquissimorum martyrologorum, a tot aliis confirmata sententia, deserenda sit, multo minus, cur hic sibi tantopere quasi de effosso thesauro plaudat Pagius, ad annum cccclxi, contra reliquos, more suo rotunde definiens, mors ejus (Leo-nis) quod huc usque omnes latuit, contigit pridie Nonge meneis Manue kais Nonās mensis Novembris, seu die quarto ejusdem mensis. Quem calculum ineat, ibi palam est, nos bona ejus venia aliter sentiendum putamus. Quæ hic præterea expendi possent, ad xxviii Junii remittenda sunt. Non satis ample Leonis res gestas tractasse videtur Henschenius, Vitam a Canisio primum adornatam et editam secutus; at conatum

Defectibus hac die laborant codices, cætera plerumque puri. TORNACEN. Domnionem omisit. Pulsanen. Eustorgium partemque elogii sancti Philippi ANTUERP. et MAX.-LUBEC. Leonis papæ elogium rescindunt.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LELDLN., LOVANIEN. et EDITIO ULTRAJECT.-BELG. puris codicibus accedere possent : exclusi tamen sunt, quia de Leone scribunt : « Romæ, natale beati Leonis papæ primi D et confessoris; cujus temporibus extitit quarta synodus, scilicet Calcedonensis.

ALBERGEN et DANIC. his superaddunt : « In qua congregati sunt quingenti et trigenta episcopi, exponentes fidem catholicam et confitentes contra hæresim Eutychianam, duplicem in Christo naturam, Divinam scilicet et humanam. » Cætera etiam puri sunt.

CENTULEN. hoc solo defectu a puritate recedit, quod in elogio Philippi ea prætermittat, quæ incipiunt : « Floruit autem, etc. »

Calcedonensis scribunt Munerat., Molan. et ple- A Stephano aliisque subinde convictus legendum Chalcedon. Hæc obiter hac occasione dicta sunto. Domionis habent codices passim passim omnes; Acta ponunt Domnii vel Domnionis. Munerat. male Eustergi pro Eustorgii. Nicomediæ, sinodus, preditus, etc., indicasse sat est.

OBSERVATIONES.

ejus eruditi alii magis explicuerunt et extenderunt, quos inter Tillemontius totius vitæ seriem latius sed non sine partium studio, drosequitur tomo XV, a pag. 414 ad 832, totis 178 articulis, quos nec evolvere otium, nec in omnibus probare animus est. Accipe modo breve, sed satis elegans metricum Wandalberti encomium :

Pontifice et summo ternæ irradiante Leone Splendet, ore, manu, Christi qui pavi ovile.

Philippus Cortynensis in Romano parvo hodie unicus: Gortinæ, Philippi episcopi, qui claruit Antonini Viri et Lucii temporibus. Nihilo plus dicit Adonis elogium a Notkero descriptum, a nostro paraphrasi paulo nitidiori translatum. Gortine satis recte scripsit Romani parvi compilator, meliusalii Gortinæ, cur autem in Cortynam id mutaverint Ado et post eum Notkerus, noc divinare lubet, nec examinare. Nec illud inquirimus, cur idem Philip-pus in Romano parvo, Adone et Notkero repetatur ad vui Octobris, ibi ab Usuardo melius præteribus, cum utrobique de eodem agi manifestum sit. Que in Philippi virtutum, et doctrinæ commendationem ab Irenzeo, Eusebio, Hieronymo, aliisque tradita sunt, sub unum aspectum ab Henschenio exhibentur. De Salonitani episcopi nomenclatione controvertitur : ad certum videtur Usuardum sic scripsisse, uti in aliquo Hieronymiano, ex quo cum eum verosimillime accepit, repererat, et nos in textu servandum omnino p tavimus. Si Domnianis mavis cum Nothere, quod certe præferendum esse fatemur, cavesis, ne etiam millium octo scribas, pro militum octo. Sitne vero hic ipse octonus numeros, plane ad veritatem exactus, docebit te Florentinius; plures in Actis nostris numerantur. Cæterum hæc Usuardi textus puritati nihil guidguam officiunt, quemadmodum nec omissi, Eustorgii Nicomediasis socii, in Hieronymianis distincte nominati, ab Usuardo non satis scrubulose, ut passim solei, prætermissi.

AUCTARIA.

Antuerp.-MAJ. deficit in Eustorgio, cujus annuntiationem totum expunxit, et Adonianum Philippi elogium pro Usuardino supposuit. BRUXELLEN., in Leone et Philippo modice inter-

polatus, de Domnione habet : « Apud Dalmachiam civitate Sabaria. etc. » In Eustorgio purus est. Tum subdit : « In Britannia, sancti Gutlachi confessoris et anachorite.

HAGENOVEN. incipit a Philippo. Sequitur Domio. Dein de Leone ferme, ut Albergen. et Danig. De Eustorgio pure

Roswerd. Secundo loco post Leonem : « In Britannia, depositio sancti Guthlaci confessoris Christi et anachoretæ, qui pro Christo nulta et inaudita tormenta a malignis spiritibus perpessus, ad ultimum corum machinamenta superans, in optima conversatione migravit ad Dominum. • Sequuntur Philippus et Pomio. Tum : « In Africa, Donati, martyris cum aliis ducentis quadraginta. Lugduni, Siagri confessoris. » Demum de Eustorgio.

AQUICINCT. : « In Britannia, sancti Gutlaci con- A quem cum Julianus, avunculus Juliani apostatæ, fessoris et anachoretæ, qui multis virtutibus fulgens requievit in pace. »

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Guthlaci confessoris et eremitæ. Leonis papæ tertii et confessoris. Zenonis Veronensis episcopi et confessoris. » An non martyris? Vide in Actis xII Aprilis. Leo 'II qui etiam in editione LUBECO-COL. hodie perperam notatur, spectat ad x11 Junii.

In VATICAN., num. 5949, omittitur Domio. Adji-citur autom : « In Mauritania, sancti Domnini episcopi et militum novem. » Confusio facile retegi, et corrigi potest.

ALTENPS. : « Turonis, sancti Agrici abbatis. Lug-duno Siagrii episcopi. Item Fortunati et alioram ducentorum quadraginta. »

Codex CASTRI CAROLI : « Lugduno, depositio Siagrii, Patricii. » llæc in actis duo sunt nomina, ubi de Śiagrii eniscopatu nulla fit mentio.

fuit socius sancti Romarici, cujus corpus requiescit in isto sancto monte de Rombech, qui antiquitus vocabatur Habendi-castrum. » De hoc Sancto nihil alibi reperio, forte aliquid recurret in vita S. Romarici viii Decembris.

Editio LUBECO-COL. sic incipit : « Romæ, natale beati Leonis III papæ et confessoris, qui sedit in episcopatu annos viginti, menses quinque, dies decem et sox, tempore beati Karoli Magni, et eidem Augusto diadema imperii contulit. Hic legitur visitasse beatum Severinum in Colonia Agrippina, in ecclesia ipsius et prolixiorem orationem ibidem fecisse : similiter suis comitibus hæc verba dixisse : Dominus Severinus domi est, et ideo non ausus sum illum præterire insalutatum. Hic Romæ sepultus est apud sanctum Petrum. » De Leone magno, nihil. De Philippo, pure. De Domione, ponit, « cum militibus octo, martyribus, qui Christum negare nolentes, pro ejus nomine occisi sunt, glo-C ria et honore. » De Eustorgio addit : martyris. In Britannia, sancti Guthlaci presbyteri et confessoris. Eodem die, sanctorum Fortunati et aliorum ducentorum quadraginta martyrum. Ipso die, bea'æ Godebertæ virginis. Item, sancti Didimi eremitæ, in quo erat multa gratia contra venenata. »

BELIN. Prima editio post *imperatorum*, interse-rit : « In Antiochia, sancti Theodori presbyteri,

comprehensum crudeliter mactasset, novissime gladio præcepit occidi. » De hoc Theodoro, ut semel dicam, videndus index Prætermissorum. In secunda editione idem recurrit; et præterea post Calcedonensis additur : « Sexcentorum triginta episcoporum. » In fine item accedunt : « Lugduno, Siagrii episcopi : Turonis, Agirici abbatis. »

GREVEN. : « In Africa, sanctorum Fortunati, Donati et aliorum ccxL. Stanislai episcopi Cracoviensis et martyris passio. » Colitur vn Maii. Sequitur de Theodoro, ui BELIN., sed pro mactasset, melius legitur sauciasset. « In Britannia, Guthlaci presbyteri, anachoritæ et consessoris. Isaac monachi et confessoris, qui, ut refert S. Gregorius 3 Dial., cap. 14, de Syria veniens, apud Spoletanam urbem humili constructo habitaculo, virtute abstinentiæ et contemptu rerum transeuntium, prophetiæ spiritu, orationis intentione incomparabiliter prædi-Mon is Sancti : « Sancti Agrestii martyris, qui B tus. Unum erat quod in eo reprehensibile esse videbatur, quod nonnunquam tanta ei lætitia inerat, ut illis tot virtutibus, nisi sciretur esse plenus, nullo modo crederetur. Didimi heremitæ et confessoris, in quo multa gratia erat contra venenata. » Certiora quæruntur venerationis argumenta, adeoque in Actis prætermittitur. « Item, bea-tæ memoriæ Reyneri solitarii, qui apud ecclesiam Osnaburgensem reclusus, vita et miraculis admodum effulsit. Ipso die, beatæ Godebertæ virginis. »

MOLAN. de Theodoro, Siagro et Agirico plane ut BELINUS. Tum minoribus typis : « Ipso die Noviomi, bea æ Godebertæ virginis.» Sequitur de Stanislao, Guthlaco, Isaac et Reynero, ut GREVEN. Demum : « Eodem die secundum Metaphrasten, sancti Antipæ, Pergami Asiæ episcopi et martyris, de quo Dominus ait : Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, ubi satanas habitat. » Hæc in prima, in aliis editionibus : « In Britannia, sancti Guthlaci confessoris et anachoritæ, qui multis virtutibus fulgens, requievit in pace. Noviomi, sanctæ Godebertæ virginis. Lugduno, Sicarii episcopi. Turonis, Agrici abbatis. Die undecima, sancti hieromartyris Antypæ, episcopi Pergami Asiæ. In Bronio monasterio, adventus sancti Leodegarii episcopi et martyris. Item beatæ memoriæ Reineri solitarii, » etc. Vide supra Greven.

Il Idus.

\$

2

Ŀ,

2

£

Ľ

2

ç

ŗ,

;*

Ć

٤

ł

C

Romæ via Aurelia, natalis beati Ju'ii papæ, qui sub Constantio imperatore decem mensibus tribulationes et exilia perpessus, post mortem ejus, cum magna gloria ad suam sedem reversus, quievit in pace. [Interserit Bouillart. : Eodem die a sancti Zenonis episcopi, qui inter procellas persecutionis Veronensem urbem mirabiliter rexit, ac tempore Galieni martyrio coronatus est.] Vapingo, depositio Constantini episcopi.

NOTÆ.

Puros undequaque codices solum reperio Heriniensem et Tornacensem cum prima Belini editions.

· Zenonis mentio, quamvis in alio folio facta, ita D periclitabitur?Procul dubio Sollerius codices vidit eamdem litterarum formam, idem atramentum, eamdem membranam exhibet, ut nisi cæcus, aut imperitissimus scripturarum æstimator, illam post Usuardum intrusam effutire possit. Nulla litura, nitidus character, nihil quod vel morosis indicibus suspicionem injicere queat. Codices ferme omnes Sollerio noti suffragantur. Quos ego lustravi, horum nullus dissidet; pratenses quatuor optimæ notæ,quorum duo quingentos annos superant,duo Victorini, Conchensis, Pontisarensis, Fulienses A, B, Colbertini A, B, C, D, Fossatensis : libri castigatius et accuratius editi consentiunt, fatente Sollerio : antiquum martyrologium undecimo ineunte sæculo exaratum et Parisiis in prioratu regio sancti Martini studiose asservatum eamdem lectionem refert : Martyrologium Romanum ejusdem Zenonis eodem die meminit. Et lectio tot adminiculis fulta nutabit,

quos Pratensi opponeret. Ita est, duos vidit, Heriniensem et Tornacensem ; addat et Dervensem, nihil ad me. Curæ non fuit aliis Ecclesiis, ut quæcunque ab Usuardo emendata fuerant, ea emendarent et ipsæ. Sed codicibus destitutus, argumentis fortasse pugnat, et ils quidem quæ solvi non possunt. Audiendus est. Rarissime, inquit, Usuardus sanctos Transalpinos accersit. Quid tum sodes? si rarissime, ergo alíquando. Atqui Zeno unus erit ex illis. At plusquam dubia est Usuardi narratio. Cur ergo dubius hæsit Henschenius Zenonem pontificem et confessorem solum, an etiam martyrem assereret? nunquid novi comperit Sollerius? At Henschenius diserte pronuntiat, nullo quidem argumento, sed tamen diserte pronuntiat, Zenonem a posteris intrusum fuisse. Respondere non ausim. Et de ista Sollerii urbanitate quid lector sentiet? suspicari ausim

Die 12.

VARIANTES LECTIONES.

phthongorum in Tornacensi defectum, de quo alibi diximus. Belinus pro Constantio, male legit Con-stantino, et pro Vapingo, apud Vapingum, jugo.

Inter codices mss. nulla est, præter solitum di- A Qui per jugo velit, nescio : nam Vapincum non montis jugo impositum, sed, si recte memini, ad radices situm est.

OBSERVATIONES.

Non uno modo in apographis Hieronymianis annuntiatur Julii papæ memoria. Epternacense vetu-stissimum simpliciter habet: Romæ, depositio Julii episcopi. Corbeiense utrumque: Via Aurelia, tertio milliario. depositio Julii epis opi, ubi Calepodii cometerium, quod in Lucenci, Julio, hic Lupicino alicui tribuitur atque adeo optime convenit annuntiatio cum verbis Kalendarii Bucheriani, sic legentis: Pridie Idus Aprilis. Julii in via Aurelia, milliario III in Callisti. Atque hæc clare et plane de Julio prædicantur non item ea, que elegantius quam verius suo elogio inseruit Beda, ex quo transcripsit Rabanus, transcripsit etiam Ado, ex Adone B putem, facit imprimis lleriniensis et Tornacensis Noster, servata tamen Bedæ positione, seu loco sepulturæ. Notkerus Adoniana referens, nonnulla superaddidit, quæ ex Aquicinctino codice in Auctariis dabimus, nisi forte et illa Adoni tribuenda sint, ut a Mosandro factum, expeditione ab eo procurata intelligimus. Rectius Adoni præluxerat Ro-manum parvum : Via Aurelia, Julii papæ et confessoris, sub Constantio Ariano; nani quæ de ejus exsilio et tribulationibus in textu commemorantur, a Baronio et eruditis omnibus merito reprobata sunt. Vide Henschenii commentarium et scriptores alios a Tillemontio citatos tomo VII, a pag. 269. Wandalberti elogium sincerum est :

Julius antistes pridie Romana revisit Mœnia, catholico clarus pro dogmate pastor.

Constantinus, aliis Constantius, Vapincensis episcopus, haud dubie ex apographis Hieronymianis ab Usuardo acceptus est, reliquis jam citatis plane C ignotus. Sic in illis ferme omnibus a Florentinio editis legimus : In Vapingo civitate, depositio Constantini episcopi. An recte ab Acherio et Florentinio inter adjectitios computetur, de voce quæstio est. Ætatem ejus contra Baronium et Saussayum bene, quantum fieri potest, determinat Henschenius, sed in fine exerrasse videtur calamus, dum

PRATEN., PULSANEN., ROSWEID., ANTUERP., MAX.-LUBEC., MUNERAT., BELINI editio altera, Greven., MOLAN. et codices cæteri ferme omnes secundo loco annuntiant : « Eodem die, sancti Zenonis, episcopi, qui inter procellas persecutionis, Veronensem urbem mirabiliter rexit, et tempore Gallieni martyrio coronatus est. » Eadem habent ANTUERP.-MAX-, ULTRAJ., LEYDEN., LOVANIEN., editio ULTRAJ.-BELG., qui præterea ex Adone aligua restituunt. Ita incipiunt : « Romæ via Aurelía, in cimiterio Calepo- D De Julio præter jam dicta, adjicit « Item constidii, natale beati Julii papæ, qui sub Constantio Arriano imperatore, filio Constantini Magni, decem mensibus, etc.

ALBERGEN Of DANIC. post quievit in pace, adhuc adiiciunt ex Notkero : « Hic constituit, ut nullus clericus causam publice ageret nisi in ecclesia. »

CENTULEN. : « Romæ, sancti Julii papæ et confes-soris. In Italia, sancti Zenonis episcopi et martyris, qui sub Gallieno passus est. Item, depositio sancti Constantini episcopi. »

ANTUERP.-MAJ. agit hodie de solo Julio papa non multum a textu discrepans.

BRUXELLEN. ita incipit : « Romæ, natale beati Julii papæ et confessoris. Qui sub Constantio Arriano imperatore, filio Constantini, multas tribulationes et longum exilium perpessus, post ejus mor-

Petrum de Natalibus arguit, quasi non recte dixisset Contantium clarere pridie Idus Aprilis. Certe nullo modo dubium quin Usuardinus sit, codicibus plane omnibus in id conspirantibus, cum sanctos præsertim Gallicos, aut ab Hieronymianis mutuatos, aliis Adonianis subnectere passim consueverit.

De Zenone Veronensi non ita consuerunt majores nostri et notanter Henschenius, qui hac die Zenonem in textum Usuardinum intrusum diserte pronuntiat, tametsi in prætenso Pratensi autographo aliisque multis expressus sit, iis verbis quæ infra referemus. Cur ab Henschenio discedendum non codicum auctoritas, satis alibi stabilita. Facit indicata jam ratio, quod rarissime Usuardus sanctos transalpinos accersat, nisi eos apud antiquiores repererit, quod alias a me non infeliciter observatum memini, præsertim xvi Januarii in Titiano Opitergiensi, ubi clar. Castellani testimonium subinde attexui, duorum codicum nostrorum genuinam simplicitatem egregie confirmans. Facit denique, ut cætera taceam, totius elogii plusquam dubia narratio, ab Henschenio satis discussa, quæque Molanum olim impulisse videtur, ut nonnula ex prima editione in sequentibus rescinderet. Suspicari ausim, non neminem Usuardi symmistam exstitisse, qui in Rabano ejusque hic transcriptore Notkero, Zenonis mentionem forte inveniens, stylum suum Usuardino attemperandum consuerit. Si quis melius me edoceat, solidis rationibus acquiescere haudquaquam refrágabor; ast solius codicis Pratensis, quem cateri secuti sunt, auctoritate non magnopere moveor, ut pote qu'am supra toties convulsam ostendimus, et porro convellendam demonstrabimus. Manebit semper vis argumenti, in prælatione nostra propositi, nempe eo magis, cæteris paribus, codicem aliquem ad primigeniam simplicitatem cujuscunque Martyrologi accedere, quo textu ejus paucioribus sanctis circumscribitur.

AUCTARIA.

tem ad sedem suam cum gloria reversus, quievit in pace et sepultus est via Aurelia, in cimiterio Calepodii, ab urbe milliario tertio. Hujus tempore celebrata est synodus Nycena, quæ hæresim Arrii condemnavit. » In cæteris ferme purus est. At ubi invene-rit, synodum Nicænam, ad Julii pontificatum differendam, nec scio, nec examino.

HAGENOYEN. primo loco de Zenone, cui nonnulla ascribit, non tantæ fidei, ut hic repeti mercantur, tuit conjugium a sacerdote in ecclesia benedici. » Reliqua intellige, ex Auctariis præmissis

AQUICINCT. post to in pace, addit quædam, quæ ex parte lacera sunt; hæc autem supersnnt : «Hic constituit, ut.. causa qualibet in publico ageret, nisi in ecclesia... per Notarios colligeretur, et sive cautiones vel stri... donationes, vel commutationes aut traditiones, vel testamenta, aut allegationes vel manumissiones a clericis in ecclesia celebrarentur. » Hæc ut ex Notkero sumpta, ita sopplenda sunt. Primo loco, « ut nullus clericus cau-sam quamlibet, » etc. 2º « Ut notitia fidei per Notarios, » 3º « vel instrumenta aut donationes, » etc.

MATRIC.-CURTHUS.-ULTRAJECT. heri egit de Zenone. ut confessore. Heilie : « Julii papæ.Zozimæ abbatis. » De eo igitur in indice Prætermissorum. « Ermigildi

BOUILLART.

regis et martyris : • spectat ad diem sequentem, A termissos eum nominari. « Zenonis monachi, discivocaturque Hermenigildus.

IN VATICAN., sub num, 5949, deest Constantini. FLORENTIN. : « Item, sancti Lazari martyris, qui passus tempore Antonini imperatoris apud Tergastinam civitatem sub præsule (præside) Pompeio. Qui, cum esset diaconus et fidelis Christi, et in domo sua continue couvenientes libenter reciperet, accusatus quod esset Christianus, cum fidem Christi coram præside constanter prædicaret, jussus est ore contundi, deinde virgis cædi, ad ultimum capite truncatus ad æterna regna feliciter pervenit. »

CODEX REMEN. SS Thimothei et Apollinaris : « Remis translatio sanctorum Thimothei et Apollinaris.

Editio LUBECO-COL. de Julio fere habet, ut AL-BERGEN et DANIC.; sic autem in fine legit: « Hic constituit, quod nullus, clericus causam publice ageret, nec ad eam publice ducatur, nisi in ecclesia. » De Zenone ctiam aliquid interjicit post imperatoris, B sii) Ecclesia Dei quæ est in Gotthia, Ecclesiæ in Cap-· pro Christi ovibus sibi creditis inartyrio coronatus est. » De Constantino addit, confessoris. Tum in fine : « Eodem die, sancti Zózimæ abbatis, de quo legitur in gestis sanctæ Mariæ Ægyptiacæ. » Vide u Aprilie guo die utit ide 11 Aprilis, quo die utriusque Acta illustrantur.

GREVEN. : « In capua, natalis sanctorum Cypriani, No ellæ et Silvani. Item, sanctorum Carpi, Julii, Agapi, Pauli. » Lacıniæ Hicronymianæ. « Erkenbodis episcopi et confessoris. Zozimæ abbatis, de quo in gestis beatæ Mariæ Ægypticcie legitur. Joannis heremitæ et confessoris. » Mirum nec inter Præ-

puli abbatis Silvani, qui in Ægyptia regione in ardentissimi solis caumate quinque diebus se desiccans stetit, probare volens ulrum tormenta futu-ræ vitæ tolerare posset. » Rejicitur ad xix Julii. « Item, sanctæ memoriæ Engeburgæ virginis, filiæ regis Angliæ. » Vide indicem Prætermissorum.

MOLAN., post coronatus est, litteris Italicis inter-serit : « De quo Gregorius in lib. Dialogorum refert, Monasterio Sithiu, depositio sancti Erkenbodonis, Morinorum episcopi. » Tum minoribus typis : « Ipso die, rupti sunt fontes abyssi et factum est diluvium. Ego die, sancti Sabæ Gotthæ martyris. Hic, cum Gotthiæ magistratus Christianos cogeret edere idolis immolata, et gentiles quidam propin-quis suis pro immolatis, quæ immolata non essent proponerent, re cognita, beatus Sabas protestatus est omnibus : Si quis ex carnibus illis commoderit, Christianusesse non potest. Scribit (tom. VII, Aloypadocia, et omnibus Ecclesiæ catholicæ Christianis. Relatio sancti Renati Andegavensis episcopi, de Italia ad suam civitatem. » Hactenus prima edítio. In aliis servat quæ de Gregorio dicta sunt. Dein : « Monasterio Sithiu, depositio sancti Erkenbodonis Morinorum episcopi et abbatis Sithiensis. Die duodecima, sancti patri et confessoris Basilii episcopi Parii. » Rursus minori charactere : « Eo die, sancti Sabæ Gotthi martyris, » etc., usque ad, « Christianus esse non potest, » omissis reliquis supra relatis.

Idibus.

Apud Pergamum Asiæ urbem, natalis sanctorum Carpi episcopi. Papirii diaconis et Agathonicæ, opti mæ feminæ, aliarumque multarum, quæ pro beatis confessionibus martyrio coronatæ sunt sub Antonino Vero et Aurelio Commodo. Cum quibus et vir mirabilis Justinus philosophus, pro religione Christi plurimum laborans scriptu, remunerationem linguæ fidelis martyrii munus accepit. In Hispania, sancti Erminigildi, qui ob fidei catholic: confessionem, securi in capite percussus, regnum cœleste pro terterreno, rex et martyr intravit. [Bouillart., ad oram pagina : Eodem die apud monasterium S. Germani, consecratio altaris in honore sanctæ et individuæ Trinitatis atque vivificæ crucis, simul et beatissimæ Dei genitricis Mariæ, sanctique Guandregisili, necnon omnium sanctorum.

NOTÆ.

Ita'Praten., Herinien., Tornacen., Rosweyd., Mu- C. traject., Leyden., Lovanien., Albergen., Danic. et nerat., Greven., et Molan cum Ani verp-Max., Uledit. Ultraj.-Belg.

VARIANTES LECTIONES.

Papirii cum textu legunt Praten., Herinien., Tor-nacen. et Munerat. Fortasse melius Rosweyd., Greven. et Molan. Papirii. ut diserte habent Rom. parvum et Ado. Sunt qui Papiri scribant, ut mediæ notæ codices ultimo loco citati : ad inter Usuardinos omnes, nullum prorsus invenio, qui *Papily* efferat, ut faciunt Romanum hodiernum et Acta nostra. Nobis ea lex est, ut codices nostros antiquiores, etiam errantes sequamur. Hoc ipsum, locum habet in scriptu, ut est in Pratensi. Torn...cen., Greven. et aliis. Herinien. et Molan. ponunt scripto; Rosweyd.,

scriptura; Muneratus, ut passim erroribustypographicis foedatus est, ita hic turpiter labitur in scripture munerationem. Quod ex aliquo codice Pratensi, a nobis signato B. cum altero collato, profluxisse videtur. Rursus reliqui in textu Brminigildi cum Pratens., Herinien. et Tornacensi, cui aspirationem præfigunt Munerat., Antuerp.-Max., etc. Rectius Greven. et Molan., Herminigildi. Sed male interjicit Munerat., regis. De cætero, dyaconi, Antonio, Justinius, ejus ferme solius errores sunt.

OBSERVATIONES,

memorant, saltem hoc die, Hieronymiana apographa, nisi quis per analogiam non satis, meo quidem judicio, verisimilem, ex *Polycarpo* Hieronymi, *Car*pum nostrum, et ex ejusdem Paulo Papirium efformatum contendat : nam quidquid Papyli vel Papuli, quod magis ad Pauli accederet, moderni ex Eusebio præferant; Carpi et Papyrii dissertissime legit, qui primus annuntiationem, non ex Hieronymianis, sed ex Rufino, diem pro suo bener lacito seligens, accepit auctor Romani parvi : Nud Pergamum Asic, Carpi episcopi et Papyrii, Aguthonice et alia-rum mullarum; quidni et aliorum, quos omnes ex

De hodiernis Pergamensibus martyribus, nihil in D eodem fonte, probatis confessionibus martyrio co-genuino Beda aut Rabano legitur; nihil item clare ronatos, tradit Ado, nullo quidem hic expresse signato martyrii tempore, sed quo per bonam consequentiam ex Justini elogio eduxit Usuardus. Non sola hæc Adonis aberratio est, cui et aliam Notkeri adjunge, qui pro probatis confessoribus, scribit pro beatis confessoribus. Cæterum notata Antonini Veri et Aurelii Commodi nomina, inde in Martyrologia irrepserunt, quod cum et horum Pergamensium et sequentis Justini martyria ex laudato Rufino desumpta sint, ubi sancti Polycarpi passioni ferc subnectuntnr; Ado absque ullo discrimine martyres omnes lib. IV, cap. 15 et 16, memoratos, ad eadem tempora pertinere censuerit, adeoque continuata

Die 13.

quasi periodo, cum quibus etvir mirabilis. Justinum A Vitam utcunque encomiasticam deduxit Tillemoncum Pergamensibus copulaverit, ut de Pion o cursim insinuavimus I Februarii. Et hæc tota et unica confusionis ratio est, soli Adoni, vel si ita vis, Rufino, errandi quodammodo viam commonstranti, non Usuardo, ut facit Papebrochius i Junii, aut aliis martyrologis imputanda. Ut jam ordine prosequa-mur ; forte *Carpus*, qui in Hieronymianis die præcedenti cum aliis diversimode Pergami refert r, idem ipse est quem ex Rufino a nostris acceptum diximus, ex cujus Actis, a Metaphraste, ut minimum tasse sub Decio, ut pluribus ostendit flenschenius hic et alibi, consentiuntque Florentinius in notis et Tillemontius tomo III, a pag. 346 et pag. 711.

Alia est, de viro mirabili Justino, vulgo autonomastice *martyre*, controversia a Papebrochio ex Græcis monumentis primum mota, quod ei hoc die suborta sit dubitatio, indemne Justinus hic ab Adone Usuardo et Notkero proponatur, qui ab aliis B recte conjiciens perperam hoc die solo nomine ap-I Junii colitur (an etiam ab aliquo xII Junii ul notavit Castellanus in Martyrologio universali, nescio), Eo autem inclinat, ut variis argumentis binos Justinos statuat. At geminationem illam impugnavit Ruinartius, inter Sincera et Selecta a pag. 38 et Papebro-chius ipse ad 1 Junii, priusquam Ruinartii opus vidisset, haud obscure ad communem sententiam accesserat. Componantur, quæ utroque die diligentissime exquisita sunt, in primo invenietur Vita ab Halloixio operose composita, a Papebrochio illustrata; in altero Acta ipsa Latino-Græca, vel Græco-Latina authentica, quibus et Justini et sociorum certamen breviter, graviter et sincere exponitur. Ex utroque loco aliisque documentis multo longiorem

PULSANEN., quantum conjicere licet, aut purus est, aut ad puritatem accedit proxime; verum cum exesus textus legi nequat, malui codicem e puris excludere, quam dubia pro certis venditare. C ANTUERP. et MAX.-LUBEC. puri sunt in textu;

ast in fine addunt : « Item sanctæ Eufemiæ virginis et martyris. » Quomodo etiam legunt codices FLOREN | INI.

CENTULEN. : « In Calcedonia, sanctæ Eufemiæ virginis et martyris. Apud pergamum Asiæ urbem, sanctorum Carpi episcopi. Papirii diaconi, et Agathonicæ optimæ feminæ, aliarumque multarum, quæ beatis confessionibus, martyrio coronatæ sunt. Apud Hispanias, natalé sancti Herminegildi, filii regis Leovigildi, quem pater suus rex Gothorum Arrianus, ob insuperabilem catholicæ fidei confessionem interimere fecit. »

ANTUERP. MAJ., in Euphomia et Pergamensi-bus CENTULENSI similis est, prætermisso utrobique Justino. In Hermenigildo, quem Hermibaldem vocat, ad Adonem magis accedit.

BRUXELLEN. ita incipit : « In Chalcedonia, natale sanctæ Euphemiæ virginis et martyris. Quæ tor- D tre Arriano nocte sancta Paschæ martyrio coronamenta et carceres, verbera et argumenta rotarum, ignes et pondera, bestias et plagas virgarum, secures et sartagines igneas pro Chr.sto superavit. » In reliquo textu, si sphalmata scriptoria excipias, Adonem secutus est.

HAGENOVEN. in prima purus est. In Hermenegildo verba, non rem multiplicavit. In fine : « Ipso die, sanctæ Eufemiæ virginis et martyris. »

Aquicinct. et Cluniagens. : « Item Euphemiæ virginis et martyris. » Exigua variatio est. MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Carpi episcopi,

Papiri diaconi et aliorum plurimorum. Justini philosophi et martyris. Godebertæ virginis. Ydæ co-

mitissæ Boloniæ, viduæ. • CODEX D. ou CHEVAL, signatus C, qui fuit PP. Francis. : « Item, Euphemiæ virginis et martyris. »

VATICAN., num. 5949 : « Sanctæ Euphemiæ virginis et mártyris. » Ita plerique omnes.

tius tomo II, a pag. 344. Hermenigilii ante Adonem nullus martyrologus

meminit; laudationem ex sancto Gregorio ab eo concinnatam, si non totam, certe pro majori et elegantiori parte, in laterculum suum transtalit Úsuardus, Notkero et hæc et superiora omnia ferme ad verbum transcribente. De inclytissima Ariani furoris victima, nihil dici posse videtur, quod ab Henschenio diligenter collectum et erudite illustratum non sit. Cultus cjus in Galliis IX sæculo celebritatem probant etiam Wandalberti versus:

Idibus Hermingilde patrem rex alme furentem Persentis; verum referens de morte triumphum.

Recolunt hoc quoque die ex Hieronymianis Rabanus et Notkerus Buphemiam, celebrem illam Chalcedonensem martyrem, quam Mosander Adoni, sed asterico distinctam, hoc est ut dubiam adjecit, pellari, quæ xvi Septembris insigni oratione ab eodem laudatur. Una vero, an pl res Buphemie fuerint, hoc an aliis diebus celebranda vel celebranda, in Actis breviter discutitur. At nec ego contentiosum funem trahere cupio, cum ad Usuardum hoc die nihil spectet, licet in Auctariis toties recurrat. llis ita positis, quid de textus veritate dubitari possit, prorsus non video. Quæ autem de consecrationibus alterium, etc., in Pratensi codice ad marginem, hie et alibi ascripta reperimus, monasterii illius tam propria sunt, ut cum Usuardi Martyrologio nihil commune habeant; ac proinde merito deinceps a nobis prætermittantur, nisi qui ex iis observatione dignum occurat.

AUCTARIA.

UGHELLIAN. : « item sanctæ Euphemiæ virginis.» VICTORIN. et REG SUEG., num. 130, omittunt etiam martyris, sed præfigunt : In Calcedonia.

Editio LUBEGO-COL. In principio satis pura, de Hermenegildo sic habet : « In Hispania, sancti Hermenegildi regis et martyris, quem pater ejus Leonigildus Arrianus, rex Arragonum et Gothorum, ob fidei catholicæ confessionem inexpugnabilem, nocte sancta Dominicæ resurrectionis securi interfici jussit, et tali martyrio regnum cœleste rex et martyr intravit. Calcedocee [Chalcedoniæ] translatio sanctæ Eulemiæ virginis et martyris. » Utrum vere translatio aliqua Euphemiæ Chalcedonensis facta fuerit, compertum non habeo. De Euphemi-rum unitate vel inultiplicate, vide quæ in Actis hac die disputantur.

BELIN. : « Eodem die, sanctæ Euphemiæ virginis et martyris. »

GREVEN., « Prædictus Hermenegildus Lungildi regis Vusigothorum filius, ut refert Gregorius milib. Dialog. prædicante beato Leandro Hispalensi episcopo, ab Arriana hæresi ad fidem conversus, a patus est. Item sanctorum Eucapi. Secutoris, Pauli. • Corrupta ferme ex Hieronym. nomina : « In Calcedonia, natalis. [vel secundum alios translatio] sanctæ Eufemiæ virginis. Donani abbatis. Godebertæ virginis. Item, sanctæ memoriæ Nicolai confessoris, in Nussia quiescentis. » De postremo inter Prætermissos agitur. Godeberta ad xI hujus perlinet. De Donano nihil usquam invenio, ne quidem in indice Prætermissorum. An is sit, de quo in Aclis agitur xvii Aprilis, ut qui cum discipulis duobas et quinquaginta martyr fuerit, an potius Donanus alter, qui simpliciter ibidem abbas in Scotia dicitur. alibi examinabitur.

MOLAN. : « Eodem die, sanctæ Euphemiæ virginis et martyris. » Tum minoribus litteris : « In territorio Arvenernensi, sancti Martii abbatis et confessoris, de quo Gregorius Turonensis. « Vide in Aotis.

Romæ via Appia, natalis beatissimorum martyrum Tiburtii, Valeriani et Maximi, Almachio præfecto, quorum primi sustibus cæsi in gladio percussi, ultimus tandiu ad plumbatas est verberatus, donec exalaret spiritum. Apud Alexandriam, sancti Frontonis abbatis, cujus vita sanctitate et miraculis exstitit gloriosa. Interamnis, beati Proculi martyris. Item, sanctæ Domninæ virginis cum sociis virginibus coronatæ.

NOTÆ.

Puri sunt Praten., Herinien., Tornacen., Ros- A traject., Leyden., Lovanien., Albergen., Danic. et moyd., Antuerpien., Max.-Lubec., Munerat., Belin., edit. Ultraj.-Belg., nisi ex Adone interjecissent, Creven. et Molan. Accederent Antuerp.-Max., Ul-

VARIANTES LECTIONES.

in cometerio Prætextati.

Tyburcii in Heriniensi, *Tiburcii* in Tornacensi, vix notanda sunt. Major est difficultas, servandumne ad plumbatas, ut ex Pratensi, Heriniensi et Tornacensi in textu posuimus, an *plumbatis*, ut cæteri ferme legunt, non a plumbatis, ut Munerat. Certum est phrasim illam, licet duriorem, exstare in Rosweydina Adonis editione, atque mss. nostris, excepto solo Lobiensi. Nobis hic sufficiat trium codicum probatissimorum auctoritas. Sic iidem cum Aniuerp., Max.-Lubec. et Munerat. scribunt exalaret, quod in textu reliquimus, Codex Antuerp. superfluæ claritatis gratia, in ipsa periodo posuit duo primi. Pro miraculis extitit gloriosa, male in Belino legitur miraculis claruit. Item male iteranis, pro quo Munerat. iterannis, Tornac. interampnis. At B bus scribere maluit, sociabus.

OBSERVATIONES.

Quam illustre est toto orbe Christiano Cacilia nomen in antiquis Kalendariis et Sacramentariis, imo in ipso missæ canone, perpetua celebritate consecratum; tam sunt venerabiles martyrii ejus socii Tiburtius, Valerianus et Maximus, in omnibus Hieronymianishoc di primo loco sic férme consignati : Romæ via Appia cæmeterin Prælaxtati, natalis sanctorum Tiburtii, Valeriani, Maximi; sed cum pluribus passim sociis, de quibus videri possunt solito prolixior Florentinii notatio, cum alia xxI Aprilis, dum iidem sancti in illis apographis repetuntur, et IIenschenii commentarius cum Analectis; apud quos translationes et id genus alia excu- C tiuntur, quæ huc non pertinent. Eadem sanctorum nomina, et quidem sola, hoc die refert auctor Romani parvi. Bedæ est, quidquid præterea in textu additur ex ipso in Rabanum, Adonem, Usuardum et Notkerum translatum, quo ex celeberrimis Cæciliæ Actis præfatus Beda desumpsit. Laudat ipsa Henschenius his verbis : Hæc pervetusta horum sanctorum solennis veneratio, plurimum crevit ex certissima virtutum, ac martyrii notitia, quam dabant antiqua S. Cacilia Acta, qua tunc temporis (quinto circiter sæculo) omnium manibus terebantur, et hactenus in præcipuis el perantiquis membranis conservantur. Et hæc quidem favorabilis Henschenii sententia, a qua multi, præsertim recentiores cum Tillemontio tomo III, a pag. 250, et in nota, pag. 689, certatim recedunt, Actorum antiquitatem hau iquaquam inficiantes, sed ea, ut vera aut sincera renuentes ad-mittere, usque adeo, ut Ruinartius, vel a Cæcilia nominanda, toto suo opere studiose abstinere visus D rum ordine.

sit. Nec locus hic, nec otium est, controversiam etiam expendere, de qua in Actis nostris disputari poterit xxII Novembris. Interim certum videtur, cum reliquis martyrologis sensisse Wandalbertum, dum ita cecinit :

quid de nomine virginis ultimo loco positæ? Pro Domninæ stat Praten. (de quo tamen dubito) Antuerp., Rosweyd., Greven. et Molan., etc. Rursus stat usus communis, quem sequi coacti fuimus, ex recentiori-

bus omnibus, Romano moderno et Actis nostris. Ego

tamen vere existimo usum illum male invaluisse,

legendumque non Domnina, sed Domna, ut diser-

tissime faciunt apographa Hieronymiana, utraque Adonis cditio et codices ejus mss. omnes. Pro Domnæ autem non absurde scribunt Herinien. et

Tornacen. et Munerat. Domine. Ast in Max-Lubecana, Domininæ, in 1 Belini Doninæ, in altera Don-

nin r, aperta sunt sphalmata. Sic idem Belinus

plus justo sapere voluit, dum pro sociis virgini-

Octava et decima Maias superante Kalendas, Valerianus ovat, fraterque Tiburtius, ipsos Maximus effuso comitatur sanguine miles.

Quæ de Frontone, Frontono aut Frontonio, abbate Ægyptio, in laterculo dicuntur, plane Adoniana sunt; multo longiorem historiam ex Vitis Patrum textuit Rabanus, quem paulo contractiorem fecit Notkerus. Ex Hieronymianis procul dubio acceptus est, in quibus sic ferme ad laterculi finem legitur : In Alexandria, Frontonimonachi. Vitam ex Rosweydi editione produxit llenschenius; occasione ultimæ clausulæ, multis difficultatibus irretitus, quibus ipsum, non reluctantem, feliciter expedivit Papebrochius xıv Maii, in Vita sancti Pachomii, ut pluribus deductum invenies in Responsionibus ad articulum 15, § 13, a num. 196, quæ hic satis est indicasse. Ejusdem Adonis est annuntiatio tertia, de sancto Proculo martyre Interamnensi, ab ipso ex numerosiori Hieronymianorum turma avulso quemadmodum et Domnina vel Domnia virgo, quæ ultimo loco ponitur, cum sociabus coronata, de quibus nihil habeo, quod addam brevi, sed accurato Henschenii commentario : nec quidquam Usuardus Adoni adjunxit, solum ejus textum ferme recensens, mutato duntaxat nonnihil sancto-

AUCTARIA.

PULSANEN. solus deficit in Proculo et Domnina, in altera parte omnino purus; ubi noto, etiam scribi ad plumbatas, ut nos in textu legimus.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., LOVANIEN., ALBERGEN. et DANIC. et editio ULTRAJ.-BELG. paucis tantummodo excedunt, ut diximus : nempe; in cometerio Prætextati.

CENTULEN. : « Roma sanctorum martyrum Tiburtii et Valeriani fratrum et Maximi, qui per beatam Cæciliam ad fidem conversi, sub Alma bio præfecto, gladio cædente coronati sunt. Interamnis, sancti Proculi martyris. Item, sanctæ Domnæ virginis, cum sociis virginibus coronatæ. Alexandriæ, beati Frontonis abbatis, virtutibus et miraculis gloriosi. »

ANTUERPIEN.-MAJ. in prima classe elogium resecat. Sequitur : « Interamne, » elc., pure. Tum : « Dompnæ, » pure. « Frontonis, » pure. « Eodem die, dedicatio basilicæ sancti Georgii martyris, Squantii. » Quis hic locus indicetur, villa, cas-trum, vicus, cœnobium, nescio.

BRUXELLEN. : « Romæ, via Appia in cimiterio Prætextati, sanctorum martyrum Tyburcii, Valeriani

933

XVIII Kal.

Tyburcius et Valerianus fratres, ab Urbano papa baptizati, jubente Almachio præfecto, fuslibus cæ-si, gladio transverberantur; Maximus vero tandiu plumbatis cæsus est donec spiritum exalaret. » Sequitur : Interamne, etc., pure. Tum Domninæ, dein Frontonis. Denique in fine : « Et transitus sancti Lamberti episcopi Lugdunensis, discipuli sancti Wandregisili, et secundi post ipsum rectoris cœnobii Fontanellensis. »

HAGENOYEN. ; « Romæ, via Appia, natale beatorum martyrum Tyburcii et Valeriani fratrum, qui conversi sunt per beatam Cæciliam, et per beatum Urbanum papam in fide instructi. Qui, postquam angeios viderunt, et omnia sua pauperibus erogare cœperunt, et multos Christi martyres sepelierunt. ab Almachio præsecto tenti sunt, et interrogati sunt de fide. Qui primo jussit eos fustibus cædi et in-carcerari, et demum decollari. Item Romæ, beati Maximi cornicularii, qui per Tyburtium et Valeria- B num conversus est, cum ad permissionem illorum temporum, animas de corporibus videret egredi, sicut virgines ornatas de thalamo in cœlum. Unde cum ille hoc miraculum publice confiteretur, ab Almachio plumbatis jussus est cædi, donec deficeret. Apud Alexandriam, natale beati Frontonii abbatis, cujus vita sanctitate et miraculis extitit gloriosa; cujus pr. cibus octuaginta fratres [Rabanus et Notkerus, qui hanc historiam fusius describunt, le-gunt LXX] in deserto degentes et panem ac cibum terrenum comedentes, a peccato murmuris custoditi sunt, per camelos oneriferos, divisis cibariis a Deo sibi missis. Interampnis, beati Proculi marty-

et Maximi, sub Almachio præfecto. Quorum primi A ris. Item, sanctæ Domninæ virginis, cum sociabus suis virgibus aliis martyrio coronatarum [melius *legeret* coronatæ.] »

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. : « Tiburtii, Valeriani et Maximi martyrum. Frontonis abbatis. Domninæ virginis cum ceteris. »

Editio LUBECO-COL. præter dicta de Tiburtio et sociis, addit : « Quorum corpora, beata Cecilia ve nerabiliter sepclivit. » De Frontone, pure. « Interamnis, beati Proculi et Mephibii, ac Apollonii martyrum, discipulorum sancti Valentini episcopi, et martyris, sub consulari Hennutio decapitatorum. Vide de his Acta nostra. In Domnina, recte.

GREVEN. : « Item cum sancto Proculo præfato discipulo sancti Valentini episcopi et martyris, passi sunt Mephibius et Apollonius condiscipuli ejus sub consulari Hennucio. Lamberti episcopi Lugdunensis et confessoris. Item in Hollandia, oppido Schiedam, sanctæ memoriæ Lydwydt virginis, quæ inauditas tribulationes, amore conformitatis passionis Dominicæ, gaudenter perferens, nullo multis annis corporali cibo utens, innumeris revelationibus a Domino crebro visitata, plena operibus bonis quievit in pace anno Domini mccccxxxIII. »

MOLAN., typis minoribus, de Lamberto et Ly-duuyt, ut supra; addens de hac : « Cujus vitam venerabilis Thomas Kempis scripsit. Depositio sancti Abundii; de quo Gregorius Dial. lib. m, cap. 25. » In Actis citatur Dialogorum lib. m, sed caput 22. In posterioribus editionibus, iisdem typis repetitur de Lamberto, ut habet GREVEN. Sequitur : • In Hollandia, oppido Schiedamis, obitus Lydwydt virginis, patientim singularis, a

Die 15.

XVII Kal.

Apud Persidem civitate Cordula, natalis sanctorum Olympiadis, et Maximi nobilium, qui jubente Decio fustibus cæsi, et deinde plumbatis, ad ultimum capita corum securibus sunt tunsa, donec emitterent spiritum. In Italia, beatorum martyrum Maronis, Euticetis et Victorini, qui primo ad insulam Pontiam, in Christi confessione longum ducentes exilium, posmodum sub principe Nerva, cum convertissent plurimos ad fidem, jussi sunt variis interfici pœnis.

NOTÆ.

Ex Praten., Herinien., Tornacen., Pulsanen., C Lovanien., Albergen., Danic. et Edit Ultraject-Rosweyd., Múnerat., Greven. et Molan. Puri etiam Belg. Imo et Hagenoyen., solis ferme scriptoris hoc die sunt Antuerp.-Max., Ultraject., Leyden., sphalmatis inspersus.

VARIANTES LECTIONES.

Pro Cordula Herinien., Rosweydus et Molanus legunt Corduba, sed male, cum plerisque codicibus sequioris notæ. Neque enim dubitari potest quin I suardus Bedam, Romanum parvum et Adonem secutus sit, apud quos diserte ponitur Cordula. Cur Rabanus Bedæ lectionem vitiaverit, nihil ad nos attinet. Herinien. et Tornacen. forte sæculi vitio pro tunsa scribunt tonsa. At multo corruptius Pulsanen, securibus sunt cesa. Rursus idem codex, pro Buticetis ponit Vecliceris; Rosweyd. vero Butyche-

tis, quomodo legendum omnino censeo, cum Romano parvo, utraque Adonis editione et Notkero. In textu nihilominus servanda fuit lectio, quam ex cæteris Usuardinis codicibus, auctoris nostri propriam exi-stimamus. Codex Rosweydi omittit *Pontiam*, pro qua corrupte posuit Munerat. Pontitiam. Pulsanensis nimium scrupulosus videtur, dum post Adem adjungit Christi, quod ex sensu nimis quam perspicuum est. Munerat. contra, demit quod necessarium est, omittens vocem variis, quæ periodum complet.

OBSERVATIONES

parvo invenit Ado, ubi paucis : Cordulæ Olympiadis et Maximi; tum : In Italia, Maronis, Butychetii et Victorini. Et primam quidem ei etiam sugessit Beda, cujus elogium invariatum, in suum Martyrologium transtulit; Noster ex alterutro, nisi mavis ex utroque, ad verbum descripsit; addens de suo initium, Apud Persidem. Ex Actis sancti Laurentii, de quibus xvII Februarii in Polychronio egimus, accepti sunt etiam hi duo martyres cum aliis, xxii hujus referendis, qui omnes jussu Decii in Pérsia pro fide necati dicuntur, quantum declarat præfatorum Actorum valde incerta auctoritas, de qua utcunque statuas, certe ex Martyrologiis, de eorum antiquissimo cultu constare manifestum est. Porro utrum in

Geminam hujus diei annuntiationem in Romano B urbe Cordula, Corduba, an Corduena, ut mavult parvo invenit Ado, ubi paucis : Cordula Olympiadis Maximi; tum : In Italia, Maronis, Butychetiiet hodie dixerit, præsertim cum loca hujusmodi aut his affinia, geographis ignota videantur. Ex Henschenii Commentario disces, guam apposite hi martyres trahantur in Hispaniam, et Cordubensibus annumerentur. Cæterum receptissimum eorum cultum probat etiam Wandalbertus, dum hosce solos prædicat :

> Septima Olympiadem decimæ conjuncta beatum Monstrat, camque simul defendit Maximus alter.

De tribus aliis martyribus apud Florentinium et Henschenium quæritur utrum ad primam Hieronymianorum classem reduci possint. et utrum alii,qui

936

ibi Maronis comites sunt, tribus hisce connecti A debeant ? Quod valde incertum esse, examinanti ad oculum patebit. Hoc indubitatum, quod jam ostendi, nempe tres nostros diserte exprimi in Romano parvo, atque item Adonem eos inde acceptos, longa oratione ex Actis martyrii sanctorum Nerei, Achillei et Domitillæ, in quibus nominatim exprimuntur, ornandos súscipere, cujus encomii medullam, more suo, Noster in laterculo repræsentat; Notkerus historiam integram, sed quam non plane intactam relinquit. Fons ipse, ex quo omnia primum profluxere, pandetur ad vii et xii Maii. De tempore, quo seorsim passi; de variis loci ubi sepulti fue-rint; de diversis item, quibus coluntur, diebus; ea tradit Henschenius, quæ ad verosimilitudinem proxime accedunt. Victorinus ex Martyrologiis nostris iterum recurret v Septembris.

puri, secundam mutilant hoc modo : « In Ital a, passio beatorum martyrum Euticetis et Victorini. » Nihil amplius. Et sic habet etiam Codex UGHEL-LIAN. cum his passim conveniens.

CENTULEN. : « In civitate Cordula, sanctorum Olympiadis et Maximi nobilium, qui sub Decio consulibus [an non securibus ?] cæsi, spiritum emiserunt. In Italia, sanctorum Euticetis et Victorini, qui cum beatissima Domitilla longum exilium passa [potius passi] tandem agente Aureliano, diversis necibus puniti sunt. Cœnobio Rehomensi, sancti Silvestri, discipuli sancti Johannis. »

ANTUERPIEN.-MAJ., in Olympiade et Maximo purus; secundam annuntiationem plane truncat, ac dein tertiam addit de sancto Silvestro, qualem ex BRUXELLENSI mox referemus.

BRUXELLEN. puro principio subjungit martyres Cæsaraugustanos, alio quam Usuardus ordine : « Et in Hispaniis civitate Cæsaraugusta, sanctorum de- C An *Frontonis* ? Plura de eo dicuntur inter Prætercem et octo martyrum Optati, Luperci, Successi, Marciani, Urbani, Julii, Quintilliani, Publii, Fron-tonis, Felicis, Ceciliani, Evoti, Primitivi, Apodemi, Cassiani, Fausti, Januarii et Saturnini. Ii omnes sub Daciano Hispaniarum præside diversis pænis afflicti atque interempti sunt. Apud Italiam, natale sanctorum martyrum Maronis, Euticis [Euticetis] et Victorini. Qui cum beata Flavida et Domitilla, apud insulam Pontiam longum ducentes exilium, eamque in confessione Christi pio foventes solatio, invidia et insectatione Aureliani sponsi et persecutoris ejus, quem illa ob Christum contempserat. postmodum a principe Nerva, eidem Aureliano in servitutem traditi sunt. Cumque plurimos convertissent ad fidem, jussi sunt variis pœnis interfici, sicque ipsorum mirabilis passio habetur. In Reomago cœnobio, depositio sancti Silvestri, discipuli beati Joannis confessoris. »

fine : « Eodem die, translatio sancti Eptadii presbyteri et confessoris. » Colitur xxiv Augusti. Ut martyrem refert Castellanus xxII Augusti, nisi forte synonymus sit, a priori diversus et Martyrologis incognitus.

MATRIC-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Olympiadis et Maximi martyrum. Maronis, Euticetis et Victorini martyrum. »

VATICAN., num. 5949 : « In Hispaniis civitate Cæsaraugustana, sanctorum decem et octo martyrum. In Mesopotamia, sanctorum Archelai, Cypriani et Diogenis. » Vide socios in Actis

ALTEMPS. : « Translatio sancti Oswaldi episcopi

Laudatus Notkerus hoc die describit, quæ de martyribus Cæsaraugustanis memorai. Ado in utraque editione et in codicibus mss. An ex apographis Hieronymianis? Non ausim asserere, cum nec martyrum numerus, nec eorum nomina omnino conveniant. Putat Henschenius, eos octodecim numero colligendos, qui xxII Januarii, cum sancto Vincentio innominati conjunguntur. Mihi uon satis promptum est divinare, unde tanta in nominibus variatio. Patet quidem Adonem, cohortem suam delibasse ex hymno Prudentii, *quatuor* Saturninis instructam ; at cur hunc diem selegerit; cur Usuardus sequentem, non satis explicatum invenio. In eo forte Noster præcellit, quod nominum seriem ex Actis desumpserit, at die proxime sequenti evidentius elucescet. Interim totius textus nostri germana simplicitas extra controversiam esto.

AUCTARIA.

ANTUERP. et MAX.-LUBEC. in prima annuntiatione B Merciorum. » Vide quæ de eo dicuntur in indice Prætermissorum. Ejus vita data est xxvm Februarii, et nos ibi de eo egimus.

Ćodex Remen. SS. Timothei et Apollinaris : « In Reomago cœnobio, sancti Silvestri, discipuli sancti Joannis confessoris.

Editio LUBECO-COL., post textum satis purum subdit : « In Helmerbretzhusen, translatio sancti Modowaldi episcopi Treverensis et confessoris, qui per dominum Brunonem, illius ecclesiæ episcopus facta [factus] est. » In Prætermissis assignatur dies natalis x11 Maii.

BELIN., in fine : « Ipso die, beati Quirici epis-copi, qui invenit Dominicam crucem. » GREVEN. Quirinum vocat; alii censent eumdem esse cum sancto Quiriaco. Vide Prætermissos.

GREVEN. : « Quirini episcopi, qui invenit crucem Domini. Item sanctorum Carcellai, Diogenis, Georgii, Messoris, Franconis, episcopi et confessoris.» missos. « Maximi episcopi Constantinopolitani, qui ut sanctus Hicronymus refert, tempore Gratiani, doctrina et sanctitate claruit. » Vide indicem Prætermissorum. « In Hibernia Candani episcopi. » Idem est qui in Actis vocatur Rodanus vel Ruadanus. « In Reomago cœnobio, beati Silvestri con-fessoris. Translatio sancti Modowaldi episcopi Treverensis et confessoris. Eugariæ virginis et martyris. Transitus sanctæ Helenæ imperatricis. » Vide quæ de utraque dicuntur, inter Prætermissos.

MOLAN. : « Ipso die, beati Cyrici episcopi, qui invenit Dominicam crucem. In Reomago conobio, depositio sancti Silvestri, discipuli sancti Joannis confessoris. » Tum typis minoribus : « Maximi episcopi Constantinopolitani, qui, ut sanctus Hieronymus refert, tempore Gratiani, doctrina et sanctitate claruit. Franconis episcopi Vuormatiensis. » De hoc in posterioribus editionibus silet. Verum textui ali-VICTORIN., et REC. Suec., signatus num. 130, in D quainserit litteris !talicis post principe Nerva ; nempe : « Tradit: sunt in servitutem Aureliano sponso, guem Flavia Domitilla ob Christum contempserat. Quos jussit terram fodere per totum diem, ad vesperam vero cantabrum manducare : deinde, etc. In Reomago cœnobio, » etc., ut su)ra. « Ipso die, Helnone monasterio, susceptio crucis geminæ, quæ duobus in loci de lígno Dominicæ crucis habens, a Vualterio Vuariniaco, nobili milite de Hierusalem allata, et ibidem ecclesiæ oblata, ab abbate et conventu, cum solenni processione est recepta, cum gaudio et exultatione. « Ista hic adjecta sunt, licet ad Martyrologium, præsertim Usuardinum non spectent; uti nec quod seguitur de inchoatione Nicani I concilii.

XVI Kal.

Apud Corinthum, natalis sanctorum Callisti et Carisii, cum aliis septem, omnium in mare mersorum Cæsaraugustæ, sanctorum decem et octo martyrum Quintiliani, Cassiani, Matutini, Publii, Urbani, Mars

PATROL. CXXIII.

Die 16.

30

USUARDI MONACHI

tialis, Fausti, Successi, Felicis, Januarii, Primitivi, Evoti, Ceciliani, Optati, Frontonis, Luperci, Apodemi, et Julii. Hi omnes simul sub Datiano Hispaniarum præside pænis affecti atque interempti sunt.

NOTÆ

Ita Praten., Herimen., Tornacen., Pulsanen., Rosweyd., Munerat., Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

male scripta sunt. Ita hic Cælesti pro Calisti, quem posteriorem modum servant Praten. et Rosweyd. et ita exigere videntur Hieronym. quidquid. Rom. parvum et Ado legant Callisti; reliqui codices nostri passim Calizti, ut magis jam receptum est. Ubi li-berum est, liceat nobis puriores fontes imitari. Praten. habet Charisii et ita Acta : malo cum Rom. parvo, Adone et cæteris codicibus nostris Carisii. non Carisi, ut Muneratus. Mari et Ceserce in Pul-

De solis martyribus Corinthiis agit hodie Romanum parvum : Apud Corinthum, Callisti et Carisii cum aliis in mare mensorum. Ado eadem phrasi utitur, nisi quod de suo inserat vocem omnium. Putat Florentinius, ex his verbis omnium in mare mersorum, plane confirmari, Adonem ex aliquo denti, quo ab Adone, et pluribus codicibus Usuar-apographo Hieronymiano Martyrologium suum B dinis auctioribus memoratur; nec video, de textus adornasse, truncatis septem nominibus, quæ in vetustiori illo exprimebantnr. Quando et quousque ea Florentinii opinio locum habeat, ex continuatis per singulos dies Observationibus nostris curiosus lector intelliget. Mibi verosimilius est, utrumque illud Martyrologium, videlicet et Ilieronymianum, quod Romanum magnum appellare licet, et illud quod Paroum dicimus, hoc et aliis quandoque diebus Adonem usurpasse. Utcunque sit, Adonis textum Noster ad verbum descripsit. In Rabano expressa sunt sex martyrum Corinthiorum nomina, quæ ferme eadem ex ipso Notkerus transumpsit, addens quod omnes in mari mersi sunt, ubi Rabanus scripserat, et aliorum plurimorum sanctorum. Sex alios supranumerarios comites vide apud Henschenium. Consonat nostris Wandalberti distichon :

TORNACEN., toto textu purus, ultimam clausulam C triat seu barbam, sed habeat coronam in modum de Daciano præside reticet, forte quod scriptor cancellornm suorum limitibus nimium fuerit coarctatus.

ANTUERPIEN., MAX.-LUBEC., BELIN., ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT, LEYDEN., LOVANIEN., ALBERGEN.. DANIC. et editio ULTRAJ.-BELG. in eo omnes conveniunt, quod in enumeratione martyrum Cæsaraugustanorum, non Usuardi, sed Adonis hesternum textuum sequantur, hoc modo : « Cæsaraugustæ [aliqui Cæsaraugusta] natalis sanctorum decem et octo martyrum, Optati, Luperci, Successi, Marcialis, Urbani, Julii [aliqui Juliæ] Quintiliani, Pu-blii Frontonis, Felicis, Ceciliani, Evoti, Primitivi, Apodemi et aliorum quatuor [alii melius reliquorum quator] qui omnes Saturnini vocati esse referentur. Hi omnes, » etc.

CENTULEN.. « In Hispaniis civitate Cæsarea Augusta sanctorum decem et octo martyrum, qui Daciani persecutione diversis tormentis consumpti [] sanctorum xvn martyrum, quorum passionem Prusunt, Apud Corinthum, » etc., ut in textu.

ANTUERP.-MAJ. incipit a martyribus Cæsaraugustanis, quorum nomina nec omnia nec integra re-fert. Tum : « Eodem die, natale sancti Tiburtii Cenomanensis urbis episcopi et confessoris. » Est hic Thuribius, ut in Actis ostenditur. Ultimo loco de Corinthiacis satis pure.

BRUXELLEN., in prima annuntiatione purus, subdit : « Et Romæ, sancti Aniceti papæ et martyris, qui sedit annis undecim, et temporibus Severi martyrio coronatus est, et in cimiterio Calixti sepultus. Hic constituit ut, clericus comam non nu-

Chorintum in Pratensi, Corintum in Heriniensi, A sanen. sphalmata sunt : nec in usu est Cæsarea Augusti, ut habet Rosweyd., ubi etiam octodecim pro decem et octo. In martyrum nominibus nonnulla variatio : Quintiliani et Marcialis scribunt Pulsanon. et Greven. Ille rursus Boocki, Apode-mii, Juliani : hic, Luperti ; Munerat. Fusti, Mo-lan. Boenti. Booti legunt mss. antiqua omnia. Hii, Hispaniorum, primo affecti, pro pænis affecti, proprii Pulsanensis errores sunt, ut Hyspaniarum in Heriniensi.

OBSERVATIONES.

Sexta et dena Chariso Calistoque refulget, Quos mare septena mersos cum plebe beavit.

De secunda annuntiatione martyrnm Casaraugustanorum, jam fere satis dictum est die præcenostri veritate dubitari posse. Quærendum superesset, quis martyrum illorum ordo præferendus; Adonanius nimirum, an Usuardinus? Illum jam dixi ex Prudentii hymno acceptum, qui verosimili-ter metri rationi potius quam antiquæ nominum seriei servandæ consuluit. Vetustiorem ipsam, ni fallor, exhibent Acta a Papebrochio recensita, ex quibus eam pridem Usuardus acceperat, non multum dissimilem ab ea quæ in Hieronymianis exstat xx11 Januarii, multis aliis nominibus auctiore. Sed de his cum in Actis nostris abunde explicata sint, operæ pretium non est pluribus disserere : id solum constat, Daciani carnifices, relut agnorum multitudines prostravisse, non resistentes sibi, et mortuorum innocentum sanguine, insanientes cruentatos.

AUCTARIA.

sperule [sphærulæ]. Item, Paterni episcop. . Haud dubie Abrincensis.

HAGENOYEN. in textu purus esset, nisi martyrum nomina deformaret, atque hæc post Hispaniarum præside insereret, « Tempore Diocletiani et Maximiani imperatorum, diversis sunt afflicti pœnis atque ab eodem morte crudelissima interfecti. »

Aquicincr., in fine : « Romæ, Aniceti papæ et martyris. Hic constituit, ut clericus comam non nutriat, secundum præceptum Apostoli. • Hic sæpe hodie recurrit, sed colitur xvii.

VICTORIN. : « Romæ, sancti Eniceti papæ, qui sedit in episcopatu annis x1. Hic constituit, ut clericus comam non nutriat, secundum apostolicum præceptum. »

AMBIAN. : « Item dedicatio [ecclesiæ] sancti Mauritii sociorumque ejus Ambianis. » MATRIC.-CARTHUS-ULTRAJECT. : « Cæsaraugustæ,

dentius versibus exequitur. Celesti et Carisii. Bassi martyris. » Forte Vasii martyris Sanctonensis.

CAMBERIEN. : « Eodem die, sancti Isidori martyris. » Inter Prætermissos remittitur ad xv Maii.

VATICAN., num. 5949 : « Romæ, natale sancli Aniceti, qui, » etc.

In UGHELLIAN. alius est martyrum Cæsaraugustanorum ordo, et pro Julii scribitur Julia, ut ex aliis ctiam supra indicavimus.

Editio Lubeco-Col., in prima annuntiatione pura. sic prosequitur: « Colonia Agrippina, translatio sancti Albini martyris. Quem beatus Germanus Anthi.

siodorensium episcopus, de Britania ad Romanam A tannia per beatum Germanum episcopum Antisio-urbem transtulit, sed postmodum pia Romanorum dorensem primo Romam, deinde per augustam imperatrix Theophanium, uxor Ottonis primi [secundi] imperatoris, eumdem per papam sibi donatum, ad Coloniam duxit tempore Domini Brunonis Coloniensis archiepiscopi, anno Domini octingentesimo octogesimo quinto, et in ecclesiam sancti Panthaleonis medici honorifice locavit. » In anno erratur toto sæculo, vide in Actis, quo Albinus co-litur xxII Junii. Sequitur : « In Hispaniis, Cæsaraugusta, sanctorum decem et octo martyrum, quorum nomina hæc sunt, Lupertus, Successus, Marcialis, Urbanus, Julius, Quintillianus, Publius, Fronto, Felix, Cecilianus, Evotus, Primitívus, Apodemus, et reliquorum quatuor, Cassianus, Matutinis Faustus et Januarius. Ili omnes sub Daciano, Hispaniarum præside pænis afflicti variis atque interempti dinoscuntur. Cenomanis, beati Tiburcii episcopi et confessoris. Item sancti Amonis, de quo legitur, quod duos dracones ante ostium cellulæ collocave-rit, ne latrones panem ei auferrent, quo solo vescebatur. » In Prætermissis rejicitur ad iv Octobris.

GREVEN: « Bassii martyris. » De quo jam supra diximus. « In Dacia, Magni, comitis et martyris. » Quæ Dacia hic assignetur, vide in Actis. « Luperti episcopi. » Vide Prætermissos. « Paterni episcopi Pictaviensis. » Est *Abrincensis*, apud Pictones natus. « Cenomannis, Tiburtii episcopi et confessoris. Item, sancti Ammonis anachoritæ et confessoris, de quo legitur, etc. Apud Coloniam Agrippinam, translatio sancti Albini protomartyris Angliæ, quem sanctus Germanus Antisiodorensis episcopus de Britannia Rhomam et postmodum Theophanium imperatrix, uxor Ottonis primi a papa sibi donatum, Coloniam transtulit, anno Domini Dcccctxxxv, et in monasterio sancti Panthaleonis martyris honorifice collocavit. In Mauriciana, sanctæ Basiliæ. » De qua in Actis.

MOLAN. incipit ex Notkero : « Romæ, sancti Aniceti papæ qui sedit in episcopatu annos undecim, et temporibus Severi et Marci martyrio coronatus, sepultus est cœmiterio Calisti. Hic constituit, ut clerus comam non nutriret, secundum apostoli præceptum. Coloniæ, translatio sancti Albini martyris. Hujus Deo digni martyris reliquiæ de Bri-

Theophanium Ottonis secundi uxorem, Coloniam translatæ, positæ sunt in monasterio sanctissimi Panthalconis martyris, ubi cunctis pie quærenti-bus opem conferunt salutarem. » Tum typis minoribus: . In Clivia Xanthis, natalis martyris, quem vocant martyrem sine nomine, cujus corpus inven-tum est xvi Kal. Maii, purpura vestitum cum calceis, capite præciso, quod transtulit Philippus archiepiscop is Coloniensis. Eodem die Palentiæ in Hispaniis, natalis sancti Turibii episcopi Astori-consis, ad quem scripsit Leo pontifex epistolam contra Priscillianistas. Hic innumeris claruit miraculis, et Christianam religionem ac fidem maxime juvit. Villa Seburck prope Valencenas, sancti Drogonis confessoris, qui miro modo calculosis, et ruptis invocatus subvenit. Ejus actus habentur. » Huc usque editio prima. Aliæ habent : « Ibidem. Engratiæ sive Encratis, virginis ac martyris, et Cail atque Crementii, qui secundo confessi, gustarunt saporem martyrii. » Vide Acta nostra. Sequitur de Turibio, ut supra. Deinde adjungit. « Juxta Valencenas, in pago Sebourch, quiescit sanctus Drogo confessor inclytus, qui miro modo calculosis et ruptis invocatus subvenit. Depositio ejus xvi Aprilis anno Domini MCLXXXVI. In Sicilia juxta Castellum bonum, sub Marone monte ac gemellis collibus in cœnobio sanctæ Mariæ a partu, depositio beati Guilelmi confessoris. In Dacia, sancti Magni, comittis Arcadiæ et martyris anno nciv. » De co superius dictum. De Albini translatione, eadem quæ supra. Tu vide Acta nostra tomo IV Junii a pag. 172. « Zan-thi festum martyris, quem transtulit archiepiscopus Philippus, inventum in purpura et calceis, amputata summitate capitis. Nos qui floccellos sanguinis cohærentes pilis in monumento ejus vidimus, scripsimus hæc, ut vos credatis, et per annorum revolutionem hoc die et assidue eum in veneratione habeatis. Nec conturbet, quod nomen ejus non habetur, cum Legenda Thebæorum vix duodecim martyrum nomina contineat. » Domum minori charactero : « In pago Constantiensi, sancti Paterni episcopi Aprincensis et consessoris, ex abbate Scisciacensi. » Vide GREVEN. supra; et Acta hoc die.

XV Kal.

Apud Africam, natalis sancti Mappalici martyris, qui, ut beatus scribit Cyprianus in epistola ad martyres et confessores, cum aliis pluribus coronatus est. Antiochiæ, sanctorum martyrum Petri diaconi et Hermogenis. [Interserit Bouillart. : a In Oriente, beati Nicephori, sub Valeriano et Galieno ob Christi martyrium coronati.] Item Corduba, sanctorum martyrum Heliæ presbiteri, Pauli et Isidori monachorum.

NOTÆ.

Textus semitur ex Herinien., Tornacen., Antuerp., Max.-Lubec., Muneral., Greven. et Molan.

• In Pratensi codice Antiochenos inter et Cordubenses martyres, Nicefori fit mentio. Ibidem ejusdem mentionem fecerunt mss. Aquicinct., Bruxell. D et Rosweyd. tres Pratenses B, D, E, Conchens., Montisburg et editio Lubeco-Colon. Dignus tamen Pratensis non fuit, quem sequeretur Sollerius, cum propter alios codices, qui Niceforo carent, tum maxime, quod admonuit Castellanus, ea quæ de Niceforo dicuntur, omnino esse intrusa, et quidem manu non valde antiqua. An ego toties de eadem re audiam? an toties de eadem re lectorem obtundam? sed bic volo, ut ex me plura discat de nostro codice Sollerius, quam ex Castellano didicit. Ultimus paginæ versus, ubi nunc videntur Petrus diaconus et Hermogenes, fere totus olim

proxima, alioque atramento restitutus. Suas revolvat Schedas Sollerius. Fortasse de illis martyribus dixit suus monitor, quod ipse de Nicephoro intelligit. Deinde duo paginæ sequentis primi versus ubi nunc leguntur Niceforus et Cordubenses monachi, similiter erasi sunt. At mihi fides apud Sollerium sit, manum, quæ sanctos illos exaravit ips ssimam esse reliqui codicis; minutiori tamen litterarum forma, quo spatium daretur Niceforo, quem Usuardus huc intulit deceptus dubio procul Actis quibusdam, quæ Nicefori festum hoc die coli mentiebantur. Certe in mss. Actorum Collectione hunc titulum Actis S. Nicefori prælixum lego Passio S. Nicefori martyris quæ colitur xv k. Maii. BouulLart.

erasus est, et alia manu, quamvis Usuardi ætati

VARIANTES LECTIONES.

Vix quidquam exhibet notatu dignum. Pro Mappalici, scribit Pulsanen. Ampilici. Sed turpius pro Petri Peto. Sic Munerat. Hermogeni. Cordubæ legunt Greven. et Molan., reliqui, ut in textu. Heliæ scribendum docent probatiores codices, non Helei, ut Antuerp. et Molan. nec Helyæ, ut Munerat. Sic lle-

Die 17.

Max.-Lubec. et Munerat. Ysidori. Pulsanen. Hysidori. De presbyteri, Aphricam, Cipriani et hujus-modi aliis, satis dictum est. In editione Max.-Lubecana per typographi oscitantiam, ita legitur : Antiochiæ, sanctorum martyrum Helei presbyteri, Pauli et Ysidori monachorum, Petri diaconi, etc. In fine autem annuntiatio martyrum Cordubensium ordine suo recurrit. Delenda itaque verba omnia inter An-

tiochiæ et Petri. En variationem paulo difficilorem. In apographo nostro Pratensi, loco penultimo, hoc, est inter Antiochenos et Cordubenses martyres, ila legilur: In Oriente, beati Nicephori sub Valeriano et Gallieno ob Christi martyrium coronati. Atque hæc ipsa leguntur in codicibus mss. Aquicinctino, Bruxellensi et Rosweydi, seu potius vetustissimo ecclesiæ sanctæ Mariæ Ultrajecti, in quo æque ac in Pratensi habetur Nicofori, in Bruxellensi Nycofori. Ego ex aliorum codicum auctoritate eam annuntiationem Usuardo plane ab- $_{\rm B}$ plicitas ex aliis codicibus ad oculum demonstratur. judicandam, pridem censui; nec Castellanus præ-

rinien. male habet Isidory. Tornacen., Antuerp., et A tensi alioquin istius autographi summus patronus, voluctari ausus, aperte fassus est, ea quæ de Nice-phoro dicuntur, omnino esse intrusa, et quidem manu, inquit; non valde antiqua, *ajouté de main* peu ancienne. Iloc nempe excusandi codicis gratia. At fatendum præterea, aliqua alia priori, si qua fuit, manu eo loci scripta fuisse, quæ subinde erasa sint, ut hæc de novo supponerentur, cujus tamen rei nullum prorsus vestigium in aliis nostris codicibus apparet. Neque de expunctione, ut alias solet, vel verbum meminit laudatus Castellanus. Quis autem satis intelligat, in medio textu manum recentiorem vetustiori innecti potuisse, nisi vel spatium relictum (quod absonum videtur) vel certe aliqua erasa fuerint? Quidquid demum in codicis patrocinium afferri possit; an id genus additiones, ut Castellanus mitissime vocat, ejus authentiam magnope-re commendent, hujusmodi rerum peritorum judicio relinguimus. Interim laterculi nostri primæva sim-

OBSERVATIONES.

Hac iterum die sanctos aliquos consignat Ado, qui in Hieronymianis apographis etiam inveniuntur, de, quibus tamenomnino dubites, utrum ex illis accepti sint. Mappalicus imprimisinter Africanos martyres in præfatis apographis connumeratur, sed alia prorsus ratione, nimirum, nec solus, nec ut sociorum antesignanus. At vero in Romano parvo solus est : *Apud Africam, Mappalici*, unde probabilissime eum sumpsit Ado, cætera quæ in elogio attexuntur. ex Cypriani encomiastica epistola adjiciens. Noster solum Adonis elogium, exclusa epistola, in suum textum transtulit; Notkerus epistolæ partem truncavit. Apud Bedam, Florum aut Rabanum, nec Mappalicus, nec sociorum ejus quisdam notus est. At longe antiquior illustris martyris memoria exstat in vetustissimo Kalendario Carthaginensi, xui Kal Maias, (pro C xv Martyris Mappalici; ubi cum solus etiam notetur, probabilem facit conjecturam, ex aliquo hujusmodi Kalendario, vel ex ipsa Cypriani epistola, a Romano parvo, hine ab Adone accipi potuisse, verosimilius quam ex Hieronymianis, quæ saltem sóciorum memoriam aliquam injecissent. Habes in Actis laudatam Cypriani epistolain et plura de sociis, in subjuncto capite, ab Henschenio eruderata. Videsis præterea insignem Ruinartii Admonitionem ad Vitam et passionem gloriosissimi episcopi præviam, pag. 198. At nemo accuratius Mappalici atque aliorum martyrum et confessorum Carthaginensium sub Decio passorum historiam deduxit, quam fecisse videatur

Tillemontius tomo III, a pag. 378. De Mappalico sic loquitur Wandalbertus, ut eum ferme cum Petro et Hermogene, Antiochiæ ascribat :

Mappalicus quinta decima Hermogenesque Petrusque Collucent, merito, virtute et sanguine clari.

Vix dubium est, quin ex eodem Romani parvi fonte derivati sint Petrus et Hermogenes, qui totidem verbis et ibi et in Adone et in Nostro annuntiantur; quamvis non diffitear, ipsos illos Antiochenos martyres, sed aliis rursus conjunctos, in præfatis Hieronymi apographis reconseri. Additur a Notkero, Petri, Fortunati et Martiani, ubi tamen in Rabano, post Hermogenis, legerat et in Africa, Fortunati et Martiani. Præferenda ex Hieronymianis Notkeri lectio, sed nostra inde processisse non videtur, quidquid fateri cogar, me nescire, ex quo demum fonte eorum notitia, quæ modo nulla præterquam in Martyrologiis superest, olim hausta sit. Sequitur in Adone Pantagathus, ex ejus decessoribus Viennensis episcopus, qui cur ab Usuardo præteritus sit, neque hic divinamus. Cæterum in ejus locum suffecti sunt martyres Cordubenses. Usuardi ipsius ævo a Sarracenis obtruncati, quorum et aliorum multorum notitiam, ut alibi diximus, in ipsa Hispania, quo ad impetrandas illustris-simi martyris Vincentii reliquias ablegatus fuerat, facile acquisiverit. Pauca de ipsis ex Eulogio retulit Henschenius pag. 494.

AUCTARIA

De PRATEN.et Rosweyd.jam superius satis diximus. ULTRAJ., LEYDEN., LOVANIEN. et Editio ULTRAJ.-BELG. sic incipiunt : « Romæ, sancti Aniceti papæ.

Qui decimus post beatum Petrum, cum Romanam D rexisset Ecclesiam undecim annis, temporibus Severi et Marci martyrio coronatus, sepultus est in cimiterio Calixti. » Non ominino convenit ANTUERP.-MAX.

ALBERGEN. et DANIC. jam dictis superaddunt : Hic constituit, ut clerus comam non nutriat secundum præceptum Apostoli, sed sit ejus tonsura sperica et rotunda. Hinc est decretum Martini papæ, ut clerici tonsis capitibus et patentibus auribus incedant. » Alii aliter idem commemorant.

CENTULEN. : « Apud Africam, sancti Mappalici, qui cum aliis pluribus martyrio coronatus est. An-tiochiæ, sanctorum Petri et Hermogenis. Corduba, sanctorum Helyæ presbyteri, Pauli et Isidori monachorum. » Solita hujus codicis contractio.

ANTUERP.-MAJ. superiori fere similis, ultimam annuntiationem omittit.

BRUXELLEN, incipit: «Ingressus Noe in archam.»

In Mappalico et Antiochensibus purus, interjicit: « In Oriente, natale beati Nycofori, sub Valeriano et Galieno ob fidem Christi martyrio coronati. » Sequitur : « In Corduba, » etc., pure. Tum : « Apud Viennam, sancti Patagoti [Pantagathi] episcopi gloriosi.

HAGENOVEN. In Mappalico, nonnihil interpolatus, secundo loco omnia ferme congerit, quæ heri et hodie ex variis codicibus de Aniceto retulimus. In Antiochenis et Cordubensibus purus est.

De Aquicinctin. supra cum Pratensi, etc., diximus. Vide in Actis IX Februarii.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Mappalici cum pluribus martyribus. Aniceti papæ, martyris. »

In VATICAN., num. 5949, deest commemoratio martyrum Cordubensium.

FLORENTIN. : « Item, sancti Majoli abbatis, patris multorum cœnobiorum, requiescentis in loca Silviniaco. » Inter Prætermissos rejicitur ad diem natalem x1 Maii.

Editio LUBECO-COL de Aniceto ea conjungit, quæ ex Ultraject. et Albergen., etc., supra posuimus. Sequitur totus textus purus. Tum : « In Oriente, A nalia animantia ad nutum sibi obedierint, et cum beati Nychophori sub Valeriano et Galieno, ob Christum martyrio coronati. In Vienna, sancti Pantagati episcopi et confessoris. In Ægypto, sancti alterius Amonis, viri incredibilis abstinentiæ, ac innumerabilium monachorum patris. » Vide indicem Prætermissorum.

BELINI utraque editio et vitiosa et perturbata est. De Mappalico post martyris, inserit, qui ver-beratus, Antiochiæ legit loco Corduba; et Corduba loco Antiochia. In fine prima editio : « Item Romæ, Anaceti papæ et martyris. » 2 editio : Anacleti. Voluit dicere Aniceti.

GREVEN. « Romæ, Aniceti papæ, » etc., ut est in ULTRAJECT., etc. « In Italia, sancti Domnini marty-ris, qui fuit unus de LXXII Christi discipulis. » Vide in Prætermissis. « In Oriente, beati Nicophori, sub Galieno et Valeriano ob Christi confessionem martyrio coronati. Item Marciani, Doni. » Ex Hieronym. Jobitæ martyris et aliorum trium decollatorum. » Vide Prætermissos. « Magni martyris. » Hesterni, opinor, frustranea repetitio. « Viennæ, sancti Pan-tagati episcopi et confessoris. Derthonæ, sancti Innocentii episcopi et confessoris. In Ægypto, Ammonis alterius, incredibilis abstinentiæ viri, ac innumerabilium monachorum patris. » De quo supra. « Heleni abbatis, cujus tanta fides erat, ut irratio-

hæretico disputans, ignem ingressus, illæsus permanserit. In Libia, Pauli abbatis, qui quingentorum monachorum patér extitit, quos et monitis saluta-ribus et exemplari vita in viam salutis direxit. Non manibus operabatur, nec cibum sumebat, donec trecentas orationes genibus flexis Deo solveret, quas numero lapidum colligebat, ad singulas orationes lapidem in sinum remittens. » De duobus his ultimis vide indicem Prætermissorum. « Noe

ingressus, » etc. MOLAN. : « Item Romæ, Anacleti papæ et martyris. » Crediderim id ex Belino accepisse, quod secundis curis restituit, pro Anacleti, scribens Ani-ceti. « Derthonæ, sancti Innocentii, » ut supra. Sonegias, natalis sancti Landrici episcopi et confessoris. » In editionibus aliis, sic habet : « Item Romæ, Aniceti papæ et martyris. Hic constituit, ut clericus comam non nutrirei, secundum Apostoli præceptum. In Oriente, beati Nicephori, sub Valeriano et Galieno, ob Christum martyrio coronati. Dertonæ, sancti Innocentii episcopi et confessoris. Sonegias, natalis sancti Landrici episcopi et confessoris. Die decima septima, sancti Acacii episcopi Melitines. » Vide quæ dé eo dicuntur in Cata-logo Prætermissorum. Cæterum Vita ejus in Actis nostris data est ad xxxi Martii.

XIV Kal.

Apud Messanam Apuliæ civitatem, natalis sanctorum martyrum Elcutherii episcopi et Anthiæ matris ejus, qui cum esset et sanctimonia vitæ, et miraculorum virtute illustris, sub Adriano principe lectum ferreum ignitum, craticulam et sartaginem, oleo, pice, ac resina ferventem superans, leonibus quoque projectus, sed ab his illæsus, novissime una cum matre jngulatur. Romæ, beati Apollonii senatoris, qui sub Commodo principe a servo proditus, quod Christianus esset, insigne volumen composuit, quod in senatu legit, ac deinde sententia senatus, pro Christo capite truncatus est. Cordubæ, sancti Perfecti presbyteri et martyris. NOTÆ.

Sumitur ex Praten., Tornacen, Rosweyd., An- C vanien., Albergen, Danic., edit. Ultraj.-Belg, et luerp., Max.-Lubec., Munerat., Greven. et Molan. fere Hagenoyen. Item ex Antuerp.-Max., Ultraject., Leyden., Lo-

VARIANTES LECTIONES.

Scripsit Messanam cum codicibus ferme omnibus, guamvis Messanam nullam in Apulia usquam repererim. Pro Anthiæ, Max.-Lubec. legit Anthyæ: Rosweyd. et Antuerp. Anciæ. In Munerato, per turpem typothetæ errorem, habetur matrium pro matris. Idem cum Antuerp., Max.-Lubec., Greven., Molano et aliis scribit oleum, picem ac resinam,

Apographa Hieronymiana diserte hodie exprimunt : Romæ, natalis sanctorum Bleutherii episcopi et Anchiæ, vel Anthiæ, vel Antiæ matris ejus, Partheni, Caloceri, etc., qui octo aut novem numero suis nominibus appellantur. Romanum parvum so- D cios non novit, solum scribens : Apud Messanam Apuliæ, Eleutherii episcopi el Anthiæ matris ejus. Paulo aliter Ado : Apud Messanam Apuliæ, etc., cum elogio, cujus substantiam noster descripsit. De Mesana, Messana, Misena, aliisque locis, multa in notationibus Baronii, multa apud Florentinium, multa in Actis nostris disquisitio, conjecturæ multæ. Aliæ item ex Floro, Rabano et Notkero difficultates; primus enim Romæ passionem tribuit, cum elogio ab aliis diverso. Rabanus positionem omittens, dicit, Eleutherium in Aquileia episcopum ordinatum; ex Actis, ni fallor, Reatinis cætera delibans, quæ Adonianis prætulit Notkerus, notata tamen *Misena* Apulia. Ilæc omnia tricis varie implexa, nec de integro examinare, nec refellere promptum est. Antiquissimum martyrum cultum indubitatum statumus : Acta alia præluxisse Hieronymianis, alia auctori Romani parvi, cujus Martyrologium, forte ex

sed præferenda est laterculi nostri lectio. Hiis error est Max.-Lubecanæ valde familiaris. Appoloni est in Munerato. In Rosweyd. pro sententia Senatus, legitur secundum sententiam Senatus, Rursus Muneratus pro Perfecti, legit Prafecti; Antuerp. et Max.-Lubec., Corduba pro Cordubæ.

OBSERVATIONES.

aliis etiam Actis, auxerit Ado: demum ex Floro aut Rabano, nihil videmus lucis obvenire sanctis. aliunde tenebris nimium offusis. De Usuardi textu nihil laborandum est. Recte is an secus scripserit, nihil interest ; certum putamus, ita eum scripsisse, ut in perpetuo antesignano suo repererat. Radicis, ex qua tam multa, ut minimum valde suspecta, pullularunt, judiciosam censuram tulit Papebrochius, oppugnatam a Josepho Perezio Benedictino monacho S. Facundi, ut habes in responsionibus ad articulum x1. num. 232, sed probatam a Tille-montio tomo II, pag. 227 et 387. Ego in Perezii dissertationibus nihil reperio, quod magistri nostri argumenta concutiat, nedum convellat. Maneat nihilominus vera et certa illustris martyrum memoria, a Wandalberto quoque olim decantata.

Bis septenæ Eleutherius, mater quoque sancta Anthia præcellent, vitam moriendo sequuti.

Certum videtur Apollonium senatorem Romanum, de quo in laterculo, non eum esse, qui inter Eleutherii socios in Hieronymianis connumeratur, sed ab eu diversissimum, alque ab auctore Romani

Die 18.

sacros Fastos relatum, cui Ado brevem laudationem aptaverit, aut ex præfato Rufino aut ex Hieronymo de script. Eccl. cap. 42, quidni ex utroque concinnatam. Certe, qua parte Senatoris Romani dignitatem altingit, Hieronymum præ oculis habuisse manifestum est : nec minus evidens, Nostrum sua omnia ex Adone mutuatum, quæ fere integra transumpsit Notkerus. Cætera de inclytissimo senatorii ordinis fidei defensore et martyre exquirit hic Henschenius, et satis exacte digerit Tillemontius tomo III, a pag. 55, nihil magnopere

HERINIEN., in textu purissimus, in fine adjicit : « Treveris, sancti Materni episcopi et confessoris. » inde colligitur, hujus sancti memoriam peculiari cultu pridem recoli solitam in ea ecclesia vel cœnobio, cujus hic codex olim fuit. Agunt de co ctiam alii hac die, sed plerique xiv Septembris.

PULSANEN. Eleutherii elogium expunxit; cætera purus est.

CENTULEN. : « Apud Messanam Italiæ civitatem, sanctorum martyrum Eleutherii episcopi et Antiæ matris ejus. Romæ, Apollonii senatoris. Cordubæ, sancti Perfecti presbyteri et martyris. In pago Sambrico, cœnobio Laubias, sancti Ursmari episcopi et confessoris. » Vide die sequenti

ANTUERP.-MAJ., in Eleutherio et Apollonio muti-lus, de Perfecto tacet. In fine autem addit : « Antisiodoro, dedicatio altaris ecclesiæ senioris sancti Stephani protomartyris. »

BRUXELLEN. : « In Laudiaco, sancti Ursmari episcopi et confessoris. Qui præparatis ad usum monasterii necessariis, conobium Lobiense, quod Landelinus fandavit, a Pippino regendum suscepit. » In reliquo textu satis purus est.

VICTORIN. : « Cordubæ, sancti Perfecti episcopi et confessoris. » Lege ut supra. « Eodem die, C sancti Leonis papæ. » Postrema ista verba etiam habet codex REC. SUEC., signal. num. 130, sic ut mirum sit de eo inter Prætermissos nullam ficri mentionem. Sermo est de Leone IX, ut die sequenti patebit.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Apollonii senatoris. Materni episcopi et confessoris. Eleutherii episcopi ct martyris et Anchiæ matris ejus. »

In VATICAN., signato num. 5949, deest Perfecti presbyteri et martyris Cordubensis.

Codex Montis Sancti : « Translatio sanctæ Mariæ Magdalenæ. » Quo et quanto, nescio.

Editio Lubeco-Col., in textu satis pura, subdit in fine : « Eodem die, sancti Laceriani episcopi et confessoris. » Vide in Actis de Lafreano sive Molassio. Dicitur fu ssc legatus apostolicus.

BELIN. textum purum refert, sed inter Apollonium et Perfectum immiseet : « Eodem die, sancti Caloceri martyris. • Agit, opinor, de Bríxiensi, D cujus Acta hodie illustrantur; nisi quis velit ex D Hieronym. acceptum, atque Eleutherii et Antiæ socium esse, cum Parthenio aliisque.

XIII Kal.

parvi ex Rufini Eusebio lib. v, cap. 21, primum in A curans Josephi Scaligeri cavillationem, de qua meminit Ruinartius, inter Selecta, pag. 73. Sequitur in Martyrologo Viennensi : Transitus sancti Ursmari, quein tamen Usuardus in diem sequentem transferre maluit, haud dubie, quod istum verum obitus diem existimaverit, sicuti et multi alii cen-suere. Locum ejus hoc die occupavit Perfectus martyr Cordubensis, aliis omnibus antiquioribus et æqualibus ignotus, sed Usuardi tempore, recenti gloriosi certaminis memoria, tabulis ecclesiasticis dignissimus, cujus Vitam ex Eulogio illustratam Acta nostra exhibent.

AUCTARIA

GREVEN. : « Anastasii papæ et martyris. » An de elevatione agitur ? In Prætermissis remittitur ad xxvII Aprilis. « Item sanctorum Septimi, Victorici, Donati. » Disparatorum ex Ilieronymianis connexio. Caloceri martyris. Ursmari episcopi et confesso-B ris : secundum Usuardum vero die sequenti. Laceriani episcopi et confessoris. Petri diaconi et confessoris. » Vide conjecturam, quæ in Prætermissis ponitur. « In Hibernia, Lafriani abbatis et confessoris. » Multum fallor, si is idem non est cum Laceriano, vel Lafreano sive Molassio, de quo supra, qui et abbas fuit et episcopus. « In finibus Hermopolis, sancti Apollonii abbatis et confessoris, magnæ sanctitatis viri. » Vide quæ de hoc et altero Apollonio in indice Prætermissorum notantur.

MOLAN. : « In cœnobio quod Laubias dicitur, depositio beati Ursmari episcopi et confessoris, cujus gesta habentur. Eod m die, sancti Caloceri martyris. » Tum typis minoribus : « Cæsaraugustæ, sanctæ Encratiæ, sive Encratis martyris, de qua scribit Aurelius Clemens in libro Coronatorum, quod in horrendum modum laniata, servata sit in vinculis donce vulnera et corpus putrescerent. » De ea in Actis xvi Aprilis. Aliæ editiones textui Usuardino adjungunt : « Cœnobio Laubiis, depositio sanctissimi Ursmari episcopi et confessoris. » Ilæc tanquam pars textus, nisi quod vox una et media litteris Italicis expressa sit. Sequitur Auctarium : « Cujus gesta præclara habentur. Mediolani, depositio sancti Galdini, quæ semper celebratur in Do-minica secunda post Pascha. Die decima octava, sancti Patris Joannis, discipuli sancti Gregorii Decapolitæ. Eodem dić, sancti Jubini episcopi et confessoris, cujus corpus requiescit Lugduni supra Rhodanum. . Hie in Actis, ut ignotus, prætermittitur. « Antisiodori, dedicatio altaris senioris ecclesiæ sancti Stephani, protomartyris Christi. Nam antiqua dedicatio, quæ a heato Amatore celebrata est, quinto Nonas Octobris in antiquis Martyrologiis reperitur. » Tum typis minoribus : « In Montibus, Ayæ comitissæ Hannoniæ, tam sanguine quam vita præclaræ, cujus memoriam facit ecclesia Montensis in Litaniis. » Hæc prima, quæ in Martyrologiis reperiatur sanctæ hujus Comitissæ, Hidulphi itidem, sancti uxoris, memoria. Do cultu ejus, vita, reliquiis, patrocinio in litibus, omnia ab Heńschenio accurato Commentario elucidata sunt.

Die 19.

Beati Thimonis diaconi de septem primis, qui primum apud Beroeam doctor resedit, ac deinde verbum Domini disseminans, venit Corinthum, ibique Judzeis et Grzecis, ut traditur, primo fiammis injectus, sed nihil læsus est, deinde cruci affixus martyrium suum implevit. In Armenia civitate Militana, natalis sanctorum martyrum Hermogenis, Gaii, expediti Aristonici, Rufi, Galatæ, una die corouatorum. Civitate Caucoliberi, passio sancti Vincentii martyris. Cœnobio Laubiis, sancti Ursmari episcop et confessoris. |Bouillart. : ... Vincentii martyris. • In pago Hainoensi, sancti Orsmari episcopi et confessoris. Bt charactere cursivo : Apud monasterium sancti Germani, dedicatio ecclesiæ in honore sancti Simphoriani martyris et beatissimi Nicolai confessoris.]

NOTÆ

Sumitur ex Tornacen., Munerat., Belini prima editione, Greven. et Molan.

* Sollerius duas hic reddit causas cur Pratensen codicem Usuardo exprimendo minus accommodum

satis fuisset ut Prætensem eligerent. Una igitur earum est quod Pratensis præsenti articulo addit Dedi-cationem ecclesiæ in konore sancti Symphoriani martyris et beatissimi Nicolai Conf. Statimque quanti rationem illam putare debuerit, nobis ipse declarat his verbis: quamquam hanc dedicationem recentiori manu adjectam testetur Castellanus, idemque indicet Sirmondus, lineas subducendo, nec etiam inficientur autographi custodes. Altera est, quia pro Canobio Laubiis, habet, Pago Hainoénsi. Atqui nihil est Usuardo usitatius, quam pa-

VARIANTES LECTIONES.

Thimonis legunt Tornacen., Belin. et antiqui codices alii. quos sequimur : melius Molan., Timonis; male Munerat., Thinonis; Greven., Thymonis. Sic Belin. male incipit: Natale sancti Thimonis Muneratur, verbum Domini. Muneratus sensum nonnihil invertit, pro *ibique a Judæis*, etc., scribens, *ibi, ut traditur a Judæis*. Post *læsus*, in Greven, et Molan. omittitur est. Scripsi Militana cum codicibus omnibus, quo modo etiam habent apographa Hieronym., Rom. parvum, Ado, etc. Melitinam intelligi nullus dubito. In Martyrum nominibus, non

Qui plerosque ex primis diaconis, ut x et xx Januarii ac ıx Aprilis ostendimus, idem Timonem primus omnium Fastis ecclesiasticis inseruit auctor Romani parvi Apud Corinthum, Timonis diaconi de septem, ex quo eum Ado translatum, inter festivitates apostolorum eo ornavit elogio, quod Noster fere ad verbum descripsit. Ast in suo Martyrologio simpliciter annuntiat, ut facit Notkerus, hic primo loco, ille ultimo. Henschenium et hic et nonnunquam alıbi leviculæ cujusdam negligentiæ alius in-cusaret, quod festivitates apostolorum non con-sulens. Usuardo ascripserit, quæ certo Adoniana sunt, ut vere est totum hodiernum Timoniselogium, in Rosweydi editione pag. 36. Pauca, quæ de Ti-mone, uno an gemino dici possunt, etiam minus probata congessit ipse Henschenius nec ab alia quidquam additum reperire est. Martyres Armeni in Hieronymianis inveniuntur æque, ac in Romano parvo, sed cum hac diversitate, quod prædicta apographa alios denuo, et quidem repetita eadem positione, adjunctos habeant, de quibus Romanum parvum non meminit, nec proinde Ado, ex quo eos eduxit Notkerus, iisdem ubique terminis notatos, cum nulla de ipsis amplior usquam exstet notitia, Wandalbertus eosdem omnes duobus versibus ita conclusit :

Gaio Aristonico, Ruío Hormogene atque Galata. Tertia cum decima, Expedito et martyre fulget.

Vincentius in Hieronymianis etiam notus est, non D item in Romano parvo. Ex prioribus eum sumpsit Ado, nihil adjungens, uti nec Usuardus, verosimili-

De Pratensi abunde dictum est.

HERINIEN. hodie a reliquis discrepat, Ursmarum excludens; ejusque loco substituens : « Eodem die, apud ecclesiam beati Petri Romæ, depositio Domni Leonis papæ noni, qui ecclesiam beati Remigii dedicavit. »

PULSANEN. in Timone purus est? immediate subjungens : « Civitate Caucoliberi, etc. » De Militinensibus tacet, atque etiam de Ursmaro.

ANTUERP. et MAX.-LUBEC. deficiunt etiam in Ursmaro.

Rosweyd, pro Timonis scribit Timothei. In Cæteris textum sequitur, nisi quod legat : « In pago Hainoensi, » et in fine subjiciat : « In Cantia, passio

existimaverit : quarum quidem alteram inutilem A gum indicare pro monasterio, quod in pago situm ipse judicat ; altera vero omnibus præter Sollerium est, ut affectasse videatur. Sic præter istum locum ıv Kal. Jan. In pago Oximensi. vi Kal. Maii. in pago Pontivo, pro in monasterio Centula. v Id, Jul., in pago Cinomannico, pro Aninsulæ mo-nasterio. XI Kal. Aug., in pago Rotomagensi, pro in monasterio Fontanella. III Kal. Sept., in pago Meldensi, pro monasterio Resbaco, etc, Verum quidem est nihil Sollerium non tentasse, ut omnia hæc loca nobis extorqueret; sed ea jam ejus industriæ specimina dedimus, ut procul dubio lector præsentiat, quo exitu omnia impugnaverit. BOUILLART.

una scribendi ratio; pro Caii, plerique legunt Gaii, ut Tornacen., Munerat., Belin., Molan., etc. Greven. cum aliis, *Gagii*. Turbam sequi placuit codicum vetustiorum. Tornacen., Greven. et Molan. legunt rat : Apud Corinthum. In Greveno et Molano deside- B Galatha, prætuli modum reliquorum, Galata RufA habet solus Belinus. Rursus idem, in Hyspania civitate, etc. Calcoliberi et Vicentii errores sunt Munerati. Posui Ursmari, ne a communiori appellatione deflecterem, licet Tornacen., Munerat. et Greven. legant Orsmari; Belin., Ursmari, Nichil, dyaconi et id genus alia præteriri possunt.

OBSERVATIONES.

ter quod Acta nulla viderint, quæ nec modo esxtant, nisi recentius fabricata. De Vincentiorum multiplicitate, et identitate in Actis disseritur. Vide quæ diximus xxn Januarii, et Vincentii, Orontii atque Victoris Acta ibi a Bollando illustrata. Cancolibe*rim*, non solum martyrologis, sed et geographis notam, mirum est, Florentinium ignorasse. Vide de cætero Papebrochii animadversiones hoc die pag 622. et adde notulam Tillemontii tomo V, pag. 612. De Ursmaro ad præcedentem diem dicere cæpimus, quia ab Adone tunc refertur, non sub Orsmari, ut alicubi legimus, sed sub Ursmari nomine. Sit ne autem ab Usuardo consignatus, dubitare me cogunt codices Usuardini plurimi, vix unquam soliti ab auctore suo quidquam detrahere, in quibus tamen plane desideratur. Dubitationem auget varius annuntiandi modus, Pratensi et Rosweydino scribentibus; Pago Hanoensi (intellige Hainau, Han-nonia, Hannoniensi, quod satis vage dictum est): cæteris pro textu citatis, pressius et distinctius : Canobii Laubiis; quam ob causam ex purorum codicum numero exclusus est Pratensis, addens præterea dedicationem ecclesia, in honore sancti Symphoriani, etc., quamquam hanc recentiori manu adjectam testetur Castellanus, idemque indi-cet Sirmondus, lineas subducendo, Utcunque tamen se habeat ea Ursmari annuntiatio, in laterculo servata est, Usuardo, post Adonem, probabilius ascribenda, saltem prout a nobis exprimitur, licet Ado paulo aliter legerit, nempe : Laubaco monasterio, transitus sancti Ursmari episcopi et consessoris.

AUCTARIA.

saneti Elphegi archiepiscopi et martyris, qui a paganis captus et necatus, in Lundonia sepultus est. »

ANTUERP.-Max., ULTRAJ., LEYDEN., LOVANIEN., DA-NIC. Editio ULIRAJ.-BELG. Ursmari non meminerunt. in reliquo textu ferme puri sunt. Albergen .in eo defectu convenit, sed præterea Vincentium Caucoliberitanum excludit.

BRUXELLEN. et hic Ursmarus deficit; de cætero proxime ad textus puritatem accedit. In fine autem subdit : « Eodem die, sancti Leonis papæ noni et confessoris. Qui primum episcopus Tullensis, ab imperatore Henrico ad papatum promotus, et ex hoc conscientiam habens, resignavit. Et denuo rite electus, post laudabilem vitam, in ecclesia sancti Pe- A in Prætermissis. « Eodem die, sancti Alphegi epitri tumulatur, clarens miraculis. »

HAGENOVEN. neque hic a textu multum deviat. De Ursmaro ctiam tacet. In fine subjungit : « Cantua-

riæ, sancti Elfegi episcopi et martyris. » Centulen, incipit a Melitinensibus, in quibus purus est. Sequitur : « Apud Septimaniam, civitate Caucoliberi, sancti Vincentii confessoris, cujus gesta habentur. Eodem die, sancti Thimonis diaconi de septem primis, qui crucifixus Chorinto quiescit : » Quæ Vincentii Acta supersunt, docet Papebrochius hic.

ANT. ERP.-MAJ. in Armenis et Vincentio, priori non multum absimilis, ita prosequitur : « In cœ-nobio quod dicitur ad Laudibas, depositio beati Ursmari episcopi et confessoris, cujus gesta habentur. » In Timone textum abbreviat, servata tamen rei substantia.

MATRIG.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Elphegi Cantuariensis episcopi et martyris cum multis aliis. Thi- B mannus natione, primo episcopus Tullensis fuit Brumonis diaconi et martyris. » Et in margine : « Festivitas sacræ lanceæ celebratur feria sexta post octavam Paschæ. »

VATICAN., signatum num. 5949. inter Armenos omittit Ruf. De Ursmaro etiam nihil. In fine autem adjicit : « Romæ, depositio sancti Leonis IX papæ, qui sedit in pontificatu annis quinque. »

In UGHELLIAN. deest Ursmarus.

FLORENTIN. : « Florentiæ in partibus Tusciæ, sancti Crescentii, subdiaconi sancti Zenobii, ejusdem urbis episcopi, cujus vita, virtute et miracu-lis claruit an, Domini cocoxxiv, a Zenobio tunc ibi præsule, honorifice in ecclesia cathedrali sepultus, ac litteris sancti Ambrosii Mediolanensis præsulis, nuntiato ejus obitu, laudatus. » Patet encomiastæ imperitia.

BURDEGALEN. : « Cœnobio Laubiis, sancti Ursmari episcopi. »

BIZUNTICEN. : « Romæ, depositio Leonis papæ et C confessoris, cujus vitam esse sanctissimam, crebra testantur miracula. »

Editio LUBECO-COL. in textu fere pura est, scribit tamen : « In pago Hamensi, cœnobio Lambiís, beati Ursmari, » etc. Tum : « Solemniaco, sancti Tillonio [Tillonis] episcopi et confessoris. » Quis hic sit, vide scopi Cantuariensis et martyris. »

BELINI. editio altera textui superaddit : « Romæ sancti Leonis papæ et confessoris.

GREVEN. : « Donati, Vitalis. » Ille ex Hieronym. acceptus est, cujus sit alter, nescio. « In Cancia, sancti Alphegi. Qui, ut refert Vincent, libro xxvr, clari natalibus ortus et litteris traditus, cum legisset quæ ad salutem sufficere videbantur, totum philosophiæ studium convertit ad diligendum Deum, primumque Wintoniæ episcopus, deinde anno Domini mvi Cantuariensis archiepiscopus factus, ob vitæ sanctimoniam, ad palmam martyrii meruit per-venire, Dulcissimi et Charissimi martyrum. » De his vide Prætermissos. « Apud Arabiam, sancti Tymonis episcopi et martyris. » Nec inter Prætermissos notus est. Vide de altero Timone. « Solemniaco, Tyllionis episcopi et confessoris. Romæ depositio sancti Leonis papæ IX et confessoris. Qui Aleno dictus. Cum énim Romaniab imperatore postulassent pontificem sibidari, et ille nullum episcoporum Teuthoniæ ab hoc onus assumendum inclinare posset, tandem iste consensit, et laudabiliter regens Ecclesiam, miraculis clarus quievit anno Domini MLIV. Apud Wesaliam superiorem, in diæcesi Treverensi, passio beatæ memoriæ Wernheri pueri annorum xiv, qui anno Domini MccLxxxvii a Judæis in die Prasceves suspensus, flagellatus, in membris omnibus incisus, crudelique morte interemptus, multis statim claruit miraculis. In Dacia, civitate Othoniensi, translatio sancti Kanuti regis et protomartyris Daciæ. . Colitur x Julii.

Molan. de Leone adducit ipsissima verba ex He-RINIENSI supra relata. « In Blandinio monasterio, elevatio corporis sancti Florberti, primi ejusdem cœnobii abbatis. » Colitur x Novembris. « Ipso die, sancti Alphegi episcopi et martyris. » Tum litteris minoribus : « Qui primum Wintoniæ... » ut supra. « Apud Wesaliam superiorem... » etiam ex Greven. Editiones postremæ Ursmarum omittunt, pridie memoratum. De Elphego ut supra. Item de Leone. Sequitur : « Die decima nona, sancti patris Joannis de vetusta Laura. » In Florberto, et Wernhero nihil immutatum invenio.

XII Kal

Romæ, natalis sancti Victoris papæ, qui post beatum Petrum quintus decimus rexit Ecclesiam annis decem, et sub Severo principe martyrio coronatur. Item Romæ, sanctorum martyrum Sulpitii et Serviliani, qui prædicatione et miraculis Domitillæjvirginis, ad fidem Christi conversi, cum nollent idolis immolare, a præfecto urbis Aniano capite cæsi sunt. In Galliis civitate Ebredunensi, sancti Marcelli, ejusdem urbis episcopi et confessoris, qui, divino jussu, cum sanctis sociis Vincentio et Domnino ex Africa veniens, maximam pratem Alpium maritimarum, verbo et signis admirandis, quibus usque hodie refulget, ad fidem Christi convertit. [Addit Bouillart., charactere cursivo : Eodem die, apud monasterium sancti Germani, revelatio corporis sancti Georgii Bethleemitici monachi et martyris, et sancti Venantii abbatis.]

NOTÆ.

Puri sunt Praten., Herinien., Tornacen., Rosweyd., Munerat., Creven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

natus est. Sic Tornacen. et Munerat. pro Sulpitii, Supplicii, ut aliqui scribunt Sulpicii. Rosweyd. male præfigit Publii. Item Munerat., Greven. et Molan. Domicillæ. Salaiano pro Aniano in Munera-to error est. Molan. legit Marcellinus, et recte,

Codex Rosweyd. pro coronatur, solus legit coro- D opinor; cæteri, Marcelli. In Heriniensi superius atus est. Sic Tornacen. et Munerat. pro Sulpitii, ascriptum ni. Greven. habet Marcelli primi. Muneral., Dominio, pro Domino. De cælero Rhome, natale, Ydolis, Ebredunense, Africa, Aphrica et hujusmodi minutiæ facile condonandæ.

OBSERVATIONES.

Victorem episcopum cum tribus sociis, in Hieronymianis referri perspicuum est : Romæ, depositio S. Victoris episcopi, Felicis, Alexandri, Papiæ. Anhic ut marlyr signetur Victor, non satis certum est. nisi sociorum causa id erui posse videatur. Apud Romanum parvum, Victorem episcopum et mar-tyrem invenio, sed incomitatum : Roma, Victoris episcopi et marlyris. Isne Romanæ, an alterius civitatis episcopus fuerit, disputat Henschenius alia episcoporum extraneorum Romæ passorum exempla

Die 20.

commonstrans; atque una probare nititur Victorem A repræsentare conamur. Beda totis septem diebus in Hieronymianis apographis hoc die memoratum. quiscunque sit, Romanum pontificem istius nominis non esse, utpote qui xxviii Jullii defunctus creditur, quo die a Rabano, Notkero, aliisque martyrologis, et præsertim Romano moderno. colitur. Id a Molano pridem observatum, fecit, ut in postericoribus Usuardi editionibus textum mutilaverit, translato in mensem Julium eo Victore, qui certissime hoc dic ab Adone pro Victore papa sumitur; sive ipse a sciolo forte aliquo, ut suspicatur Henschenius, in errorem inductus, seu primus omnium lapsus fuerit. Adoniselogium Noster, et alii eum secuti, pauculis mutatis, tuto transcribendum existimarunt. Longiusculum est, quod in Mosandri editione legitur, et adhuc paulo auctius a Notkero exhibetur, ubi auctor illa ipsa adjungit, quæ xxvnı Julii apud eum-demlex Rabano iterum descripta sunt. De Henschenii mente dubium non est; Papebrochius diem xx Aprilis præserendum putavit, atque adeo cum Floren-B nostri, iique probatissimi codices in Marcellum tinio censuit, insum Victorem papam esse, qui hoc die in Hieronym. celebratur : quibus subscribit Tillemontius. Victoris Vitam per octo articulos dedu-cens tomo III, a pag. 100. Pagius ad annum cgi, num. 5, vix audet diem obitus definire. licet aperte supponat, in Hieronymianis Victorem papam xx Aprilis annuntiari. Variorum opiniones hic cursim attingimus, ad xxviii Julii in Actis examinandas. Nos interim, ut sæpe monuimus, Usuardum sive errantem, sive vera prædicantem, nativis coloribus

Est in PRATEN., ad marginem, ni fallor, adjecta « revelatio corpus sancti Georgii Bethleemici, monachi et martyris, et sancti Venantii abbatis, » sed hujusmodi additiones plerumque negligimus.

PULSANEN. et LOVANIEN. ultimas textus lineas detruncant, sistendo in episcopi et confessoris, suppressis reliquis.

ANTUERP., MAX.-LUBEC. puri sunt, sed in fine adji- C ciunt : « Antisiodori, sancti Mariani. » Hoc nomen varie tortum et deformatum est, non solum in codicibus nostris, sed etiam in Hieronymianis, de quo vide Florentinium. Castellanus censet legendum, ut hic habetur.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., editio UL-TRAJ.-BELG. textui puro etiam subjungunt : « Apud Antisiodorum depositio sancti Marciani [ita multi scribunt, pro Mariani] presbyteri et confessoris. »

Albergen et Danic. in Auctario cum duobus præcedentibus conveniunt, sed sancti Victoris annuntiationem differunt xxvm Julii.

CENTULEN., in Victore purus, ita prosequitur : « Item Romæ, sanctorum Sulpitii et Scrviliani. qui hortatu beatæ Flaviæ Domitillæ ad fidem conversi et pro Christi amore sub Aureliano [Aniano] passi sunt. Antisiodori, sanctorum confessorum Mamer-

BRUXELLEN. de Victore addit : « Hic terminum Paschalem, et quod Pascha semper in die Dominica celebretur instituit. » In secunda annuntiatione purus est. In tertia ex Adone subjungit : « Ita ut baptisterium, quod ipse agud præfatam urbem condidit, in sacrosanctis Paschalis festi vigiliis, divina virtute singulisannis, aquis subitis inundetur, et per septem ejusdem solemnnitatis dies gratia exuberante permaneat. Apud Antisiodorum, sanctorum confessorum Mamertini et Marciani presbyterorum.

HAGENOYEN. incipit : « In Missia sanctæ Hiltegundis virginis. » Sequitur totus textus satis purus, Tum : « Anthisiodoro, sancti Martiani presbyteri.» Jam diximus melius vocari Mariani. « In Ycomedia, sanctorum Sevelii et Theophanti : ii sunt translati in Cellam Ratolfi. » Sintne hi fortasse Synesius et Theopompus, vide in indice Prætermissorum et xxi vacat, hodiernum Flori supplementum, non Victo-

rem, sed Anicetum papam commemorat. Sulpilius et Servilianus solo nomine a Romano parvo appellantur, Hieronymianis incogniti. Ado ex Actis sanctorum Nerci, Achillei et Domitillæ, de quibus alibi non semel agendum est, insigni eos exornat encomio, cujus potiorem partem suam facere satis habuit Usuardus. Deeorum martyrum translationibus, de variis Servilianis, aliisque eo spectantibus plura annotavit Henschen us, Marcellinus et socii, solius Adonis sunt, ex cujus elogio suum formavit Noster, Notkerus totam messem colligit. Acta a nobis edita Adonem vidisse oportuit, quorum, si non auctorem, saltem scribam detexit Mabilio in Diplomatica pag. 172, litt. E, ex codice ab octingentis annis descripto, a Deodato presbytero Vitam paucis decurrit Tillemontius tomo VII, a pag, 561. Cur autem Marcellinum Adonis plerique ransmutaverint, non habeo unde conjiciam : scripsi Marcelli, quoniam ita scriptum invenio. In codice Heriniensi, ut jam indicavi, desuper adjectam videre est syllabam ni, sed recentiori et atramento et calamo. Hæc pro laterculi primæva simplicitate dicta sint satis: sequantur Wandalberti priores bini versiculi, qui Marcellinum et socios celebrant, posteriores duo in Auctariis subjicientur :

> Marcellinus, Dominus, Vincentius atque, Nomine bis senam radiant festoque fideque.

AUCTARIA.

Maii. Synesium aliquem hodie canit Wandalbertus:

Festaque Synesii celebrantur martyris almi, Pontificis titulo, doctrina et morte beati.

Ita quidem poeta martyrologus, sed necdum satis explicatum invenire licuit, quis ille Synesius sit, episcopi et martyris titulo insignitus. Non lubet hariolari, doceat nos, qui talem Synesium uspiam repererit. Forte corruptum furit nomen, sed et hoc æque incertum est; ut proinde satius sit, aliquid luminis alicunde exspectare.

Aquicincr. sic incipit : « Romæ, natalis sancti Victoris papæ, qui post beatum Petrum tertius decimus, rexit Ecclesiam annis decem et sub Severo principe martyrio coronatur. Hic constituit, ut sanctum Pascha semper die Dominico celebraretur, et a quinta decima luna primi mensis, usque ad vigesimam primam observaretur. Constituit etiam ut necessitate faciente, sive in flumine, sive in mari, seu in fontibus, sub Christiania confessione, quicumque hominum, ex gentilibus venientes, baptizarentur. » Hæc ex éliquo Adonis auctiori apographo, vel ex Notkero desumpta sunt.

DAVERONEN. : « Antisiodoro, sancti Martini. » Et sic habet etiam Aquicincr. supra.

VATICAN., num. 5949 : « Item Romæ, via Numentana, sanctorum Aralaci et Donatæ. » Vide totam cohortem, et primi nomen recte scriptum in Actis.

UGHELLIAN. : « Antissiodoro, sancti Martiani. »

FLORENTIN. : « Antissiodori, sancti Martiani. »

DIVIONEN. ecclesiæsancti Stephani. « Antissiodori, sanctorum confessorum Mamertini et Mariani presbytcri. Et translatio sanctæ Exuperiæ virginis. » Lege Exuperantia, ut infra. Colitur xxvi Aprilis.

REMENS. ecclesiæ SS. Timothei et Apoll. « Trans-latio corporis sanctæ Exuperantiæ virginis. »

Editio LUBECO-COL. Victorem remittit ad xxvIII Julii. Altera textus pars satis pura est. In fine : Anthisiodoro, depositio sanctorum confessorum, Mamertini et Mariani presbyterorum. 🛪

BELIN., in ultima annuntiatione Marcellini socios expunxit; cætera purus est. In fine addit prima editio : « Anthisyodori, sancti Martiani. » Altera, A sancti patris Theodori, qui fuit in Trichine. » Rursubdit, « confessoris. »

GREVEN. : « Item, sanctorum Johannis, Victoris, Donati. » Ex Hieronym. « Adelarii episcopi et martyris. » Vide in Prætermissis. « Antisiodoro, sanctolum Marciani et Mamertini presbyterorum. Item sanctæ memoriæ Hildegundis virginis, sanctimonia-

lis Cisterciensis ordinis, quæ et Josepha dicta est. » Molan, : « Antisiodori, sancti Martiani. » Typis minoribus de Hildegunde, ut GREVENUS. In aliis editionibus, ut jam supra dixi, expunctus est Victor papa. In fine de Martiano eadem. « Dic vigesima,

XI Kal.

Apud persidem, natalis beati Symeonis episcopi et martyris, qui jubente Sapore Persarum rege comprehensus ferroque onustus, cum de Domino voce libera et constantissima testaretur, primum carcerali ergastulo cum aliis centum, e quibus alii episcopi, alii presbiteri, alii diversorum ordinum clerici, maceratus, novissime cum omnibus jussus est pariter decollari. Passi sunt cum co etiam clarissimi quidam viri Ustazadis, Abdella, Ananias et Pusitius, cum filia, quæ erat sacra virgo. Alexandriæ, sanctorum Aratoris presbiteri, Fortuni, Felicis, Silvii, Vitalis, qui in carcere quieverunt.

NOTÆ.

Ita Praten., Herinien., Tornacen., Autuerpien. et Max.-Lubec., Rosweyd, Munerat., Belin. prima editio, Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES

pluribus codicibus alibi secuti sumus: codicum aliorum auctoritas hic alio nos divertit. Si hinc inde fluctuemus, ipsorum, non nostra culpa est, sed facile condonanda. Apprehensus pro comprehensis solus Belinus legit, apud quem et Persidam pro Persidem. Constantissime abverbialiter posuit Molanus. In monnulis codicibus ad, alii episcopi, alii presbyteri, alii, etc., inseritur verbum erant, ast in textu, cum codicibus probatioribus, satis intelligi supponitur. Ustazadis, legunt codices

Romanum parvum unicam hoc die annuntiatio-nem ponit : In Perside, sancti Simeonis episcopi et martyris cum aliis centum, et Ustazadis, et Abdella. et Ananiæ, et Pusicii. Atque ib nobilissima martyrum acies in sacris Fastis primum innotescit, procul dubio ex Sozomeno aut ex Tripartita accepta, cui ex eisdem monumentis elogium suum concinnavit Ado, cujusque medullam Usuardus satis eleganter C decerpsit; Notkerus ferme integrum de more transtulit. Plura, tum quæ ad rectam nominum expressionem, tum quæ ad diversum Usthazanis et aliorum obitus diem spectant, videsis in Actis nostris explicata et illustrata; ubi id præcipue studuisse videtur Henschenius, ut acerrimæ persecutionis, quam adversus florescentem Persidis Christianitatem movit hostis ejus infensissimus Sapor, initium probabilius ex Hieronymo ad Constantii tempora reduceret, quod ad Constantini ætatem male a Sozomeno relatum probant cum ipso eruditi recentiores Ruinartius inter Sincera et Selecta s pag. 632, et Tillemontius tomo VII, a pag. 76, ubi tota historia late, et ex ordine digeritur. Attamen Henschenio minime consentiunt laudati Ruinartius, Tillemontius et alii in eo, quod Symeonis et sociorum martyrium differat ad annum cccxLIX. Fecit hoc magister noster plausibili ratione ductus : cum enim in Sozomeno Persarum istorum martyrium accidisse dicatur die, quo D memoria saluturis Christi passionis quotannis recoli solet, recte censuit, quærendum esse annum, quo xxI Aprilis cum die Parasceves concursum habeat : is vero cum ante annum cccxLix non recurrat, ibi Symeonis et aliorum certamen (Usthazanes pridie coronatuserat) collocandum omnino putavit; Recte, inquam, censuit, si recte supposuisset, in martyrologiis nostris verum semper et proprium passionis diem, martyrum festivitati assignari, atque hic die

Simeonis scribunt Praten. et Molan. quos cum B omnino omnes, excepto solo Belino, in quo Ustozadis. Acta præferunt Usthazanes ex Sozomeno, attamen Romanum parvum et Ado legunt cum textu Bpusitius in Belino, ponitur pro et Pusitius. In solo Heri-niensi invenio, cum Alia sua. Consentiunt Praten., Herinien., Tornacen., Rosweyd., Greven. et alii in Fortuni, quod adeo in textu servandum putavimus, licet melius, ni fallor, alii legant Fortunati, Munerat. Fortunii. Sunt qui ponant et Vitalis, sed probatissimi hoc prætermittunt, ut Usuardo familiare est. Honustus, Felicis, etc., notatione non indigent.

OBSERVATIONES.

xx1 Aprilis certo passos esse Symeonem et socios. Id utique supposuit Henschenius, sed recte supposuisse ei concedere non possumus, nimis gnari auctorem Romani parvi et Adonem, ut alias palam secimus, sæpissime dies selegisse, aut ex mero arbitrio, aut ex conjectura aliqua; qualem suggerere hic potuit ipsa illa Sozomeni periocha de die, *quo memoria sa*lutaris Christi passionis quotannis recoli solet, quemque ipsi cum xxi martyrologi alii, tum Latini tum Græci (Chronologi non boni) cum alio Aprilis die composuerint, ut clare iterum patebit die sequenti, et alibi fusius poterit demonstrari. Ne pluribus ab instituto deflectam, candide fateor, me subducto ab Henschenio calculo fidere omnino non audere, urgentibus præsertim aliis rationibus, quæ Symeonein et socios, sub principio grassantis Saporiane persecutionis, anno circiter cccxLix martyrium subiisse, verosimilius ostendant; in quo fallit Pagii in Baronium critica ad annum cccxLin, dum Henschenii sententiam describit et sequitur. Nolim tamen cum Gastellano hac ratione induci, ut solemnitatem a martyrologis nostris, tot jam sæculis stabilitam, loco suo dimoveam, quam eidem etiam affixit Wandal-bertus, *Caium* diei sequentis huc retrahens :

Jndecima Gaius, pariter Simeonque coluntur.

Altera classis martyrum Alexandrinorum ex apographis Hieronymianis proficiscitur, in quibus non omnimoda invenitur conformitas, ut recte observavit Florentinius. Manifeste patei, quinque dunta-xat ab Adone selectos, a quo eos Usuardus accepit, ordine paululum immutato, variatoque unius nomine, quem notæ optimæ codices nostri non Fortunatum, ut A lo 'egit, sed Fortunum constanter appellant. Nomen depravatum inquies; esto; a codicibus nostris nequaquam recedere certum est. ut in

Die 21.

Ustazade, qui Usthazades vel Chustazates, vulgo A chalas, nimium forte religiose præstitimus. Atque Usthazanes vocandus est; et Abdella, qui Abedehinc abunde patet textus Usuardini integritas.

AUCTARIA.

PULSANEN. mutilus est, omittens ea, quæ de Usthazane et sociis in laterculo dicuntur inter decollari et Alexandriæ

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., ALBERG., DANIC. et editio ULTRAJ.-BELG., in textu puri, sub-dunt in fine : « Leodii in ecclesia beati Laurentii, depositio beati Walbodonis [Walbonis scribit Da-NIC.] ejusdem urbis episcopi. » Idem Auctarium habet LOVANIEN., sed deficit in iisdem, in quibus deficit PULSANEM. supra.

CENTULEN. : « Apud Persidem, sancti Symeonis Selenciæ [Seleuciæ] et Thesefontis [Ctesiphontis] regalium civitatum episcopi, qui persequente rege Persarum, post alia tormenta capite plexus est. Cum quo passi sunt Ustazades ennuchus, Abdella, Ananias senes, Pusicius cum filia virgine. Alexandriæ, B celmi episcopi et confessoris. » sanctorum Fortunati, Aratoris presbyteri, Felicis, Silvii, Vitalis, qui in carcere quieverunt. In Galliis, civitate Ebreduno, sancti Sarcellini, primi ejusdem civitatis episcopi et confessoris, Vincentii Jadde Dominil sociorum ejus. » De quibus nos pridie.

ANTUERP.-MAJ. in Simeone textum ex Adone interpolavit. In Alexandrinis, cum CENTULENSI convenit. Sequitur ultimo loco, de Marcellino, sed pure, ut heri in textu legimus.

BRUXELLEN. incipit : « Romæ, sancti Sotheris papæ. Qui sedit annis novem, et tune martyrio coronatus est. Hic constituit, ut nulla monacha pallas sacratas tangeret, sed ut velum portet. » Multi alii Sotherem hac die referunt, qui ad sequentem per-tinet. Sequitur de Simeone, ubi ex Adone inseruntur hæc verba : « Seleuciæ et Thesephontis regalium civitatum episcopi, » etc. In Alexandrinis purus est. In fine : « Leodii, depositio beati Walbodonis, eiusdem civitatis episcopi. »

HAGENOVEN., in Simeone satis purus, sequentes duas annuntiationes turpiter confundit, hoc modo : « Alexandriæ, sanctorum martyrum Aratoris presbyteri et Fortunati. Item Leodii in ecclesia beati Laurenti, saucti Walbodonis episcopi ejusdem urbis, Silvii, Felicis et Vitalis, qui in carcere quieverunt. » Annuntiationum confusio. « Romæ, sancti Agapiti papæ, qui multum in gestis pontificalibus laudatur. Hic ingressus est Constantinopolim et Justinianum imperatorem ab errore revocavit Arthemii [Anthimi], ipsum Arthemium destituendo, et Menam catholicum virum constituendo. Hic Arthemius in Christo duas negabat naturas. Et obiit papa Constantinopoli et transfertur in Romam, et cum gloria sepelitur in ecclesia sancti Petri apostoli. Hic etiam constitutiones fecit. » Hic importune intrusus est Agapitus, qui xx Septembris colitur; quidquid a multis aliis, cum Notkero, die sequenti referatur.

AQUICINCT. incipit; « Romæ, sancti Sotheris papæ. Hic constituit, ut nulla monacha pallam sacratam contingeret in ecclesia, nec incensum poneret. » Sequitur textus.

VICTORIN. post *virgo* subdit; « Item sancti Sotheris papæ. Hic constituit, ut nulla monacha pallam consecratam contingeret, neque incensum offerret. »

REG. SUEC. qui fuit principis Ursini a Rosemberg : · Leodii in ecclesia beati Laurentii, depositio beati Valbonis, ejusdem ecclesiæ episcopi. »

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Simeonis episcopi et martyris cum aliis pluribus sub Sapore Persarum rege, sub [quo] xvi millia diversis in locis et temporibus martyrio coronati sunt. »

VATIGAN, num. 5949, in fine : « Romæ, natalis sancti Soteris papæ, qui sedit in episcopatu annis Ix.

Editio LUBECO-COL. in Simeone ferme ut BRUXEL-LEN. interpolata. in Alexandrinis pura est. Sequitur : « Leodii in ecclesia beati Laurentii, depositio sancti Walbodonis, ejusdem urbis episcopi et confessoris. In Anglia, civitate Cantuaria, sancti An-

BELINI secunda editio : « Eodem die, translatio sancti Osualdi episcopi Eboracensium. » Colitur xxviii Februar.

GREVEN. : « Romæ, beati Sotheris papæ et martyris : secundum Adonem vero, die sequenti. » Imo hac die ponitur a Mosandro : in editione Rosweydi notus non est, nisi male in appendicem rejectus sit. « In Anglia, beati Anselmi archiepiscopi et doctoris præcipui. Hic ex confinio Lombardiæ et Burgundiæ ortus, venit Beccum. allectus fama magis-tri Lanfranci, factusque est ibi primo monachus et deinde prior, postremo Cantuariensis archipræsul effectus, vita et doctrina excellenter claruit circa annum Domini Mc. Luciani Viennensis episcopi. » Potius Juliani, de quo vere potuit dicere, poni ab Adone die sequenti, quo colitur. « Apud Leodium, Walbudonis episcopi et confessoris. Item beatæ memoriæ Victoris papæ III et confessoris. De quo inter alia legitur, quod in magna corporis sui continentia vixerit, cilicio asperrimo ad carnem semper indutus. In mensa convivarum frequenter fallebat oculos, cibos tangens, non gustans. Noctu modico somno accepto, latenter de lecto surgebat, orationibus, veniis et lacrymis vacans. Člaruit etiam miraculis. » Remittitur ad xvi Septembris.

MOLAN. de Oswaldo, ut BELIN. : « Eodem die, sancti Anselmi episcopi et confessoris. Romæ, sancti Soteris papæ: qui sedit in episcopatu annos novem, sepultus in cœmeterio Calisti. Hic constituit, » etc. « În Africa, natale Maximini martyris : Qui tempore Decii post alia tormenta, lapidibus oppressus est. Ita eum vocat Rabanus, cujus elogium describit Notkerus. In Actis, sub nomine Maximiani, remittitur ad xxx Aprilis. Pergit MOLAN, sed litteris minoribus : « Liber anniversariorum ad S. Lauren-tium : Dominus Wolbodo Leodiensis piissimus episcopus a seculo migravit, qui huic loco res sacras dedit et in eo humari elegit. » Ilactenus prima editio. In aliis, de Anselmo, ut supra. Tum : : « Die vigesima prima, sancti hieromartyris Januarii et comitatus ipsius, et sacrosancti martyris Theodori, qui fuit in Perge. » De his duobus agitur in elencho Prætermissorum; quæriturque, an vera sint, et non potius inversa nomina. Rursus typis minoribus : « Apud Leodium, in ecclesia sancti Laurentii, Dominus Vuolbodo, » etc., ut supra.

X Kal.

Die 22.

Romæ via Appia, natalis beati Gaii papæ, qui cum Ecclesiam undecim annis, mensibus quatuor, diebus duodecim rexisset, martyrio coronatus est sub Diocletiano principe. Apud Persidem, sanctorum martyrum, qui pro Christi nomine gladio jugulati sunt sub rege Sapore. In quo fidei certamine passus est Melisius episcopus, Acepsimas quoque episcopus, cum presbitero Jacobo. Mareas et Bicor nihilominus episcopi, cum clericis fere ducentis quinquaginta, monachis etiam et sacratis virginibus plurimis. Inter quas et Symeonis episcopi soror, nomine Tarbua, cum pedissequa sua, serra scissa est. Civitate Cordula, natalis

Parmenii, Helimenæ et Chrisoteli presbiterorum, Lucæ et Mucii diaconorum, quorum triumphus martyrii in passione beati Laurentii habetur. Lugduni, sancti Epipodii, qui persecutione Antonini Veri, post illata sibi gravia tormenta, martyrium capitis abscisione complevit. [Addit Bouillart. : • Senones, sancti Leonis episcopi. Bt charactere cursivo: Eodem die inventio sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii.]

NOTÆ.

quem undequaque purum ausim asserere. Singulorum collatio textum dabit, quam fieri poterit, sim-plicissimum.Grevenus et Molanus puritati accedunt proxime, utpote qui de Melisio hæc solum interserant : S'anctitate et miraculorum gloria insignis. Atque hæc in Adone legi equidem fateor; ast Usuardina non esse, probat silentium aliorum codicum omnino omnium, tum mss., tum typis editorum. Affine aliquid prima fronte reperitur in Tornacensi, ubi, Melisius Deo acceptissimus; in Rosweyd. et Belin., Melius acceptissimus, Sed amanuensis oscitantia palpabilis est, dum Acceptissimus ponitur pro Acepsimas. Jam cur reliqui codices excludantur, attende. Pratensis, solito deformior, subdit præterea in fine : Senonis, sancti Leonis episcopi. Usuardine, inquies. Non ita existimo : obstant enim codices alias integerrimi Heriniensis, Tornacensis, Muneratus, Grevenus, et Molanus, quorum auctoritas combinata, cæteris omnibus, me quidem judice, B in Francia. Bodem die, sanctæ Oportunæ virginis. anteponenda ést. Adde Rosweyd. et alios non igno-biles, quibus tamen non innitimur. Si cui aliter vi-

• Pauci sunt articuli, si qui tamen, quibus ador-nandis magis desudarit Sollerius. Quos codices perlustravit, perlustravit autom prope octoginta; ii omnes ita vitiosi erant, ut nulli omnino fidere ausus fuerit, collatosque simul omnes oportuerit, ut ex singulis textum erueret. Singulorum collatio, inquil ipse, textum dubit, quam fleri poterit, sim-plicissimum. Laborem laudent alii; ego acumen et judicium vehementer admiror. Nam in tanta codicum depravatione, quis non miretur Sollerium ita Usuardi sensum callere potuisse, ut ab eo ne latum quidem unguem discederet, autographum ipsum verbum pro verbo redderet? Certe suspicabitur aliquis eum, dum huic articulo operam dabat, ob ocu-

Ex is evinci puto, textum hic genuinum et sim- C desumpsit. Elogii Adoniani fons idem, qui die præplicem a nobis repræsentari, tametsi ex nullo seorsim codice eum depromere hac die licuerit. Satis nimirum et abunde est, quod in eo conveniant apographa pleraque, caque notæ optimæ, licet aliunde nonnulla fuligine inspersa. Si quis imme-rito exclusos putet Grevenum et Molanum, haud gravate patiar eorum brevissimum encomium Usuardo ascribi. Porro reliquos omnes plane exclu-dendos, nemo, opinor, diffitebitur. Superest, ut more nostro Usuardum cum antiquioribus conferamus. Caium commemorant exempla Hieronymiana, ad quæ videndus Florentinii Commentarius. Est et in Rom. parvo. Beda ipsum condecorat elogio brevi, ab Adone non nihil aucto. Cæterum ipsissima, quæ hic in textu retulerunt, verba in præfatis Beda et Adone, atque item in Rabano, ad apicem leguntur. Sic tamen ut multo plura habeat Ado, quæ hic et in toto textu Notkerus adoptavit. Vidimus die præcedenti, ipsum ibi a Wandalberto cum D Symeone Persa decantari. Vita ejus ex Actis sancti Sebastiani et sanctæ Susannæ ab Henschenio desumpta est, iisque notis illustrata, ut nihil magnopere desiderctur. Quid de ea censcant recentiores critici, opportunius expendi poterit in majori opere ad xI Augusti.

Hesternæ Persarum turmæ subjungitur altera martyrum plurimorum, ut Romanum parvum breviter indicat. Ab Adone, si non verius, saltem distinctius, quorumdam nomina enumerantur, ex quo Noster, contracta paululum phrasi, sua omnia de-

Ex codicibus nostris omnibus nullum invenio, A debitur firmioribus argumentis ultro cedam. Hoc etiam ab rerum hujusmodi peritis observari velim, ad exclusionem Leonis non parum conducere, quod Grevenus et Molanus in prima sua et puriori editione, nec in Auctariis suis de eo meminerint. Sequitur in præfato codice Pratensi : Eodem die, inventio sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Bleutherii. Sed hæc ad marginem, ni fallor, addita, licet antiqua manu, ut testatur Castellanus, textus puritati nihil officerent, si cætera essent íntegra. Heriniensis purissimus esset, nisi secundo loco inseret : Parisius, translatio beatorum martyrum Dionysii, etc. Tornacensis nævis aliis non caret; capitale vitium est, quod in fine adjicias : Ipso die, inventio sanctorum martyrum Dionysii, elc. Atque ita plane Muneratus, his verbis non satis castigatis : Ipso die, inventio beatorum corporum Dionysii, Rustici et Eleutherii, de quorum corpora [melius diceret quæ] requiescunt in cænobio divi Dionysii Codex Rosweydi, cætera etiam purus legit in fine : Inventio sanctorum martyrum, etc.

> los habuisse apographum, quod apud se servat, et illud exscripsisse saltem usque ad Senones. Totum exscribere debuit. Non fuit quidem postrema hæc commemoratio Carolini autographi. Caret enim illa Dervensis codex. At ejusdem esse manus ac reliquum articulum ne Sollerius quidem diffitcur. At-que hoc ipso die memoriam S. Leonis colit Senonensis Ecclesia, antiquiora, Martyrologia referunt, Saussaii recentius elogio celebrat. Is ipse cst sanctus Leo, qui Childeberto regi episcopum Melo-duni, ubi nunquam episcopus fuerat, constituere volenti, generoso animo restitit, scripta ad eum epistola, quam Sirmondus edidit tom. I Concilio-rum Galliæ. Bouillart.

OBSERVATIONES.

cedenti, nempe Sozomeni, vel potius Tripartita historia. Notatur illic diserte annus sequens post occisos Symeonem et alios, atque is ipse dies, quo memoria passionis Christi recoli solet, quo non quidem passi martyres, sed quo exiit edictum Saporis crudelissimum in universam Persidem. De martyrum illorum ingenti numero et cruciamentorum genere, vide in Actis Sozomeni, num. 7. Annus ex dictis die præcedenti determinandus est, verosimilius cccxLv. Singulorum certaminis dies procul dubio diversissimus; nihilominus a martyrologis nostris consignati omnes hoc xx11 Aprilis : cum interim certissimum sit, feriam sexam passionis Dominicæ, ne toto quidem sæculo quarto, cum eo die concurrere potuisse; ut rursus manifeste pateat, diem xxII Aprilis, pro mero Romani parvi, et aliorum arbitrio, delectum esse, quod hie Henschenius fateri cogitur apud quem verior est nominum orthographia, seorsimque relata et illustrata Acta nonnullorum particularia, quorum aliqua, inter Sele-cța numeravit Ruinartius a pag. 639. Quz sequitur alia Persarum cohors, Cordulæ a Beda tribuitur, a Rabano aliisque perperam Cordubæ; quod et superius ad xv hujus, ab eodem Rabano factum observavimus, ubi de ipsa illa positione agendum fuit. Tota ad Babyloniam spectare videtur, cum Polychronio ad xvii Februarii. Plura vide in notationibus Baro-nii, Florent alla 'Ienschenii et in Observationibus nostris xvn Februarii, xv Aprilis, x Augusti, et locis aliis, ubi de Laurentii Actis sermo recurrit.

Cæterum classis illius encomium habent Beda, Rabanus, Ado, ex quo ultimo pauca Usuardus delibavit. Satisne clare Cordulenses martyres in Hieromianis denotentur, dubitatari potest : diserte eos memorat Romanum parvum; quorum priores tres primis suis duobus versibus canit Wandalbertus :

Terni presbyteri deciman, ternaque coronant Palma, Parmeniusque, Elimenes, Chrysotelusque.

Tribus aliis versibus ludit in ternario numero, occasione inventionis sanctorum Dionysii, Eleutherii et Rustici, quam ad textum nostrum non

De præcipuis nostris codicibus PRATEN., HERI-NIEN., TORNACEN., ROSWEYD., MUNERAT., GREVEN. et MOLAN. in superiori notatione abunde dictum est; ut plane superfluum sit, singulorum Auctaria aut potius variationes hic seorsim describere.

PULSANEN. hac die præter modum defectuosus est: agit enim tantummodo de Caio et Cordulensibus.

ANTUERP. et MAX.-LUBEC. in Caio textum mutilant. Pro, in passione B. Lawrentii, habet, Abdon et Sennis. Denique in fine : « Senonis, sancti Leonis episcopi. »

ULTRAJECT., LEYDEN., ALBERCEN., et DANIC. sic incipiunt : « Romæ via Appia, natale sancti Sotheris papæ, qui post beatum Petrum undecimus, cum Romanam Ecclesiam rexisset octo annis, martyrio coronatus, sepultus est in cimiterio Calixti. Romæ via Appia, natale beati Gaii papæ qui vicesimus nonus post beatum Petrum, cum Ecclesiam undecim annis, etc. Eodem die, sancti Agapiti papæ. Apud Persidem, » etc. In fine : « Senonis, sancti Leonis episcopi. »

ANTUERP.-MAX., LEYDEN., BELG., LOVANIEN. et editio ULTRAJECT.-BELG. de Sothere nihil. De Caio, ut supra. In martyribus Persis puri nen sunt. In fine : « Senonis, sancti Leonis episcopi. »

CENTULÉN. : « Romæ via Appla, in cimiterio Calisti, sancti Gaii papæ et martyris. In Persida, sanctorum martyrum quamplurimorum sub rege Persarum, inter quos Melesius episcopus, Accepsimas episcopus, Jacobus presbyter, Marcas et Bicor episcopi, clerici eorum ducenti quinquagenta, monachi et virgines perplures, Zarbua quoque virgo, soror sancti Simeonis episcopi et martyris. Parisius, inventio sanctorum Diouysii, Rustici et Eleutherii martyrum. In Corduba civitate, sanctorum Parmenii et Helimenæ, et Chrisostoli presbyterorum, Lucæ et Mucii diaconorum, sub Decio passorum. Lugduni, sancti Epipodii martyris. Senonis, sancti Leonis episcopi. »

ANTUERPIEN.-MA: textum refert non nihil corruptum et contractum. In fine : « Senonis, depositio sancti Leonis episcopi, cujus vita miraculis claruit, et mors pretiosa nichilominus miraculis commendatur. »

BRUXELLEN. de Caio addit : « Hie constituit, ut nemo clericos apud judices seculares accusare præsumat. Eodem die, sancti Agapiti papæ, qui sedit mensibus undecim. Hic diebus Dominicis processiones fieri constituit. Apud Persidem... » textum prosequitur satis pure. In fine : « Senonis, sancti Leonis episcopi et confessoris. Item inventio corporum sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii. » Vide dicta in notatione.

HAGENOVEN. incipit a Sotere, de quo jam satis dictum est. Deinde de Cordulensibus. Tum de Caio, ubi post *Diocletiano*, additur : « imperatore cognato suo. Hic constituit ordines clericorum; scilicet, hostiariatum, lectoriatum, exorcistatum, acolytatum, subdiaconatum, diaconatum et presbyteratum.» In martyribus Persis interpolatus est. Post illos sequitur : « Item Camarie [voi.uit dicere Cantuariæ]beati Anshelmi episcopi et confessoris, vita et spectare, supra ostendimus, **Bpipodius** in Hieronymianis certo consignatus est, additusque ab Adone *Alexander* socius, cum utriusque laudatione, Noster autem ea tantummodo decerpsit, quæ **Bpipodii** crant propria, neglecto comite Alexandro, qui tanquam tertio post die passus, ab Adone ponitur xxiv Aprilis; vide ibi. De Juliano, qui in Adone etiam ponitur, nec Usuardus, nec Notkerus meminerunt, forte quod in antiquioribus apographis expressus non fuerit, adjectus subinde, cum aliis nominibus sanctorum episcoporum, ad Urbem Viennensem propius spectantium.

AUCTARIA.

doctrina clari.» In Epipodio purus est. In fine : «Item Senonis, sancti Leonis episcopi et confessoris.»

AQUICINCT., post Diocletiano principe, subdit ex Adone : « Hic constituit, ut per omnes gradus primum ascenderet si quis episcopus fieri mereretur, ostiarius, lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter. Eodem die, sancti Agapiti papæ. Hic ingressus Constantinopolim Anthemium ejusdem urbis episcopum, qui duas in Chri-

sto naturas negabat, deposuit, et Menam catholicum ejus loco consecravit. » MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Caii papæ et

mattric.-Carthus.-Ultraject. : « Call papæ et martyris. Plurimorum martyrum apud Persidem. Translatio beati Dionysii et sociorum cjus. »

BIGOTIAN., signatus P 5 : « Enonis [Senonis] sancti Leonis episcopi. » De quo etiam codices Clu-NIACENSIS et UCHELLIAN.

REG. SUEG., signatus numero 428 : « Parisius, inventio corporum beatorum Christi martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii. Eodem die, sanctæ Opportunæ virginis. »

Codex D. DU CHEVAL, signatus B : « Leodii in ecclesia beati Laurentii, depositio sancti Walbodonis, ejusdem urbis episcopi. » De quo heri.

donis, ejusdem urbis episcopi. » De quo heri. VATICAN., num. 5949 : « Romæ, sancti Agapiti papæ, qui sedit Romæ mensibus xI. Eodem die, sancti Joannis martyris Tetensis, vel Teatentis. » Hactenus ignotus est.

ALTEMPS : « Senonis, sancti Leonis episcopi. Silvanectis, sancti Reguli confessoris Christi. Item sanctæ Oportunæ virginis. Romæ, sancti Soteris papæ et martyris. »

STROZZIAN. : « Senonis, sancti Leonis episcopi. Item in monasterio sancti Georgii majoris Venetiarum, translatio sancti Eustachii patriarchæ Constantinopolitani, anno D. N. J. C. MCCXLVI. » Acta ejus dantur vi Aprilis.

Editio LUBECO-COL. de Sothere repetit superius dicta, heri et hodie : addens quod martyrio coronatus sit, sub Commodo Aurelio. De Caio præter dicta, sic ait : « Ilic constituit, paganos et hæreticos, Christianos non posse accusare, nec notam infamationis inferre. Item statuit, ut nemo episcopum aut reliquos clericos apud judices seculares accusare præsumat. » De Agapito, quod processiones fori constituerit. Sequitur : « Treveris, sancti Abrunculi episcopi et confessoris; qui nunc in monasterio, quod vocatur Sprenckgyersbach, requiescit. » In Cordulensibus et Epipodio fere purus est. « Senonis, natale sancti Leonis episcopi et confessoris. Viennæ, sancti Juliani martyris. Apud Persidem, sanctorum, etc., sub rege Persarum, Sapore, anno die, quo passionis Dominicæ memoria celebratur. » Cætera pure.

BELIN., in Caio, Persis et Cordulensibus fere purus, subjungit : « Senonis, sancti Leonis episcopi. Ipso die, sancti Sotheris papæ, natione Campani. » Tum de Epipodio, bene. « Item in monasterio sancti Georgii, » etc., ut supra ex STROZZ. Porro in secunda editione præterea additur. « Parisius, sanctorum martyrum Dionysii, etc. Apud civitatem Silvanectensem, sancti Reguli episcopi et confessoris.»

qui ut Ado (qualis a Mosandro est editus) dicit, sedit Romæ mensibus undecim. Hic ingressus. » etc. « Philippi episcopi et sociorum ejus martyrum. » Vide Prætermissos, ubi rejicitur ad xxII Octobris. « Leonidis martyris, patris Origenis. Pimoli martyris. » Primolus est vel Primulus ex Cordulensibus. « Theodorici presbyteri et martyris. » Vide Prætermissos. « Viennæ, sancti Juliani episcopi et confessoris. Abrunculi archiepiscopi Treverensis confessoris, in monasterio, quod Sprengersbach vocant, requiescentis. Ipso die, inventio corporum sanctorum Dionysii, etc. Alexandriæ [Alexandræ] reginæ Persarum et martyris quæ in confessione beati Georgii credidisse legitur. » Vide iterum Prætermissos. « Item sanctæ Oportunæ virginis. » Melius

« Oportunæ. » Ex Muner to descripta sunt. Sequi-tur minoribus litteris : « Leonidis martyris, patris Origenis. Abrunculi archiepiscopi Treverensis et

GREVEN. : « Agapiti primi papæ et confessoris, A confessoris, in monasterio Sprengersbach quiescen-u ut Ado (qualis a Mosandro est editus) dicit, se-t Romæ mensibus undecim. Hic ingressus. » etc. dritæ, cujus Vitam scribit Georgius presbyter ejus discipulus. » In editionibus aliis incipit : « Eodem die, sanctæ Oportunæ virginis. Senonas, sancti Leonis episcopi et confessoris. Et alibi, depositio Abrunculi episcopi. Eodem die, Agapeti pontificis qui sedit, etc. Die vigesima secunda, sancti patris Theo-dori Sicei, » Vocatur superius *Siceorum archiman*drita; sed melius in Actis nostris exprimitur nomen et dignitas, dum appellatur « Theodorus Siceota, episcopus Anastasiopolitanus, archimandrita cœno-biorum in Galatia. » Vide ibi Vitam satis copiose deductam. « Item in monasterio sancti Georgii mascribitur Opportunæ, cujus vita hodie illustratur. MoLAN. : « Agapiti pontificis, qui sedit Romæ menses undecim. Hic ingressus Constantinopolim ad Justinianum, etc. Item in monasterio sancti BeLIN. Sequitur : «Inventio S. Dionysii,» etc. Item: BeLIN. Sequitur : «Inventio S. Dionysii,» etc. Item: Q Oportunæ, » Ex MUNERATO descripta sunt Sequi jor.... Ipso die inventio beatorum corporum Diobeatam Reginam, et filiam sanctam Ragemfredem, de quibus alibi. « Eodem die obiit beatus Vuol-

phelmus, abbas Bruwillerensis. » Die 23.

IX Kal.

In Perside civitate Diospoli, passio sancti Georgii martyris, cujus gesta passionis etsi inter apocriphas numerantur scripturas, tamen illustrissimum ejus martyrium inter coronas martyrum Ecclesia Dei venerabiliter honorat. In Galliis civitate Valentia, natalis sanctorum Felicis presbiteri, Fortunati et Achillei diaconorum, qui cum maximam partem supradictæ urbis ad fidem Christi convertissent, a duce Cornelio in carcerem trusi sunt, dein diutissime verberati, cruribusque confractis circa rotarum vertiginem stricti, fumum quoque in equulei suspensione perpessi, ad extremum gladio consummati sunt. [Addit Bouillart. : • Castro Silvænectis, sancti Reguli episcopi et confessoris.]

NOTÆ.

Puri sunt Herinien., Tornacen., Antuerp., Max-Lubec., Greven. et Molan.

Castrum Silvanectensium depositio sancti Reguli episcopi et confessoris. Hic simpliciter, episcopi et confessoris. Cur omisit depositio? Nam satis supe-rerat spatii ut adderetur. Hic Usuardi acumen et sagacitatem agnosco. Legit profecto S. Reguli acta: sed ea cum vidisset fabulis referta, nec ullam tuto eis haberi posse fidem; consuluit Ecclesiam quæ

Vix attentionem merentur. Persida in Antuerp.et Max.-Lubec. pro Perside, satisalibiobvium est. Cujus gesta passionis, legunt codices passim; citatiautem Antuerp. et Max.-Lubec. ponunt, cujus passio, etc. Apocrifas in Herinien. et Tornacen. sæculum suum sapit. Cæteri ad veram orthographiam pro-

primitus expressus fuerit megalomartyr et tropæophorus Georgius, satis operose disquirit Florentinius hoc et sequentibus diebus. Hujus sancti cultus et singularis in universa Ecclesia festivitatis antiquitatem aperte demonstrant Kalendarium a Frontone editum pag. 33 et 71, necnon Gregorii Sacramentarium, et plurima alia argumenta a Papebrochio in Actis producta, ubi curiosus lector copiosissime et accuratissime eruderata inveniet, tum in Commentario prævio, tum in analectis, omnia, quæ celeberrimi sancti diffusissimam tota orbe Christiano venerationem concernunt a pag. 100 ad 163, quæque a Tille-montio contracta sunt tomo V, a pag. 185. Nec pluribus bic opus est; ad Martyrológia nostra redeamus. De Beda, resipsa loquitur, bic enim disertis verbis in sacras tabulas Georgium refert : Natale sancti Georgli martyris, iis merito prætermissis, quæ ex apocryphis Actis tenebras potius quam lucem affunde-

In Carolino autographo scriptum erat : apud C ros gestas Reguli et mortis diem studiosius memoriæ mandare debuit. Hæc autem ita parum cum Carolino autographo convenit, ut depositionem hoc dic, translationem 30 Martii veneretur. Quid faceret Usuardus? Delevit quod xxx Martii scripserat. Et ne, signata depositione quam hodie memorant Acta, falleretur, satis habuit diem S. Regulo sa-crum adnotare. BOUILLART.

VARIANTES LECTIONES.

pius accedunt, dum scribunt apocriphas, uti in textu scriptum reliquimus, licet Molanus melius habeat apooryphas. Reclesia Dei, legendum est; in Antuerp. et Max.-Lubec. deest vox ultima. Bquuleis pro *equulei*, in Heriniensi; in aliis *ecule*i, Valencia, Falicis et similia, nihil nos morari debent.

OBSERVATIONES.

Utrum et quo die in apographis Hieronymianis D bant. Plusculum præstitit Rom. parvum, addita loci valde controversi positione, nempe. In Perside, civitate Diospoli, Georgii martyris. Hujus vestigiis insistit Ado, a quo profectum qualecunque elogium, quod Noster verbotenus transumpsit, Notkero veris falsa commiscente, dum solitum ductorem non satis prudenter deserit, ut Rabani fabulosa superinducat. Notandus autem dicti Notkeri locus xxv Aprilis, ubi ex Calendario sagacissimi Hieronymi, Geor-gium eo die celebrandum contendit. De vero martyrii loco aliisque circumstantiis, videndus quoque Papebrochii supra laudati commentarius. Binæ nostræ annuntiationes sic Wandalberto metris constrictæ sunt, ut altera alteri præponatur; ita habet :

> Felicemque sacrum gemino dignumque ministro Nona docet, Fortunatumque et Achillea junctos. Hac et am invicto mundum qui sanguine temnis Infinita refers Georgi sancts trophes.

> > i 1

Hieronymi ecgraphis recensentur, unde in Adonem transisse minime dubium est. Hic ex Actis, martirii seriem nitide exposuit, ipsumque totidem verbis Notkerus sequitur; Usuardus paulo compendiosius. Cæterum laterculum totum et Adonianum et Usuardinum esse, nemo, qui utrumque legerit, diffitebitur. Hæc præcipua inter Henschenium et recentiores (ut Tillemontium tomo III, pag. 97, aliosque) discrepantia, quod ille Acta a coævo scripta censuerit, isti plane negent : in eo conveniunt, quod non

PRATEN., ut jam diximus, in fine addit: « Castro Silvanectis, sancti Reguli episcopi et confessoris. »

PULSANEN., in Georgio purus, elogium martyrum Valentinorum plane rescindit.

MUNERAT., in textu purus est, sed inter utramque annuntiationem hæc perperam inserit : « Apud Sil- B vanectis urbem, depositio almi Reguli confessoris Christi atque præsulis. Qui Micenis Græciæ ortus, a beato Johanne evangelista est doctus. Postea simul cum sancto Dionysio, primo Roman, dein ad Arelatum veniens, ibi ordinatus est episcopus. Post cujus martyrium jam dictam Silvanectensem urbem adiens, plurimis in eodem loco virtutum signis, usque hodie venerandus, refulget. » Vide quæ diximus xxx Martii.

Roswerd., post textum purum : « Castro Silvanectis, S. Reguli episcopi. Item sancti Adalberti episcopi mariyris. x

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN. ALBERGEN., DANIC, et editio ULTRAJ.-BELG., textui satis puro subdunt : « Ipso die in pago [DANIC. in Praga] Boemiæ, natale sancti Adalberti episcopi. Hic cum genti Sclavorum verbum vitæ prædicaret, a paganis scties perfossus et capite truncatus, tribus diebus ab aquila custoditus est. »

LOVANIEN., in textu nonnihil mut lus, in fine solum habet : « Ipso die, in pago Boemiæ, natale Adalberti episcopi. »

CENTULEN. : » Natale beati Georgii famosi et glo-riosi martyris. In Galliis, civitate Valencia, sanctorum martyrum Felicis presbyteri, Fortunati et Achillei diaconorum, qui a beato Hereneo ad prædicandum missi, a duce Cornelio, gladio consummati sunt. »

ANTUERP.-MAJ., solito purior, in fine addit : « Castro Silvanectis, sancti Reguli episcopi et confessoris. » Vide supra Munerat

BRUXELLEN., textui modice interpolato subtexit : « la Praga Boemiæ, natale beati Adalberti, » etc., ut supra. » Igso dic, depositio Arnulphi Jerosolymorum patriarchæ. » De hoc vide Prætermissos.

HAGENOYEN. Georgii elogium innumeris tormentorum generibus farcit, quorum hic partem speciminis gratia describo : « Qui a Daciano Persarum imperatore, in equuleo suspenditur, et membratim post- D ea corpus ejus laceratur; latéribus ejus lampades applicantur, ita ut interiora ejus viderentur, post hæc ab verbera extenditur, et diversis plagis cruentatur, et sal in ejus vulnera comprimitur, et cilicio asperrimo confricatur, et in his omnibus martyr Dei non dolet. Deinde veneno potatur, quod sibi non nocuit, et vehenator ad fidem convertiur, et capite truncatur, qui vocabatur Athanasias. Post hæc in rota ponitur ex rasoriis et gladiis facta, sed ipse orat et rota comminuta est, et populus multus periit sub rota paganorum. Post hæc in sartaginem plenam plumbo líquefacto missus est, » etc. In altera annuntiatione textum purum exhibet.

AQUICINCTIN., proIn Perside, habet In Palæstina. In fine de Regulo ut PRATEN. Notabis hic, codicem hunc, uti et sæpe Antuerpiensem-Majorem et Rosweydinum cum Pratensi convenir 📜 ut alibi etiam observo.

Poro martyres Valentini in præcipuis quibusque A Valentiæ in Hispania, sed Valentiæ in Delphinatu martyrio coronatos, constanter et vere asserant. Est in Adone annuntiatio tertia de sancto Wulfranno, quem nos cum Usuardo ad xx Martii retulimus. Rursus xxx Martii ex codicum nostrorum consensu Regulum Silvanectensem consignavimus, eumque ex Pratensi cum aliis expunctum, et huc perperam remissum, ibidem observavimus. Patet igitur ratio, cur ex purorum codicum numero præfatus codex Pratensis etiam hodie fuerit excludendus.

AUCTARIA.

VICTRORIN. et REG. SUEC., signatus num. 130, in fine : « Romæ, sancti Agapiti papæ. » Deeo superius satis dictum.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. « Adalberti episcopi et martyris. Felicis, Fortunati et Achillei martyrum.» Forte primo loco, Gorgonii pro Georgii, martyris. Ita ponitur, ut de loco dubium sit. CAMBERIEN. Convent. S. Mariæ : « Apud Silvane-

ctensem urbem, sancti almi Reguli, » etc. Sicut MUNERAT., sed tantum usque ad post cujus exclui sive.

Alter codex REC. SUEC., signatus num. 428: Apud castrum Silvanect. translatio sancti Reguli, episcopi et confessoris. »

VATICAN., sub num. 5949, in fine : « Sancti Adalberti episcopi et martyris, »

STROZZIAN. « Eodem die Praga, natalis sancti Adalberti episcopi et confessoris [potius martyris |. »

Codex Lucoun. ubi de Valentinis, pro a duce Cornelio, scribit a judice Cornelio. Luxovien, « Tulli, depositio sancti Gerardi epi-

scopi. » Vide inferius in GREVEN.

REMENS. sanctorum Timothei et Apollinaris : « Fontanella monasterio, sancti Wulfranni episcopi et confessoris. » Vide dicta superius in Observationibus.

Editio Lubeco-Col. in fine post textum purum : « Ipso die in Praga Bohemiæ, natale beati Adelberti episcopi, » etc., ut codd. mediæ notæ. « Ipso die, sanctæ Pusynnæ virginis. »

BELINI utraque editio, in fine : « Eodem die Bruciæ [opinor pro Pragæ, vel Prussiæ], natalis sancti Adalberti episcopi et martyris. » Editio altera perperam hodie repetit : « Senonis, sancti Leonis episcopi et confessoris. »

GREVEN. : « In Praga Bohemiæ, natalis beati Adalberti episcopi. Qui cum, etc. Item sanctorum Catulini, Victoris et Ursi. • Ex numero Africanorum. « Germani abbatis et martyris. » Vide inter Prætermissos. «In Fontanella monasterio (*ut dicit Ado*), beati Wulfranni episcopi, præclari in miraculis et doctrina viri, quem Usuardus habet x111 Kal. Aprilis. Renoberti episcopi Baiocensis, qui vita et miraculis clarus, xL annis in episcopatu expletis, quievit in Domino. » In Actis remittitur ad xvi. Maii. « Tulli, sancti Gerhardi episcopi et confessoris. Qui ex Colonia Agrippina ortus, anno Domini DCCCCLXIII præfatæ civitati ordinatus antiste, in sanctis actibus cursum suum complens, a Leone papa IX qui et ipse Tullensis episcopus fuerat, sanctorum catalogo est adscriptus. Lugeri, decimi episcopi Trajectensis et confessoris. » Hic prætermittitur. « Item secundum aliquos, hic depositio sancti Reguli Silvanectensis episcopi et confessoris. Qui Nicenis Graeciæ, » etc., (ferme ut MUNERAT.) « Usuardus eum habet III Kal. Aprilis. In Hervordia, Pusinnæ virginis. Item Nigundis virginis. » An Nigundæ? Utrovis modo scribas, hactenus incognita est.

MOLAN. : « Eodem die Brutia [an in Borussia?], natalis sancti Adelberti episcopi et martyris. Senonis, sancti Leonis episcopi et confessoris. Ipso die, beatæ Pusinnæ virginis. » Deinde minoribus litteris; « Tulli, sancti Gerardi, » etc., plane ex

GREVENO. Aliæ editiones, post Georgii martyris, A sancti Gerardi episcopi et confessoris. Ipso die, interjiciunt litteris Italicis : « Gloriosi antesignani, clarique miraculis. » In fine : « Eodem die Prussiæ, natalis sancti Adalberti episcopi et martyris. Tulli.

beatæ Pusinnæ virginis, quæ tempore Caroli magni Hervordiam est translata. »

VIII Kal.

Lugduno Galliæ, natalis sancti Alexandri martyris qui persecutione Antonini Veri, post carceris custodiam, primo ita laniatus est crudelitate verberantium, ut crate soluta costarum, patefactis visceribus, interiora corporis panderentur. Dein crucis affixus patibulo, beatum spiritum exanimatus emisit. Passi sunt cum eo et alii numero triginta quatuor. Eodem die, depositio sancti Melliti episcopi in Britannia. Item civitate Heliberri, sancti Gregorii episcopifet confessoris.

NOTÆ

Sumitur ex Praten., Tornacen., Pulsanen., Munerat., Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

Custodia, pro custodiam, in Pulsanen. error est. B tum spiritum emisit. Quare Molan. pro emisit, po-Sic Molan. sensum facit imperfectum ; primo laniatus est, addenda cum codicibus omnibus particula ita: Crate soluta legunt omnes, nimium sapere voluit Molanus, dum substituit carne. Usuardus Adonis lectionem secutus est. Male scribunt Tornacen, et Pulsanen. examinatus, pro exanimatus, male item Tornacen. eam vocem transposuit, examinatus bea-

Qui de *Epipodio* meminere xxII Aprilis, hodie Alaxandrum referunt Hieronymiani codices, plerique cum sociis xxxiv ac dedicatione cripta, ubi eorum corpora requiescunt; de quibus nonnulla conjectat Florentinius observatione digna. Hoc interim certum est, Acta ipsa, quæ ab omnibus etiam maxime criticis, tanquam gravia et sincera admittuntur, ut videre est apud Ruinartium a pag. 63, et apud Tillemonitum tomoIII, a pag. 30, certum est, inquam nullos Acta socios commemorare. Vacat prorsus C Romanum parvum, de quo hic repeti possent, quæ diximus in Observationibus xxvm Februarii. Beda et Rabanus solius Melliti memoriam agunt. Florus autem, contra Actorum seriem, Alexandrum cum Epipodio, hoc eodem die conjunxit, elogium suo modo componens, quod ex eisdem Actis desumptum esse apparet, licet in ipso principio, præfatos socios anonymos xxxiv inserat, quos credibile est ex aliqua traditione cum Epipódio et Alexandro Lugduni recoli solitos, aut ex Hieronymianis ascriptos. Actipulatur Ado, præfata Acta, et xx11 Aprilis, et hic, secutus, sic tamen ut xxxiv comites illos quoque adjungat, præter gloriosos quadraginta octo marlyrum agones, quos Epipodii passioni præmiserat, di-cta die xx11 Aprilis. Usuardus, quem ibi de solo Epipodio egisse vidimus, hic fere ad verbum Ado-niana omnia describit. Notkerus supra ductorem sapiens, aliqua addidit, vel potius confudit, melius rescindenda. Acta nostra utrumque martyrem refe-D runt xx11 Aprilis, quia laudata jam Acta ambobus communia sunt, licet Alexander, tertio primum

HERINIEN., textu purissimo, subdit festum proprium Reménse, ut supra etiám aliquando factum observavimus. Sic habet : « Remis civitate, sanctarum virginum Bovæ atque Dodæ. »

ANTUERP. MAX.-LUBEC. Gregorium, ut dixi, prætereunt, ejus loco substituentes : « Eodem die, Sidrac, Misac et Abdenago. »Remittuntur in Actis ad xvi Decembris.

Roswerp., in fine sic habet : «In Babylone, Sidrac, Misac et Abdenago. » Sumpti sunt ex Hieronym. in quibus additur, « iterato nomine, qui et Ananias, Azarins, Misahel, in Babylonia civitate magna, de camino ignis ardentis sunt liberati. » Vide ibi Florentinii observationem.

GREVEN., textui cætera puro intexit et adjicit : « In

sueral reddidit, scire nihil magnopere interest. Librarii inscitia factum est, ut in Pulsanensi, post Melliti episcopi, finiatur sensus, novusque a majuscula rubra inchoetur hoc modo : In Brilannia civitate Bliberi, etc. Lego Heliberri, cum plerisque, non Heliberni, ut Tornacen. nec Heliberti, ut Muneratus. Britania, forte ex sæculi gustu scribitur.

OBSERVATIONES.

post Epipodium die, seu hoc xxiv gloriosi certa-minis finem consecutus sit. Audiatur Wandalbertus, solum Alexandrum canens, et a reliquis una lineola dissentiens in numero sociorum:

Martyr Alexander triceno martyre lætus Ac terno, octava Lugduni mœnia sancti.

Mellitus a Beda primum producitur, cujus etiam est Vita ab llenschenio notis illustrata, adjectis ex Capgravio nonnulis miraculis. Ado brevissimum aptavit elogium, at Nostro satis fuit, ipsissima Bedæ verba transcribere. Forte in codice Rosweydino legerit Henschenius titulum archiepiscopi. Sequitur in textu Gregorius Eliberitanus, de quo legi debet Papebrochii dissertatio, Tillemontius variis locis tom. VI et VII, sed præsertim in hoc VII, pag. 767, ubi cum Pagio ad annum cccLXXXVIII sentit, ut minimum dubiam esse hujus *Gregorii*, vulgo *Bætici* sanctitatem, ut pote quem non omnino constet a schismate Luciferiano ante obitum resipuisse. Ignotus is est martyrologis omnibus Usuardo antiquioribus, aut ei æqualibus, ut proinde ab illo primum in sacris tabulis consignatus omnino censeatur; quod evincunt vetustissimi nostri codices, quidquid absit a multis secundæ notæ manuscriptis, verosimiliter a sciolo amanuensi, in aliquo codice præteritus, ex quo hi subinde descripti fuerint. Tales sunt Antuerpiensis, Maxima et prima editio Lubecana, aliique recentiores codices, inter Auctaria recensendi. Nobis nullo modo dubia est germana Usuardini laterculi simplicitas.

AUCTARIA.

territorio Blesensi, natalis Deodati abbatis et Levitæ. » Auctarium ejus infra suo loco dabimus ; bic ponitur, quod ad textum spectat.

ANTUERPIEN.-MAX., ULTRAJEGT., LEYDEN., LOVA-NIEN., DANIC. et editio ULTRAJ.-BELG., incipiunt: « Apud Lingones, Sidrach, Misach et Abdenago. • In fine omissus est Gregorius.

ALBERGEN. idem augmentum habet cum eodem defectu. At præterea hoc initium præfigit : « Apud Werdenam, depositio sancti Ludgeri, Monasteriensis primi episcopi et confessoris, cujus sacratissimum corpus in Monasterio, in ecclesia beatæ Dei genitricis Mariæ, post ejus felicem transitum, conservatum, nullum sensit corruptionis vestigium, donec de mandato Karoli Magni apud prædictum locum, trigesimo

Die 24.

die venerabiliter fuit tumulatum. Ad cujus sacrum A tumulum, divina creberrime facta sunt miracula.» Numerantur dies a xxvi Martii, quo de Ludgero superius actum est.

CENTULEN : « Lugduno Galliæ, sancti Alexandri, qui multa passus, ad ultimum crucifixus, spiritum Domino commendavit. Eodem die, depositio beati Melliti episcopi et confessoris, quem cum sancto Augustino venerandus papa Gregorius de Roma in Britanniam misit. In civitate Heliberi, sancti Gregorii episcopi et confessoris. »

ANTUERP.-MAJ., in prima annuntiatione purus, sic prosequitur : « In Britannia civitate Dorobernia, depositio sancti Melliti archiepiscopi et confessoris, qui tertius post beatum Augustinum, genti Anglorum, verbum Dei viriliter prædicavit. Item civitate Heliberi, » etc. « Eodem, die sancti Wilfridi archiepiscopi et confessoris.

BRUXELLEN., sic incipit : « Apud Lingones, trium puerorum Ananiæ, Mysael et Azariæ; qui mutatis B naribus ejus recens sanguis effluxerat. Ad cujus nominibus dicti sunt Sydrac, Mysaac et Abdenago. etiam sacrum tumulum, divina creberrime facta Hii cum statuam, quam Nabugodonosor erexerat, nollent adorare, apud Babiloniam in fornacem ignis ardentis missi sunt. In qua illæsi uno ore psallebant ymnum, quo nos in festis ad Laudes Matutinorum benedicimus Domino. » De Alexandro sub finem ex Adone adjicit : « Ex ipsi ambo Epipodius et Alexan- der sepulti sunt ex utroque altaris latere, in crypta, quæ in colle supposita civitate [superposito civitati] pulcro et antiquo opere exstructa est. » In Mellito et Gregorio purus est. »

HAGENOVEN. in prima annuntiatione purus, subdit : « Eodem die, sancti Agapiti martyris. Item in Britannia, depositio sancti Melliti episcopi et confessoris. Apud Pragam Bohemiæ, natale sancti Adelberti. » Spectat ad diem præcedentem. Sequitur de Gregorio, pure. Tandem in fine : « Apud Lyngo-nes eodem die, Sydrat, Mysrath et Abdenago. »

næ virginis. » Illius, opinor, quæ Alexandrinorum antesignana est, ut in Actis invenies.

VICTORIN. et REG. SUECIÆ, num. 130 : « Ipso die, sanctorum Sidrac, Misac et Abdenago. In Syracusana, sanctorum Evadi et Calixti, » Vide Prætermissos, et diem sequentem. « Eodem die, Coronæ virginis. » De ea jam diximus

MATRIC.-CARTHUS. ULTRAJECT. : » Melliti episcopi in Anglia. Alexandri martyris cum sociis numero xxxiv. » Vide quæ superius dicta sunt.

CODEX D. DU CHEVAL, signatus B, primo loco : « Apud Lingonas, Sidrach, Misach et Abdenago. » Idem hic sæpe repetitur.

In VATIC., num. 5949, omittitur Gregorius.

UGHELLIAN Gregorium etiam præterit. Adjicit autem : «Eodem die, Sidrac, Misac at Abdenago.»

ALTEMPS. : « Inventio corporis sancti Yvonis archiepiscopi et confessoris. » Remittitur ad x Junii. « Item translatio sancti Wilfridi archiepis- D copi et confessoris. Item sanctæ Coronæ virginis. Blesis, sancti Deodati.

FLORENTIN. : « Item, sancti Uldifrii episcopi et confessoris. » Lege Wilfridi.

BURDEGALEN., post Mellitum et Gregorium : « Item, sanctæ Coronæ virginis. »

DIVION. S. Benigni : « In territorio Arvernensi, depositio sancti Roberti, primi abbatis Casæ Dei. »

Éditio Lubeco-Col. in Alexandro, ut textus. Subjicit: « Apud Lingonas, translatio trium puerorum Ananiæ, Azariæ et Misaelis. Apud Werdenam, depositio sepulturæ sancti Lutgeri, Monasteriensis primi episcopi et confessoris. Cujus sacratissimum corpus in Monasterio oppido, in ecclesia beatæ Dei genitricis Mariæ, post ejus felicem transitum, usque ad tricesimum diem inhumatum reservatum, nullum sensit corruptionis vestigium : donec de mandato Karoli Magni, a devotissimo fratre suo Ilildegrino, sicut ante obitum suum optaverat, et aliis quoque pluribus clerici et reli-giosis, ac nobilibus, apud prædictum locum, tri-cesimo die venerablliter fuit tumulatum. In qua tumulatione, sicut sanctus præsul prædixerat, a etiam sacrum tumulum, divina creberrime facta sunt miracula. In Britannia, depositio sancti Melliti, » etc. De Gregorio, pure. « In territorio Blesensi, natale sancti Deodati abbatis et Levitæ. Remis, sanctarum Bonæ et Dodæ virginum. « Lege Boræ.

BELINI prima editio, penultimo loco interjicit : « Eodem, die, Sydrach, » etc. Secunda vero editio huic annuntiationi anteponit : « Eodem die, natale sanctæ Coronæ virginis' » In fine autem : « Blesis, sancti Deodati abbatis.

GREVEN. : « Apud Lingonas, translatio, » etc. « In Africa, natalis sanctorum Faustini, Victurini et Valerii. » Ex Hieronym. « Roberti pueri martyris. In Siria, Saræ virginis et martyris. Benedicti primi papæ et confessoris. » Vide de his tribus Prætermissos. « In Hibernia, beati Egberechti monachi presbyteri et confessoris, de quo Beda, lib. m testatur, quod vitam duxerit in magna humilitate, Aquicinci, in fine : « Item natalis sanctæ Coro- $_{
m C}$ mansuetudinis, continentiæ, simplicitatis et justitiæ perfectione. Remis, Bonæ et Dodæ virginum. Apud Werdam, depositio sepulturæ sancti Luthgeri primi Monasteriensis episcopi. Cujus corpus cum usque ad xxx diem inhumatum reservatum fuisset, donec de mandato Karoli Magni, apud præfatum locum, ut ipse optaverat, sepeliretur, nullum sensit corruptionis vestigium. »

MOLAN. : « Eodem die, Sidrac, Misac et Abdenago. Eodem die, natale sanctæ Coronæ virginis. Blešis, sancti Deodati abbatis et Levitæ. Remis civitate, sanctarum virginum Bonæ et Dodæ. » Minoribus typis : « In Hybernia, beati Egberti monachi presbyteri et confessoris, de quo Beda, » etc. Recte hic vocatur *Bgbertus*, qui a Greveno *Bgberechtus*, verosimiliter non confundendus cum *Hegberacto* vel Hecheracto. de quo hodie in Actis multa diligenter inquirit Henschenius. Aliæ editiones : « Eo-dem die, natale sanctæ Coronæ virginis. » De Deodato, Bova et Doda, ut supra. « Die vigesima quarta, sancti martyris Sabbæ, ducis excercitus, et sanctæ Elisabeth thaumaturgæ. In Hibernia, beati Egberti monachi, presbyteri et confessoris. In territorio Arvernensi, depositio beati Roberti abbatis Casæ Dei et confessoris.

VII Kal.

Die 25. Romæ, Letania major ad sanctum Petrum. Apud Alexandriam, natalis beati Marci evangelistæ. Hic discipulis et interpres apostoli Petri, rogatus Romæ a fratribus scripsit Evangelium, quo assumpto, perrexit Ægyptum, primusque Alexandriæ Christum annuntians constituit Ecclesiam, ac postea pro fide Christi tentus et graviter afflictus, primo angelica visitatione confortatus, deinde ipso Domino sibi apparente, ad cœlestia regna vocatus est. Mortuus est autem octavo Neronis anno. Civitate Siracusa, sanctorum Evodii et Hermogenis [Bouillart., ad oram pagine : Ipso die, Parisius, translatio corporis beati Droctovei abbatis, discipuli beatissimi Germani confessoris atque pontificis.]

NOTÆ.

Ita habent Praten., Herinien., Antwerp.-Maj., Antwerpien., Max.-Lubec., Munergt., Greven et Molan. PATROL. CXXIII. 31

969

VARIANTES LECTIONES.

Molan. male legunt, Hic FUIT discipulus, sensumque aliter interpungunt. Sic Munerat, pro scripsit habet scribit. In textu est Siracusa cum vetustioribus :

Litania major ad sanctum Petrum, nulli martyrologo ante auctorem Romani parvi nota, inde ab Adone, ex hoc ab Usuardo iisdem verbis describitur. nulla de ejus origine, aut institutionis causa facta mentione. Eam a Gregorio Magno repetunt codices Usuardini recentiores in Auctariis citandi : verum Gregorio Magno antiquiorem, ex ipsiusmet Registro probat Fronto, in nota ad Kalendarium, pag. 71. Quæ de Rogationum (*Litanias minores* aliqui vocant, licet majoribus debeant esse antiquiores) quæ, inquam, de Rogationum primordiis fuse hac die memorat Notkerus, quid cum Litania majore commune habeant, non video, Palam est præfatam Litaniam B festo sancti Marci seu xxv Aprilis stabiliter, Rogationes autem multarum olim discordiarum causam, more festorum mobilium, triduo ante Ascensionem Domini, non pari ubique ritu celebrari solitas. De his consulat curiosus lector Henschenium ad xi Maii de S. Mamerto Rogationum institutore, et Papebro-chium xxvII Junii de S. Arialdo cap. 5, etc. Mirum est in apographis, Hieronymianis exangelistam Marcum, non hac die, sed xxii Septembris consignari, et guidem ab aliis aliter, ut apud Florentinium et in Actis invenies. Sed maxime notanda est Notkeri assertio, qui die priori Marci festivilatema S. Hie-ronymo, auctoritate Busebii, designatam contendit. Romanum parvum Marcum hac die collocat. Quem præcessit Beda, cujus elogium auctius reddidisse videtur Ado, non in Martyrologio, sed in festivitatibus apostolorum. Hunc autem secutus Noster, sua omnia ex ipso delibavit. Constanter ubique notatum adverto martyrii tempus anno Neronis octavo. Plura D Viennensium episcoporum rationem non habuerit.

PRATEN., inter puros codices locum servat, licet in margine, antiqua manu ascripta habeat verba sequentia : « Ipso die, Parisius, translatio corporis beati Droctovei abbatis, discipuli beatissimi Germani confessoris, episcopi atque pontificis. » Alteruter titulus sufficere poterat.

Rosweyd. et BELIN. a puritate tam parum absunt, ut vix excludi debuerint. Primus deficit, ex eo quod in principio hæc solum verba ponat Letania major. BELIN. vero textui conformior, totam qui-dem annuntiationem exhibet, sed pro Litania malegit Letaniæ majores. Præterea de Marco, ior. post hæc verba, apostoli Petri, inserit, et in baptismate flius, quod in posterioribus editionibus etiam habet MOLAN. diverso tamen a textu charactere.

TORNACEN. et PULSANEN. puri sunt, sed ultima annuntiatione omnino carent.

ANTUERP.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., LOVANIEN., ALBERGEN., et DANIG. et EDITIO ULTRAJ.-BELG., primo loco de Marco sicut BELIN, Scquitur : « Eodem die Romæ, Letania major ad sanctum Petrum, quam beatus Gregorius papa, pro cessatione pestis inguinariæ, quæ Romæ desævit, instituit. » In Evodio et Hermogene puri sunt.

CENTULEN. : « Alexandriæ, passio sancti Marci evangelistæ, quem baptizavit et docuit beatus Petrus apostolus, cui etiam, pontifici ordinato, com-misit totam Ægyptum et finitimas regiones, ut éas Christi gloria sublimaret. Romæ, Letania major ad sanctum Petrum. »

BRUXELLEN. incipit : « Apud Alexandriam, natale beati Marci evangelistæ, de tribu Levi. Qui fuit discipulus et interpres beati Petri apostoli, et ejus in baptismate filius. Hic ne in sacerdotem promoveretur, policem sibi abscidit et rogatus a fratribus ... »

Modica hodie codicum discrepantia. Greven. et A aliqui melius Syracusa. Bnodii legere videtur Praten. : nos cum cæteris et recte Evodii. His duobus adjungenda erat Callista soror, sed ea ab Usuardo. nescio ob quam causam, omissa est, ut mox dicemus.

OBSERVATIONES.

si cupis, videsis quæ de Marci, apostolatu, et obitu disseruimus in Tractatu chronologico de patriarchis Alexandinis ante tomum V Junii. Non in omnibus nobiscum convenit Tillemontius : cæterum Marci Vita ab eo Gallice concinnata, exstat tomo II, a pag. 89. Observat autem laudatus Fronto pag. 72 neque in Gregorio M. nec in vetustissimis libris quid quam esse S. Marci evangelista; itaque antiquissima ejus memoria a martyrologis nostris repetenda est, quibus accinit Wandalbertus :

Mox evangelico Marcus tonat ore beatus, Septima quo capit eximium redima nitorem.

Præter Litaniam et Marcum, est in Romano parvo: Brminonis confessoris, omnibus aliis plane incogniti. Suspicor, Erminum indicari abbatem Lobiensem et episcopum, textui primigenio ab aliquo intrusum, nisi quis corruptum putet ex Brodio et Hormogene, quod probabile non est, cum in Adone nihil de eo reperiamus. Bvodius itaque et Hermogenes ex Ilieronymianis a Callista sorore avulsi et a Nostro adjecti sunt, quidquid in nonnullis Usuardinis codicibus præteritos observemus. Veram hic dari Usuardi lectionem, nemo, opinor, in dubium revocabit. Cur autem Clarentium Viennensem episcopum, ab Adone positum prætermiserit non alia occurrit conjectura, quam quod ab eo codice fortasse abfuerit, quo Usuardus usus est, ut supra de similibus Viennensibus episcopis, tanquam verosimile, non semel innuimus : nisi magis placeat alia cogitatio, quod Usuardus

fere pure usque ad anno, ubi subtexit, « ipso die Paschæ Alexandriæ ad loca bubali tractus et discerptus et sic ad cœlestia regna vocatus est. Cujus corpus ab Alexandria negotiatores postmodum Venetiam transtulerunt, » De Litania, ut ULTRAJECT., etc. « Civitate Syracusa... » pure. « Apud Vene-tiam, sancti Clarenti episcopi et confessoris. Lug-duno, sancti Rustici episcopi. Ipso die in pago Pontivo, sancti Richarii presbyteri et confessoris. » Vide die sequenti. « Et transitus sancti Erimini confessoris. » Melius Ermini.

HAGENOYEN. : « Romæ, Letania major ad sanctum Petrum, quam instituit beatus Gregorius papa, propter pestem inguinariam, quæ tunc Romæ maxime viguit. Apud Alexandriam, natale sancti Marci evangelistæ. Hic discipulus et interpres Petri erat apostoli, et in baptismate filius ; Romæ rogatus a fra-D tribus scripsit Evangelium. Hic prius socius erat Pauli et Barnabæ, a quibus propter persecutiones fugit Postmodum apud Aquilegiam, Evangelium, quod Romæ ediderat, prædicavit. Deinde sibi substituit alium episcopum Hermagoram nomine. Et assumpto Evangelio, perrexit Ægyptum pri-musque Alexandriæ Christum annuntians, sibi constituit ecclesiam. Post pagani videntes eum in verbo Domini convalere et miracula multa facere, in die Paschæ inter missarum solemnia tenuerunt eum et funem miserunt in collum ejus et traxerunt eum per saxa, itaque carnes ejus fluebant in terram. Et tunc vespere missus est in carcerem, ubi ab angelo est confortatus. Postea Christus ipse sibi apparuit et eum ad cœlestia regua invitavit. Mane vero cum iterum traheretur. Deo gratias egit et commendans ei suum spiritum, feliciter obiit, octavo Neronis anno. In Sicilia civitate Syracusa, etc. » Pure, ut habetur in textu.

Acquicinct. : « Laubiis, transitus sanct. Ermini A « Apud Leodium, natale sancti Floriberti ejusdem episcopi et confessoris. » Sæpius hic recurrit. loci episcopi et confessoris. »

MATRIC.-CARTH.-ULTRAJECT. : « Marci evangelistæ. Floriberti Leodiensis episcopi. Ermini episcopi et confessoris. »

In VATICAN., num. 5949, deest Evodii et Hermogenis. Adjectum « Cleti papæ, etc., » ex sequenti.

FLORENTIN. : « S. Marci... deinde anno Domini quadringentesimo sexagesimo sexto [vel septimo] Veneti, corpus sancti Marci prædicti, armata manu de Alexandria Venetias transtulerunt, ubi ecclesia in honore sancti Marci evangelistæ, miræ pulchritudinis fabricata est. » Spectat ea translatio probabilius ad initium sæc. ix, ut ex ejus historia in Actis ostenditur.

LUXOVIEN. « Translatio sancti Mansueti episcopi et confessoris. » Dies natalis est 111 Septembris.

REMENS., sanctorum Timothei et Apollinaris. «Lug- B missus est, uti et in Actis. In illis immiscetur, ut duni depositio Rustici episcopi et confessoris.

Editio LUBECO-COL. de Marco satis dictum est : item de Litania. « Civitate Syracusa... » pure.

loci episcopi et confessoris. »

GREVEN. : « Alexandri martyris, Evoti, Fortu-nati. » Solita confusio. « Lugduni sancti Rustici episcopi. Viennæ sancti Clarenti episcopi et confessoris. Floriberti episcopi Leodiensis et confessoris. Ermini episcopi ci confessoris. Item beatæ Francæ virginis, ordinis Cisterciensis Bedæet Deodati confessorum.» Addit prima editio etiam Marci. Vide Prætermissos

MOLAN. : « Binchii, Ermini episcopi et abbatis Lobiensis, successoris sancti Ursmari, in cœnobio Lobiensi. » Tum litteris minoribus : « De quo testatus est discipulus ejus Flachertus nomine, et pleuius liber gestorum ejus. Transfertur Binchii in sequemtem diem propter festum Marci. Item beatæ Francæ virginis, ordinis Cirterciensis, civitate Placentia. Natalis sancti Maris, Dolichæ episcopi. Tripartitæ lib. 1x, cap. 3. » Hic in aliis editionibus præter-

dixi, et in baptismale filius, atque in fine, et Calisti martyrum, pro Calista. Auctarii loco est : Laubiis, transitus sancti Ermini episcopi et confessoris.»

VI Kal.

Romæ, natalis beati Anacleti papæ qui secundus post apostolum Petrum, cum rexisset Ecclesiam annis duodecim, persecutione Domitiani martyrio coronatus est. Item Romæ, sancti Marcellini pontificis, qui cum Ecclesiam novem annis et mensibus quatuor rexisset, a Diocletiano pro fide Christi cum Claudio, Cirino et Antonino capite truncatus est. Quo tempore fuit magna persecutio, ita ut intra unum mensem, decem et septem millia coronarentur. ª Monasterio Centula [Bouillart., in pago Pontivo], sancti Richarii presbyteri et confessoris.

NOTÆ.

Solus et unicus ex omni parti parus est codex Heriniensis.

Bic inter puros locum a Sollerio non potuit obtinere infortunatus Pratensis codex, idque propter sancti Richarii mentionem, quam etsi non diffitetur

ab eodem scriptore, alio tamen et magis flavescente atramento monitus est esse factam; æquitatem il-BOUILLART. lius judicis!

VARIANTES LECTIONES.

Duoshæc potissimum articulos complectitur. Pri- C sed de Usuardi lectione quærimus, quam ille, seu mo itaque non Cleli, ut receptissima et forte vera lectio exigit, sed Anacleti posuimus; eamque lectionem omnino Usuardinam arbitramur, ex Praten., Herinien., Tornacen, Pulsan., Munerat. et Antuerp.-Majore, quibus accedunt plures alii inter Auctaria recensendi, qui constantissime ita scribunt, licet codex primus corruptius, vel forte antiquiori modo habeat Anencleti, ultimus, litteras Ana fere erasas exhibeat. Falsam, ais, eam lectionem ex ipsomet verborum contextu, ubi aperte elucet contradictio, in, qui secundus post apostolum, etc., vel ut Florus terlius (utrumque vario respectu intelligi potest) quæ ad Cletum duntaxat, non item ad Anacletum referenda esse, series ipsa chronologica Romanorum pontificum manifesto edocet. Recte opinor, ex commun ori sententia arguis, eamque existimo rationem fuisse, cur in posterioribus codicibus, expuncto Anacleti, inveniatur Cleti ut Bedam scripsisse mox dicemus. At nos non ferit ca qualiscunque op- D positio et contradictio, neque enim de rei veritate,

veram, seu falsam, ex Adone, hic ex Romano parvo evidenter accepit, quæque proinde servanda a nobis fuit, tanquam germana et primigenia, exclusis codicibus, qui pro Anacleti, quacunque demum ra-tione, aut auctoritate, restituendum censuerunt Cieti, quos in Auctariis recitabimus. Articulus alter in ultima annuntiatione versatur, quam ita format Pratensis: In pago Pontivo sancti Richarii, etc., contra quam scribant reliqui ferme omnes, et nos legimus : Monasterio Centula, etc. Consultus hac de re Castellanus, reposuit, nihil in co-dice illo erasum esse, ast, inquit in litteris datis vi Junii moccix, clare apparet spatium unius lineæ relictum vacuum inter xxvi et xxvii Aprilis, impletum subinde alio tempore, ab eadem manu, sed atramento magis flavescente : In pago Pontivo, etc. Hoc nobis sufficit, ut a genuinis etiam excludatur præfatus Pratensis cum Rosweydino et Antuerp.-Majore, quos solos inter tot codices, et conformes reperio : quod deinceps sæpe recurret.

OBSERVATIONES.

De Anacleto, aut Cleto et Marcellino nihil hoc die memorant codices Hieronymiani; necuspiam alibi, quod sciam, aut Cletus aut Anacletus, cum episcopi aut Papæ título, toto eo Martyrologio reperiuntur. Beda, ut jam indicavimus, Cletum annuntiat, cui Marcellum pro Marcellino conjungit : perperam sane, ut pote qui de Marcello distinctissime egit xvi Januarii. Romanum parvum, hodierni laterculi scaturigo, Anacleti diserte meminit : Romæ Anacleti papæ et martyris, quod secutus, Ado elogium adjecit a Nostro ad verbum transumptum. Fateor equidem in Mosandri editione aliter legi, at ea tot erroribus inquinata est, ut pro genuina Adoniana censeri non possit. Notkerus, licet non ita presse Adonis verbis inhæserit, Anacletum tamen etiam, non Cletum hoc die nominavit : sed ipse de Cleto agit x111 Julii. Rabanus Bedam hic deserit, imo ab omnibus Martyrologis dissentiens, Cletum celebrat xxix Aprilis, Anacletum vero xi Junii. De nominum Cleti et Anaclett Romanorum pontificum facta a Græcis confusione, erudite ad hunc diem disputavit Henschenius, antiquissimam tot sæculorum in Ecclesia opinionem propugnans, secutus prudentissimam Baronii regulam, qua judiciose statuit : In his que sunt Romane

Die 26.

Cleto plane distinguendus est. Contra vero critici recentiores multi, quos sequitur Tillemontius to-mo II, pag 555 et alib, *Cletum* ex Pontificum catalogis expungendum, vel, quod eodem recidit, utrumque in unum conflandum, acriter pertendunt, quorum sententiam alia via explicare conatus est Papebrochius, ut breviter expositum habes in Responsionibus ad art. 17, a num. 20. Legi et expendi argumenta pleraque onnia, etiam ea, quæ maxime urget Pearsonius, nec tamen moveor, hactenus, ut ab Henschenii placitis, recedam, aut cum Pagio ad annum, ci, num. 4, non censeam tutius esse, in re incerta a communi opinione non discedere; quam-vis si ad martyrologos, Bedam præsertim, Romanum parvum, Adonem et Usuardum attendamus, unus duntaxat in sacris tabulis colendus proponatur, ut est etiam Wandalberti sententia inferius retotam, Deo hene favente, ad xni Julii, quo die Anacletus recolitur, accuratissime discussurus

Marcellinum itidem annuntiat laudatum Romanum parvum : Et Marcellini pupæ et martyris : annuntiat cliam Beda cum elogio; ex Beda, Rabanus, qui non Marcelli ut, in nostra Bedæ editione male legitur, sed Marcellini scripsit, servato reliquo elogio; quod in Adonem, Usuardum et Notkerum transiit, sic tamen, ut soli posteriores, cum Adone, cam perico-pen adjiciant de Septemdecim martyrum millibus, uno mense coronatis. Recurrit iterum tacta superius difficultas, de confusis Romanorum pontificum nominibus in Marcello quoque et Marcellino, pro

PRATEN. Jam notavimus, pro Monasterio Centula, in eo legi : In pago, etc., quod secuti sunt Conex ROSWEYD. et ANTUERP.-MAJ.

TORNACEN. Post textum purissimum, adjicit : « Ipso die, sancti Autharii confessoris. » Vide quæ de eo dicuntur inter Prætermissos.

De cætero in reliquis satis purus est.

MUNERAT., etiam cætera purus, in fine subdit : « Parisius, dedicatio sacræ cappellæ regiæ, sacris nostræ redemptionis insigniis, mirifice a beato Ludovico rege dítatæ. »

ANTUERP., ROSWEYD., MAX.-LUBEC., BELIN., GREven. et Molan., cum recentioribus passim, pro Anacleti, legunt Cleti.

LOVANIEN., citatis similis, sic de Cletoj scribit : « Qui cum annis septem rexisset Ecclesiam, martyrio coronatus, sepultus est juxta corpus beati

Petri in Vaticano. » In reliquis purus cst. ANTUERPIEN.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., ALBER-GEN., DANIC et EDITIO ULTRAJECT.-BELG., jam dictis addunt : « Hunc Cletum et Anacletum, Eusebius Cæsariensis et plures alii pro codem accipiunt. Sed Damasus in Chronica pontificum Romanorum, quam scribit Hieronymo, ponit eos pro duobus, dicens Cletum fuisse Romanum, Anacletum autem D natione Græcum.» De reliquo pur sunt, n'si quod primus Richario tribuat titulum episcopi.

CENTULEN., proprium patroni festuni ita primo loco celebrat: « In pago Pontivo, cœnobio Centula natalis sanctissimi Patris nostri Richarii sacerdotis et fundatoris loci nostri, qui miræ abstinentiæ et incessabilis prædicationis sectator, longe lateque miraculis claruit, ac tandem Domino sibi revelante, vitam relinqueas, cœlestia regna conscendit. Romæ sancti Cleti papæ et martyris, qui persecu-tione Domitiani, martyrio coronatus est. Item Romæ, sancti Marcellini papæ, sub Diocletiano cum tri-bus clericis decollati. Quo tempore tam sæva persecutio incanduit, ut intra unum mensem, decem et septem millia martyrum passigestis scriberentur.»

BRUXELLEN : « Romæ, sancti Cleti papæ et mar-

Beclesiæ, majorem esse adhibendam filem ejus A quorum identitate aliqui ex iic certant, qui Clets alumnis, quam cæteris; ex qua regula Anacletus a et Anacleti distinctionem totis viribus evertere conantur. In eorum numero fuit Clar. Castellanus, ut patet ex ejus notatiuncula hoc die Martyrologio universali apposita. Ast hic in ultimis suis litteris, aliena manu ad me datis xxx1 Januarii NDCCX1 plane retractavit quæ de Marcelli et Marcellini prætensa identitate scripserat et hoc die et xvi Januarii, ut pluribus ibi ostendit. Atque ut iterum dicam, quidquid pugnet Pearsonius, Marcellus a Marcellino omnino separandus est, quod, si opus fuerit, ope-rosius demonstrari poterit. Hic ego me fecisse satis existimo, quod purum et simplicem Usuardi textum repræsentaverim. Quæ de Marcellino calumniati sunt Donatistæ, ita ab eruditis hodie ventilata sunt, ut hic frustra idem saxum volveretur. An ejus martyrium satis certum sit, non pauci dubitant; vide Acta; Respon. Papebrochii ad art 11, num. 48; Pagium ad annum cociv, num. 11. et Tilcitanda. Ego hic neutram opinionem amplector, rem B lemontium tomo V, a pag. 612, a quibus alia, Marcellino perperam tributa, excutiuntur.

De Richario Centulensi dicere supra cœpimus: notandum superest, eum ab Usuardo recte signari cum solo titulo presbyteri, male a Notkero ut episcopus, sine peculiaris loci designatione. Non ausim diceré, eum ex apographis Hieronymianis acceptum, tametsi in nonnullis adjectus videatur. Vila ejus ab Henschenio illustrata est, etiam relata a Mabilione sæc. 11. Benedictino, a pag. 187. Audiamus Wandalbertum, ipsum cum Cleto celebrantem :

> Sextaque Pontificis recolit certamina Cleti: Richarioque nitet vitæ cultore beatæ.

AUCTARIA.

tyris. Qui secundus post beatum Petrum rexit Ecclesiam, et sub persecutione Domitiani martyrio coronatus est, et sepultus juxta corpus beati Petri in Vaticano Et fuit primus qui invenitur in suis litte-ris possuisse, Salutem et apostolicam benedictionem, commendavitque peregrinationes ad sanctos PULSANEN., ultima annuntiatione omnino caret. C et maxime ad limina sancti Petri : et qui illas impediunt, vel dissuadent, execratur. » De his se-quentibus facile est hodic judicium ferre. Ita pergit : « Romæ, sancti Marcellini papæ. Qui cum Ecclesiam novem annos et menses quatuor rexisset, a Diocletiano compulsus, insensum posuit idolis. Postea synodo facta seipsum condemnavit, et pergens ad Diocletianum, se Christianum confitens, pro fide Christi cum Claudio, Cyrino et Antonio capite truncatus est. Quo tempore magna fuit per-secutio, ita ut, etc. Item Trecas, sanctæ Exuperantiæ virginis. Apud Rabascum, sanctorum Aucharii et Algæ conjugum, parentum Adonis, Radonis et Audoenii archiepiscopi Rothomagensis. - Vide Prætermissos. Item ad tinem in margine additur : « Et translatio sancti Modoaldi archiepiscopi Treverensis. » Natalis est xII Maii.

HAGENOYEN. : « Romæ, natale beati Cleti papæ. Qui cum septem annis rexisset Ecclesiam passus est sub Nerone cæsare. » Patet hallucinatio. « Hic constituit viginti quinque presbyteros in urbe Ro-mæ, et peregrinationem ad sanctum Petrum commendavit. » Sequitur discordiæ conciliatio : « Item Romæ, sancti Anacleti papæ et martyris, qui cum rexisset Ecclesiamannis novem, mensibus duobus, passus est sub Trajano imperatore. Hic constituit in missa dici, Pax vobis, episcopis; et Dominus vobis-cum, simplicibus sacerdotibus : Et responderi utrique, *Et cum spiritu tuo*, et *Amen*. Ipso die Romæ, san-cti Marcellini papæ et martyris. Qui primo propter persecutionem timidus effectus est, idolis thura obtulit, et postea coram cxL episcopis pœnituit, et se- ipsum Diocletiano ad perimendum obtulit, qui cum Claudio, Cyrino et Antonio fecit eum capitalem subire sententiam. Quo tempore fuit, » etc. de Richario pure. «In Italia, sanctæ Tytæ virginis. » Puto, Zitam

Aquicincr., pro Cleti. ut alii habent, legit nobiscum Anacleti, et pro mensibus quatuor, legit tribus.

VICTORIN. Pro *martyrum millibus septemdecim*, habet septem et viginti.

Ambian. « Cœnobio Centulæ, natalis sancti Richarii confessoris. »

MATRIG.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : Anacleti papæ et martyris, secundi post beatum Petrum. Marcellini papæ et martyris cum cæteris. »

Augensis. Monasterio sancti Laurentii : « Ipso die, sancti Autharii confessoris. »

In VATICAN., num. 5949, de Richario nihil. Adjicitur « In Africa, sanctorum Victoris, Siricii, Ilo-norati. » Videntur ex Hieronymiano aliquo accepti.

UCHELLIAN., legit etiam Anacleti, non Cleti.

STROZZ. : « Apud Rabascum, sancti Aucharii et sanctæ Agiæ ejus conjugis, et filiorum ejus Adonis et Redonis, inter quos fuit natus Augdonus [Au-B doenus] Rotomagensis episcopus, ab eodem patre, et matre. » Corrupta et intorta aliqua de quibus vide indicem Prætermissorum

Codex Belnen. S. Mariæ : « Belno castro, exceptio sanctorum Flocelli et Hernæi; e quibus gloriosus Christi athleta Flocellus, sicut passio ipsius scripta testatur, a fidelibus Christianæ religionis cultoribus, in villa Durrunnensi, quæ est in pago Constantino, digna veneratione sepultus, et a Deo magis est virtutibus clarificatus; sed cum invalescente gentilium furore, eo in loco debiti honoris religione sanctissima membra carerent,a quibusdam prædicti castri militibus, pariter cum beato Hernæo, Cenomanensi

V Kal.

Lucensem indicari, de qua in Actis die sequenti. A abbate reverentissimo, in villam Ruflanam transpor-« In nigra silva, sancti Trutperti martyris. » tati, signis et virtutibus claruerunt. Inde, divina disponente misericordia, Othonis comitis tempore in Belnenium translati sunt, ibique usque nunc, fideliter poscentibus, pro quibusque necessitati-bus, clementi pietate securrunt. » Vide quæ de his dicuntur in indice Prætermissorum.

Editio LUBECO-COL., de Cleto habet. sicut codd. mediæ notæ supra. Sequitur : « Item Romæ via Salaria, sancti Marcellini, etc. » fere ut in textu. Deinde : « Trecas. sanctæ Exuperantiæ virginis. In pago Pontiano, monasterio Centula, sancti Ri-charii, presbyteri et confessoris. »

GREVEN. : « In Africa, sanctorum Honorati, Pauli, Maximi et Appollonii. İtem sanctorum Aurelii, Leo-nidis, Viri, Cirici, Guidei. » Nomina iis aptanda sunt martyribus, qui in Hieronym. enumerantur. « Item beata memoria Frederici episcopi Leodiensis et martyris. » Remittitur ad xxvn Maii.

MOLAN. : « Eodem die, apud Legiam, sancti Floriberti episcopi ejusdem loci et confessoris, » Obiit xxv Aprilis. • Parisiis, dedicatio sacræ cappel-læ, etc., ex MUNERATO. Viennæ sancti Clarentii episcopi et confessoris. » De co heri. Sequitur minoribus typis : « Sancti Basilei episcopi Amaseæ, cujus martyrium scribit Joannes presbyter Nico-mediæ. • In editionibus aliis : « Eodem die, apud Legiam, » etc. De Clarentio, idem. « Trecas sanctæ Exuperantiæ virginis. Die vigesima sexta, sancti martyris Basilei episcopi, Amaseæ. Parisiis dedicatio, » etc. Ut jam diximus ex Munerar, acceptum esse.

Die 27.

Romæ, depositio beati Anastasii papæ, de quo sanctus Hieronymus venerabili testatur eloquio, quod ejus vita diuturna mundus immeritus sit frui. Apud Nicomediam, natalis sancti Anthimi episcopi et martyris, qui persecutione Diocletiani ob confessionem Christi, ut in historia ecclesiastica descriptum est, martyrii gloriam capitis obtruncatione accepit. Secuta est quoque illum universa pene gregis sui multitudo, per eamdem martyrii viam, quorum alios judex gladio obtruncari, alios ignibus conflagrare, alios naviculis impositos pelago immergi fecit. Tarso Ciliciæ, sancti Castoris.

NOTÆ.

Puri sunt Praten., Herinien., Antuerp.-Maj., Rosweyd., Munerat., Greven et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

In Molano ante Hieronymus, deest appellatio San- C Antuerpien.-Maj., forte ex Adone. Utrumlibet seli-us. Reliqui in textu, Hieronimus, ut scribunt Pra- ge, per me licet. At nimium sapuisse existimo Rosclus. Reliqui in textu, Hieronimus, ut scribunt Pratens, Munerat., Greven., etc. De, Iheronimus vel Ieronymus, et id genus áliis, non est operæ pretium pluribus agere; uti nec de, Nichomediam, hystoria, Antimi, Anthymi.etc. Notabilior est Munerali error, dum scribit, ut in historia legitur, pro eo quod in la-terculo recte posuimus, ut in historia ecclesiastica descriptum est. Sic codex Rosweydi sensum vitiat, pro quorum alios, legens quos alios. Conflagrare habent Pratens et Munerat., et ita opinior legisse Usuardum, potius quam conflagrari, ut Herinien. et

weyd., Greven. et Molan., qui substituerunt concremari. Constructionem denuo mutat Muneratus a reliquis omnibus deflectens, scribensque, in pelago mergi fecit, propelago immergi fecit. Sunt qui Tharso scríbant cum Munerato et Molano, melius in textu exaliis. Mira in Heriniensi commistio duarum vocum Tharso Ciliciæ, in Thessalonicæ, amanuensis, ni fallor, oscitantia, qui vocibus media fere parte confusis aut corruptis, ansam alteri reliquerit, male supplendi cætera atramento recentiori.

15.4

OBSERVATIONES.

retulit auctor Romani parvi: Sancti Anastasii papæ. Secutus est Ado, sed, quod minere, nullo eum or-navit encomio; solum addens, quod sederit annos tres, dies decem. Dilligentior fuit Rabanus, quem hic Notkerus, ut alias sæpe, ad verbum descripsit, insertis etiam citatis Adonis verbis. Quæigitur in Anastasii laudem breviter sed nervose textus exprimit, Usuardi nostri propria censeri debent. Plura in Actis ex Hieronymo et allis ab Henschenio diligenter exquisita suggeruntur. Anthimus Nicomediensis in apographis Hieronymianis memoratur sed aliter Romanum parvum annuntiat, innumeram-gue jungit martyrum multitudinem. Porro Anthimo

Anastasium pontificem primus in Sacros Fastos D et sociis elogium concinnavit Ado, ex quo præcipuos tantum flosculos decerpsit Noster, ut ex utriusque textus collatione clare perspicies. Verosimillium est ex Rufini Eusebio lib. viii, cap. 6, desumptum ab auctore Romani parvi Anthimum, eique hunc diem pro arbitrio assignatum, ut de aliis, eodem primo Diocletiani furore crudelissime necatis, alibi non semel dicitur. Eusebii verba in Actis referuntur, quæ vere insignis martyris et innumerabilium sociorum triumphum denarrant, quibus addi possunt, quæ a Lactantio præclare scripta sunt, ex quo et aliis historiæ seriem exponit Tillemontius tomo V a pag. 23, nulla habita ratione Actorum particularium, Latine et Græce a nobis editorum, quæ ab

eruditis recentioribus non magni æstimantur, noc A loco et tempore, nisi vehementer fallimur, plane a Ruinartio admiss | sunt, qui solum Eusebium sequitur pag. 320. Metricum Wandalberti elogium Anthimum cum Anastasio memorat :

Quinta Anastasium papam celebramus : eidem Anthimus antistes digna virtute cohæret.

Castor Tarsensis primum locum occupat in citatis llieronymi apographis, unde eum, procul dubio, Usuardus accepit; et solum quidém, ut pro-batissimi codices nostri cum Notkero ad oculum demonstrant. Alii secundæ notæ codices, ut Antuerp. et Max.- Lubec. Belinus et multi, in Auctar.is citandi, Stephanum Castori connectunt, et

TORNACEN. textum mutilat, expuncta parte elogii B. Anthimi, incipiendo a quorum alios, etc. : cætera purissimus est.

ANTUERP. et Max.-Lubec., ANTUERP.-Max. Leyden- B BELG. et editio 'LTR JECT.-BELG., post *Castoris*, addunt et sancti Stephani martyris.

PULSANEN., et in parte elogii B. Anthimi, et in ultima annuntiatione deficit.

LOVAN., etiam mutilus est in elogio Anthimi. Porro Stephanum Castori conjungit.

ULTRAJECT., LEYDEN., ALBERGEN. et DANIC., post immeritus sit frui, interserunt. « Hic constituit, ne quis sine sui licentia episcopi ad clericaum ascendat, et ne quis sedeat, cum sacra Evangelia in ecclesia recitantur. » In fine : « Tharso Ciliciæ, sancti Castoris et sancti Stephani martyris. »

CENTULEN. « Romæ, sancti Anastasii papæ et confessoris. Nicomediæ, sancti Antimi episcopi et martyris, cum quo de clero et populo multi coronati sunt. Tarso Ciliciæ, sancti Castoris. » In hac annuntiatione purior est quani codices proxime citati.

Evangelia in ecclesia recitantur. » In Anthimo, nonnihil ex Adone interpolatus est. In fine : « Tarso Ciliciæ, sancti Castoris et sancti Stephani martyrum.»

HAGENOVEN., primo loco de Anthimo, satis pure. Sequitur : « Tarso Ciliciæ, passio sanctorum mar-tyrum Castoris et Stephani, Romæ, depositio sancti Anastasii papæ, qui quadragesimus post beatum Petrum erat, de quo sanctus Hieronymus, »., fere ut supra. « În territorio Lomovicensi [Lemovicensi], sancti Alpiniani confessoris. » Vide Acta.

Aquicinct., post frui, sie subdit : « Hie constituit, ut quotiescumque Évangelia sancta recitarentur, sacerdotes non sedeant sed curvi stent. Et constituit, transmarinum hominem in clericatum non suscipi, nisi quinque episcoporum designaretur chirographis. Ilisultramarinorum in legitimos damnavit ordines.» Puto legendum esse inlegitimos seu illegitimos. In fine, pro Castoris, habet Pastoris, additque, « et Stephani martyrum. »

VICTORIN. et REG. SUEG., num. 130, in fine : « In

distinctum ; hoc nimirum Tarsi, Stephano Nicomediæ coronato, quemadmodum diserte ferunt laudata Hieronymiana, apud Florentinium. Non ignoro Henschenium, aliter in actis posuisse, ut se con-formaret Baronio, Belinum forte et Maurolycum secuto. At non dissimulat ibidem Henschenius, quid sibi magis verosimile videatur. Ego certe antiquissimorum martyrologorum et codicum auctoritatum, Belino et Maurolyco longe præferendam censeo. Hæc obiter, occasione connexionis ilius, textui nostro contrariæ, d cta sunto. De vera et simplici Usuardi lectione, non video quilquam dubitari posse.

AUCTARIA.

Ægypto, sanctorum Victoris, Maximi et Martini. -Potius Marciani. Quibus in Hieronym. adduntur Paulus Germanus et alii sex.

MATRIC.-CARTH.-ULTRAJECT. de Anastasio, fere habet, ut est in textu. Tum : « Anthimi episcopi cum sociis, de grege suo martyribus.

VATICAN., num. 5949, in fine adjicit : Ursicini, cum longa narratione de sancto Vitale. De Ursicino vide in Actis in Castore et Stephano. Rursus de eodem et Vitale die sequenti.

UGHELLIAN., in fine : « Et sancti Stephani martyris. » Ut supra Antuerp., Max. Lubec., etc.

ALTEMPS. Ad Castoris, adjectum, « et sancti Stephani : »

STROZZ. : « Castoris et Stephani. Apud civitatem Fulginatem, sanctorum martyrum Éraclii, Justi, Mauri et Vitalis, qui sub Daciano præside martyrium passi sunt. » In indice Prætermissorum Vitalis ad diem sequentem, tres alii Fulginantes ad Iv Maii remittuntur.

Editio Lubeco-Col., de Anastasio, post frui, sub-BRUXELLEN., de Anastasio, aliis verbis sic inserit : jungit : « Hic constituit, ne quis sine licentia « Hic constituit, ne quis sedeat, sed stet, dum sacra C sui episcopi ad elericatum ascendat. Et qui careret aliquo membro, non posset fieri clericus. Et ne quis sedeat, cum sacra Evangelia in ecclesia recitantur. » De Anthimo satis pure. In fine : « Tharso Ciliciæ, sanctorum Castoris et Stephani martyrum.

GREVEN : « In Lydia, sanctorum Genesii, Sodalis et Marini. Item sanct rum Hermetis, Victoris Germani. Apud Civilitanam urbem, sancti Pulionis lectoris martyris. » De his distinctiona in Actis invenies. « Tarso Ciciliæ, sancti Stephani martyris. Romæ, Evellii martyris. » Remittitur ad ix Maii. Divitate Altinensi, sanctis Liberalis confessoris -Vide in Actis geminas ejus vitæ synopses.

MOLAN. In prima editione, post Castoris, litteris Italicis immediate subdit : « Et sancti Stephani martyrum. » Dein typis minoribus : « Civitate Altinensi, sancti Liberalis confessoris. » Posteriores editiones, de Stephano, idem. Rursus minori charactere : « Civitate Altinensi, sancti Liberalis con-D fessoris, ab Heliodoro episcopo nutriti, qui civitate Altino destructa, Tarvisium est translatus: .

Die 28.

IV Kal.

Apud Ravennam, natalis sancti Vitalis martyris, qui cum corpus beati Ursicini sublatum, honestate sepelisset, tentus a Paulino consulari, post equulci tormenta, jussus est deponi in foveam profundam, et terra ac lapidibus opprimi, talique martyrio migravit ad Christum. Alexandriæ, sanctæ Theodoræ virginis, quæ sacrificare contemnens, cum esset in lupanar tradita, repente quidam ex fratribus, nomine Didimus, miro Dei favore, illam eripuit, ac postea cum eadem porcussus, et simul coronatus est. Eodem die, Afrodisii, Carilippi, Agapii et Eusebii martyrum. In Pannonia, sancti Pollionis martyris.

NOTÆ.

Semitur ex Pralen., Herinien., Max.-Lubec., Munerat., Greven et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

Ursicii, pro Ursicini, errorest in Munerato; atque item cum honestate. In Pratensi et Belino redundat

particula *et*, post *equulei*. Greven. autem et Molan. constructionem sic efformant : Tentus EST a Paulino

Vitalis martyr Ravennas, de quo in laterculo, Hieronymianis aut ignotus, aut præteritus est, aut studiose Gervasio et Protasio xix Junii conjunctus : nam de alio, fortasse Pannonio, ibi indicato, nulla nobis quæstio. Beda positionem, seu martyrii locum reticet. Romanum parvum rotunde enuntiat : Ravenne, sancti Vitalis martyris, patris sanctororum Gervasii et Protasii. His longiorem narra-tionem Florus adjunxit, aliam Rabanus, aliam Ado; B Notkerus Rabanum et Adonem descripsit, Noster pauca decerpsit, stylo suo convenientia. Id vero notandum, martyrologos illos, tametsi in elogiis suis non omnino conveniant, ex eodem tamen fonte hausisse omnes, nimirum ex passione, quæ seculo ix antiquior esse debuit; non tamen ea ætate com-posita, ut magnam fidem mereatur; certe Bedæ ignota fuisse videtur. Nec eam tuetur celebris epistola, quam Ambrosio suppositam plerique ho-die fatentur. Pauca de Vitale Tillemontius tomo II, pag. 75, plura in notis pag. 496. Nihil tamen obest criticorum de Actis censura, quo minus vetustissimum cultum probent certissima monumenta, inter quæ Frontonis Kalendarium, aliaque a Pápebrochio in Actis producta; quibus consonat metricum Wandalberti encomium :

Quarta vitalem Christi pro nomine cæsum Commemorat, vitam meruit qui morte perennem.

Cur hac die apud laudatum Bedam et Rabanum legatur Christophorus et apud Florum et alios Busicius, haud equidem conjicio : in indice Prætermissorum ad proprios dies remittuntur. Theodora et Didymus a Romano parvo primum producti, ab Adone insigni elogio ex Actis contracto exornati sunt, quod rursus integrum transumpsit Not-

Rursus defectu laborant TORNACEN. et PULSANEN. In illo abest elogium Theodoræ. In hoc vero, et Theodoræ elogium, et quæ sequuntur.

Roswerp., textui puro subnectit : « Item Pam-phili confessoris et episcopi. » Sulmonensis, etc.

ANTUERPIEN.-MAX., ULTRAJECT., LEYDEN., LOVA-NIEN., ALBERGEN., DANIC. et editio ULTRA.-BEL., puri ferme sunt; sed interjiciunt verba Romani parvi, nempe: « Patris sanctorum Gervasii et D Protasii. » Et post, *migravit ad Christum*, inter-ponitur: « Ipso die, sanctæ Valeriæ conjugis sancti Vitalis. »

CENTULEN. : . Apud Ravennam, sanctorum Vitalis et Valeriæ martyrum, quorum filli beatus Gervasius et Protasius præclari martyres exstiterunt. Alexandriæ, sanctæ Theodoræ virginis, cum quå quidam frater nomine Didimus passus est. Ipso die, translatio S. Wigruloei abbatis. Item sanctorum Afrodisii. Carilippi, Agapiti et Eusebii marty-rum. In Pannonia, sancti Pollionis martyris. Eodem die Mediolani, sancti Petri martyris ab hæreticis coronati.» Ab aliis passim recolitur xxix Aprilis.

ANTUERP.-MAJ., purus, est in textu, sed in fine addit : « Eodem die, sancti Winwaloci abbatis. » De eo egimus m Martii.

BRUXELLEN. In Vitale fere purus, secundo loco habet : « Et sancti Ursicini medici, sub prædicto judice passi. Ipso die, sanctæ Valeriæ, conjugis

consulari et post, etc. Sed ea scribendi ratio codi- A dicum nostrorum omnium lectionem retinendam censuimus. Antuerp. et Max.-Lubec, duas voces omittunt, nempe, nomine Didimus. În apographo nostro Pratensi legitur Aphrodisii. cæteri codi-cos, Afrodisii; Belin et Greven. Afrodisii. Cætera colligo, potius corrigenda quam notanda : equule in, eculei, contempnens, Karilippi, Cara-lippi, Agapiti, Agapeti Apollonii, Apollionis, sanctæ Apolionis, etc.

OBSERVATIONES.

AUCTARIA.

kerus Usuardus vero breviori methodo rem complexus est ; sic tamen, ut sua omnia et in hoc et in præcedenti encomio, ex Adone prorsus acce-pisse manifestum sit. Cæterum ita elogium ab Adone primum contextum est, ut ipsa antiqua Acta genuina et proconsularia videre debucrit, et una commiscere, quæ sanctus Ambrosius de pari certamine virginis Antiochenæ retulit libro i de Virginibus, capite 4. An satis recte, necdum inter eruditos definitum invenio. Cum Baronio in Annalibus censuit Papebrochius, diversas esse virgines, quemadmodum diversa statuuntur loca et tempora, quibus certasse referuntur, nec satis perspexit, an Theodora hæc nostra. coronæ martyrii particeps fuerit, cum id Acta non exprimant. Papebrochii sententia non abhorret Tillemon-A tius, dum passionis historiam Gallice explicat tom. V, a pagina 244. Nihilominus Ruinartius inter Sincera et Selecta, admonitionem præmittit pagina 425, qua tueri conatur eorum opinionem, qui Ambrosianam virginem anonyman, cum hæc nostra Theodora Alexandrina confundendam existimant, quidquid suam Ambrosius Antiochenam appellaverit. Ego certe apud Ruinartium non reperio solutiones argumentis pares, nec video, cur idem divini amoris astus plurium virginum tutandæ pudicitiæ servire non potuerit, ut de aliis recte osten-С dunt citati Papebrochius et Tillemontius. De duabus postremis annuntiationibus, id solum dicere possumus, ipsas Romano parvo ignotas, ad verbum ex præfato Adone descriptas esse, primitus ex Hieronymianis eductas, quamvis varie immu-

tata et male connexa videantur nomina, ut ex Actis intelliges. Nobis certum est genuinam Usuardi lectionem in textu nostro repræsentatam.

beati Vitalis. » Tum alia manu et recentiori atramento intruditur : « Et depositio sanctæ Monachæ [Monicæ] matris sancti Augustini. » Remitti-tur ad Iv Maii. In Theodora et cæteris satis purus est. In fine adjicit. « Item, translatio sancti Lam-

berti episcopi. » Vide diem natalem xvII Septembris. HAGENOVEN., in Vitale modice interpolatus est, Tum : « Eodem die, sanctæ Valeriæ conjugis sancti Vitalis martyris. Quæ quia jejunare cum indolatris noluit dicens se esse Christianam, finem vitæ verberibus sortita est. » In Theodora, nonnulla adjicit satis nota. Denique : « Ipso die, sancti Affro-dosii, Carilippi, Agapi et Eusebii martyrum. » Deest ultima annuntiatio de Pollione.

Aquicinct. In fine : « Et sancti Winwaloci confessoris. » Jam diximus, de eo actum 111 Martii.

VICTORIN. et REG. SUEG., signatus num. 130, in fine adjiciunt : « Item Alexandriæ, sauctæ Euphrosynæ virginis. » Vide xt Februarii.

DAVERON. : « Beati Svingraloci abbatis. » Satis patet Winwalocum indicari, de quo supra.

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJ. : « Vitalis martyris et militis, qui fuit pater sanctorum Gervasii et Pro-thasii, Theodoræ virginis et Didymi, qui illam e periculo liberavit, et postea cum ea occubuit, Affrodisii martyris et aliorum. Translatio sancti Lamberti episcopi et confessoris.

CODEX BIGOTIAN., signatus P 5: « In Pannonia, A tæ valeriæ uxoris sancti Vitalis supradicti. Quæ

sancti Appollionis martyris. » Lege Pollionis. REG. SUEC., signatus num. 148 : « Monasterio, sancti Winwaloci. » Puto agi ne Blandinio.

IN VATICAN., num. 3949, corrupte adjicitur: «Eodem die, Epii, Afrodisii, » etc. UGHELLIAN. pro *Pollionis*, scribit *Apolionis*. ALTEMPS.: « In monasterio S. Eburnensis eccle

siæ. translatio sancti Wulsini episcopi et confessoris. » An non indicatur Wilifridus Eboracensis junior? de quo in Actis xxix Aprilis.

BIZUNTICEN. : « Bellevalli, sancti Bernardi confessoris. » Hactenus nobis ignotus est, saltem ut sanctus. Forte aliquis plura docebit. Editio LUBECO-COL., de Vitale post textum inter-

polatum, adhuc addit : « Corpus vero ejus post translationem requiescit Coloniæ Agrippinæ, in ecclesia sanctæ Dei genitricis Mariæ, in Capitólio. Ipso die, sanctæ Valeriæ conjugis sancti Vitalis Ipso die, sanctæ Valeriæ conjugis sancti Vitalis dio, » et « Lauduno clavato, » ut supra. «Eodem prædicti, que sacrificare noluit (nolens) usque ad B die Duaci elevatio sancti Amati, episcopi et confesmortem etiam macta fuit. » Religua textus satis pura sunt. Sequitur : « Apud Leodium, translatio sancti Lamberti, ejusdem loci episcopi et martyris. Cenomanis, translatio sancti Liborii episcopi et confessoris in Paderbornam. » Dies natalis est xxIII Julii, quo hodie de præcepto celebratur.

GREVEN. : Victorini martyris, Victoris, Luciani, et Aliorum. » Vide Acta. « Pamphili episcopi Corfinii. » Idem est qui supra Sulmonensis. Item bea-

III Kal.

sacrificare contemnens, usque ad mortem mactata, corononam martyrii adepta est. Apud Leodium, translatio sancti Lamberti episcopi ejusdem loci et martyris. Apud Paderbornam, translatio sancti Liborii episcopi Cenomanensis et confessoris. »

MOLAN. : « Item egressio Noe de arca. In Leodio translatio sancti Lamberti martyris. Ipso die, sanctæ Valeriæ conjugis sancti Vitalis. Eodem die, elevatio sancti Amati episcopi et confessoris. Vita da-bitur xui Septembris « Lauduno clavato, translatio sanctæ Probæ virginis. » Vide Acta, Editiones aliæ, sic habent: « Ipso die, sanctæ Valeriæ, » etc. « In Hispaniis, sancti Prudentii episcopi Tirasonensis et confessoris. Metis civitate, sancti Adelphi episcopi et confessoris. Die vigesima octava, sanctorum martyrum Dadæ, Maximi et Quintiliani. » De his et Adelpho vide in indice Prætermissorum. « In Leosoris. Ad hanc elevationem sacri corporis, quod perdiderant, Dominus reddidit multis sanitatem, videlicet ægrotis : lumen et auditum cæcis et surdis : inde vero viri prius confracti redierunt, nimirum exultantes, vestigia pedum admirantes. Item egressio Noe de arca » Tum litteris minoribus : « Eodem die, martyrium sancti Paphnutii abbatis et quingentorum quadraginta sex, qui una cum ipso mar-tyrium passi sunt. » Vide Prætermissos.

Die 29.

Apud Paphum, sancti Tychici diaconi, discipuli beati Pauli. Hujus meminit in suis epistolis idem Apostolus, pronuntians eum fratrem carissimum ac conservum suum fore in Domino. In Numidia apud Cirtensem coloniam, natalis sanctorum martyrum Agapii et Secundini episcoporum, qui persecutione Valeriani, post longum exilium, apud præfatam urbem, in qua tum maxime gentilium rabies ad tentandam justorum fidem inhiabat, ex illustri sacerdotio effecti sunt martyres gloriosi. Passi sunt in eorum collegio Emilianus miles, Tertulia et Antonia, sacræ virgines, et quædam mulier cum suis geminis.

NOTÆ.

Puri sunt soli Praten., Herinien., Antuerp.-Maj., Greven. et Molan.

VARIANTES LECTIONES.

vere scribendum esse nemo diffiteri potest; quasi dicas Fortunatus, sed hic Grammaticas quæstiones enodandas non suscipimus, citatos codices, ut probatiores secuti sumus. Fateor tamen in Pratensi sic scriptum esse, ut dubium maneat sitne prima littera T an C Herinien. cum aliis legit *Tichici*; pejus Greven., *Titici*; pessime Antuerp. Maj., *Titi*. Idem codex omisit particulam *in*, ante Domino; Molanus fore Cirthensem habent. Greven.

Scripsi Tychici cum Praten., et Molano. Et ita C et Antuerp.-Maj. Molan. Circensem. Secutus sum Praten., Herinien., etc. Secundii, pro Secundini, error est in Antuerp.-Maj. Ubi iterum collegio, pro sacerdotio. Templandam habet etiam Herinien. Gloriosi martyres legunt Greven. et Molan. Et primus etiam supra, sancti Pauli discipuli. Emilianus legunt omnes, excepto solo Molano, qui Emilianus; ut plerumque solet nonnulla pro suo arbitrio corrigere, præsertim in diphtongis, etc.

OBSERVATIONES.

Apud Paphum. Tychici apostolorum discipuli. Verba sunt Romani parvi, ex quo atraque hodierna annuntiatio profuxit, inde nimirum per Adonem, a Nostro accepta. Cur hoc potius die quam altero hic sanctus recolatur, puto ab auctore Romani parvi pro mero libitu determinatum. Quæ vero ex ipso jam citavimus, nullo ferme apice immutato, D transumpsit Ado et ex hoc Notkerus. Ast Usuardus breve ex Pauli epistolis, præsertim ad Coloss., cap. ultimo, compilavit elogium, quale in laterculo exhibemus. Brevis de Tychico Henschenii commentarius, ex aliis epistolarum Pauli locis, ea colligit, quæ Tillemontius tomo I in vita Apostoli, propriis locis inseruit. Plura de ipso memorant Græci, quibus quadrat Henschenii nostri observatio; nempe, testimonia e sacris litteris assumpta, tam altum de Tychico ingenuisse sensum, ut cum va-riis urbibus videatur præstitisse benesicium sidei propagandæ, plures sum inter primos suos episco-

pis crediderint fuisse. Sed nobis sufficit Latinorum nostrorum martyrologorum difficultates explanare. Agapius et Secundinus etiam a Rom. parvo, ut diximus, sumpti sunt. Elogium novis circumstantiis

distinctum, ex Actis Mariani et Jacobi, de quibus die Postera, adjunxit Ado, ex hoc Notkerus, satis ornate et eleganter. Usuardus autem, quidquid habet, inde ad verbum accepit, ita ut mirum sit, voces pauculas ab eo fuisse prætermissas. Cæterum tota ea martyrum classis ideo in Actis hodie præter-mittitur, quod eorum gesta cum Mariani et Jacobi triumpho connexa sint, ut ibi die xxx legi potest, Satis nobis est purus et simplex Usuardi textus, Cui totam cohortem contemplari cupit, Henschenium adeat præfato die, quo præclarissima omnium Acta illustrantur; a Ruinartio etiam edita et novis observationibus explicata pag. 224. Gallice autem a Tillemontio tomo IV, a pag. 215, ubi recte advertit, eorum festivitatem probabibius recolendam

vi Maii, quo in Kalendario Carthaginensi referuntur A hodiernos episcopos sic metrice canit Wandalber-Jacobus et Marinus, alius Marianus, ut dicemus die sequenti. Ex quo iterum colligas auctorem Romani parvi, hisce ctiam martyribus, a reliqua turma avulsis, arbitrarium diem consecrasse. Interim

TORNACEN., hic denuo contractior, post episco-porum, immediate subdit: « Qui ex illustri sacerdotio, omissis intermediis, qui persecutione Va-leriani, post longum exilium, apud præfatam urbem, etc. »

PULSANEN., in prima annuntiatione satis purus, secundo loco habet : « Apud Alexandriam, sanctæ Euphrosinæ virginis Sequitur: In Numedia.... » usque ad episcoporum, inclusive.

ANTUERP. post textum : « Item translatio sancti Roberti, primi Cisterciensis abbatis. »

MAX.-LUBEC. : « In territorio Lingonensi, apud Molifimum [Molismum] beati Roberti primi abba- B mundi r. gis et martyris. » Remittitur in Actis ad tis Cisterii. »

MUNERAT. etiam in fine : « Apud Mediolanum sancti Petri martyris, ordinis Fratrum Prædicatorum. » In multis aliis recentioribus codicibus celebratur, sed usquam copiosius, quam in Levden. et Florentinis.

Roswerd. itidem post textum: « In Tuscia, Torpetis martyris, ministri Neronis. » Celebrius colitur xvn Maii.

LOVANIEN. purus est usque ad martyres gloriosi. Cætera omittit, substituitque : « In territorio Lingonensi, apud Molismum, beati Roberti confessoris, primi abbatis Cisterciensis. Ipso die, in territorio Mediolanensi, passio sancti Petri, de ordine Prædicatorum.

ANTUERP.-MAX., LEYDEN., BELG. CL EDITIO ULTRAJ.-BELG. post textum satis purum, eadem prorsus cum Lovan. Auctaria subnectunt.

Levden. textui puro adjicit : « In territorio Lin-С gonensi apud Molisonum beati Ruberti confessoris, primi abbatis Cisterciensis. Ipso die in terri-torio Mediolanensi, passio sancti Petri, de ordine Prædicatorum, qui cum per partes Italiæ, contra viros [virus] hæreticæ pravitatis verbum Dei longe laterque prædicasset, tandam gladio hæreticorum interemptus est.

ULTRAJECT., ALBERGEN. et DANIC. incipiunt : « In territorio Mediolanensi, etc., » ut jam ex Levdensi retulimus. Sequitur textus satis purus. In fine autem : « In territorio Lingonensi, » etc.

CENTULEN. « In Thuscia, sancti Torpetis martyris. In Papho, Tythici apostolorum discipuli. In Numidia apud Circensem coloniam, sanctorum Agapiti et Secundini episcoporum. »

BRUXELLEN., post textum fere purum, subdit: « In territorio Lingonensi, etc. » Tum: « In terri-torio Mediolanensi..... » etiam ut supra. Denique: Alibi Germani episcopi. » [an non martyris Alexan-D drini, vel Nicomediensis?]

HAGENOVEN., in textu satis purus, adjicit : « In territorio Lingonensi, in monasterio Mollismensi, sancti Ruberti abbatis. » Sequitur longa de Petro martyre historia, melius in Actis legenda. In fine: Item monasterio Cluniacensi, sancti Hugonis abbatis. .

Aquicincr. post geminis, addit: « Et sancti Ger-mani episcopi. » Deinde recentiori manu: · Eodem die, in Burgundia, sancti Roberti abbatis. »

VICTORIN. et REG. SCEC., num. 130 : « Apud Clu-niacum, transitus sancti Hugonis abbatis. »

MATRIC.-CARTHUS.-ULTRAJECT. : « Petri martyris. Hugonis abbatis Cluniacensis. Roberti primi Cisterciensis abbatis. Titici diaconi, discipuli apostolorum. Agap'i et Secundini martyrum cum sociis.

CENTULEN. : « Eodem die apud Cluniacum,

tus.

Tertia pontifices ara meritisque dicatos Agapum, pariterque Secundinum veneratur.

AUCTARIA.

natalis beatissimi Hugonis, piissimi patris monachorum, cujus vita multis virtutibus est declarata. »

VATICAN., num. 5949, primo loco : « Transitus sanctæ Euphrosynæ virginis. »

UGHELLIAN, : « Eodem die, depositio beatissimi Roberti, primi Cisterciensis abbatis. Mediolani, passio beati Petri martyris. » Hoc ultimum fuit rubrica ab ipso scriptore cancellatum, et scriptum ad diem sequentem, ut notavit Papebrochius, ipsius codicis oculatus inspector et collator.

ALTEMPS. : « In Britannia, translatio sancti Eaddiem natalem xx Novembris. « Petragoricas, sancti Frontasii martyris. » In Actis retrahitur ad 11 Januarii. « Et Torpetis martyris. « De quo supra.

FLORENTIN., primo loco : « Romæ sanctæ Catharinæ Senensis virginis, ordinis prædicatorum, annulo Jesu Christi et magnis revelationibus deco-ratæ. Romæ occubuit, ibique sepulta est in ecclesia sanctæ Mariæ ad Minervam. Pius vero papa II eam catalogo sanctorum adscripsit. Ipso die, apud Mediolanum, passio sancti Petri martyris, patria Veronensis, ordinis Prædicatorum, cujus vita, constanti contra hæreticos prædicatione, ac miraculis claruit. In Tuscia civitate Pisa, sancti Torpetis martyris. Quem Cæsar Nero verberibus afflictum, extra prædictam urbem duci et decollari fecit, et ita migravit ad Christum. In territorio Lingonensi. in monasterio Molismensi, sancti Roberti abbatis Cisterciensis. Apud Ravennam, sancti Liberii archiepiscopii. Cœnobio Cluniaco, S. Hugonis abbatis. » Nonnulla quandoque in hisce codicibus, inter se et cum GREVEN. collatis, descrepantia occurrit, quæ cum non satis distincte ab Henschenio descriptore notata sit, fieri facillime potest, ut nonnunquam alterius verba alteri perperam, sed innoxie, a nobis tribuantur, quod etiam in præfatione præmonuimus.

REMENS. SS. Thimothei et Apollinaris. : « Apud Avenniacum, sancti Gumberti regis. » Melius in Actis Condebertus appellatur, non rex sed martyr.

Editio Lubeco-Col... incipit : « Colonia Agrippinatranslatio sancti Annonis archiepiscopi et confessoris. Quæ statim post decessum ejus facta est, de civitate Coloniensi in montem Sibergensem. Sed post obitum ejusdem sanctissimi viri anno tricesimo octavo, et anno Domini millesimo octogesimo tertio, per venerabilem Joannem presbyterum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem et Petrum. Lunensis ecclesiæ episcopum, solemniter ac reverenter est in capsam ad sanctuarium locatus. De Petro, fere ut Levdensis supra. Sequitur : « Romæ sanctæ Katharinæ virginis. Hæc de civitate Senensi oriundo, in adolescentia sua habitum de pœnitentia S. Dóminici assumens, et crebris miraculis et doctrinis clarens, anno ætatis suæ tricesimo tertio Romæ quievit, sepulta in ecclesia sanctæ Mariæ supra Minervam. Dominus autem Pius II papa, qui cam sanctorum catalogo adscripsit, mandavit festum ipsius prima Dominica Maii perpetuis temporibus solenniter celebrari. » Vide Acta. Sequitur textus satis purus. Tum de Ro-berto, ctc. : « Eodem die, beatorum Ursionis et berto. Maurilii confessorum. » In Prætermissis ad proprios dies rejiciuntur. « In Britannia, castro Beatricis, translatio sancti Edmundi regis et martyris. In

Tuscia, sancti Torpetis martyris. » De his supe- A com sibi apparentem liberatus, tunc spiritum Deo rius abunde dictum est

BELIN., in fine : « Eodem die, apud Mediolanum, sancti Petri martyris, de ordine Fratrum Prædi-catorum. Comobio Cluniacho, beatissimi Hugoni [secunda editio Hugonis] abbatis. »

GREVEN. : « In Tuscia, sancti Torpetis martyris qui jubente Silvio, foras civitatem Pisanam ductus, decollatione capitis martyrium complevit. Hujus tamen solemnitas xII Kal. Junii festivius recolitur. In Africa, Grati cum aliis sex. In territorio Mediolanensi, sancti Petri presbyteri et martyris, ordinis Prædicatorum. Qui in virginitate Christo serviens, cum per partes Italiæ, etc. In Alexandria, Germani presbyteri, Nicomediz, Prodoci diaconi. In Perusio, Valenti, Grati et Prodenti. » Vide Acta. « Leonis episcopi et confessoris, qui in Samo insula primum quievit, ac deinde Veneti illue applicantes, miraculo admoniti, sancti corpus secum asportaverunt Maxentii confessoris. Viti confessoris. Ursionis et B Dominicam diem post Inventionem sanctæ Crucis.» Maurilii confessorum. » Vide Prætermissos. « Item Urbani. Eodem die, beati Hugonis abbatis Cluniacensis, magnæ sanctitatis viri, qui ab beato Odilone educatus, eidem in regimine dignus successor fieri meruit. Item, sancti Roberti abbatis et confessoris. Hic cum esset abbas in monasterio Cluniacensi. divino Spiritu excitatus, regulam districtius servare cupiens, cum aliquot ejusdem zeli fratribus egressus, monasterium et ordinem Cisterciensem inchoavit anno Domini MxcvIII clarusque vita et miraculis quievit in pace. Autissiodori, sancti Mariani monachi et confessoris. » Estne hic Marianus Scolus? Quis alius hac die sit, nescio. « Romæ, depositio sanctæ Katharinæ de Senis virginis. Quæ in adolescentia sua habitum, etc., » ut supra. « In Britannia, Castro Beatricis, etc. Item, beatæ memoriæ Petri Faverii, ordinis Cartusiensis, Prioris domus sanctæ Crucis in Urbe. Hic cum in extremis laboraret, et ab antiquo adversario pene in despe- C Vide tomo I Junii, pag. 810, num. 4. rationem præcipitaretur per gloriosam Dei Genitri-

reddidit, cum in litania diceret : Omnes sancti qui hic adestis, orate pro nobis : Ipsos enim sanctos, quos ipse præsentes aspiciebat, cum magna exultatione, digito elevato, demonstrabat. » De hoc nihil in prima editione. Videsis Prætermissos.

MOLAN. : « Eodem die, apud Mediolanum, » etc., fere ut Levden. « Cœnobio Cluniaco, bcatissimi Hugonis abbatis. In territorio Lingonensi...» ut ibi. » Et depositio sancti Prudentii. » Ponitur hic absquetitulo aut martyris, aut confessoris, sed nisi fallor, non alius indicari potest, quam Prudentius ille, qui inter Nicomedienses martyres primum locum obti-net, ex qua cadem turma male colitur Prodocus recte Urbanus apud GREVENUM: vide Acta. In editionibus aliis, de Petro, ut jam non semel dictum est. De Catharina itidem usque ad super Minervam. Tum addit : « Differtur autem ejus festivitas in Notissimum est stabili jam cultu festivitatem ejus recoli die xxx Aprilis, Petrum vero martyrem hoc die. De Roberto et Hugone ut supra. « Die vigesima nona, sanctorum novem martyrum in Cyzico.» Vide propria singulorum nomina in Actis nostris, accepta ex Menologiis Græcorum, quorum verba recitat Henschenius in brevi suo Commentario. « Et sancti Memnonis thaumaturgi. » Et hic etiam ex monumentis Græcis desumptus est, sed hoc die perperam consignatus, cum ad xxviii Aprilis pertineat, ut in Actis invenics. « Eodem die, festivitas sanciæ Avæ virginis. « Et minoribus typis : « Quæ in Domino quiescit, non canonizata. » Vide quæ de ea supersunt, ab Henschenio collecta, ubi Molani observationem explicat, circa anniversarias pre-ces pro ipsa Dononii percolvi solitas, quæ nec Avæ,

Pridie Kal.

Apud Lambesitanam urbem, natalis sanctorum martyrum Mariani lectoris et Jacobi diaconi, quorum prior, cum jam pridem infestationem Decianæ persecutionis in confessione Christi evicisset, iterum cum carissimo collega tentus. Deindo post dira et exquisita supplicia, divinis revelationibus mirabiliter secundo confortati atque allevati, novissime cum multis aliis gladio consummati sunt. Civitate Sanctonas, beati Euprobi martyris, quem sanctus Clemens, pontificalis ordinis gratia consecratum, dixerit in Gallias, peractaque prædicatione, ob Christi testimonium, illiso capite, victor occubuit.

NOTÆ.

Puri sunt Praten., Antuerp., Max.-Lubec., Munerat., Belin., Greven. et Molan. Accedunt. Antuerp .-

In Munerato sensum obscurum facit omissio vocis D textu reliquimus, an potius Butropis, ut habet Ado, prior. Belini vel ejus typographi error est infestinationes, item Datiana, quod etiam habet Munerat. Codicés nonnulli scribunt clarissimo, at ipsa, ni fallor, constructio exigit carissimo, ut legunt Praten., Herinien., Tornac, etc., cum Adone. Et sic etiam allevati, non alleviati, ut multi codices habent. Novissime tamen, in solo Munerato est; satis patet vocem tamen redundare. Suntone, pro Santonas scripsit Belinus. Et hæc guidem satis clara sunt. Major quæstio est legendumne Buprobi, ut nos in

Marianum et Jacobum, cum aliis multis decollatos, distincte hodie producit Rom. parvum. Utrum tam clare exprimantur in apographis Hieronymianis, mihi certe non ita liquet, cos tamen cum sociis ibi indicari, ex Florentinio et Actis colligere est. Vetustiorem utriusque memoriam ex Kalendario CarthagiUltraject., Leyden., Lovanien., Albergen., Danic. et edit. Uthraj.-Belg.

VARIANTES LECTIONES.

vel Butropii, ut Acta et codices passim. Pro lectione nostra stant codices vetustissimi, Praten., Herinien. et Tornacen., quorum auctoritate, etiam cum errant, potissimum nitimur. Male legit Molanus, quem cum sanctus, alii pejus direxisset, pro directi, quæ sensum perturbant. In Belino est Galliam, omissa particula in, ubi male adjicitur demum, Greven. et Molan. ponunt peracta dis; Praten.; peractamque prædicationem. Belinus ceso capite. Recto in textu omnia.

OBSERVATIONES.

nensi pridie Nonas Maii signari, die præcedenti abunde indicavimus. Porro horum martyrum cum hesternis Cirthensibus societatem, pridie etiam exposuimus. Sociorum plerorumque loci et temporis martyrii singuloru:n, uberiorem notiam tradit Henschenius. Encomium in laterculo positum ex Adone

Die 30.

Martyrii Jacobus similem et Marianus honorem

Sortiti pridie finem metantur Aprilis.

Ex Gregorio Turonensi sumptus est, et ab Adone consignatus is, qui sequitur *Buprobus, Bubropes* potius, vel *Bubropius*, cujus elogium etiam ex laudato Adone transcripsit Noster, re, ut solet, minime discussa, inhærensque receptæ tunc traditioni de missis a S. Clemente primis in Galliam episcopis, quod tamen Gregorius Turonensis non nisi per verbum FERTUR, narraverat, ut solerter animadvertit Henschenius, ex quo facile intelliges, veram esse plurimorum modernorum opinionem, qui de Eutropio nihil undequaque certi admittunt, præter cultum et reliquias, de quibus paulo asseverantius loquitur laudatus Gregorius. Vide quæ in Actis de ejus miraculis fuse tradita sunt. Atque hic hactenus germanus Usuardi textus est.

HERINIEN. Proprium provinciæ Remensis, de more interserit, secundo loco sic scribens: « Eodem die, natalis sancti Maderniani, Remensis archiepiscopi, qui sextus eamdem rexit ecclesiam.» In Actis est Marternianus. Aliter tamen codices enuntiant.

TORNACEN. textus materiam cancellis suis, potius quam cancellos materiæ aptare videtur. Purissimus esset, nisi omitteret ea que sequntur post, supplicia, usque ad cum multis.

PULSANEN. magis mutilus est, rescisso toto Mariani et Jacobi elogio. In fine autem post *victor*, sic scribit : « Et martyr migravit ad Dominum. »

ROSWEYD. in fine : « Item Alexandria, Pastoris episcopi, cum aliis xxiv igni combustis et in mare missis. » Vide in Actis totam seriem.

ANTUERP.-MAJ. etiam in fine : « Apud Londoniam, depositio sancti Erchenyeldi episcopi et confessoris. » Nomen varie formatum invenies.

CENTULEN.: « Natale sanctorum Mariani et Jacobi, qui sub Daciano cum aliis multis consumpti C sunt. Sanctonas, sancti Eutropii episcopi et martyris. Apud Asiam, sancti Maximi martyris, cujus gesta habentur. »

BRUXELLEN. primo loco de Eutropio, secundo de martyribus Lambsitanis, satis pure. Sequitur de Maximo, ut supra. Tum : « Jerosolymis, Quiriaci, qui et Judas cognominatur, quique crucem Christi invenit, et quem baptizatum, Helena regina fecit Jerosolymorum episcopum ordinari; quique postea sub Juliano Apostata imperatore, pro fide Christi celebre martyrium duxit. » Remittitur ad diem sequentem et ad IV Maii. « Romæ, via Appia, clevatio sancti Quirini martyris, cujus passio tertio Kalend. Aprilis celebratur. Et depositio sancti Eremberti pontificis. »

HAGENOVEN. post textum purum subdit : « Eodem die, sancti Quirini militis et tribuni translatio, quo die sacræ ejus reliquiæ de Roma per episcopum Coloniensem, ad civitatem Nussian deportatæsunt, D unde adhuc ejus capsa eodem dio deponitur, et in crastino circumfertur. Apud civitatem Auscium sancti Orientis episcopi et confessoris, qui omnibus virtutibus ornatus, sancto fine quievisse dicitur in pace. » Vide die sequenti. « In Brixia, beatæ Maxentiæ viduæ. » Infra dicitur mater Vigilii.

AQUICINCT. in fine : « Et sancti Eremberti episcopi. » Colitur IV Maii. « In Britannia, civitate Londonia, sancti Erconpaldi, » etc., ut habet Molanus in posterioribus editionibus. Sed pro, veritatis in codice male legitur vere viriditatis.

MATRIC.-CARTH.-ULTRAJ. : « Quirini martyris. Eutropii episcopi et martyris. Jacobi martyris et Mariani lectoris, cum aliis multis martyrizatis. Maderniani Remensis archiepiscopi sexti ordine.»

VATICAN. num. 5949 : « Alexandriæ, sancturum

Sequitur in Adone Apud Asiam, passio sancti Maximi martyris, cujus gesta habentur. Et quidem in Actis nostris synonymus alius Græcus adjungitur. An vero Maximus ille Asiasticus, vere Adonis sit, dubium ingerit Mosandri editio, in qua et Quirimus, et Sophia adjecti sunt, qui procul dubio in additamensis censentur; quidni et præfatus Maximus a Notkero, sedulo alias Adonis descriptore, etiam præteritus? De Maximo et Quirino meminit Florus. Et de postremo, Romanum parvum, in quo præterea Vigilia apostolorum signatur, verosimillime a recentiori aliquo superaddita, æque ac Quirinus, qui in codicem illum, olim Coloniæ asservatum, irrepserit, occasione translationis Novesianæ. Videsis Acta nostra ad diem xxx Martii, ubi discussa invenies, quæ ad verum Quirini titulum pertinent. Iterum Maximi Asiastici Acta Ruinartius ex Actis nostris, ut sincera extraxit, et eruditam admonitionem præfixit a pag. 143.

AUCTARIA.

de B Dorothei presbyteri. Pomoliani et Rodociani diatem conorum, qui igne exusti et in mare missi sunt, cum aliis xxiv. Apud Asiam, sancti Maximi martyris. » Vide quæ dicta sunt in Observationibus.

ALTEMPS. : « In Saxonia, Oswaldi episcopi et confessoris, cujus meminit Beda in gestis Anglorum. » De eo actum est xxviii Februarii. «Item sancti Cyrini martyris. » Aliis « Quirini. Apud Asiam, sancti Maximi martyris, cujus gesta habentur. »

sancti Maximi martyris, cujus gesta habentur. » FLORENTIN. primo loco: « Apud Nusiam, in provincia Coloniensi, sanctorum martyrum Quirini cum XII sociis. Item, sanctæ Maxentiæ, viduæ, matris sancti Vigilii. »

SALINEN. S. Anatolii : « In territorio Bizuntino, translatio corporis sancti Eustasii Luxoviensis abbatis. » Vide xxix Martii.

CABILLONEN. S. Vincentii : « Sancti Flavii. Et Cabillonis civitate, natalis beatissimi Desiderati presbyteri et confessoris, qui fuit eximiæ conversionis [an non conversationis?] et miraculorum, in monasterio Gurtonensi, ubi et obiit : quem B. Agricola, ejusdem antistes, tumulavit in basilica B. Martini, quæ est in suburbio præfatæ urbis, ubi cujus apud Deum sit meriti adeptis sanitatibus experiuntur infirmi.» Etiam Flavius, in Actis, Cabilonensis episcopus dicitur.

Editio LUBEO-COL. incipit : « Nusiæ, super litus Rheni, territorio Coloniensi, translatio sancti Quirini tribuni et martyris. Cujus venerabile corpus nobilis, ac religiosa Domina Gepa abbatissa a summo pontihce postulatum, de Roma ad civitatem suam Nussiam transtulit, et in suum monasterium honorifice collocavit. » Sequitur textus satis purus. Tum : « In Anglia civitate Londonia, natale sancti Erkenwaldi, ejusdem loci episcopi et confessoris. Apud Asiam, passio sancti Maximi martyris cujus gesta habentur. »

GREVEN. : Apud Asiam, teste Adone, passio sancti Maximi martyris, cujus gesta habentur. In Alexandria, Effrodisii presbyteri et martyris aliorumque xxx. Item sanctorum Dorothei, Crispini, Pomodiani. Euticiæ martyris sub Licinio. Romæ, Quirini episcopi. Ercanwaldi episcopi Londoniæ et confessoris. De quo Beda lib. IV ita dicit : Ejus vero viri in episcopatu et ante episcopatum, vita et conversatio fertur fuisse sanctissima, sicut etiam nunc cœlestium signa virtutum indicio sunt. Maderniani archiepiscopi Remensis et confessoris. Eodem die sancti Laurentii presbyteri Novariensis. Apud Sanctonas, Eustellæ virginis, filiæ regis ab Eutropo conversæ. » Vide in indice Prætermissorum. « In Anglia, Tybbæ virginis. » De ea in Actis vi Martii. « Item Maxentiæ nobilissimæ feminæ, matrissancti Vigilii episcopi Tridentini. In diocesi Coloniensi, supido Nussia, translatio, » etc., fere ut supra. «Item ordinis Carthusiensis. Hæc cum aliquando Missæ officio interesset, et sacris mysteriis participari ardentissimo affectu desideraret, subito piissimus sponsus Dominus noster Jesus Christus, qui eam frequenter visitare et consolari consueverat, partem hostiæ vivifici corporis sui e manibus sacerdotis in os tam dilectæ sponsæ suæ trajecit. Ipsa tandem plena operibus bonis quievit in pace. » In Actis inter Prætermissos recensetur.

MOLAN. : « Romæ, sancti Quirini tribuni, etc. » ad verbum, ut habet Ado xxx Martii. Tum subdit : « Hujus Deo dilecti et pretiosi martyris passio, licet 111 Kal. Aprilis facta sit, hic tamen festive recolitur,

23

348

in diocesi Lugdunensi, sanctæ Margarethæ virginis, A quando sacræ reliqulæ corporis ejus ab urbe Roma ad civitatem Nussiensem supra Rhonum translatæ sunt. Eodem die natalis sancti Maderniani, etc., . plane ut HERINIEN. De Maximo, Laurentio et Ercanwaldo, ut GREVEN. supra. In editionibus aliis: « Romæ, sancti Quirini tribuni et martyris. Hujus Deo dilecti, etc. In Britannia, civitate Londonia, sancti Erconwaldi episcopi et confessoris. Qui in activa jam degens vita, totis viribus theoricam diligens, subditis sibi plebibus, callem veritatis verbis atque exemplis monstravit : multisque ornatus virtutibus, migravit ad Christum, » De Maderniano, Maximo et Laurentio, ut supra.

ORDO RERUM QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

SANCTUS ADO ARCHIEPI-SCOPUS VIBNNENSIS.

Sancti Adonis elogium historicum. a

CHRONICON.

ÆTAS PRIMA. - Ab origine mundi usque ad diluvium. 23 Ætas secunda. — A diluvio ad Abrahami nativitatem. 2ÆTAS TERTIA. - Ab Abraham ad David usque. 33 ÆTAS QUARTA. - A Davidius regno ad transmigrationem Hebræorum Babyloniam. 43 ÆTAS QUINTA. - Ab eadem transmigratione ad Christum salvatorem nostrum. 49 ÆTAS SEXTA. - A Christo mundi finem 78 **ADONIS MARTYROLOGIUM. 139** Epistola dedicatoria Paulo V pontifici maximo. 439 Lectori monitum. De veteri Romano Martyrologio elogia. 143 VETUS ROMANUM MARTYRO-LOGIUM. 143 Mensis Januarius. 145 Mensis Februarius. 147 Mensis Martius. 151 Mensis Aprilis. Mensis Maius. 153 157 Mensis Junius. 4.59 Mensis Julius. 161 Mensis Augustus. Mensis Septembris. Mensis October. 465 467 469 Mensis November. 173 Mensis December. 475 Quo genere cultus sancti marty-179 res venerandi sunt. Rosweidus benevolo lectori. 479 LIBELLUS DE FESTIVITATI BUS SS. APOSTOLORUM. 181 INCIPIT MARTYROLOGIUM. 204 Mensis December. 201 Monsis Januarius. 205 Mensis Februarius. 223 Mensis Martius. 233 Mensis Aprilis. Mensis Maius. 243 253 Mensis Junius. 273 Mensis Julius. 295 Mensis Augustus. 313

Mennis Septembries

5 b

Mensis October. Mensis November.	371 387
Mensis December.	107
Precatio Adonis.	419
APPENDIX AD MARTYROLO GIUM.)- - 419
PASSIO SANCTI DESIDE	
RII EPISCOPI VIENNENSIS.	- 435
Præfatiuncula.	435
Incipit Passio sancti Desiderii.	435
PRIVILEGIUM quo eccle siam Velnensem abbatiæ S.En	-
gendi jurensis confirmat.	- 443
VITA SANCTI THEUDERI	I
ABBATIS VIENNÆ IN GAL	-
LIA. APPENDIX AD S. ADONIS	443
OPERA.	3 449
Translatio seu elevatio S. Bei	
nardl. episcopi Viennensis. Miracula ejusdem.	449 451
USUARDUS MONACHU	
SANGERMANENSIS.	D
MARTYROLOGIUM.	453
PRÆFATIO.	459
CAPUT PRIMUM Martyro	-
logiorum antiguorum inte	- r
logiorum antiquorum inte se ac cum Usuardo propin quitas et connexio.	- r - 459
logiorum antiquorum inte se ac cum Usuardo propin quitas et connexio.	- r - 459
logiorum antiquorum inte se ac cum Usuardo propin quitas et connexio.	- r - 459
logiorum antiquorum inte se ac cum Usuardo propin quitas et connexio. Art I. — De Martyrologii Hic ronymiani exemplaribus. § I. — De majoribus ab Acheri et Florentinio editis.	- - - - - - - - - - - - - - - - - - -
logiorum antiquorum inter se ac cum Usuardo propin quitas et connexio. Arr I. — De Martyrologii Hie ronymiani exemplaribus. § I. — De majoribus ab Acheri et Florentinio editis. § II. — De Hieronymianis mine	459 467 467
logiorum antiquorum inter se ac cum Usuardo propin quitas et connexio. Art I. — De Martyrologii Hie ronymiani exemplaribus. § 1. — De majoribus ab Acheri et Florentinio editis. § II. — De Hieronymianis mino ribus, tum manuscriptis, tum typ	- - 459 - - 467 - - - - - - - - -
logiorum antiquorum inter se ac cum Usuardo propin quitas et connexio. Art I. — De Martyrologii Hie ronymiani exemplaribus. § 1. — De majoribus ab Acheri et Florentinio editis. § II. — De Hieronymianis mino ribus, tum manuscriptis, tum typ	- - 459 - - 467 - - - - - - - - -
logiorum antiquorum inter se ac cum Usuardo propin quitas et connexio. Art I. — De Martyrologii Hid ronymiani exemplaribus. § I. — De majoribus ab Acheri et Florentinio editis. § II. — De Hieronymianis mino ribus, tum manuscriptis, tum typ excusis. Art. II. — De Bedæ et Flor Martyrologiis novæ conjecturæ.	- 459 467 467 467 467 472 ri 482
logiorum antiquorum inte se ac cum Usuardo propin quitas et connexio. Art I. — De Martyrologii Hie ronymiani exemplaribus. § 1. — De majoribus ab Acheri et Florentinio editis. § II. — De Hieronymianis mino ribus, tum manuscriptis, tum typ excusis. Art. II. — De Bedæ et Flor Martyrologiis novæ conjecturæ. Art. III. — De tribus aliis Mar tyrologiis Usuardi cognatis.	- - - - - - - - - - - - - - - - - - -
logiorum antiquorum inte se ac cum Usuardo propin quitas et connexio. Art I. — De Martyrologii Hie ronymiani exemplaribus. § 1. — De majoribus ab Acheri et Florentinio editis. § II. — De Hieronymianis mino ribus, tum manuscriptis, tum typ excusis. Art. II. — De Bedæ et Flor Martyrologiis novæ conjecturæ. Art. III. — De tribus aliis Mar tyrologiis Usuardi cognatis.	- - - - - - - - - - - - - - - - - - -
logiorum antiquorum inter se ac cum Usuardo propin quitas et connexio. Art I. — De Martyrologii Hid ronymiani exemplaribus. § 1. — De majoribus ab Acheri et Florentinio editis. § II. — De Hieronymianis mine ribus, tum manuscriptis, tum typ excusis. Art. II. — De Bedæ et Flor Martyrologiis novæ conjecturæ. Art. III. — De tribus aliis Mar tyrologiis Usuardi cognatis. § 1. — De Vandalberti metrico. § II. — De Martyrologii Rabanı. § III. — De Martyrologii Rabanı.	- - - - - - - - - - - - - -
logiorum antiquorum inter se ac cum Usuardo propin quitas et connexio. Art I. — De Martyrologii Hid ronymiani exemplaribus. § 1. — De majoribus ab Acheri et Florentinio editis. § II. — De Hieronymianis mine ribus, tum manuscriptis, tum typ excusis. Art. II. — De Bedæ et Flor Martyrologiis novæ conjecturæ. Art. III. — De tribus aliis Mar tyrologiis Usuardi cognatis. § 1. — De Vandalberti metrico. § II. — De Martyrologii Raban. § III. — De Martyrologio No keri.	- - - - - - - - - - - - - -
logiorum antiquorum inter se ac cum Usuardo propin quitas et connexio. Art I. — De Martyrologii Hie ronymiani exemplaribus. § I. — De majoribus ab Acheri et Florentinio editis. § II. — De Hieronymianis mine ribus, tum manuscriptis, tum typ excusis. Art. II. — De Bedæ et Flor Martyrologiis novæ conjecturæ. Art. III. — De tribus aliis Mar tyrologiis Usuardi cognatis. § I. — De Vandalberti metrico. § II. — De Martyrologii Rabanı. § III. — De Martyrologio No keri. CAPUT II. — De Martyrologio No keris.	- 459 467 5- 472 489 5- 489 5- 489 5- 489 5- 489 5- 489 5- 489 5- 489 5- 489 5- 499 5- 40 5- 40 5- 40 5- 5- 5- 5- 5- 5- 5- 5- 5- 5-
logiorum antiquorum inter se ac cum Usuardo propin quitas et connexio. Art I. — De Martyrologii Hie ronymiani exemplaribus. § I. — De majoribus ab Acheri et Florentinio editis. § II. — De Hieronymianis mine ribus, tum manuscriptis, tum typ excusis. Art. II. — De Bedæ et Flor Martyrologiis novæ conjecturæ. Art. III. — De tribus aliis Mar tyrologiis Usuardi cognatis. § I. — De Vandalberti metrico. § II. — De Martyrologii Raban. § III. — De Martyrologio No keri. CAPUT II. — De Martyro logio quod vetus Romanun appellavit primusque edidi	- 459 467 5- 482 5- 5- 482 5- 5- 482 5- 5- 5- 5- 5- 5- 5- 5- 5- 5-
logiorum antiquorum inter se ac cum Usuardo propin quitas et connexio. Art I. — De Martyrologii Hie ronymiani exemplaribus. § I. — De majoribus ab Acheri et Florentinio editis. § II. — De Hieronymianis mine ribus, tum manuscriptis, tum typ excusis. Art. II. — De Bedæ et Flor Martyrologiis novæ conjecturæ. Art. III. — De tribus aliis Mar tyrologiis Usuardi cognatis. § I. — De Vandalberti metrico. § II. — De Martyrologii Raban. § III. — De Martyrologio No keri. CAPUT II. — De Martyro logio quod vetus Romanun appellavit primusque edidi	- 459 467 5- 482 5- 5- 482 5- 5- 482 5- 5- 5- 5- 5- 5- 5- 5- 5- 5-
logiorum antiquorum interse ac cum Usuardo propin quitas et connexio. Art I. — De Martyrologii Hid ronymiani exemplaribus. § I. — De majoribus ab Acheri et Florentinio editis. § II. — De Hieronymianis minur ribus, tum manuscriptis, tum typ excusis. Art. II. — De Bedæ et Flor Martyrologiis novæ conjecturæ. Art. III. — De tribus aliis Mar tyrologiis Usuardi cognatis. § I. — De Vandalberti metrico. § II. — De Martyrologii Raban § II. — De Martyrologii Raban § II. — De Martyrologio No keri. CAPUT II. — De Martyrologio No keri.	- - - - - - - - - - - - - -
logiorum antiquorum inter se ac cum Usuardo propin quitas et connexio. Art I. — De Martyrologii Hie ronymiani exemplaribus. § I. — De majoribus ab Acheri et Florentinio editis. § II. — De Hieronymianis mine ribus, tum manuscriptis, tum typ excusis. Art. II. — De Bedæ et Flor Martyrologiis novæ conjecturæ. Art. III. — De tribus aliis Mar tyrologiis Usuardi cognatis. § I. — De Vandalberti metrico. § II. — De Martyrologii Raban. § III. — De Martyrologio No keri. CAPUT II. — De Martyro logio quod vetus Romanun appellavit primusque edidi	- 459 - 467 - 467 - 467 - 489 - 489 - 489 - 489 - 494 - 494 - 494 - 494 - 494

rologium non incongrue vocari posse Romanum, contra Valesium et Florentinium statuitur. 504

ART. II. - Frustra nituntur adversarii ostendere Romanum parvum illud ipsum non esse Martyrologium quo se adjutum fatetur Ado, quodque Martyrologio suo se prælixisse asseverat. 507

§ I. — Refelluntur Andrea Saussayus et Joannes Fronto. 507

5 II. — Diluuntur ea quæ speciosius objicit Florentinius. 544

ART. III. — Romanum parvum sic delineavit Ado, ut ex ejus præfatione ostendatur ipsissimum esse quod suo Martyrologio præfixit. 549

ART. IV. - Romani parvi auctoritas, ex characteribus propriis, sty-594 lo, genere, ætate demonstratur.

CAPUT III. — De Adonis el 534

ART. I. - De Martyrologio san cti Adonis Viennensis episcopi.

537 suardi monachi.

534

ART. III. — Antiquiores Usuardi Martyrologii editionnes recensentur. 519

ART. IV. - De codicibus Usuardínis manuscriptis. 551

 § I. — De codicibus purioribus, ac primum, de Usuardo Pratensi.
 § II. — De nostro primario Heri-554

564 niensi codicc. § III. — De Tornacensi aliisque

- vetustioribus maxime probatis. KAL § IV. — De codicibus quos mediæ
- notæ appellamus. ART. V. De codicibus quorum 569
- sola habemus extracta seu lectiones 573 variantes.

	Extracta	ex	var	riis M	artyrol	ogiis
8	R. P. Pe					
	Codices	alii	in	hoc	opere	
8	dhibiti.					579
	Notanda	Dro	ind	icibu	s.	582

HOMMUNA DIV HUHOMUS.	
PROLEGONENA EDITIONIS J. BOUII	L-
LARTII.	583
Præfatio.	583
Reverendo Patri Joanni Baptist	æ
Sollerio.	587
INCIPIT MARTYROLOGIUM.	599
Prologus ad Carolum Calvum.	599
Prologus alter. Mensis Januarius.	399
Mensis Januarins	804

Mensis Februarius.

Mensis Martius.

Mensis Aprilis.

992


FINIS TOMI CENTĘSIMI VICESIMI TERTII.

Usuardi propagine. 19 14 ART. II. - De Martyrologio U-

. . .

. 、 • ,

Ì



THIS VOLUME DOES NOT CIRCULATE OUTSIDE THE LICRAFY

)



